1164

BIBLIOTECA
CENTRAL
DE LA RIOJA

PARADISUS VOLUPTATIS VERBI INCARNATI;

HOC EST

SERMONES

IN EVANGELIA DOMINICALIA

Et Festorum D. N. JESU CHRISTI, quæ in Ecclesia leguntur à Dominica I. Adventus usque ad Quadragesimam.

AVTHORE

Adm. R P. BENEDICTO FIDELI

A S. PHILIPPO, Tertii Ordinis S. Francisci Regularis Observantiæ è Provincia Siciliæ.

INTERPRETE

R. P. M. JACOBO EMANS SS. T. D. ORDINIS FF. Beatæ Virginis Mariæ de Monte Carmeli.

OPUS PULCHERRIMIS CONCEPTIBUS MULTIFARIAM REFERTUM, omnibus Divini verbi Prædicatoribus Sacræ Scripturæ interpretibus, Religiosorum Ordinum Superioribus utile cumprimis & perneccssarium.

QVINQVE COPIOSISSIMIS ET VTILISSIMIS INDICIBVS ADAVCTVM, quorum primus est Authorum qui citantur. Secundus Argumentorum. Tertius locorum S. Scripturæ. Quartus rerum memorabilium. Quintus Materiarum applicabilium ad Evangelia Quadragesimalia.

EDITIO SECUNDA.

R/2068

COLONIÆ AGRIPPINÆ,

Apud HERMANNUM DEMEN, sub Monocerote.

ANNO M. DC. LXXXII.

AUTHOR BENIGNO LECTORI.

OPus hoc præsens, Benigne Lector, non meum, sed tuum est; benevolentiæ tuæ potius quam laborum meorum partus est. Crede etenim mihi, nisi de benevolentia & humanitate tua, qua mea semper opera excepisti, certus fuissem atque securus, calamum præsenti operi conscribendo nunquam adhibuissem. Tuum igitur erit ut idipsum velut rem propriam, non vero sicut alienam excipias & amplectaris. Et quidem, quantum de eo mihi constat, in aliarum sororum suarum (de operibus hactenus à me editis loquor) societate, discooperta potest facie comparere, & à fabulosæ Meropis verecundia immunis censeri & libera, imo ob nonnullos conceptus elegantiores qui aliis operibus meis defuerunt, gratior tibi atque acceptior esse. Quoniam vero quoad hoc facilè decipi & pariter cum simia per falsum pulchritudinis partus sui judicium errare facilè possum, ideo quoad hoc discernendum saniori judicio tuo me submitto. Vale & felicissime vive.

Interpres ad Lectorem.

EAteor equidem, quod tametsi magno tenear per extraneorum Prædicatorum lingua tibi ignota & peregrina scribentium versionem in Concionatorio studio te juvandi desiderio, ut videlicet elegantissimis & exquisitissimis, quibus hi abundant conceptibus, in quavis tibi obvia occasione, magna cum facilitate, nec cum minori te auscultantium fructu & utilitate uti valeas; attamen jam dudum ab hoc me proposito divertisset tum laboris in hanc rem necessario adhibendi difficultas, tum virium ingenii mei egestas, tum denique gravium occupationum mearum quibus quotidie in diversa rapior & distrahor, cum hoc te juvandi qualicunque conatu conflictus & continua simultas, nisi fastidientem erexisset, fatigatum animasset eximia benevolentia tua atque humanitas, qua hactenus labores meos qualescunque illi tandem sint, æqui bonique consulendo, non spernere, sed intra musæi tui penetralia grataner & per libenter admittere voluisti; cujus rei fidem mihi facit facilis illa operum hactenus editorum in exemplaribus impressis distractio. Huic igitur tuæ insigni humanitati, ut gratas rependerem vices, non subterfugi post editum Authoris Quadragesimale, sive Paradisum Concionatorium, novos tibi moliri & condere Paradisos, nempe post Paradisum Sanctorum & Eucharisticum præsentem hunc voluptatis Paradisum, cui velut arbor vitæ Verbum incarnatum insertum conspicitur, id est, illius Adventus, Nativitas, Circumcisio, Epiphania, aliaque ad sanctissimam vitæ suæ cæremoniam

ſpectantia, per ſingulas Dominicas ab Adventu ad Quadrageſimam uſque occurrentes, & Feſta eo tempore obvia, tribus continuo ſermonibus fusè latèque explicantur; & quidem Adventuale hoc meritò Paradiſi nomen obtinet, utpote cui Author ipſe, ob conceptuum inibi latentium elegantiam & amœnitatem, inter cœtera à ſe edita ſermonum opera primatum tribuit. Hunc igitur Paradiſum diligenter perſcrutare, fructibus ejus utere, laborem meum æque bonique conſule, fruere & Vale.

APPROBATIONES

LICENTIA

Reverendiſsimi Patris Generalis.

F. Marcus Antonius Bottonus SS. Theologiæ Doctor, Fratrum Tertii Ordinis S. FRANCISCI de Pœnitentia, Regularis obſervantiæ Generalis Apoſtolicus.

OPus quod inſcriptum eſt, Conciones ſuper Evangelia Adventus; Feſtivitatum Domini noſtri Jeſu Chriſti, Dominicarumque uſque ad Quadrageſimam currentium, Admodum R. P. Magiſtri Benedicti Fidelis, noſtri ſacri Ordinis Patris bene meriti, dummodo à P. Bonaventura Giauſabella, Generali Examinatore, necnon à Patre Magiſtro Anſelmo à Nicoſia Provinciæ Siciliæ accuratè & ſtudiosè fuerit perlectum & approbatum, ſervatiſque ſervandis juxta formam ſacri Concilii Tridentini Typis mandari permiſimus. In quorum fidem, &c.

Datum Romæ in noſtro Conventu SS. Coſmæ & Damiani die 10. Menſis Aprilis 1643.

F. M. A. Bottonus Generalis Apoſtolicus.

CENSURA ORDINARII.

PAradiſus Voluptatis, ſive Sermones in Evangelia Dominicalia, & Feſtorum à Dominica prima Adventus, uſque ad Quadrageſimam, Auctore A. R. P. Magiſtro P. Benedicto Fideli, Tertii Ordinis S. FRANCISCI regularis Obſervantiæ: Interprete R. P. M. Jacobo Emans, SS. Theologiæ Doctore Ordinis FF. B. V. de Monte Carmeli, Fidei aut bonis moribus nihil contrarium continentes, Typis mandari poterunt. Coloniæ 22. Auguſti Anno 1659.

Adrianus de Walenburch Metrop. Eccleſiæ Colonienſis Presb. Canonicus & Cenſor librorum ordinarius.

DOMI-

DOMINICA I. ADVENTVS

SERMO PRIMUS

THEMA.

Erunt ſigna in ſole. Lucæ 21.

ARGVMENTVM.

Præcipua ruinæ totius mundi cauſa eſt Rector.

I. HOMO aliquis in humanæ dignitatis cœlum dignè aſſumptus & ſublimatus, ſoli ex communi omnium conſenſu aſſimilatur. Hic namque per omnium ad benè gubernandum neceſſariarum virtutum lucrum alios ſuperans, omnibus melior eſt, & obſcurat omnes, interque alios ſplendeſcentes ſolus reſplendet. Hic homines per virtutes ſublimati, per vitia verò dejici & præcipitari probè ſciens, haud ſecus ac ſol quidam virtuoſas duntaxat animas in altum ſublevat, alias vero quæ extolli minimè merentur in terra ſuppreſſas relinquit. Hic quia ſpecialiſſimus eſt partialitatis, utpote præcipuæ rixarum & ſeditionum in populis cauſæ, inimicus, veluti ſolis imitator propriiſſimus, qui Zodiaci limites necquicquam prætergrediens iter ſuum perficit, aſpectumque & radios ſuos nunc huic, nunc alteri cœleſti ſigno æquiſſimè dividit, pari omnes amoris affectu proſequitur. Hic quantò ſublimius evehitur, tantò minor eſſe conſpicitur, quia quantò majores ſibi honores comparat, tantò humilior evadit, & redditur laudabilior. Lumina ſiquidem umbris conjuncta clarius emicant. Sic Divina Majeſtas tantò in terris glorioſior apparuit, quantò in præſepio Bethlehemitico humilior delituit. Hic velut ſol quidam, dum ad occaſum vergens ſe abſcondit, non minus eſt utilis, quam dum coram omnium oculis apertus & manifeſtus ſubſiſtit: ſicuti enim dum ſe ſubjecto ſibi populo conſpicuum exhibet, vires illi & animos addendo auxilia præbet, ita quoque dum abſconditus deliteſcit meditatur ſuppetias. Hic velut ſol, quietis inimicus, continuò laborat, mentiſque ſuæ ſphæram in motu perpetuo occupatam ſuſtinet; quippe intelligit non quietis, ſed laboris cauſa in ſedem ſuam aſſumptum ſe eſſe. Omnia videt, quia de omnibus curat & cogitat. Admirabilis quidam eſt Centimanus imitator ſolis, qui enſibus quinquaginta ſuos debellat adverſarios, totidemque ſcutis eorum, qui ſibi ſubjecti ſunt tranquillitatem tuetur atque defendit. Verum quoddam eſt Dei tabernaculum, quo ſub ſymbolo Pſalmiſta ſolem proponit; quippe qui ad Dei obſe-

quium, aut eorum pro quorum ſalute & utilitate Deus illum ſublimavit, utilitatem, nihil ſine Deo facere poteſt. Imo vero is quoque qui officio, quod adminiſtrat, indignus exiſtit, Soli aſſimilatur, ſed ſoli obſcurato & Eclypſeos deliquium patienti, utpote cui Deus cæleſtes luminis gratiæ ſuæ denegat influxus. Quis enim neſcit, quod ſicut ab illo omne ſperamus & præſtolamur bonum, ita ab hoc omnis nobis immineat mali adverſitatiſque formido? Non eſt quod ab homine illo aliquod ſperari bonum poſſit, qui ob malam vitam ſuam à ſummo eſt bono derelictus. Chriſtus Redemptor noſter in hoc Evangelio aliud ruinæ & perditionis mundi ſignum dare noluit, præterquam ſolis obſcurati deliquium. Signum enim, quo ſol mundi indicaturus eſt deſolationem atque ruinam: *Erunt ſigna in ſole*, erit ejus obſcuritas, qua coopertus eſſe conſpicietur, teſte S. Matthæo dicente: *Sol obſcurabitur*: Neque ego aliud certius aut evidentius maximæ mundo imminentis ruinæ ſignum aſſignare potero, quam improbum ſuperiorem. Ab hoc namque veluti è fonte omne poſſibile malum naſcitur atque procedit, utpote qui integram ſibi commiſſam Rempublicam totaliter diſſipat ac deſtruit, prout in præſenti diſcurſu latius ſuſiuſque docebitur.

Luc. 21. *v.* 26.

Matt. 24. *v.* 29.

2. Exodi capite 3. ſcriptura refert, quod Deus Moyſen electum jam generalem Hebræi populi ſui ducem modum edocturus, quo injunctum ſibi munus laudabiliter adminiſtraret, eidem Virgam quandam quam manu ſua tenebat, in terram projicere præceperit, quæ in terram projecta in horridum ſerpentem ſubito transformata fuit: *Projecit virgam, & verſa eſt in Colubrum.* Mira profecto res, ſtupendumque prodigium! Quamdiu virga hæc manu Moyſis ſuſtinebatur, Virga erat: in terram vero prolapſa, non jam Virga erat, ut ante, ſed mox in ſerpentem degeneravit. Cujuſnam Virga hæc ſymbolum erit, quæ in altum erecta, virga erat, in terram vero projecta ſerpens evaſit? Ejus nimirum qui homines moderatur & regit. Hominum namque moderator & rector Virga quædam eſt, & quidem è radice Jeſſe prognata, id eſt, ab incendio producta: quia enim mundus ab innumerabilium injuſtitiarum igne depaſcebatur, rigidus aliquis Juſtitiæ adminiſtrator & cuſtos neceſſariò inſtituendus erat. Hic autem virga eſt filii Mariæ, quæ uti Poëtæ fabulantur, diſcordes conciliat, & dirigit errabundos. Virga eſt ſummi Hebræorum ſacerdotis florida, quæ de floreſcentibus virtutum ornamentis fructus promittit deſideratæ tranquillitatis, Regniſque omnem adſciſcit fælicitatem & abundantiam. Virga eſt oculata Prophetæ exhibita, quæ cuinam ſupplicium debeatur aut præmium acutiſſimè diſcernit ac videt, juxtaque meritorum exigentiam tam bonos exaltat, quam deprimit ſceleratos. Virga eſt, non verò ad quemlibet ventum mobile folium, quia non minus in adminiſtratione juſtitiæ celebratur conſtantia, quam inſtabilitas vituperetur. Virga eſt, non truncus, utpote qui non rigidus & inflexibilis eſſe debet, ſed compatiens atque benignus, ita ut ſi una ex parte Patris baculum manu tenet, ex parte altera matris ubera ſuo in pectore exhibeat. Virga eſt, non radix; Quis enim ignorat, quod à terrenis affectibus procul remotum elevatum eſſe debeat pectus illius, qui in terra gubernat. In ſublimi locum habere debet, quem populus in altum ſuſtulit; Ab ipſius namque in ſublimi conſtituti regimine, omne ſperatur poſſibile bonum, ſicut econtra ab eodem in terram proſtrato, omne malum formidatur. Abinde publica ſalus dependet; ab iſthine vero eorum, quos moderantur totalis enaſcitur perditio. In alto conſtitutus virga eſt, ſuperior eſt, Rex eſt, Prælatus eſt; terræ vero affixus, terrenisque affectibus coinquinatus, non jam deinceps virga eſt, aut ſuperior, ſed diſſipator eſt, deſtructor eſt, denique omnia devorans ſerpens eſt. Ut igitur Deus hoc nobis innueret, voluit ut Moyſes virgam in terram projiceret, quæ in terram collapſa, in ſerpentem ſubito transformata fuit. Eſt hic Doctiſſimi Oleaſtri conceptus, qui dicit: *Virga in terram projecta in ſerpentem vertitur, quoniam Iudex terrena ſapiens, omnia velut ſerpens devorat.* Quidnam eſt, quod talis quidam ſerpens non devoret, qui quicquid ſuo ſubjacet dominio, perdit ac deſtruit: ſub tali regimine nullius poſſeſſionis bonæ dominus eris: domo, quam tot ſumptuũ la-

Exod. 3. *v.* 3.

Oleaſt. in cap. 4. *Exod.*

laborumque impendio fabricasti & exornasti, præter fas omne destitueris : cum honore pariter & vita tua è sinu tuo atque à latere tuo tibi subripietur mulier. Nec est, quod in litibus tuis, in rationum tuarum te fundare aut confidere tibi justitia possis, quando Judex causam tuam judicaturus ab omni prorsus Justitia est alienus , & veluti in crudelem truculentamque bestiam commutatus. Idque adeò verum est, ut Angelicus Doctor S. Thomas de Aquino dicere non dubitarit. *Idem videtur Tyranno subjici, ac bestiæ sævienti substerni.*

S. Thom. lib. de Regim. Princ. cap.

3. Omnes superiores quædam mundi bases sunt , super quibus Deus mundum fundavi, utpote qui humeris suis mundum portant. Ac proinde onus quoddam sustinent humanitus insupportabile , adeoque ponderosum & grave , ut ab iis qui idem persentiscunt, tametsi gigantes polleant viribus, tolerati nequaquam possit. Cur autem illos bases potius quam capitella nominamus , cum econtra capitella potius quam bases dici mereantur. Qui enim supereminent, non vero subjiciuntur, caput sunt, & non cauda ; culmen, & non fundamentum, capitella, non vero bases, sunt appellandi. Bases dicuntur; quia portant, non vero portantur ; compatiuntur , non verò compassionem accipiunt , vereque subsunt iis, quibus supereminent : Quodsi enim perfectè & adæquatè illorum attendatur officium, potius subsunt , quam quod supereminent , cauda potius sunt, quam caput. Fundamentum, quam culmen, denique servi sunt potius, quam Domini. Verè bases sunt ; sicut enim basis formata est ad rei, quam sustinet, utilitatem & commodum, & non econtra : ita tales habenas, quas moderantur, non ad utilitatem propriam , sed ad eorum, quos regunt, commodum & obsequium administrant. Porro Rex à Græcis non ob aliam rationem *Basilæus*, dicitur , nisi ut per hanc Regis nomenclaturam , Regem vasallorum subditorumque suorum basin ac fundamentum esse innuant: *Græcis Rex Basilæus dicitur*, inquit, Purpuratus Hugo, *quasi populi basis, quia debet populum portare.* Sic Abbas sui Monasterii, Gubernator suæ Civitatis, Episcopus suæ Diœcæseos. Denique Rex regni sui basis est & fundamentum. Verum quorsum hæc omnia spectant ? Nimirum docere intendo, quod quamdiu basis isthæc in Christiana fide est stabilis , in Justitia administranda constans , in virtutum comparatione & exercitio firma , tamdiu plebs subdita felix erit , atque ab omnis mali aut ruinæ formidine secura atque immunis. Columnæ illius ruina aut præcipitium formidari nequaquam debet, cujus stabilis beneque fundata est basis. Quodsi verò hanc nutare aut infirmari contingat, idipsum quoque quod sustinet nutare , aut in præceps agi necessum est. Populi illius periclitatur devotio , cujus irreligiosus & indevotus est Dominus. Plebs injustum mox turpe lucrum prosequitur , quando is, qui illam regit , omnis justitiæ & honestatis oblitus , denarii lucrum per vias iniquas consectatur. In carnalitatis lutum communiter prolabuntur subditi , quando eorum basis in eandem spurcitiem inclinatur & immergitur.

Hugo Card. in cap. 5. Cant.

4. Divinus Plato à Dionysio Siculorum Rege Athenis in Siciliæ Insulam evocatus, eo mox omni mota sepositâ cucurrit , imò advolavit. Cur autem illum adeò properasse existimatis ? Non equidem ut honoribus à prædicto Rege sibi oblatis frueretur, neque ut delitiarum effœminatæ illius aulæ particeps fieret , minus verò ut famosis sese locupletaret Syracusæ divitiis , sed potius ut optatam languescenti illi regno conferret salutem. Nimirum vir ille sapientissimus sibi persuadebat omnino futurum , ut Regia Dionysii mente philosophicis præceptis suis perfectè sanatâ, totum quoque illi subjectum populum facillimo esset negotio sanaturus. *Sperans*, inquit Plutarchus, *si unum virum , sicuti principalem partem expiasset : cunctam languentem Siciliam medicaminibus curaturum.* Sciebat namque, quod à capite male affecto, totius dependeret populi illius perditio; Et veluti bonus nauclerus, ut naufragantem salvare navim, eandemque ad humanarum virtutum portum perducere posset , præcipuam Temonis curam habere volebat. Simulque nobis insinuabat miseri illius Regni naufragium vitioso attribuendum esse Rectori.

Plut. in Dionys.

Optimè namque intellexit quod : *Cùm caput dolet, omnia membra languent.*

5. S. Matthæus Evangelista de solemni Christi in Hierosolymorum urbem paulò antequam ibidem moreretur, ingressu tractans dicit, quod devotæ civitatis illius turbæ, Dominum ac Salvatorem nostrum in hoc triumpho summis prosequi honoribus cupientes, propriisque se vestibus exuentes eadem in terram prosträverint, ut hac ratione solum, quod calcaturus erat, exornarent. *Plurima autem turba straverunt vestimenta sua in via.* Magnus utique hic honor fuit, magnaque reverentia! nec non evidens magni de triumphatoris Majestate conceptus aut æstimationis argumentum. Verùm enimverò undenam illud eum hunc in modum honorandi traxerunt exemplum ? utique ab ipsismet Apostolis. Viderunt namque Apostolos, ut adhibendam in Christi obsequium Asinam & pullum debito modo exornarent, propriis sese vestibus exuere, unde & ipsi ad exornanda platearum compita, suis quoque se vestibus pariter denudare voluerunt. Hunc in modum Paulus de Palatio discurri : *Quia enim Dominus super Asinam vilem ascendit, placuit Apostolis, se juis vestibus nudare, ut Asinæ imponerent. Vbi vero plebs Apostolos nudos conspexit, se etiam ipsa suis vestibus nudavit, ut transeunti Christo prosternerent. Facilè profectò majorum vestigia subjecti sequuntur.* Certum namque est quod opera humilium sapiant actiones magnorum ; Nam *A bove majori dixit arare minor.* Superior speculum est populi, atque ideò quicquid in illo sive boni, sive mali conspicitur, in ipso velut speculo repræsentatur. Vasallus Camæleon quidam est, qui ordinarie ejus à quo gubernatur, in se colores recipit & exprimit. Est magnes quidam mysticus, qui bonum & malum è bono malove Prælato trahit, sibique appropriat. Ostendite mihi Rectorem quendam virtuosum, & mox ego vobis salvos ostendam populos, quos gubernat ; aut perditos, si qui illos gubernat Rector est perditus. Evidens hujus rei exemplum nobis Anglia ministrat, quæ per Henrici Regis impietatem perdita est adeo, ut etiamnum adhuc in suo miserè prostrata jaceat præcipitio, videaturque irremediabilis ejus ruina.

6. Suum jam conquassantes Ecclesiam tempestates sortitæ sunt finem ; cessavit jam tanto cum impetu illam ex omni parte lacerans Aquilo ; subsederunt tumidæ Aquarum procellæ, quæ illam deglutire, aut in ventre maris sepelire comminabantur. Mortui sunt Nero, Diocletianus, Maxentius, torque alii crudelissimi sanctissimi Christi nominis persecutores. Condemnatus nunc est Arrius, Manichæus, Pelagius, Lutherus, Calvinus, torque plures alii, qui eidem bella moverunt intestina, non minus damnosa quam occulta. Serenum nunc tranquillumque est cælum, nec est, qui illud turbare audeat, siquidem pace fruitur tanto tempore desiderata. Verum enimvero dicat hic aliquis ; Ex quo Ecclesia præsentibus temporibus tanta pace fruitur, cur igitur tantopere plangit & plorat ? cur se hodiedum magis quam unquam dolentem & amaram esse lamentatur ? *Ecce in pace amaritudo mea amarissima*, inquit per os Isaiæ Prophetæ cap. 38. quasi dicere vellet : Amara fui, quando me persequebantur Imperatores Idololatræ ; amarior evasi sub persecutionibus, quibus ab hæreticis infestabar : hodie verò amarissima facta sum, postquam persecutionibus cessantibus pacem optatam obtinui. Unde id accidit, quod Ecclesia in altissima jam pace constituta, tantam nunc amaritudinem patitur, qualem in turbulentiis præteritis experta nunquam fuerat ? Nascitur Ecclesiæ amaritudo ista de manibus ministrorum domus suæ, à quibus pessimè gubernata fuit. *O limpradictum est*, inquit S. Bernardus, *& nunc tempus adimpletionis advenit ; Ecce amaritudo mea amarissima. Amara prius in nece Martyrum ; amarior post in conflictu hæreticorum ; amarior nunc in moribus domesticorum : intestina & insanabilis est plaga Ecclesiæ ; & ideò in pace amaritudo ejus amarissima.* Adeò ingens & irreparabile est, quod à malis ministris suis Ecclesia patitur, damnum, ut majus à crudelissimis persecutoribus suis pati non possit. Ob damna ab illis recepta & perpessa, amara quidem erat, nunc vero ex damnis ab hisce illatis facta est amarissima.

Isaiæ 38. v. 17.

D. Bern. serm. 33. in Cant.

ma. Idque meritò dicit; siquidem Tyranni tormentis suis corpus quidem affligebant: hi verò pessimo valdeque pernicioso exemplo suo affligunt animas: Illi crudelitate suâ vitam quidem aufferebant temporalem; hi verò scandalosâ vitâ suâ vitam eripiunt æternam: Illi per violentias suas Martyribus illatas, eosdem evehebant in cœlum, hi verò pessimis moribus suis illos de cælo in terram, & sæpè in infernum usque præcipitant. O meritò lachrymabilem temporum nostrorum miseriam! O damna inæstimabilia, quibus comparata, quæ quondam ab inimicis inferebantur damna, non damna, sed magna æstimari lucra debent. Res profectò mira, sed vera, gladius Tyranni unico duntaxat ictu unicum tantùm occidebat hominem: perversum autem horum exemplum unicâ duntaxat actione omnes occidit, quia actio illa videtur ab omnibus. Infelix sanè superior, qui per unicum duntaxat exemplum, tot homicidiorum factus est reus! Crudelissimum illud monstrum Romam unico tantùm collo præditam esse optabat, ut unico duntaxat ictu, omnium civium Romanorum capita demetere posset & truncare, sed id pro voto suo nunquam obtinuit. Holofernes quoque cunctos Hebræos, *tanquàm virum unum* occidere desideravit, sed à Deo illi permissum tantum scelus nequaquam fuit. Hic verò, quod nunquam desideravit aut prætendit, in filiis suis exequitur & amicis, quando per unicam tantùm actionem vitiosam, uno eodemque tempore integram quandam destruit civitatem, integram totaliter gentem perdit, totum aliquod regnum evertit, atque in extremam pernitiem præcipitat Ecclesiam, quam proprii sanguinis sui effusione salvare obligabatur.

Iudith 6. v. 3.

7. Inter alia verba, quæ Samuel Hebræorum populo dissuasurus, ne Regem, quem ut ab inimicis suis deinceps securior esse posset, mira cum instantia sollicitabat, sibi præfici rogaret, dixit, hæc quoque sunt sequentia: *Clamabitis in die illa à facie Regis vestri, quem elegistis vobis, & non exaudiet vos Dominus in die illa.* quasi dicere voluisset: Monitos vos ô Hebræi, velim, venturum aliquando diem, quo vos Regem vobis elegisse, extremè pœnitebit, Deusque vos ad se recurrentes, omnique cum instantia, ut donatum & concessum vobis Regem denuò tollat, flagitantes minimè exaudiet. Verùm inquiet aliquis, quamobrem Hebræi ob sollicitatum à Deo Regem pœnituri erant, quo pro sui defensione & tranquillitate tantopere indigebant? Fortènè melius illis erat, si omni Regis præsidio destituti, omnique auxilio & defensione spoliati, adversariorum suorum injuriis & damnis expositi viverent? Etenim dubitandum minimè est, quin supposito illos in casum, à Samuële Propheta prædictum redigendos esse, minus illis malum fuisset sine Rege vivere, ipsosque damnis per inimicorum suorum arma inferendis expositos esse, quam sub illo, quem tam sollicitè requirebant, Rege vivere; Neque enim jàm de facto in adversariorum hostiumque suorum arbitrio & potestate constituti, tantum pati damnum potuissent, quantum passuri erant sub ultrò citroque postulati Regis gubernio. Samuel igitur perversi cujusdam Rectoris prævidebat regimen, Hebræosque sub tali regimine, majori cum infelicitate victuros esse intelligebat, quàm si ab ipsismet oppressi & angustiati essent capitalibus inimicis. *Eveniebat Iudæis*, inquit Tostatus, *ut à Regibus, à quibus se putabant salvandos ab hostibus, lacerarentur potius, quàm ab hostibus.* Fingit Æsopus, quod dum Columbæ, ut se à Milvi inimici sui insidiis liberarent, Accipitrem sibi à Jove in Regem aut Rectorem dari petiissent & obtinuissent, tandem experientiâ comprobârint, majora sibi à Rege quàm ab inimico suo damna acersiri.

Abul. q. 137. in cap. 8. lib. 1. Regum.

Accipitrem Milvi pulsurum bella Columbæ.
Accipiunt Regem; plus Rex hoste nocet.

Æsopus.

1. *Reg. 8. v. 18.*

Potrò maximus Christiani nominis inimicus, adhibitâ etiam totius Inferni violentiâ, efficere tamen nequaquam potuit, ut integra quædam civitas Catholica hoc imbueretur errore, ut crederet & confiteretur. Furtum minimè peccatum esse: hunc tamen errorem ante annos non ad-

modum multos, in omnes Diœceſeos ſuæ Civitates perverſo ſuo exemplo introducere prævaluit Prælatus quidam avarus: adeò ut ipſimet etiam pueri in omnibus urbis plateis cecinerint publicè: Furari jam non eſt peccatum, quia ipſummet videmus furari Prælatum. Unde niſi maximo huic incommodo non fuiſſet promptum adhibitum remedium, ſanctæ Fidei noſtræ negotia fortè ambiguum ſortita fuiſſent in hiſce partibus noſtris eventum. *Plus Rex hoſte nocet.*

Iſaiæ 14. v. 13.

8. Verba illa Iſaiæ cap. 14. *In cœlum aſcendam, ſuper aſtra cœli exaltabo ſolium meum; ſedebo in monte teſtamenti, in lateribus Aquilonis*: ex mente Hugonis Cardinalis, non ſolùm à Lucifero Dæmone ſemel pronuntiata fuêre: Verùm hodiedum adhuc ab ambitioſo homine enuntiantur, qui Eccleſiæ Prælaturas venatur & obtinet; Verba enim hæc: *Supra aſtra cœli exaltabo ſolium meum*, idem ſignificant, ac ſi diceretur? *Suprà multitudinem fidelium Prælatus efficiar.* Quæ quidem expoſitio non adeò mihi inconcinna videtur, dummodo tamen clarius explicetur, quinam per latera Aquilonis intelligendi ſint, inter quæ ambitioſus ille ſedem ſuam collocare prætendit. Hi ſunt, inquit præfatus Eminentiſſimus Cardinalis, parentes ejus, fratres, nepotes, & quotquot ſunt protii ſui ſanguinis conſortes. Hi enim meritò hoc nomine appellantur, quia dum lateribus illius continuò aſſiſtunt, veluti frigidiſſimi Aquilones cor ejus immoderatæ cupiditatis ſuæ frigore & gelu adeò vehementer congelari & conſtringi faciunt, ut ad illos locupletandum coactus, de bonis eorum quos curæ ſuæ commiſſos habet, tametſi pauperes ſint, publicas facere rapinas & prædas non erubeſcat: *Sunt latera Aquilonis*, inquit Doctor ille purpuratus, *quia reſtringunt corda eorum, & manus ad cupiditatem & avaritiam; quia ut eos ditent, fiunt Prælati raptores, & bonis pauperum eos ditant.* Atque ideò quamdiu talis Prælati lateribus ejuſmodi homines aſſiſtunt: quamdiu Aquilonaria hæc monſtra ſummatum ſedium occupant loca, mirum non eſt, ſi omnia ſuſque deque vertantur, conturbentur & perdantur omnia. Non jam deinceps cum Pſalmiſta canere poſſumus: *Latera Aquilonis Civitas Regis Magni*, ſed potius amariſſimè fleré debemus, ſiquidem dum hæc Aquilonis latera Prælatis aſſiſtunt, Civitas Dei in Plutonis Civitatem transformata eſſe videbitur, à tot furiis inhabitata & oppreſſa, quorum infelici talis Prælati regimine homines erunt, qui in concupiſcentiis ſuis prævalebunt. Talibus Aquilonibus regnantibus, mundus atrocius, quàm à vero Aquilone conturbatur & evertitur Aquilo, ut fingit Æſopus, quâvis etiam poſſibili & naturali violentiâ armatus, viatorem propriâ ſuâ chlamyde exuere aut ſpoliare nequaquam prævalet: cùm tamen ab his Aquilonibus homines ſæpè & chlamyde & tiara, & mitris & Coronâ, imò & vitâ ſua ſpoliari videantur, ut vel ſic in miſeri defuncti officium & opes ſubingredi illis liceat. Quamdiu hi Aquilones regnant, ſacræ ſedis cœlum ordinariæ pietatis fontem ſcaturire minimè videtur: Sunt enim Aquilones, ita dicti, quia *Ligant Aquas.* Non jam amplius conſuetæ erogantur Eleemoſynæ, pauperes non ampliùs veſtiuntur, nulla dantur ſubſidia viduis, pupilli non audiuntur, nec fiunt gratiæ aut favores benè id merentibus. Omnia ſibi rapiunt, pro majori divitiarum ſuarum incremento, quodvis etiam modicum prenſant beneficium, cuivis etiam pauperculæ Abbatiæ, aut penſioni minimæ inſidiantur, & devorant omnia, dum interea pauperes præ neceſſitate contabeſcunt & moriuntur, omni ope deſtituuntur virtuoſi, totuſque mundus in extremam ſui agitur pernitiem.

Hugo ibidem.

Pſal. 46. v. 2.

Pſal. 50. v. 16.

9. Quando David à ſanguinibus à Deo liberari rogabat: dicens: *Libera me de ſanguinibus Deus Deus ſalutis meæ*, à Deo, ut occidendus eſſet, & ſepeliretur, rogare voluiſſe videtur, ſanguis enim theſaurus eſt vitæ; unde homo ſi ſanguine careat, vitâ quoque careat neceſſum eſt. Nero Senecam Magiſtrum ſuum necaturus, omnem illi ſanguinem ademit. Imò quando Deus ipſemet dicit: *Anima carnis in ſanguine eſt*, per animam vitam utique intelligit, utpotè quæ ſanguine deficiente non deficere non poteſt; ſicuti deficiente ſubſtantiâ, acci-

Levit. 17. v. 11.

accidens patiter deficit tali ſubſtantiæ innixum. At vero qui ex ejuſdem purpurati Doctoris mente, verba hæc à Propheta in perſona boni alicujus, Prælati dicta fuere togantis liberari & eximi ab affectu erga parentes & conſanguineos ſuos (quos ſanguines appellat, quia ejuſdem cum illo ſanguinis ſint participes) bono & fœlici ſuo regimine adeo pernitioſos & noxios: clare liquet illum vitam potius efflagitaſſe quam mortem. Nam Prælatus aliquis vel quivis alius Chriſtianus, qui bene vivere deſiderat, vere deſiderat vivere, mala namque & perverſa vita mors potius dici meretur quam vita. Cæterum poſtquam Prælatus vel ſemel huic vitioſo ſanguini in prædam ceſſerit, omnia confundit, & evertit, cunctaque ſanguine perfundit, ſitque publicus homicida auferendo vitam illorum omnium, quos propriis ſanguinis & vitæ ſuæ pretio ſalvare eſt obligatus: *Oratio eſt boni Prælati*, inquit hic Doctor, *precantis liberari à carnalibus parentibus, amore quorum vinctus & captivus tenetur. Omnia recta pervertit, qui ædificat civitatem in ſanguinibus, id eſt, in nepotibus.* Prælatus enim improbus & ſenſualis ſanguinis amore captus omnes Eccleſiæ ſuæ reditus in nepotuli ſui impendit promotionem, moriantur licet pauperes fame, evertantur Eccleſiæ, altaria nuda cernantur & ſpoliata: poſt habitâ etiam omni illorum cura, pro quibus curandis tantam in ſe obligationem ſuſcepit.

Hugo in Pſal. 50.

Omnis in Aſcanio chari ſtat cura Parentis. Omnes ſpoliat, excoriat & dilaniat, omnes deprædatur. Nullus eſt ſanguis, qui non effundatur, dummodo extollatur, promoveatur, & exornetur unicum illud nepotuli Idolum. Porrò quiſquis eſt talis Prælatus, Sacerdoti illi Mexicano, Dæmonis nimirum Miniſtro, mihi perſimilis eſſe videtur, qui ſanguine è tot miſerabilium hominum cordibus expreſſo pingit, & ornat Idolum ſuum quod adorat, in eorum quos gubernandos habebat, ruinam & excidium, ſuamque perpetuam damnationem.

Virg. lib. 1. Æneid.

10. Deus Moyſi amico ſuo quondam ad ſe evocato dixit: *Conſtitui te Deum Pharaonis*, quaſi diceret: ſcito, ô Moyſes mihi hodie complacuiſſe te Pharaonis Regis creare Deum: quapropter deinceps non homo, qualis ſuperioribus temporibus eſſe credebaris, ſed Pharaonis æſtimaberis Deus. Quotieſcunque igitur cum Pharaone res tibi tractanda erit, non te hominem, ſed Deum qualem te hodie creavi, eſſe memento. Verum enimvero num forte rationem conjicere poteriris, ob quam Deus Moyſen Deum creare voluit Pharaonis? Nimirum inquies ad illum magis honorandum & magnificandum, & ut illum prodigioſum magis redderet atque ſtupendum. Optimè id quidem dicitur, nam & Moyſes verè talis apparuit. Veruntamen Deus in hoc facto non ſolùm prætendit Moyſen majoribus cumulare honoribus, verum inſuper populum illi commiſſum magis provehere voluit. Quia enim adverterat Moyſen poſtquam in Imperatorem populi ſui electus, & ad tractandum cum Pharaone Rege veluti legatus Dei miſſus fuerat, aliqua adhuc teneri Regis illius formidine, ideo ut hunc illi timorem eximeret, ipſum Deum eſſe voluit, qui neminem timet. Quia enim Deus timetur ab omnibus & neminem timet, hinc *Theos* à Græcis dicitur, quod in ſermone latino idem quod *Timor* ſignificat. Per hoc autem indicare nobis ſimul voluit, omnes quotquot in mundo gubernant, homines eſſe debere generoſos & animoſos, fortique ac robuſto corde præditos, quibus non ſit opus timere quemquam, niſi infauſtum videre velint Regiminis ſui ſucceſſum. *Robuſtos & fortes Duces eſſe oportet, qui faciem alicujus non timeant*, inquit Oleaſter. Quiſquis aliorum ex officio curam gerit, & homines timet, ſuperior eſt inutilis, ad perditionem electus eorum, quos moderandos accepit. Talis, ſi fuerit Eccleſiaſticus, Pilatus potius quàm Prælatus dici meretur. Quodſi enim poteſtas ſive Magiſtratus ſæcularis una cum laicis, uti ſæpè fieri ſolet, Clericos præter fas & rationem aggravet, talis Prælatus Eccleſiaſticos aggravari & moleſtari facilè permittit, ſeque id neſcire ſimulabit. Quodſi Chriſtum à populo tot accumulatis ſceleribus quotidie crucifigi conſpexerit, non id curabit, minus de remedio,

Oleaſt. in Cap. 31. Deut.

remedio prospiciet aut providebit. Quia chamelionis instar omnes veretur, timerque æqualiter tam magnatum potentiam quam multitudinem humilium & pusillorum. Miserabilis profectò est populus ille, cujus caput Cervus est. Novi similem quendam Prælatum (utroque enim nomine appellare licet eos qui sunt ejusmodi) quidum à viro quodam, qui Dei zelo agebatur, sæpius magna cum instantia, ut strygem sive Veneficam quandam, quæ Diabolicis incantationibus suis eo in loco pernitiosissime erat, apprehenderet, & judicatam digno castigaret supplicio; respondit, se illam ob, nescio, quem ejus metum nec apprehendere posse, nec castigare. O tempora lachrymis sanguineis deploranda! O infælicem illam ab ejusmodi Pastore gubernatam Ecclesiam, qui etiam ob fragilis, imò sceleratæ mulierculæ cujusdam terretur formidinem. Quid de illo futurum esset, si illi cum Eudoxia quadam Augusta certamen ineundum esset, cui ferreo prorsus invictoque pectore, tantaque sua cum gloria magnus ille resistere poterat Chrysostomus? Pastor, qui leporem timet, quonam timore per lupum concutiendus erit?

Cant. c. 2. v. 17. 11. Verba illa Cant. Cap. 2. *Revertere, similis esto dilecte mi capreæ hinnuloque cervorum*, Verba sunt Ecclesiæ, quibus Christum sponsum procul à se remotum alloquitur: Quia enim Christo ab illa procul distante plurimis facilè malis subjacet, ideò illum secum semper habere præsentem desiderat, ut securum habeat ex ejus præsentia subsidium, nec ullum eo præsente patiatur cordis deliquium. Quo enim non dicemus privandam esse bono, aut cujus mali illam non credemus futuram esse participem, quæ illius destituta est consortio, qui sicut præsentia sua omnis boni, ita sua absentia omnis mali causa esse censetur?

D. August. Tract. 31. in Ioan. *ubi enim bene erit sine illo,* Inquit S. Augustinus; *aut quando esse male poterit cum illo?* Quænam esse potuit causa tam ardua, ob quam Christus ab illa adeo se procul subduxit, quam majori quam semetipsum dilectione prosequitur? Prælatorum, aliorumque Rectorum negligentia. Aponium antiquissimum scriptorem hac de re scribentem audite: *Prolongatio Christi ab Ecclesia tunc est, quando negligentia eorum qui præsunt populo Christiano ad castigandam plebem, tribulatio induci permittitur; cum siccitas, vel nimius imber, aut fames, seu pestilentia vindex grassatur.* Quod Deus nonnunquam ab Ecclesia sua adeo videatur esse procul remotus, fideleſq; sui ob ejusmodi absentiam moriantur fame, Civitates castigentur, affligantur per continuam bellorum furiam Regna, & passim pestilentia serpat, fiantque ex accumulatis undique cadaveribus montes, unica malorum istorum omnium causa est sola Rectorum negligentia. Quodsi Eheu per solam negligentiam aut per Prælatorum simplicem somnum homines tot continuo malis vexentur, horrendisimisque, quæ mundus sustinere posset, flagellis affligantur, quot mala per eorundem avaritiam, gulam, luxuriam, superbiam, & crudelitatem subire cogentur? Quod si Prælato dormiente, nihilque aliud mali faciente populus adeo divexatur, quantum angustiandum esse creditis ipso, dum vigilat, scelera sceleribus accumulante. Scio etenim Timotheo Græcorum Duci olim dictum fuisse eum dormientem tot capere sibique subjicere civitates. Illum etiam hunc in modum respondisse scio: Quod si dormiens tot Græcis civitates acquiro, quot igitur vigil & experrectus acquisturus essem? Quodsi negligenti alicui tali Prælato aut Gubernatori nonnemo diceret, eum dormientem totum mundum perdere & devastare, tali utique mox ejusdem responsura esset conscientia: Quodsi adeo sim noxius dormiens, quantum vigilans nociturus essem?

Apon. lib. 5. in Cant.

Apopht. Aldi Manutij.

Zachar. 11. v. 17. 12. Audiatis velim quam efficacibus verbis Zacharias Propheta malum quendam Prælatum adoriatur. O *Pastor & Idolum, derelinquens gregem, gladium super brachium ejus:* Et observetis quod illum Idolum appellet, id est, Dæmonem. Verùm enim verò cum Idolum nihil sit aliud, quam Dæmon aliquis à cæcis gentilibus centenis modis Dei loco adoratur: *Omnes Dii gentium Dæmonia.* Cur non potius illum hominem, qualis revera erat, sed Dæmonem

Ps. 95. v. 5

nem appellat ? Quia nimirum talis non aliquis in hac terra oriundus homo, ſed quidam ab Inferno evocatus Dæmon eſſe videtur. Sicut enim bonus ſuperior, verus quidam eſt Angelus, ita malus Dæmon eſt pernitioſiſſimus. Ille ſole ſplendidior eſt per neceſſariam officio ſuo ſapientiam : Alas habere videtur propter ſollicitas gregis ſui viſitationes : Ob ſolitam in muneris ſui functionibus peragendis circumſpectionem merus quidam per omnia oculus eſſe videtur : Denique quia in Juſtitiæ adminiſtratione ad nihil aliud præterquam ad ſolum reſpicit Deum, cum magno illo Paſtore dicens : *De vultu tuo judicium meum prodeat*, Dei faciem continuò veluti Angelus quidam intueri cenſetur. Hic vero ob artis gubernandi impetitiam, inſtar noctis cujuſdam obſcurus eſt : E cœlo ubi Deus videtur, eliminatus eſt, cum tamen præter Deum alia omnia videat ; Harppiæ cujuſdam ob rapacitatem ſuam ungulas habet. Ardet continuo ex tot inextinguibilis ignis concupiſcentiis. Dæmon igitur quidam & non homo eſt, Paſtor & Idolum. Porrò quiſquis de illorum eſt genere juxta S. Cyrillum, nequaquam Epiſcopus, ſed Dæmon dici meretur ; Qui enim Epiſcopus, nec tamen bonus eſt, Dæmon eſt : *Hic certe non Epiſcopus eſt, ſed Diabolus. Epiſcopus enim aut Sanctiſſimus eſt, aut Diabolus.* In quemnam ſtatum redigendum putas regnum illud, aut populum, vel civitatem, quæ Dæmonis alicujus ſubjecta eſſe reperitur imperio ? Quiſnam obſecro gentis illius explicabit miſeriam, quæ à tali quodam inimico ſuo gubernatur & regitur, qui miro accenſus furore, ferroque & igne armatus paſſim & ubique diſcurrit, illam ſine ulla pietate deſtrueas, devaſtans, & evertens ? Porrò in eundem prorſus ſtatum gens illa redigetur, quæ perfidi cujuſdam Prælati ſubjicitur imperio. Talis enim ſubditos ſuos non gubernat ſed ſupplantat ; non regit, ſed deſtruit, non paſcit, ſed perdit, quia nimirum non Prælatus, ſed Dæmon eſt : *Non eſt Epiſcopus, ſed Diabolus.*

Pſal. 16. v. 2.

D. Cyrill. Alexandr. ad Auguſt.

Pſal. 68. v. 24.

13. Pſalmo 68. regius Cytharædus in hæc verba prorumpit : *Obſcurentur oculi eorum, & dorſum eorum ſemper incurva.* Verum obſecro vos de quibuſnam regius Propheta hoc ſub oculorum ſymbolo loqui intendebat. De Principibus terram gubernantibus loqui ſtatuerat. Principes enim terræ hujus moderatores, oculi ſunt mundi hujus. Permagni æſtimatur oculorum læſio, neque enim crimen læſæ majeſtatis majus eſſe poteſt. Principes haud ſecus ac oculi ſphæricæ figuræ eſſe debent : debent majori præ cæteris hominibus eſſe perfectione donati. Habent ſuum oculi in capite locum ; & principes in Dei manibus locum ſuum obtinent, qui caput eſt omnium quæ in mundo ſunt. *Cor Regis in manu Domini.* Oculi tam prope quam procul vident & reſpiciunt : Principes quoque tam præſentes, quam futuras populi quem moderantur, neceſſitates prævident & proſpiciunt. Duo ad quamlibet illorum actionem concurrunt, quia nunquam ſine alieno interveniente conſilio deliberant. Principes quoque ſapientiæ, prudentiæ, aliarumque ad munus ipſorum neceſſariarum virtutum lumine veluti oculi quidã reſplẽdent. Deniq; duces ſunt, quos vaſallorum ſuorum dorſum neceſſario conſectatur. Veruntamen dic Sodes quodſi oculi iſti vel per ignorantiæ tenebras, aut per aliud quodpiam vitium humanum infeliciter obſcurarentur, quid de dorſo futurum eſſet ? utique in terram inclinaretur, & caderet. Dicit igitur Propheta : *Obſcurentur oculi eorum, & dorſum eorum ſemper incurva. Per oculos*, inquit Hugo Cardinalis, *Prælatos, per dorſum ſubditos intellige. Cum excœcantur Prælati, incurvantur & corruunt ſubditi.* Quia ſol verus quidam eſt cæli oculus, Prælati quoque ſoles quidam erant, utpote qui oculi ſunt cæli Eccleſiæ. Cum igitur ſoles quidam ſint, ſequitur quod ſicut quamdiu in Hemiſphærio, quod gubernant, ſunt luminoſi, tamdiu bonorum deſideriorum vapores, humoreſque actionum bonarum in ſubditis elevant, atque in ſublimi continuo ſuſtinent, ita quoque ubi obſcurati fuerint, & in vitiis occidentem declinaverint, eoſdem deorſum unde illos extraxerant, denuo præcipitabunt, ut ad Infernum illos ſecum pertrahant. Vidiſtis igitur hactenus, verum eſſe quod totius mundi ruina ab horum ſolium obſcuratione velut originali cauſa derivetur & proveniat.

Prov. 21. v. 1.

Hugo Card. in Pſal. 68.

Fidelis Benef. Adventuale.

SERMO II.

IN DOMINICAM I. ADVENTVS.

THEMA.

Erunt signa in Sole, Luna & Stellis, Luc. 21.

ARGVMENTVM.

Misera & infelix valde censenda est filia sub vitiosa cujusdam matris manu constituta.

1. Spiritui sancto Cant. 6 v. 9. mulierem bonam Lunæ pro eo tempore quo luminis pleniſſima, eſt atq; pulcherrima cõparare placuit, dum de ea inquit: *Pulchra ut Luna.* Nec immeritò. Obſecro enim vos, ut circa crepuſculum dum ſol ex Hemiſphærio noſtro in alienas regiones commigrans, per peregrinas incognitaſque ſemitas oberrat, oculos veſtros in cælum attollatis, lunamque omni ex parte ſtellis circumdatam reſpicere velitis, ſic enim illam videbitis bonæ matri eſſe ſimillimam, quæ marito ſuo procul abſente, à dulciſſimis filiabus ſuis circumdata domi ſuæ recluſam ſe conſtantiſſimè continet. Bona itaque mulier vere luna quædam eſt: *Pulchra ut Luna.* Quæ quidem ad ſui ſplendorem nec auro opus habet, nec gemmis, verum ut illuſtrem ſe exhibeat atque ſpectabilem, ſolum ei honeſtatis ſuæ lumen abunde ſufficit. Quantumvis vicina ſit terræ, cumque terrenis mulieribus converſetur, ipſa tamen in terram nunquam deſcendit, hoc eſt, nunquam iis videtur notata moribus, quibus vulgares & terrenæ mulieres eſſe videntur obnoxiæ & fædè notatæ, utpote quæ in ſublimi Chriſtianæ converſationis cælo ſemper & conſtanter reſidet atque perſiſtit. Proprii mariti ſui, non vero alterius viri radiis reſplender, quibus mulieres improbæ obſcurantur & deturbantur. Quantumvis in publicum & ad ſolis lucem procedit, tanto plus obſcuratur, utpote quæ nulli alteri placere quærit, præterquam illi, cui ſemel pro ſemper placere elegit. Complexionis eſt frigidæ & humidæ, id eſt, caſtæ & honeſtæ conſcientiæ. Sylvarum & non platearum Dea eſt, quia ſolitaria ſemper manet, & à mundi oculis occulta & abſcondita. Ejus incrementum & decrementum à rebus inferioribus velociſſimè percipitur: ſicut enim matre virtuoſa exiſtente, filiæ quoque ejus, quas ſub ſuo habet dominio, virtuoſæ exiſtunt, ita mater improba filias quoque ſortitur improbiſſimas & laſcivas. Id quod ex præſenti Evangelio figuraliter elicitur. Quia enim per Lunæ ſtellatũque ſigna, de quibus S. Lucas loquitur dicens: *Erunt ſigna in ſole, luna, & ſtellis*, non alia quam obſcuritas lunæ, ſtellarumque de cœlo caſus intelliguntur, prout S. Matthæus id explicat dicens: *Luna non dabit lumen ſuum, & ſtellæ cadent de cœlo.* idem ſi per Lunam matrem, filias autem per ſtellas intelligamus, S. Lucas dicere voluiſſe videtur: Quamprimum mater aliqua honeſtatis aliorumque bonorum morum Lumen perdiderit, filiæ quoque de bonæ vitæ cœlo dilapſæ, vitioſiſſimæ evadent. Unde perſpicuè videtur, quod ſicuti filia bonam nacta matrem, fœlix eſt, ita infeliciſſima ſit filia illa, quæ malam eſt matrem ſortita. Id quod pro majori materiæ hujus perſpicuitate in præſenti diſcurſu latius explicabimus.

Cant. 6. v. 9.

Luc. 21. v. 25. Matt. 24. v. 29.

a Spiritu

2. Spiritus sanctus mulierem bonam non lunæ tantum, verum etiam fonti in Canticis comparat, dum ab eodem *Fons signatus* expresse appellatur. Etenim fons est, quia limpidum quoddam est mariti sui speculum; cum enim illum diligat, ipsaque redametur ab illo, vivam semper amatoris sui secum defert imaginem. Quisquis illi appropinquat, è bono & salutari, quod ab illa ediscit exemplo veluti humectatus & fœcundatus, bonorum propositorum herbis, floribusque christianarum virtutum, ac demum honestarum operationum fructibus spectabiliter adornatur. Virum suum à negotiis ad lassitudinem usque foris gestis domum reverentem aquarum suarum dulcedine, id est, morum affabilitate, mitaque benevolentia recreat. Eadem habet cum fonte Clio operationes; efficit enim ut thori sui consors illicitæ erga alias mulieres affectionis vinum abhorreat: iis, qui honestate sepositam illam intuentur, ad instar fontis cujusdam in Scotia existentis in faciem involat, ne similem in se jactum obtutum reiterent. Fons est, non vero flumen; Neque enim extra suos egreditur margines, nec foris discurrit, sed domi suæ secretam se ab aliorum oculis subducit. Fons est, non mare, id est, dulcis est, non vero amara, quia familiæ suæ turbam virtuosa affabilitate & urbanitate sua confortat & lætificat, minime vero amaritudine aliqua conturbat. Fons est, non puteus, quia bonorum suorum aquæ altæ sunt, non vero profundæ, id est, non est intenta lucro rerum aliarum, quæ in profundum illam demergunt, sed potius, quæ illam in sublime evehunt. Porrò mala quoque mulier, fons quidam est, sed Clio fonti simillimus, qui exinde bibentes infatuat, eosque, qui ad spurci ac turpis affectus sui sitim extinguendam venenosis aquis suis ex improviso propinquiores fiunt, cerebro totaliter destituit. Ipsa fons est lætitiæ, qui viros effœminat, prouti Salomoni, Herculi, Sardanapalo, torque innumeris aliis accidisse novimus. Fons est Agrigentinus, qui nil aliud quam coinquinans & defœdans lutum scaturire semper solet. Fons etiam est Arabiæ, unde juvenes casti veluti pecora candida bibentes ex albis nigri evadunt. Unde dum Sapiens scribit: *Fons aquæ sit tibi soli,* *Prov. 5. v. 16.* inquit Chrysostomus, *Loquitur de uxore, vocans eam fontem.* Uterque autem fons ille rivos suos habet, id est, filias è gremio suo productas. Unde sicut rivus communiter fontis, unde derivatur, saporem habet & retinet: *Hanc conditionem sustinent cuncta manantia, ut sapor qui concessus est origini, nesciat rivulis abnegari*, inquit Cassiodorus, ita quoque quemadmodum bonæ probæque matris filia, virtuosa erit & bona, ita filia malæ vitiosæque matris, mala erit & vitiosa: illa fœlix, hæc infœlix, quælibet fontis sui, unde nascitur, saporem exhibebit. *Chrys. in Psal. 4.* *Cassiod. lib 2. variar. c 15.*

3. Quod fœmina aliqua muliebri forma relicta in ursam transformetur, res quidem videtur esse incredibilis, cum tamen verissimè nonnunquam contingat. Non equidem nescio Poetas de ursis majoribus Arctico circulo clausis, quas Græci *Arctos* appellant, fabulari, illarum unam Helicen nimirum Calisto Lycaonis Arcadiæ Regis filiam fuisse, quæ quantum quoaduscq; virgo permansit à Diana fuit dilecta, tantum sibi postea ejusdem Dianæ odium conciliavit, postquam à Jove stupri probro fuit contaminata. Huic enim indeperditæ virginitatis supplicum, oblata mulieris specie, ursæ similitudo impressa fuit, atque ex muliere in ursam transformata permansit. Verùm enimvero quid nobis fabulis opus est, quando hac in re ipsamet ratione instruimur? ursa non fœmina esse videtur mulier improba. Ipsa namque haud secus ac ursa caput habet debilissimum. Quodsi enim aliquo polleret capitis vigore, carnem suam à Deo ipsissimis manibus suis in Paradiso formatam, intra lupanaris turpitudines ac fœditates à tot porcis immundis, quot illam luxurioſi juvenes consectantur ac depereunt, prophanari ac dehonestari minimè permitteret. Quodsi forti cerebro esset, animam utique suam, quam Deus ac Redemptor ejus, tot laborum, imò pretiosissimi sanguinis sui pretio comparavit, pro tam vili ac modico pretio nequaquā vendidisset. Quodsi vel modico polleret judicio, florem suum virginalem, qui cujuscunq; boni jactura recuperari nequaquam valet, tanta cum imprudentia minimè amisisset. Ursa est, quia quidquid ore suo semel apprehendit, tanta cū

violentia ſtringit, ut ſi non devoret, nunquam tamen deſerat; incautus namque juvenis ejus ſemel amoribus captus, ab illa tanta cum vi & violentia ſtringitur, ut eundem nequaquam deſerat, aut deſeratur ab illo, niſi illum totaliter devoret, eumque & ſanitate & honore, imò & ipſamet anima ſua & quicquid aliorum bonorum poſſidet, deſpoliet & exuat. Urſa eſt, quia cum fortiſſimis tauris confligens, victoriam ſemper reportat; ſub hujus namque urſæ unguibus fortiſſimi ceciderunt athletæ David, Salomon, Samſon, aliique tauri validiſſimi, quorum fortitudinem in hodiernum uſque diem mundus celebrat. Neque taurus aliquis reperibilis eſt tantæ fortitudinis, quia propriis ſuis diffidens viribus, cum hac urſa dimicare non renuat. Urſa eſt, quia omnia conſumit & devorat, opulenta nimirum imprudentum juvenum patrimonia, parentum ſuorum exiſtimationem & honorem, imò ipſaſmet quoque amatorum ſuorum deperdit animas. Urſa eſt, quia in inveteratæ conſuetudinis ſuæ lecto profundiſſimè dormit, utpote qui mortis pœnarumque æternarum in Inferno ſibi reſervatarum metu, veluti gladio è cælo toties excitatus, expergefieri aut excitari nunquam potuit. Solo aſpectu ſuo veluti horrenda quædam Miſiæ urſa miſerabiles occidit animas, eaſque veluti prædam Dæmoni exponit. Urſa eſt, ob turpiſſimam quam in vultu ſuo refert ſpeciem. Quid enim turpius eſt anima illa, quæ quicquid illam aliqua ſaltem condecorare aut exornare ratione potuit, totaliter amiſit? Quæ in luto & ſtercore volvitur continuò & revolvitur? Quæ Deum, à quo velut à primordiali fonte omnis pulchritudo naſcitur, dereliquit? Quid factura erit turpis ejuſmodi urſa, ſi illam filiam enixi contigerit? utiq; ut illâ ſibi aſſimilet, & urſam efficiat, curabit ut à turpi genio ſuo minimè degeneret. *Vrſa partus ſuos ad ſui effingit ſimilitudinem*, inquit S. Doct. Ambroſius. Nolite credere, quod ipſa jam in urſam converſa, filiæ ſuæ ovis, vel turturis ſpeciem ſit inditura, ſed urſæ formam illi imprimet, id eſt, meretriciis illam amoribus vacare docebit: In idem ipſam lutum & ſtercora pertrahet, in quibus volvitur & coinquinatur, in eandem ipſam reducet miſeriam, qua ipſamet eſſe obnoxia conſpicitur.

D. Ambr. hexam. lib. 6. c. 4.

4. Audite Oſeam Prophetam Hebræos hiſce verbis alloquentem: *Populus meus in ligno ſuo interrogat, baculus ejus annuntiabit ei, ſpiritus fornicationis decepit eum, fornicati ſunt à Deo ſuo, ideò fornicabuntur filiæ veſtræ.* Quaſi dicere vellet: Quia in populo iſto multi reperiuntur non ſolum gentilium Idololatrarum, qui Dæmones adorant, operibus dedicati, verum etiam alii, qui ſpurciſſimo luxuriæ ſpiritu infatuati, turpiter ac luxuriosè vivunt, ideò eorum quoque filiæ eidem luxuriæ fœditati toto pectore deditæ erunt. Non dicit, quod cum matres luxurioſæ fuerint, filiæ caſtæ futuræ ſint & virtuoſæ. Caſta enim eſſe mater debet, ut caſta ſit filia; Hæc enim bona eſſe nũquam poterit, improbâ manente iſtâ. Sapor enim, quo vas aliquod imbutum eſt, communiter Aquam tali vaſe contentam ſimiliter afficit. Raræ ſunt terræ partes, quæ aurum producunt vel argentum, lutum verò ubivis & in omni loco producitur, quia è luto communiter præter lutum nihil naſcitur. Monſtroſa prorſus res eſt, cùm ovis, uti in Hiſtoriis legitur, Leonem producit, cum communiter partum enitatur ſibi per omnia ſimillimum. Arboris defectus ſemper communicatur fructui: Filia viperæ, vipera ſemper erit. *Oſee 4. v. 12.*

5. Deploranda profectò eſt, quam ſceleratus Rex Balac impii Balaami conſilio perſuaſus, circa tot gentis ſuæ caſtitatis naufragium patientes virgines, inſtituit ruinam. Dum enim ſe Hebræos nec vi armorum ſuorum adhibita, ut ſibi promiſſum fuerat, nec virtute factæ à Mago maledictionis ſuperari poſſe videret, ad technas confugit & dolos, nam ante Hebræorum in acie conſiſtentium conſpectum integram ſubmiſit pulcherrimarum virginum turbam, eo nimirum fine, ut hæ illos vultuum ſuorum ſpecioſitate ad turpia allicerent, carneque ipſorum cum illis turpiſſimè commixta, ad abnegandum Deum ſuum Dæmonemq; quem virgines illæ adorabant, pariter adorandum inducerent, prouti poſtea reapſe accidit. *Fornicatus eſt populus cum filiabus Moab, quæ vocaverunt eos ad ſacrificia ſua, ut illi comederunt, & adoraverunt Deos earum.* Miſerabilis ſanè erat hic virginum lapſus! quomodo enim virgines illæ ad honeſtatis ſuæ jacturã *Num. 25. v. 1.*

ſpontã

ſponte eligendam perſuaderi aut animari potuerunt, cùm hæc ſit præſtantiſſimus mulieris alicujus theſaurus, pro quo conſervando atque tuendo doloroſiſſimam potiùs aliarũ plurimarum virginum exemplo, eligere & ſuſtinere mortem debuiſſent? Hanc in ſe turpitudinem ut admitterent pravo quod in matribus ſuis viderant, exemplo perſuaderi facillimè potuerunt. Quia enim mater ipſarum incontinenter vixerat, filiæ quoque incontinentiſſimæ evaſêre. Virgines illæ à natu majore Lothi deſcendebant filia, quæ de proprtia honeſtate ſua patrum admodum ſollicita, inebriato à ſe Patri ſemetipſam ultrò citròque conſtuprandam ſubſtravit, atque ideò mirum non eſt, haſce filias pravum hocce exemplum in impudica matre videntes, in impudicitiam ut pronæ eſſent, luxuriosèque ac turpiter viverent, perſuaderi potuiſſe, *Fœmina ſemper indefeſſa erunt trahere in conſequentiam, quod à matre traxerunt*, inquit Valerius Epiſcopus. E marre laſciva, alias quàm laſcivas filias expectare non poſſumus. E malo ſemine noxium ſemper enaſcetur virgultum; Corpus corruptum, corruptos quoquè generat humores. *Mali corvi malum ovum.* Uti proverbio dicitur. A Leda Jovis ſcorto, Helena naſcitur Paridis concubina.

Valer. ad Ruffin. Epiſt. Ne ducat uxorem.

6. S. Antoninus pulchrè obſervat omnes mulieres, Deiparæ Virginis Genealogiam ingredientes caſtas fuiſſe & virtuoſas, quamvis pro eo tempore quoad eandem Genealogiam nondum pertinebant, ex mente S. Hieronymi, nonnullæ graves fuerint peccatrices. Rahab enim meretricari deſiit, poſtquam Salmoni marito ſuo nupſit. Ruth quoque Booz viro ſuo deſponſata, Idololatriam dimiſit. Poſt initum cum Davide conjugium Betſabea jam non amplius adultera permanſit. Idem quoque de Thamar dicendum eſt, poſtquam Phares & Zaram genuit. Deus enim haudquaquam permittere voluit, ut ſanctiſſima Mater ſua ex alia, quàm caſta & ſancta Matre naſceretur. Verùm inquiet aliquis, quidnam B. Virgini intererat, probave vel improba naſceretur genitrice? Nunquid ipſa ſancta eſſe potuiſſet & virtuoſa, tametſi eæ, à quibus ipſa naſcitura erat, peccatrices fuiſſent & vitioſæ? Poterat utique, Neque hac de re ullatenus eſt dubitandum. Sancta eſſe poterat, tametſi matres ſuæ ſanctæ nequaquàm fuiſſent, inquit S. Florentinorum Archiepiſcopus, attamen à pravæ & vitioſæ indolis ſuſpicione libera & immunis eſſe non potuiſſet, ſi ab actualiter peccantibus & vitioſis matribus nata fuiſſet. Quia igitur ſanctiſſima Virgo Deipara, non ſolùm ab omni imputitate, verùm etiam ab omni impuritatis ſuſpicione immunis eſſe debebat, illam Deus matres actualiter peccatis inſordeſcentes habere nullatenus voluit. Quod ſi illa peccatrice fuiſſet matre progenita, à peccati ſuſpicione minimè fuiſſet expurgata; communiter namque videmus, quod ſicut filii ut potè ad conſectanda Patris veſtigia proni Patribus cenſentur eſſe perſimiles: ita filiæ quæ communiter matrizant, matribus ſimiles eſſe judicentur. Ipſiſſima S. Doctoris verba velim audiatis: *Cauſa hujus rei eſſe poteſt, eo quod omnis peccati imitatio vel ſuſpicio à Beatiſſima Maria excludi debuit. Sicut autem à Patre in filios per imitationem mala converſatio ſolet derivari, quia cum eis frequentiùs converſantur, & vident eorum mala opera: ita à matribus in filias, quæ continuò habitant cum eis, & vident opera earum, mali mores deſcendunt per ſequelam. Nulla ergò mater in Geneologia mala deſignatur, ne ſuſpicio vel minima de ejus imitatione in hoc oriatur.* Idque adeò verum eſt, ut malæ matres poſt aliquot annorum millia eaſdem ſuas imperfectiones filiabus communicare, illaſque in eaſdem peccatorum ſuorum ſuſpiciones pertrahere videantur. Mira profectò res! quod ſi enim lutum fontis, à tot milliaribus diffiti, rivulum conturbat, quantùm collutulabit eum vicinus à proprio lecto ſuo vix egreſſus?

D. Antonin. p. 4. tit. 15. cap. 4.

7. Porrò non eſt intermittenda hoc loco ſequens obſervatio, quod nimirùm Hebræorum legislator Moyſes mulieres haſce Moab appellet filias: *Fornicatus eſt populus cum filiabus Moab.* Quia enim *Moab* interpretatur *Ex Patre*; innuere voluiſſe videtur, illas Patrem quidem habuiſſe, non verò Matrem, adeò ut cùm omnes alii viri ac mulieres ex patre pariter naſcantur & matre, hæ ſolæ ex Patre, non verò ex matre, fuerint progenitæ. Verùm inquiet aliquis, Hoccine poſſibile eſſe poterit? Cui reſpondeo, id minimè poſſibile eſſe, ſiquidem in humana generatione mater & pater pari requi-

Num. ibidem.

runtur necessitate. Unde Minervam à Jove patre suo sine matre genitam fuisse, nolite credere, quia fabula est. Illæ itaque filiæ Matrem non habuisse dicuntur, non quod matrem verè non habuerint, sed quia illam non habuisse videantur. An enim Virginem illam matrem domi suæ habere censebis, à qua tum pravo exemplo, tum turpitudine verborum honestatem suam contaminare persuadetur? Minimè. Neque enim illa mater est, sed truculenta fera est, inimica ejus est, & persecutrix utriusque salutis. Benè me, si placet, intelligatis.

8. Jeremias Propheta extraordinarias infælicis Jerosolymæ miserias considerans, amariſſimèque deplorans dicebat: *Ergone comedent mulieres fructum suum?* quasi diceret: Ergone possibile est miserabilem hanc urbem nostram in tantam redigi miseriam, ut matres propriorum filiorum filiarumque suarum carnes sint manducaturæ? Talisne ac tanta in deplorandis temporibus illis fames esse poterit, ut mattes ob panis aliorumque ciborum defectum propria viscera sua depascant? *Ergone comedent mulieres fructum suum?* Observandum porrò est in verbis istis, quod Propheta mattes illas non matres, sed mulieres appellet: Neque enim dicit *Matres*, sed *mulieres comedent fructum suum.* Cur ipsas mulieres vocat, & non matres? Quia nimirū materni affectus & officii totaliter oblitæ marrū nomine indiguæ prorsus erant. *Benè autem mulieres, non matres, quia materno nomine appellandæ non sunt, quæ materna pietatis memores non fuerunt;* inquit Hugo de S. Victore. Quidnam obsecro maledictæ mattes hodierno tempore in mundo aliud faciunt, dum filias suas in infamis & impiæ vitæ semitas dirigunt, quam quod occidant illas, illarumque carnibus sese veluti nutriant ac pascant. In anima namque occiduat illas horrendius committentes Matricidium, quàm si præsenti illas vitâ exuissent, illasque devorant, dum suis illas perversissimis & lascivis moribus impiissimè imbuunt; atque ideò matris nomine indigna est talis mater, & fera potiùs quàm mater appellanda. Sed quid feram illam appello? Feræ enim catulos suos proprii sanguinis sui effusione, & cum evidenti vitæ suæ periculo ab iis defendunt, qui illis insidiantur aut eripere illos moliuntur, cùm tamen hæc sponte propriâ, imò studiosè & data opera filias suas Dæmoni tradere atque in Infernum præcipitare adlaboret. Dæmon igitur potiùs appellari meretur, utpotè quæ Dæmonis officium diligenter & assiduè exercet. Dæmonis nomine digna est, inquit Vincentius Bellovacensis: *Vetulæ conciliatrices turpitudinis possunt dici Diabolæ, quia officium Diaboli exercent.* Imò verò talis mater ipsomet quoque Diabolo perversior & crudelior esse videtur; Cùm enim Dæmon alienis filiabus præcipitium paret & insidias sternat, iis quas ipse non genuit, neque utero suo portavit, & quibuscum nullū ipsi intercedit sanguinis commercium: Hæc econtra propriæ suæ, quam novem mensibus utero suo clausam portavit &. cum dolore peperit, tantisque cum sumptibus & laboribus enutrivit, ruinam procurat.

9. Cùm in hunc mundum Nero horridum illud humani generis monstrum natus esset, amicique & consanguinei ejus more patrio Patrem illius lætabundi convenissent; eidem de nova prole nata congratulaturi, Pater Neronis haud secus ac si illi domi suæ non filius, sed ingens quidam Dæmon in perpetuam domus suæ totiusque Imperii Romani ruinam & perditionem natus fuisset, non solùm nulla prorsus edidit lætitiæ signa: Verùm etiam mœsto ac doloroso vultu congratulantibus sibi respondit, potius sibi de nato hocce filio condolendum quàm congratulandum esse. Moxque subjecit: De me namque nec non Agrippina conjuge mea alius nasci filius minimè poterat, quam filius infaustus atque monstrosus, unde nascitura esset totalis Reipublicæ Romanæ ruina & excidium, prouti reapse accidit. Verum enimverò, inquit ad hunc Neronis Patrem Franciscus Petrarcha, unde tu idipsum cognoscere, & divinare poteras? aut quale habebas conjecturæ hujus argumentum? Moxque responsum à Patre reddendum subjungit, dicens: *Notus eras tibi tu, nota conjunx execrabilis.* q. d. quia perspicuum tibi erat quis tu, pessimaque conjunx tua qualis esset, facilis tibi hinc erat conjectura pessimum quoque filium illum fore futurum, quem duo turpia

Natu-

Thren. 1. v. 20.

Hugo de S. Victore in Ioelem.

Vincent. spec. mor. lib. 3. Distinct. 4.

Petrar. de rebus mem. lib. 4. tract. 1. cap. 8.

Naturæ monſtra veluti genitores produxerant. E *Squilla non naſcitur roſa*, dicitur in communi Proverbio. Luna quæ ſub Iſidis nomine, Nili tota die creſcentis & decreſcentis filia ab Ægyptiis credebatur, creſcere quoque & decreſcere cernitur & ipſa, veluti ventris eam producentis continuò conteſtans defectum.

10. Joannes Gerſon Cancellarius Pariſienſis Chriſtum Dominum S. Joſepho patri ſuo putativo atque nutritio in vultu ſimillimum fuiſſe exiſtimat. Quidnam obſecro ſolemnem hunc Doctorem ad id ſibi perſuadendum permovit, cum certum ſit S. Joſephum Patrem Chriſti naturalem minimè fuiſſe? Filii quidem naturales patris effigiem in vultu ſuo perfectiſſimè exprimunt, non tamen adoptivi, qualis Chriſtus reſpectu S. Joſephi erat, Fundamentum Gerſonis id opinantis erat; quia S. Joſeph verus Chriſti parens ab Hebræis exiſtimari debebat, atque ideo niſi eidem fuiſſet in vultu ſeu facie ſimillimus, Beatiſſima Virgo utique tanquam adultetarum fuiſſet plexa ſupplicio.

Gerſon orat. in Joſeph.

De Joſeph ratio ſuadet ſua, quà facilis. Forma Jeſu forma ſimilis reputanda fuiſſe eſt.

Si non, quo pacto pater ejus creditus eſſet? Qualiter omnimodè matris ſervaſſet honorem.

Diſparitas vultus prolis cũ Patre putato? Inquit idemmet Doctor. Similitudo patrum in filiis, & matrum in filiabus adeo eſt neceſſaria, ut ſi hæc ex naturali aliquo accidente deficiat, mundus tales non judicet talium filiorum parentes, aut illorum parentum filios. Hebræi nunquam credidiſſent Chriſtum S. Joſephi eſſe filium, niſi eundem in vultu Joſepho vidiſſent ſimillimum. Hæc autem ſimilitudo non in membris duntaxat corporis, verum etiam ut plurimum in indole animi & moribus imprimitur. Boni namque patris filius bonus eſt, ſicut & matris bonæ bona eſt filia: & econtrario vitioſi filii erunt, ſi à vitioſis fuerint pr[illegible]aritoribus producti. *Ab iracundis parentibus, iracundos filios, & ex mitibus mites; ex ingenioſis ingenioſos, & ex ruſticis ruſticos, ut plurimum naſci videmus*, inquit B. Thomas. Ex hæc igitur doctrina rationabiliter colligere poteritis qualis malæ alicujus & vitioſæ matris futura ſit filia, & qualiter eadem infeliciſſima judicanda ſit, ſanguineiſque lachrymis deploranda, utpote quam malam potius quam virtuoſam futuram eſſe præſumere debemus, veluti imaginem ejus, quæ illam formavit.

B. Thom. Villanova Conc. de Nativit. B. Virg.

11. Libro 1. Reg. cap. 20. Scribitur quod Saul Rex viſceroſiſſimam Jonathæ filii ſui erga Davidem capitalem inimicum ſuum conceptam amicitiam dolens, eidem filio ſuo die quadam dixerit: *Nunquid ignoro quod diligis filium Iſai in confuſionem tuam, & in confuſionem ignominioſæ matris tuæ?* quaſi diceret: Intrinſecam illam quam cum Davide adverſario meo foves amicitiam non equidem ignoro. Sed ô te miſerum! qui amore iſthoc excæcatus non vides, quod tanto inimicum meum amore proſequendo infames temetipſum, matremque tuam quæ te genuit turpiter dehoneſtes? Obſecro vos, Auditores, quænam erat iſthæc infamia, quæ ex ſtricta illa Jonathæ cum Davide amicitia, tam in Jonatha, quam in ejus matre reſultabat? Saul inquit Toſtatus, verebatur ne Jonathas filius ſuus amicitiæ fœdera cum tam infeſto inimico ſuo continuans, verè non ſuus, ſed alterius filius eſſet; & conſequenter mater ejus per conciliatam ſibi adulterii turpiſſimam labem omnem feciſſet honeſtatis jacturam. Sciebat namque una ex parte filios patribus ſuis perſimiles eſſe debere, ex altera verò parte Jonatham adeo ſibi in indolis qualitate diſſimilem videbat, utpote qui toto pectore averſabatur, quod Pater cupiebat, unde non immerito aliqualis ſubnaſcebatur ſuſpicio, quaſi non ſuus eſſet filius, ſed ex matris ſuæ adulterio ab alio viro generatus. Unde per hanc morum diſſimilitudinem & diſcrepationem, vehementer tum perſonam propriam, tum matris ingenuitatem diffamabat. *Per hanc dilectionem oſtendebat Jonathas quod erat filius adulterinus; quia ſi eſſet filius Saulis, vellet ea quæ Pater volebat, repugnabat tamen ei in omnibus in cauſa David.* Talis ac tanta eſt filios inter & eorundem genitores ſimilitudo, ut eo ipſo quo verè ſunt filii, quoad voluntatem ſuam etiam à voluntate Patris ipſamet experientia quotidiana teſte, minimè diſcrepent. Unde ſi matrem mihi dede-

1. Reg. 20. v. 30.

Abul. Quæſt. 33. in Cap. 20. Reg. 1.

ris perversa voluntate affectam, ejusdemque quoque indolis tibi filiam ejus esse demonstrabo. Raro videbis filiam cilicium aut velum quærere monasticum, cujus mater superbis semper vestibus induitur, Mater in crapulam & ingluviem prona, filiam sobriam nunquam educabit. Si mater lascivis dat operam conversationibus, ab iisdem quoque filiam minime abhorrere videbis. Eadem pascua, quæ vaca diligit, ab illa quoque genita ambit vitula.

12. Quis non obstupescet inconsideratam miseri Herodis prodigalitatem, utpote qui ob conceptum ex viso filiæ saltu gaudium, dare promiserat quicquid postulatura erat, ad ipsam usque Regni sui medietatem. Verum enimvero mirum nequaquam est, quod tantam tamque liberalem ei miserabilis hic homo fecerit promissionem, quando per saltus illius occasionem juvenculæ illius mortaliter vulneratus, captus & illaqueatus est amore. *Laqueus fuit ei mulieris saltatio*, inquit S. Andreas Archiepiscopus Constantinopolitanus. Amor ignis est, qui proinde manus & bursam non stringit, sed laxat ad dandum quicquid est in potestate amantis. Amor nudus est & pauper, quia quicquid habuit, profusè erogavit. Quasi Dæmoniaca hæc juvencula non saltasset, sed luctata potius cum Herode fuisset, sic ab eodem turpiter superato, donum pro voto & libitu suo obtinuit. Observandum est autem, ipsam non oblatos postulasse honores, aut divitias, sed in serpentem veluti transformata, humanique sanguinis sitibunda magni Joannis Baptistæ caput poposcisse Regi dicens: *Volo ut protinus des mihi in disco caput Ioannis Baptistæ.* Omnino mihi persuadeo, omnes quotquot ex circumstantibus truculentam ac barbaram petitionem istam audierunt, illam non jam mulierem, sed monstrosam prorsus Chymæram esse existimasse, utpote quæ dum paulò ante se ad instar Gapræ lascivam ostenderat, scena mox immutata leænam se esse probavit, evomendo instar leonis ignem, quo incautum postea Principem accendit, in fine vero tandem in Draconem versa, sanginis innocentis Christi præcursoris cæpit fieri sitibunda. Porra mirum non est, inquit S. Archiepiscopus, eam talem se exhibuisse, quæ pessimæ matris suæ imagine ma sua impressam habebat imaginem: *In se habebat impressam totam matris malitiosam & perversam mentem.* Mater filiam talem formaverat & informaverat, qualis ipsamet erat, id est, non minus lascivam, quam crudelem & barbaram. Draco quidam inflammatus mater erat, unde & *Herodiades* est vocitata, quod nomen è Lytiaco *Draco ignitus* interpretatur. Draco quoque igneus fuit pariter & filia. Neque aliter id fieri poterat. Quid enim? Num fortè expectas, ut cum mater fuerit ex igne crudelitatis & lasciviæ Draco ignitus, filia ex bona educatione facta sit Columba quædam eximia pietate & pudicitia conspicua? Falleris certè. Ipsa namque ad instar matris non minus crudelis, quam lasciva & impudica evasit. *In se habebat impressam totam matris malitiosam & perversam mentem.*

13. S. Matthæus refert, Chananæam postquam certior facta est Christum, quem magnum miraculorum patratorem esse audierat, regionis suæ limites ingressum esse, subito ad eum inquirendum, & postulandam ejus misericordiam accurrisse, illumque rogasse ut suam clementer sanare filiam à Dæmone miserè vexatam dignaretur: *Miserere mei Domine fili David, filia mea à Dæmonio vexatur.* Quas preces ut Christus Dominus audivit, tametsi in principio se ad gratiam illam concedendam nonnihil præbuisset difficilem, tandem tamen illam consolari, filiamque ejus sanare ei complacuit. Verum enimvero num fortè aliquis causam conjicere poterit, ob quam filia isthæc Dæmoniaca facta fuerit? Causa hujus quantum ego quidem persuadere mihi possum, hæc esse videtur, quia nimirum mater ejus ipsomet Christo id asserente, illaque id minimè inficiante, imo ultro citroque fatente, canis erat, quæ ob caninam denarios aliasque divitias acquirendi famem, omnium libidini exposita vivebat, quæ de Christianismo præter baptismum nil aliud in se habebat, quæ nil in se muliebre præter solam exteriorem habebat speciem Infelicissima canicula! Hecuba, ex eo duntaxat quia ob Trojani incendii dolorem in Canem transformata erat, ut Poëtæ fabulantur, credebatur infelicissima; meritò igitur hæc quoque judicanda est infelicissi-

D. Andr. Cretens. de amput. Capitis D. Ioannis.

Marci. 6. v. 25.

D. Andreas ibid.

Matth. 15. v. 22.

ma, quæ ex concupiſcentiæ igne, unde domus ejus deflagraverat, in canem eſt converſa. Porrò quænam virtutum documenta talis quædam infamis muliercula filiam ſuam edocere potuit? ſeu potius quibuſnam ſceleratis artibus ad eandem Diabolo ſubjiciendam uſa non fuit! Dæmoniaca fuerit filia illa neceſſum eſt, quam talis mater, quæ è muliere in canem converſa fuit, peperit & educavit.

14. Operæ pretium mihi futurum videtur ad idem propoſitum pulchrum quendam è Deuteronomio locum conſiderare, in quo refertur, quod Moyſes ad hoc ut populus Iſraeliticus poſt acceptam à Deo legem in firma illius obſervantia perſeveraret, illiusque ne vel in uno jota, ut dici ſolet, prævaricator fieret, è filiis Jacob ſex ſibi viros elegerit, quorum hoc eſſet munus, ut legem obſervantes benedictione donaret: alios item ſex ex eadem familia deſignarit, qui transgreſſores legis malediceret: ita tamen ut ſex priores à Jacob Patriarcha ex propriis ſuis uxoribus geniti fuerint: ſex vero poſteriores eidem Patriarchæ nati fuerint ex concubinis. Circa hunc namque locum Eminentiſſimus Cardinalis Hugo de S. Charo pulcherrimum proponit dubium, dicens: Quænam eſt cauſa, quod inter eos qui populo benedicturi erant, nullus ex concubinarum filiis locum habuerit? Cui quæſtioni mox reſpondet dicens, id factum eſſe ut per hoc innuatur nobis neminem ex illegitimo matrimonio natum in ſacerdotem pro benedictione populo impertienda eligendum eſſe: *Nullus de filiis concubinarum eligitur ad benedicendum populum; per quod innuitur, quod nullus debet eligi ad dandam benedictionem ſuper populum, niſi de legitimo matrimonio ſit natus.* Num fortè cupidi eſtis ſciendi rationem, cur ſpurius vel illegitimus ſacerdos eſſe & populo benedicere nequeat? Quia ut inquit Gloſſa ſuper illum in ſacris Canonibus locũ, in quo ſacri ordines filiis illegitimis conferri prohibeatur, cum filii illegitimi incontinentum parentum ſint filii, incontinentes quoque & ipſi eſſe cenſentur: *Qui patrem incontinentem habuit, incontinens præſumitur.* Talis ac tanta eſſe debet in Deo conſecratis miniſtris munditia & caſtitas, ut non ſolum mundi & caſti eſſe debeant, verum etiam debeant eſſe ab omni immunditiæ aut luxuriæ ſuſpicione immunes & liberi: unde quia illegitimus, utpote luxurioſo patre progenitus, etiam luxurioſus eſſe præſumitur, ad ſacri altaris honores promoveri omninò nequit, ſiquidem filius patris alicujus incontinentis, præſumitur incontinens, ſicut & laſcivæ matris filia, etiam laſciva præſumitur, tametſi revera laſciva non ſit. Honorata & honeſta mulier turpiturdinis aut levitatis ſuſpicionem non modicam eſſe miſeriam arbitratur. Murena tametſi revera ſerpens non ſit, ſerpens tamen eſſe paſſim ab omnibus æſtimatur, utpote à ſerpente progenita; Macula aliqua ſuperficialis, licet ad interiora uſque non penetret, faciem tamen nominis deturpat: In horto ſuo quilibet contemptibilis plantæ plantare cavet virgultum. Cæſar domi ſuæ nobiliſſimam Pompeiam commorari noluit, utpote certa quadam mali ſuſpicione notatam, licet aliàs revera honeſta eſſet.

15. Nunc alium quendam è libri Geneſeos trigeſimo quarto capite petitum locum maturè ponderemus. Ibi namque invenietis, quod Moyſes de Dinæ defloratione tractans ita ſcribat: *Egreſſa eſt Dina filia Lia, ut videret &c.* Quibus in verbis notandum, quod juvenculam illam non ſolum Dinam, ſed Dinam filiam Liæ appellat. Cur ita? ut nimirum miſeriæ illius in quàm juvencula illa incidit, cauſam aſſignaret, quaſi Dina turpi hac labe commaculata ſit, quia Liæ filia fuit; eandemque fortè nunquam ſibi adſciviſſet, niſi tali fuiſſet matre prognata. Lia cæca erat, uti Moyſes alibi dicit: *Lia lippis erat oculis*; atque cæcitas iſta filiæ ejus præcipitii cauſa fuit; quodſi enim ſanis ſatiſque perſpicacibus fuiſſet prædita oculis, tantum utique damnum paſſa minimè fuiſſet. Mater cæca filias in lapſus miſerabiles præcipitat; Quia enim non admodum conſiderant aut curant quibuſcum familiariter agant, quia ad munuſcula, quæ ab aliis recipiunt, minimè attendunt, quia filiarum vanitates nihili æſtimant, nec amputant occaſiones, illas tandem etiam in vitæ meretrices & ſcorta videre debent. Ingens eſt mulieris alicujus imperfectio, quod in aliena domo lynceos, in propria vero tal-

Hugo Card. in cap. 27. Deuteron.

Gloſſa Reg. Iur. 8

Gen. 34. v. 1.

Gen. 29. v. 17.

pæ oculos habeat: aliarum filiarum imperfectiones notare optimè novit, suarum vero filiarum defectus minimè attendit. Videt quod sua non interest, nec quicquam exinde proficit, quæ ad ipsam maximè spectant non videt, & nocet. Unde lamiæ cuidam persimilis esse videtur, quæ cum extra domum propriam constituta optimè videat, domum reversa erutos sibi oculos in armarium recondit.

16. Quandoquidem paulò infra unius filiarum Loth mentionem fecimus, operæ pretium mihi videtur rationem investigare ob quam duæ illæ virgines, utpote optimi adeoque sancti & honorati & in scriptura sacra celebrati viri filiæ, tantum potuerint scelus committere. Etenim quantum hac in re mihi capere licet, minimè id ob aliquem Patris defectum aut negligentiam accidit, sed tota turpis hujus incestus causa tribuenda est matri. Sicut enim filiorum cura ad Patrem potius quam ad matrem spectat, & filiarum cura plus matri quam Patri tribuitur, ita quoque filiorum errores patribus, filiarum vero lapsus matribus sunt attribuendi. Quia igitur mater harum virginum, eo quod contra divinum præceptum, Sodoma cælesti igne conflagrante retrospexerit, in quandam est salis statuam transmutata: *Respiciens uxor Loth post se, versa est in statuam*; mirum non est, quod filiæ ejus incontinentes evaserint. Quid enim boni à tali quadam juvencula expectabitis, cujus mater in quandam est statuam transformata, quæ veluti statua quædam suspectam, cui filia sua se ingerit, conversationem non videt? quæ literas filiæ suæ ab amasiis transscriptas legere non curat? quæ non est multum curiosa audiendi verba, quæ cum personis parum honestis communicat? Quia muta est, quia cæca est, quia cerebro seu mente est capta, nihil profectò est aliud, quam statua quædam insensibilis. Ipsam quia statua est vanam, atque ad negotia parum honesta pronam & proclivem videns, ad illam curiosè attendere non audet, nec eidem contradicenti audet respondere. Illam à fenestra, in qua per majorem diei partem, respiciens quæ non oportet, otiosa moratur, extensa manu removere aut arcere non valet, quia statua quædam est. Quando è paterna domo foras egreditur, illam non comitatur, nec quicquam de loco in quem divertit cautè explorare curat, quia statua est. Nullum est malum in quod talis matris filia non prolabatur. Quo igitur supplicio mulier illa afficienda non erit, cujus supina negligentia filiam præcipitat? Niobe ob filias amissas in statuam quandam transformata esse fingitur: Hæc in statuam verti meretur ob filias suas constupratas, & honoris proprii miserabile naufragium perpessas. Ille Niobe casus omni fuit compassione dignus: Hoc vero factum posteris memorabile meretur supplicium, idque sine ullo prorsus condolentiæ sensu.

Genes. 19. v. 26.

17. Sicuti quamdiu filius prodigus in paterna domo sua quietus substitit, nunquam prodigus, aut substantiæ suæ dissipator, nunquam incontinens aut scortator fuit, sed potius modestus semper & parcus, continens item & castus semper permansit: Ita postquam paternam domum deseruit, mira fuit metamorphosi in longe alium, quam ante fuerat juvenem transformatus, in totidem vitia præceps corruendo, quot superiori tempore virtutibus efflorverat. Verum dicat hic aliquis, quidnam in paterna domo præsidii habuit, quod domi remaneus ab iis se vitiis, quibus foris divagatus turpiter subjacuit, purus semper & innocens permanserit? Sollicitam nimirum honestamque habebat matrem & patrem longè probissimum & integerrimum instar diei & solis diem illustrantis, vigilabant continuo, nec vitiorum tenebras familiam suam obscurare ulla ratione permittebant. *Dies est aspectus matris*, inquit in textus hujus expositione Chrysologus: *Sol Patris rutilat in vultu, unde inventi inter tot virtutum duces, criminum tenebræ appropinquare non possunt.* Hinc igitur evidenter colligitur, quod sicut in domo à vigilantibus Parentibus gubernata, honestè vivitur: ita in alia domo ubi parentes cæci sunt, nullum sit quod non subingrediatur vitium. Quamnam in tali filia virtutem requiras, quæ sub cujusdam cæcæ, somnolentæ, pigræ, stolidæ, proprieque reputationis negligentissimæ matris cura vitam ducit? Quodh, ut Poëtæ fingunt, Juno pro unius tantum juvencæ custodia Argo, viro scilicet undique oculato

D. Chrysol. serm. 8.

lato opus habuit, quot oculis mater illâ indigebit, cui cuſtodia commiſſa eſt non beſtiæ, ſed filiæ cujuſdam, quam mille proci & laſcivi juvenes, veluti totidem Dæmones ambiunt, & conſectantur.

18. Quia poſtquam dehiſcens terra parvulo quaſi ore ambitioſum Chore abſorpſerat, filii ſalvi atque in aere, donec dehiſcens terra denuo ſolidaretur, ſuſpenſi remanebant, facet Chroniſta dicit, Hebræos poſt mortuum patrem, filios ſalvos ſuperſtites videntes, ingens quoddam conſpexiſſe miraculum: *Factum eſt grande miraculum, ut pereunte Chore, filii ejus non perirent.* Num. 26. v. 10. Verum dicat aliquis, quidnam in hoc miraculi cernitur, quod non ſimul cum pereunte patre, perierint & filii? Nimirum quia communiter filii ſtrenuè pravum Parentum, à quibus prognati fuere ſequuntur exemplum, ideoque ejuſdem ſe reddunt pœnæ & ſupplicii participes: Hi autem quia Patris non fuere conſortes in culpa, ideò quoque non fuerunt ſocii illius in pœna. *Filii ejus non fuerunt mortui cum eo, quoniam non fuerunt participes criminis,* inquit Oleaſter. Oleaſt. in cap. 25. Num. Idque rarum & extraordinarium quid fuit, valdeque miraculoſum. *Factum eſt grande miraculum.* Magni miraculi loco habendum eſt, quod filius non imitetur Patrem, aut exemplum matris non ſequatur filia. Nunquid enim magnum eſſe cenſebitis miraculum; ſi Aqua ab igne naſcens calida non eſſet, ſed frigida. Si è ficca radice arbor viridis progerminaret, aut ſi capite exiſtente infirmo, cætera membra ſana perſeverarent. Sic quoque ſi fortè domi tuæ filiam habeas bonam atque pudicam à mala tamen matre genitam & enutritam, miraculum cenſeto, & quidem miraculum ingens atque ſtupendum; communiter enim malæ matres peſſimas enutriunt filias. *Partus ſequitur ventrem,* dicunt Juriſtæ.

19. Concludamus præſentem diſcurſum iis Regii Prophetæ verbis Pſal. 136. Ubi de Babylonis filia loquens, eandemque deplorans, illam miſeram appellat: *Filia Babylonis miſera.* Pſal. 136. v. 8. Cur obſecro filiam hanc quam adeò deploras, Propheta appellat miſeram? Quia nimirum Babylonis filia erat, inquit S. Ambroſius: *Filia Babylonis miſera: miſera utique quia Babylonis filia eſt.* D. Ambr. de Pœnit. lib. 2. cap. 11. Babylon enim magna illa meretrix fuit, quam S. Joannes purpura veſtitam, auro phrygiatam, margaritis, aliiſque lapidibus pretioſis ornatam in Apocalypſi vidit & deſcripſit, quæ veluti omnium tam magnatum quam humilium virorum delitium, omnium erat oculis expoſita. Similis cujuſdam mulieris filia amarè defleri, miſeraque cenſeri meretur, utpote quæ malæ matris exemplum illiuſque ſequelam vix evadet. Sicut enim lignum in igne poſitum comburi neceſſariò debet: ita niſi Deus filiam in gremio luxurioſæ matris educatam ſingulariter adjuvet, infallibiliter luxurioſa & levicula evadat. Sanctæ ſummiſque laudibus digniſſimæ ſunt civitates illæ, in quibus viri nonnulli Chriſtianæ pietatis zelo moti atque ſuccenſi, filiolas ſive puellulas è turpi atque probroſo laſcivarum matrum gremio eruere adlaborant, eaſdemque in locum aliquem ſecurum collocant, ut quæ miſeræ infallibiliter futuræ erant, miſeræ non fiant. Verè hi Abraham de Chaldæorum fornace, Danielem è lacu leonum, Agatham è lupanari fœliciter eripiunt & ſalvant.

SERMO III.

IN DOMINICAM I. ADVENTVS.

THEMA.

Et in terris preſſura gentium. Lucæ 21.

ARGUMENTUM.

Non eſt cenſendum exiguum malum, ſive infortunium in perverſi alicujus Advocati manus incidere & litigare.

NUm malo Advocato nomen Chriſtiani verè attribui poſſit, valdè dubito. Etenim Chriſtianus quidem eſt, illum tamen Chriſtianum eſſe vita & mores non teſtantur, cum gentilium potius quam Chriſtianorum more vivat. Chriſtianus cælo acquirendo ſtudet: hic verò quaſi gentilis quidam ſive Paganus ſolius terræ lucro vacat. Chriſtianus Chriſtum cælorum Regem adorat: Hic vero Plutonem Inferni principem latreutico cultu veneratur. Chriſtianus veritatem confitendo moritur: Hic vivit eandem perſequendo. Chriſtianus vincit per legum obſervantiam: hic leges ſubvertendo & enervando triumphat. Chriſtianus juxta nomen ſuum pius eſt: hic nomini ſuo adverſando crudelis eſt. Atque ideo eſto Chriſtianus ſit, nequaquam tamen Chriſtiano, ſed gentili more vivit. Eminentiſſimus Hugo Cardinalis, illa Chriſti de univerſalis Judicii ſignis loquentis verba: *Erit in terris preſſura gentium*, exponens, non ſine cauſa per gentiles malos advocatos intelligit, à quibus miſerorum hominum burſæ haud ſecus ac à torculari quodam premuntur & exprimuntur. Erit preſſura gentium, id eſt, advocatorum. Hi namque ob horrenda, quæ committunt ſcelera, gentiles non vero Chriſtiani eſſe videntur. Quanta eſt heu miſerabilium illorum hominum infelicitas & miſeria, qui litigantes in ſimilium incidunt malorum hominum manus!

Hugo Card. in cap. 21. Lucæ.

Luc. 21. v. 25.

2. Nemo eſt qui ignorat, officium Advocati debita cum integritate adminiſtratum, non ſolum licitum, verum etiam juſtum, neceſſarium, ſummiſque laudibus dignum & valdè meritoriorum eſſe. Quis enim eſt adeo ignarus, qui neſciat officium iſtud à tot viris ſanctis, qui hodiedum cœleſti perfruantur gloria fuiſſe adminiſtratum; nimirum à D. Ambroſio Mediolanenſium Archiepiſcopo ex quatuor Eccleſiæ Doctoribus celeberrimo, à Germano Pariſienſium Epiſcopo; à Lipardo fratre S. Leonardi, à Philogonio, ab Ivone, qui admirabili virtutum ſuarum ſplendore tertium Franciſcanæ Religionis cælum egregiè illuſtrat; à tot denique aliis Dei amicis & ſervis, quos brevitatis cauſa prætereo. Nemo

eſt

eſt qui neſciat officium iſtud Angelorum aliorumque cœleſtis curiæ Sanctorum proprium eſſe. Paradiſus enim Advocatorum pleniſſimus eſt: ibi namque coram tribunali æterni Judicis in ſalutis noſtræ cauſa, Angeli alii ſancti cœleſtes pro nobis clientibus ſuis advocatos ſe & ſyndicos ſe exhibent, noſque ab Adverſario noſtro defendunt, & ad pietatem judicem inclinant. Ibidem glorioſiſſima Angelorum Sanctorumque Regina advocando pro nobis continuò aſſiſtit; unde & à nobis Advocatæ noſtræ titulo honoratur, cum ſimul cum Eccleſia ei dicimus: *Eja ergò advocata noſtra, illos tuos miſericordes oculos ad nos converte, &c.* Imò modicum nimis dixi, dum advocati munus Angelis & Sanctis proprium eſſe aſſerui, cùm idem ſibi quoque ipſemet Angelorum Sanctorumque Rex Chriſtus Dominus noſter vendicare non dubitet. Ipſe Mariæ Magdalenæ adverſus Simonem leproſum, adverſus Martham, imò & contra Judam Advocatus extitit? Ipſe quondam egregium ſe pro muliere adultera, nec non diſcipulorum ſuorum adverſus malignos Hebræos ſeſe probavit. Officium iſtud adeò Chriſto Salvatori noſtro arriſit & placuit, ut poſtquàm relictâ terrâ ingreſſus eſt cœlum, dimittere illud nequaquam voluerit; Ibi namque veluti Advocatus noſter cauſam prætenſionis Paradiſi, aliarumque neceſſitatum noſtrarum promovere & tueri conſpicitur. *Advocatum* 1. Ioan. 2. v. 1. *habemus apud Patrem Ieſum Chriſtum juſtum*, inquit S. Joannes. Unde colligitur virtuoſum aliquem Advocatum, quia officio Chriſti fungitur, quendam eſſe hic in terris Chriſtum.

3. Etenim alium quendam è Prophetis Ieremi. 15. v. 19. Sancti Hieremiæ petitum locum accuratius attendamus, ubi Deus dicit: ſi ſeparaveris pretioſum à vili, quaſi os meum eris, quaſi diceret: Quod ſi pro meo aliorumque curæ tuæ commiſſorum obſequio, ad hoc conatus fueris, ut pretioſum ſeparetur à vili, ipſiſſimam faciem ſeu vultum meum perfectâ ſimilitudine referes, alterque ego videberis, adeò alter quidam in terra Deus eris. D. Greg. in Ezech. Quod ſi, ut Sanctus Gregorius inquit: *Per faciem quiſque cognoſcitur.* ſequitur evidenter, quod cùm talis homo Dei faciem referat, pro Deo quoque ſit agnoſcendus, ac ſi Deus eſſet. Verùm enimverò quodnam erit hoc pretioſum & vile, quod propter eorum mutuam ſeparationem, adeò mirabiliter homo extollendus ſit, ut Deus quidam eſſe videri poſſit? Eſt nimirùm veritas & falſitas. Quid enim veritate pretioſius eſſe poteſt? utpotè quæ pluris valet quàm totus mundus, cùm potiùs permittendum ſit, ut totus mundus intereat, quàm quod à veritate recedentes, unicum efferamus mendacium. Denique quid excogitari falſitate viliùs poteſt, quæ viliſſimorum eſt cordium inhabitatrix. Quiſquis igitur verum à falſo ſeparaverit, alter quidam in terra Deus erit, prouti è divinæ Scripturæ verbis non inevidenter concluditur. Unde quia bonus ac virtuoſus Advocatus, ad nihil adeò reſpicit, quàm ut verum ſeparare à falſo poſſit. *Iuriſconſulti id præcipuum ſtudium eſt, juſtum ab injuſto, falſum à vero diſcernere*; inquit Chaſſanæus, hinc faciem Dei inter nos repræſentabit & Deus quidam nobis erit. Videte igitur quàm ſit excellens hocce officium integrè adminiſtratum, quamque admirabile, quod hominem in Deum transformare valet. Verè bonus Advocatus quidam eſt. Sicut enim Deus Pater eſt orphanorum, ita hic quoque affectu prorſus paterno orphanos defendit atque tuetur. Deus eò quod ſit ipſiſſima juſtitia, ad aliud nihil reſpicit, præterquàm ad juſtum: ita quoque bonus advocatus ad ea, quæ in terris ſunt, ex amore juſtitiæ oculos claudens, ad ſolam juſtitiam accuratè attendit, Deus unus eſt & immutabilis: hic quoque adeò eſt unus & conſtans, ut nulla in terris potentia ipſum dimovere à ſententia juſta poſſit, quam ſemper defendit. Deus pax eſt: hic autem eſt pacificus, utpotè qui lites abbreviare, detruncare proceſſus, ac litigatores inter ſe mutuò conciliare omnibus viis procurat. Deus eſt immortalis; eſt quoque immortalis bonus Advocatus, in fama nimirum immortali viri boni, juſti, ac pii, in populo ſibi glorioſè acquiſita. Deus dives eſt & opulentus, ſuiſque divitiis contentiſſimus; hic quoque in animæ bonis, quæ veræ divitiæ ſunt, dives eſt & opulentus, ſuâque ſorte contentiſſimus; neque enim poſt aurum abire

Chaſſan. in Catal. par. 7. conſid. 31.

cernitur, cujus suasu. qui illud ambiunt, in dicibiles enormitates committunt. Quod si deinde ingens boni Advocati meritum experiri velimus, Doctissimum audire Hostiensem sufficiet, qui in ea est opinione, vitam scilicet boni Advocati meliorem esse vita boni Religiosi: *Vita bonorum Advocatorum est melior, quàm Fratrum Prædicatorum & aliorum Religiosorum.* Meritis namque boni Advocati Martyrum præmium deberi videtur, utpotè qui ad instar Martyris pro veritate dimicat. Veruntamen sicut Advocatus bonus major & glorioſior esse nequit, ita malo nihil potest esse vilius aut pernicioſius.

4. Constans est Theologorum opinio, homines divinâ gratiâ per peccatum infelicissimè amissâ, simul cum illa humanam totaliter perdere imaginem, adeò ut jam non homines, sed bestiæ censendi, bestiæque potiùs quàm hominis nomine digni sint. Unde iracundus, non tam homo quam leo esse videtur: fraudulentus vulpi, piger asino, equo præceps & temerarius, avarus talpæ: bufoni malignus, murmurator serpenti, latro lupo voraci simillimus esse videtur, & sic per reliqua peccatorum genera discurrentes, impressam illi illius animalis videbitis imaginem, cujus sibi attraxerunt imperfectionem. Quâ doctrinâ suppositâ facilè colligitur, malum Advocatum non hominem esse, sed bestiam. At verò qualem illum bestiam factum esse dicemus? canis est, inquit os Chrysostomi aureum: *Qui in judiciis dicunt, canibus similes sunt.* Etenim verè canis quidam est; adeò namque ardens est fames cupiditatis suæ, ut canina esse videatur, nec quicquam ei satisfacere ullâ ratione possit: toto die à clientibus dignam laboribus retributionem integrè præstitam non esse lamentatur, tametsi longè suprà meritum emineat præmium. Omnem sibi obvium cibum devorat, sive purus & delicatus ille sit, sive turpis & putridus, quia bursam veluti stomachum suum quovis lucro, sive justum illud sit, sive injustum, farcire concupiscit. Vomitu pascitur alieno, causas etenim, quas honorati & ingenui Advocati veluti manifestè injustas abjecerunt & renuntiârunt, ipsi ultrò citròque arripiunt & aggrediuntur. Nulla extra linguam & dentes fortitudine pollet, quia bona aliena adlatrat & commordet, nec aliud quidquam curat. Cani Æsopi similis est, quia verum sæpè pro apparenti umbra desetit. *Qui in judiciis dicunt, canibus similes sunt.* Quanta igitur est eheu pauperculi alicujus litigantis miseria, dum in potestate est mali Advocati, haud secùs ac si canis alicujus morsibus esset expositus? Quibus illi pecuniis satisfaciet? quibus bursam illius adimplere munusculis poterit? qui velut infernus quidam semper clamat: *Affer, affer.*

D. Chrys. hom. 8. in Ioan.

5. Porrò, si ejusmodi Advocatos vulpi similes esse pronuntiarem, haud sanè injuriam illi facerem: *Qui in foro dicunt, vulpibus similes sunt*, inquit idemmet Doctor. Cur autem vulpes illos appellem, quæris? Quia nimirùm in utramque partem claudicant, tam enim cum suis Clientibus, quàm cum eorundem adversariis correspondent: cum illis de die negotiantur, cum aliis de nocte, atque hoc pacto lucri sibi viam in utrisque sternunt. Persequuntur animalia domestica, & sylvestria verentur ac metuunt; causas latronibus aliisque infamibus hominibus, quos ne damnum inferant, timent, adversas sibi non assumunt, benè autem easdem sibi vendicant, si per ejusmodi causas homines impetantur honesti & virtuosi, qui neminem offendunt, aut offenderunt unquàm. Cum servis item & infamibus judicibus correspondentiam solidam fovent. Vulpes sunt Samsonis, infernalis avaritiæ igne armatæ per curias & fora discurrunt, accendentes mundum & destruentes. Vulpes sunt Belphicæ terra marique comedentes, utrique parti adversæ autem præbent, ut tantundem recipere queant ab illis, quos se defensuros esse simulant, quantum sibi ab aliis acquirunt, quibus adversari se fingunt. Vulpes sunt Æsopi; siquidem animam habent tot coloribus variam, quot dolis & fraudibus plenam, dum interea ad decipiendum judices, & spoliandos miseros litigantes sunt famosissimi, sub virtutis pallio sese recondunt & mundum decipiunt. Sicut enim vulpes, ut minores decipiat & capiat aviculas, mortuam se esse fingere solet: Ita ejusmodi homines, ut miseram decipiant ple-

Ibid.

plebeculam, bursasque ventilent, mortificatos se esse comminiscuntur, in Deum & cœlos absorptos, atque ab hujus mundi rebus alienos se esse simulant. cum Religiosis frequenter conversari studeant, non quod boni revera sint, sed ut boni esse saltem appareant. Crucifiguntur, ut crucifigant, in cœlos oculos suos levant, ut manus suas extendere in terris possint. Operantur bonum, ut malum faciant, verum est bonum istud malo longè deterius, quod facere moliuntur & machinantur. Sunt Achabitæ, de quibus Hugo Cardinalis inquit: *Prædicant jejuniis, ut interficiant Naboth*: sunt Judæ traditoris imitatores, nam ut scelera sua contegant, sacra altaria frequentant, & quotidie creatoris sui corpore sanctissimo pascuntur. Hæc & similima figmenta ex mente Ciceronis, sunt pessimum quoddam pestilentiæ genus ad mundum intoxicandum aptissimum: *Totius justitiæ nulla est capitalior pestis, quam eorum, qui cùm, dum maximè fallunt, id agunt, ut boni viri videantur.* At verò in fine tandem Vulpeculæ istæ *partes vulpium erunt*, id est, illis vulpibus in prædam cedent, quarum ad alios decipiendos edidicerint artes.

Hugo Card. in c. 08.

Cicero l. 1. de offic.

6. Corvi quoque dici possunt improbi tales Advocati: *Corvi sunt mundi causidici & Advocati*, inquit Petrus Berchorius: Ipsi namque haud secus ac corvi cadaveribus pascuntur; per hæredum namque mutuas concertationes & processus ex bonis defuncti testatoris major illis & melior pars in prædam cedit. Fastidiosi quietis illius, qua fruuntur homines, dum sunt in arca status pacifici, tempestatibus, commotionibus ac mundi diluviis sese ingerere omni studio laborant. Nil aliud ore suo proferunt, quàm *eras, eras*, quia non minus illis placet litis prolongatio, quam illis arrideat denariorum profluvium, scientes quod, quantò longiùs lis & processus extenditur, tantò quoque amplius bursæ ad effundendas pecunias dilatentur. Multa loquuntur, nec tamen intelligunt quæ dicunt, sicque miscellos vento pascunt inani, ipsosque mendaci spe falsisque promissis continuò decipiunt. Quadraginta quatuor diversis modis vocem suam mutant; in loquendo firmitatem seu stabilitatem non habent; nunc enim de victoria servorum te esse jubent, paulò post re faciunt esse suspensum, mox omnino desperant, & veluti totidem Prothei aliisq; loquendi diversitatibus omni hora tibi illudunt. Ad auri possessionem tanta cum vehementia appetitus inclinant, ut dummodo illo onerare se possint, illud in publicis tribunalibus coram eorum qui latrones debito supplicio mulctant, oculis illud rapere & prædari non erubescant, illudque sine ulla utilitate aut fructu, imò incomparabili animarum suarum damno reponunt & recondunt. Nigro operiuntur colore, quia omnem exploserunt è cordibus suis synceritatem, cujus tamen illis ad officium suum dignè exequendum tanta est necessitas. Principum oculos eruunt, (ne verum videre & contra id quod prætendunt, concludere possint) rostris cavillationum & mendaciorum suorum. Portò nostisnè rationem mihi edicere, ob quam Princeps apud Thebanos sine oculis semper pictus fuerit. Scio equidem aliquos dicere, eos Principem ideo oculis destitutum pingere consuevisse, ut per hoc innuant, bonum Principem nulli in faciem respicere, & secundùm exteriorem faciem judicare, sed sententiam definitivam ex meritis causæ decidere debere. Ego verò id ideo factum esse existimo, ut nimirum eos moneant quod maledicti corvi isti cavillationibus, tergiversationibus & falsitatibus suis interiorum illis oculorum lumen eripiant, eosque excæcent, ne veritatis lumen videre aut justum decernere possint. Munatio qui sententiam in favorem cujusdam litis suæ per merita & rationes causæ suæ se accepisse gloriabatur, Cicero Advocatus ejus respondit: falleris ô bone vir, neque enim per merita causæ tuæ, sed arte mea victor evasisti, utpotè qui singulari dexteritate judices excœcare potui: *Munati illud judicium tua opera effugisti, an potius meo, qui multum caliginis tribunalibus effudi?*

Bercb. red moral. l. 10. cap. 200.

7. Sunt etiam advocati veri quidam Accipitres: *Accipiter est malus Advocatus*, inquit idemmet Berchorius: Quia veluti ficti Absalonis sequaces pascuntur cordibus, fictis dolosisque suis agendi rationibus, omnium corda rapiunt, illaqueant omnes

COMUNIDAD AUTÓNOMA DE LA REGIÓN DE MURCIA CONSEJERÍA DE CULTURA Y TURISMO BIBLIOTECA PÚBLICA

omnes, ut majori cum facilitate illos postea decipere possint. Maximum ipsorum robur & fortitudo in rostro oris ipsorum, & manuum unguibus delitescit, quia ad nihil aliud adeo sunt validi quam ad vociferandum, & evacuandas infælicium litigantium bursas. Rapiunt pro seipsis & pro dominis seu principalibus, neque enim curiæ seu fora tot essent referta latronibus publicis, nisi à magnatibus defenderentur, quibuscum quotidie latrocinantur, & prædam spoliaque dividunt. Non est imaginabile malum istud, quod rapaces illi accipittes suis inferunt clientibus, adeo ut damnum quod à suis patiuntur adversariis, cum eo quod ab improbis advocatis infertur comparatum, longè minus malum utique censeri debeat. Porro stolidæ quondam columbæ sub accipitris protectionem confugientes, se ejus patrocinio à Milvi inimici sui infestationibus liberas fore speraverant, verum quotidiana eas postea docuit experientia, se majores à protectore, quam ab adversario suo pati miserias & ærumnas. *Accipiter est malus Advocatus.* Ejusmodi Advocatos David à Deo destrui & exterminari petebat dicens: *Destrues inimicum & ultorem*, sive ut alii vertunt *defensorem*, quasi divinæ Majestati dicere voluisset, homo qui simul defensor est & inimicus, res est insupportabilis, cum enim is suum ex officio deberet clientem, eique patrocinari, ille non solum non defendit, sed potius offendit illum, & ipsomet inimico clienti pernitiosior est atque deterior, atque ideo destruas illum & disperdas qui inimicus simul est & ultor. Tales enim palatio alicui à perfido quodam traditore inhabitato similes existunt, atque ab ipsis fundamentis everte illos & conspergas sale ne crescant, ne ex malo eorundem exemplo aliud arbustum procedat publicæ tranquillitati non minus nocivum. *Destrues inimicum & defensorem.*

Ps. 8. v. 3.

8. Vir ille qui nonnullorum negotiorum suorum causa ab Jerusalē descendebat in Jericho, in immanes incidit latrones, qui quāta erant avaritia capti, tanta illum crudelitate tractarunt. Neque enim satis illis erat quod illum ad camisiam usque omnibus spoliatum denudassent, verum etiam multis usque lethalibus illum vulneribus onerarunt, non dimissuri illum nisi mortuum existimassent. *Homo quidam descendebat ab Ierusalem in Iericho, & incidit in latrones, qui etiam despoliaverunt eum, & plagis impositis abierunt, semivivo relicto.* Verum enimverò quinam hi non minus crudeles quam avari latrones fuerunt? Nulli alii quā mali Advocati inquit Hugo: *Incidit in latrones, id est, in manus Advocatorum.* Hi namque latrones haud secus ac latrones alii veritatis lucem exosam habentes, eandem sub falsis interpretationibus suis abscondunt, & obscurant, ne videri à judicibus possit. imo contra aliorum latronum consuetudinem, solem non verentur aut metuunt, dum in ipsamet meridie ipso sereniſſimo spectāte sole latrocinantur, ipsorumet Martē temerarie-res, qui ut de ipso Poetæ fabulantur, solis timebat præsentiam, ne sua palam fierent adulteria. Hi latrones à curiis & foris nequaquam ut alii latrones fugiunt, sed potius ad illa aceelerant, neque enim illi ut latrones alii damnū aliquod timent, sed lucrum potius spectant & sperant. Latrones sunt crucifixi, non à Judæis, sed ab avaritia, non in ligneā, sed in argentea cruce: *Pars adversa crucifixit ipsos*, inquit Berch. *pecuniam cruciatam ipsis dando.* Suntque non minus crudeles & barbari, quàm avari, utpotè qui non tantum te exspoliant, verum etiam occidunt; neque tantum ea quæ habes tibi aufferunt, & nudum relinquunt, verum etiam per occasionem litium, tantis te faciunt aggravari debitis, ut tandem ea solvere minimè valentem te vivum quasi defunctum in Ecclesia dum vivis, sepelire te cogant, ne in perpetuo cogatis sepeliri carcere.

Luc. 10. v. 30.

Hugo Card in c. 10. Luc.

9. Inter tot bellatores quos generalissimus ille exercitus Dei Sabaoth Archistrategus ad debellandum Madianitas judiciosissimè pariter & curiosè elegerat, illi soli fuere, qui manus linguæ admovebant. Nulli utilis est, cujus manus æquè à lingua distant, ac vitium à virtute. Quodsi natura in effingendis corporibus ad proportionem quam maximè attendit; innaturalis & veluti monstrosus erit homo ille, cujus lingua bona quidem, manus autem malignæ erunt. Harpya quædam seu Gryphus erit, volucris dulciter cantantis faciem, ungues verò repræsentant leoninos crudeliter prædantes.

tes. Negari quidem non potest, quin bona sit talium advocatorum lingua, cum ne verbum quidem proferant, quod lege aliqua non sit confirmatum. Unde & dicunt. *Erubescimus cum sine lege loquimur*, unde nec melior esse potest; verum quid lingua ista proderit quando sine lege, imò contra legem tota ipsorum dirigitur actio & vita. Sine lege loqui erubescunt, non vivere tamen contra legem non verecundantur. *Legum peritiam profitentur*, inquit Fortunatus Fidel. *attamen nihil est quod minus servent, quam leges. Et cum sine lege, ut ipsi ajunt loqui omnes erubescant, non eos tamen pudet sine lege vivere.* Ob hoc vitium Diogenes Cynicus *oratores carpebat, quod studerent justa dicere, sed eadem facere negligerent.* Hos harpyas appellare ne dubitetis, inquit Hugo Cardinalis: *hi sunt in actionibus harpyæ.* Veræ namque sunt harpyæ seu gryphi, non enim homines, sed humana sunt monstra, imò monstra infernalia, qualia Harpyas fuisse dicunt.

Fortun. Fidel. Patroch. med. Mag. II.

10. Motus fortè exinde fuit Petrus Berc. vir sanè doctissimus, ut advocatum fraudulentum Dæmonis ovum appellaret, quasi à Dæmone, non verò ab homine, cujusmodi pater ejus erat, genitus fuisset, Dæmon Helenam in totale Trojæ excidium & ruinam, uti fabulæ inferunt Poëticæ, non in forma cygni, sed sub corvi specie in universi mundi subversionem generavit. Atque inde Advocati tales hominibus sunt pernitiosissimi sicut & maledictus eorum pater: mali corvi, malum ovum & veluti inimici humani generis propitii filii patrem suum ad ad vivum referunt. Dæmon mendax est, mendaces pariter sunt & ipsi, nisi enim veritatem celent, de sententia quam volunt desperant. Porrò certi cujusdam monasterii Abbas valdè suum demitatus est advocatum, qui sæcularis existens in omni lite cui patrocinabatur, palmam semper retulit, tandem factus religiosus, omnes quotquot pro suo monasterio tuebatur causas perdebat, hujus rei rationem ab eo rogavit, cui advocatus ille religiosus, id ideo fieri, respondit, quia quamdiu sæculariter in mundo vivebam, mentiri non erubescebam, nunc autem in religione constitutum mentiri me puder, atq; ideo mirum non est, quod sæcularis existens proceſſus semper lucrarer, nunc vero in statu religioso omnia perdam. Dæmon quidem æternum cœlorum regnum hominibus injustè eripit, hoc tamen furtum suum non est: Ita quoque Advocati bona illa, de quibus litigatur, injustè à possessoribus auferunt, non tam ut illa bona sua fiant, quam aliis cedant, tametsi peccatum ipsos afficiat, sicut & restituendi obligatio. Dæmon ob lucrum quod sperat de mundanis turbulentiis gaudet: gaudent pariter & advocati de infestationibus, rumoribus, strepitu & inimicitiis, utpotè qui non nisi in similibus turbulentiis vitam suam traducere nequeunt. Quamdiu aqua turbida non est, non capiuntur anguillæ; ita quoque nisi terra per lites, suisque deque vertatur, advocati isto anno non maducant. In campo discordiarum, leonis, vel ursi, vulpes cibum suum duntaxat invenit: Advocatus malus verè est tertius ille, de quibus proverbium loquitur, dicens: Inter duos litigantes tertius gaudet.

11. Quandoquidem David Propheta una ex parte probè notum habebat, quam sit Deus pacificus, utpote qui ipsissima pax est, ex parte vero altera magnopere illi displicebat, quod in Dei regnis gens reperiatur inquieta & pacis turbatrix, Deo admodum contraria, Deo dicere præsumpsit, *Dissipa gentes, quæ bella volunt.* q. d. Nequaquam convenit ut sub Deo adeo pacifico gens reperiatur adeo inquieta, qui pacem quidem adorant, & sequuntur turbulentias. Homo ille non meretur vivere, qui adeo directè se Deo suo præsumit opponere. Verum quænam obsecro est gens illa adeo perversa, quæ amat id ipsum, quod non Deus duntaxat, sed & totus mundus exhorrescit, Malorum Advocatorum turba, inquit Hugo: *Advocatos propriè vocat gentes, quæ bella volunt.* Hi sunt vultures togati, prouti communiter appellantur, in mediis regnorum turbulentiis ipsi gaudent, bella volunt, & strages desiderant. *Bella volunt.* E mundo eliminandum est tale hominum genus, quia vita sunt indigaissimi: cum impio ipsorum parte in infernum deturbari merentur, ubi sempiternum bellum erit. Inter lupos & non inter agnos tales lupi morari debent. Deus seditiosos olim Angelos, tametsi pacem suam turbare non potuerint, è cælo eliminarit, pactori igitur

Psal. 67. v. 31.

Hugo Card. in Psal. 67.

jute de terra proſcribendi ſunt mali Advocati, qui cum tanto hominum damno pacem turbant omnium. *Diſſipa gentes, quæ bella volunt.*

12. Lingua eorum lingua eſt piſcis, qui purpura dicitur, & lingua ferrea: nulla ſiquidem inveniri mœnia poſſunt adeo fortia & inexpugnabilia, in quam ſe humana quies ſecurè recipiat, quæ ad ipſorum deſtructionem penetrare non poſſit. Chymeræ lingua eſt, in cujus ore Poëtæ loco linguæ flammas eſſe finxerunt inextinguibiles. Eſt furia quædam cui nomen Alecto ad mundi confuſionem ab inferno emiſſa, lingua eſt fraudulenti illius ſerpentis, qui humanum genus in prothoparentibus noſtris in perpetuæ confuſionis Inſulam perduxit. De hac lingua Eccleſiaſticus loquitur, cum dicit: *Lingua tertia multos commovit*, quibus verbis maledictam hanc linguam inſinuat. Tres potiſſimum ſunt linguæ, quæ in judicio loquuntur. Prima eſt qui accuſat, ſecunda eſt accuſati, & advocati tertia. Duæ primæ malæ quidem eſſe poſſunt, tertia verò adeo eſt extremè mala, ut nobiles pariter & ignobiles, ſervos & Dominos, ſæculares & religioſos, ac demum omne hominum genus commoveat, inquieter, infeſtet. *Lingua tertia eſt lingua Advocati*, inquit Hugo, *quæ eſt tertia ab actore & reo: hæc lingua multos commovit milites, ruſticos, clericos, monachos, ad bella & lites.* Maledicta prorſus lingua, digna quæ ad inſtar linguæ Hiperidis præſcinderetur, ne aliqua cum aliis membris ſepultura gaudeat, tantæ namque inquietitudinis inſtrumentum non meretur aliquod quietis receptaculum. Quid enim miſeræ patriæ unica talis lingua mali non adfert? quem non accendit in iis locis ignem, ubi in tot multiplicatur perverſos homines? Doctiſſimus univerſitatis Pariſienſis Cancellarius Joannes Gerſon refert, quod ſapiens quædam mulier cuidam in legibus ſeu Juriſprudentia ſtudentium turbæ obviam facta, obſtupuerit, atque civitati illi in quam contendebant, præſagiverit, dicens: *Hic ſolum eſt unus in patria noſtra advocatus, & ferè tota patria deſtructa eſt: quid fiet de tam ingenti caterva?* Niſi maledicta hæc lingua ad inſtar feræ alicujus permitioſiſſimæ à litigatoribus ligetur & vinciatu, ingens illis damnum accerſit. *Cauſidicorum lingua damnifica eſt*, inquit Hugo, *niſi eam funibus argenteis vincias.* Homines litis ſeu proceſſus continuantis tempore non ſolum pecunias advocatis fundere coguntur, ut loquantur & cauſam ſuam defendant, verum etiam ut taceant & loqui ſuperſedeant, id eſt nec rationes ſuas oppugnent, neque juſtitiam quam ex cauſæ meritis obtinent, impediant, quaſi furiæ eſſent infernales, quæ à gentilibus adorabantur, ſummaque in veneratione erant, non tam quod aliquid ab illis boni ſperarent, quam ob ingens quod ab illis ſibi inferri formidabant malum.

13. Me quod attinet, exiguam ſpem habeo de aliquo iſtorum ad ſalutem æternam perducendo, imò niſi vitam ſimul mutet & linguam, omnes tales pro damnatis, & ad infernum condemnatis habeo. Neque hujus opinionis ſum ego ſolus, ſed magnum quoque mihi conſentientem Doctorem habeo. Audite regium Prophetam Davidem Deum hunc in modum alloquentem: *Quoniam non cognovi literaturam, introibo in potentias Domini*, quaſi diceret, quando me minimè literatum aut doctum eſſe recogito, tanta in anima mea perfundor lætitia, ut me explicare ſufficienter minimè poſſim. Spero enim quod ex quo literatus non ſum, paradiſum introire, atque cæleſti inter Angelos & ſanctos frui gloria poſſim, de quo in cæleſtem gloriam ingreſſu meritò dubitatem, ſi literas noſſem. Ecquid hic audio? ergone literati ob literaturam ſuam in periculo erunt perdendi paradiſum: ergone damnabuntur philoſophi Chriſtiani? ſacri Theologi æternum peribunt? regnum cælorum non ingredientur verbi Dei prædicatores, qui omnes annos ſuos cum tanto animarum profectu in ſtudiis conſumpſerunt? nequaquam. Non enim hoc loco David de hiſce literis & literatis loqui intendit, ſed de iis qui in legibus eruditi ſunt, ſive de legiſtis, ſpecialiter autem de Advocatis, juxta purpurati Hugonis interprecationem, cujus hæc ſunt ſequentia verba: *Hoc intelligitur de literatura Advocatorum, qua multos retrahit, retrahit, ne ſalventur: ipſa enim præcipuè dicitur*

Hugo Card. in c. 9. Prov.

Eccleſiaſt. 28. v. 16.

Hugo Card. in c. 28. Eccleſ.

Gerſon ſerm. ad Regem Francia.

Pſal. 70. v. 15.

Hugo Card. in Pſal. 70.

dicitur literatura : literatura enim eſt congeries literarum, id eſt, decretalium. Hæ literæ valde ſunt periculoſæ, qui in iis ſunt literati, difficulter ſalvantur, quique eaſdem fraudulenter exercent, pro damnatis habentur, nec aliquem in paradiſo inter ſanctos locum habere poſſunt. Lupi inter oves non bene conveniunt, propelli debent à minutis volucribus rapaces accipitres : tenebræ locum non habent, ubi lux regnat : Nequeunt cum filiis Dei ſimul habitare filii Dæmonis. Marcus Pompejus ſui temporis advocatos tota Roma pepulit, tametſi eſſent populo Romano valde utiles, & non pelleret è cælo Deus advocatos malos, cuicunque populo adeò pernitioſos ? In Plutonica regna ablegandi ſunt hi homines, qui quod bonorum temporalium ſint aviditſimi, tanta cum injuſtitia & infamia illa acquirunt.

14. Tanta ac talis eſt ſimilium advocatorum infamia, officiumque ſuum tanta ignominia affecerunt, ut ne bonus quidem Advocatus, in quantum advocatus, laudari ſine difficultate poſſit. S. Joannes Chryſoſtomus, qui ob ingentem eloquentiam ſuam, os dicitur aureum, Panegyrim quandam ad celebrandum & laudandum S. Philogonium compoſiturus, qui uti audiſtis, dum ſæcularis eſſet, advocatum egit, omnem conatum adhibebat ut à primitivo ejus officio laudis argumenta deduceret : tandem verò videns quod ex hoc capite non ſolum nihil inveniret, unde laus ſancti deſumi poſſet, ſed potius plurima occurrerent, unde eum reprehenderet, quem laudaturus erat, propoſitum ſibi panegyris formandæ locum deſeruit, aliaque eſt argumenta ſcrutatus : En ipſiſſima ſequentia ejus verba : *Vnde laudationem auſpicabimur? an à magiſtratu, quem ſpiritus illi tradidit gratia ? ſed mundani magiſtratus, nequaquam poſſunt Chriſtianorum demonſtrare virtutes, quin potius frequenter accuſationem habent malitiæ.* Tametſi enim ſanctum aliquem Advocatum officium & munus ſuum ſanctè & juſtè exercuiſſe, valdeque laudabiliter adminiſtraſſe credere debeamus, inde tamen laudare eum vix aliquis audet, eo quod munus illius à tot malis advocatis communiter vileſcat, & veluti à latronibus exercitium vituperoſum fiat. Verùm equidem eſt quod corvus S. Prophetæ Eliæ, nec non & S. Paulo primo Eremitæ vitæ tulerit annonam, panem ſcilicet & carnes mane & veſperi, id tamen ab iis qui fidem noſtram non profitentur, difficillimè creditur, eo quod corvi communiter cibum non adferunt, ſed rapiant. Alpheus fluvius mare ingreditur, indeque rurſus promanat, aquarum ſuarum dulcedinem conſervando integerrimè, id tamen apud multos minimè creditur, eo quod omnia alia flumina mare ingredientia, cum aquis marinis confundi videantur, eademque prorſus amaritudine imbui. In Græcia etiamnum nullus eſt juriſperitorum fidelium defectus, eorũ tamen nullus talis eſſe exiſtimatur, eo quod Græci communiter veluti traditores peſſimâ ſint infidelitatis notâ fœdati.

Chryſoſt. de Philog.

15. Etenim quodſi lites & proceſſus nullum aliud ſecum malum adferrent, quam quod litigantes ejuſmodi iniquorum advocatorum poteſtati ſubjiciant, ob hoc ſolum ab illis quilibet haud ſecus ac ab inferno abhorrere ; & modico potius quod habet contentus eſſe, quam ſe manifeſto illud cum multis quæ prætendunt, amittendi periculo exponere deberet. Tametſi prætet hoc jam memoratum non deſint alia damna longè majora & deteriora, quæ in via judiciorum litigantibus occurrunt, ob quæ ſi ſanæ & ſanctæ mentis eſſent, à tribunalibus ſemper ſe ſubducere & longè abeſſe deberent.

Apoſtolus in Epiſtola prima ad Corinthios de litibus quibus primitus Chriſtiani inter ſe dimicabant, fuſius agit, videnſque illos pro earundem litium determinatione ſuum habere ad gentiles judices recurſum, eoſdem pariter reprehendens, ita alloquitur : *Audet aliquis veſtrum habens negotium adverſus alterum, judicari apud impios, & non apud ſanctos ?* Quibus verbis obſervandum, quod Apoſtolus litem non appellet litem ſed negotium : non enim dicit : *Habens litem*, ſed *habens negotium*. Cur obſecro litem negotium vocat ? Quia otium tollit, inquit Hugo Cardinalis : *Lis dicitur negotium, quia negat otium.* Lites enim men-

1. Cor. 6. v. 1.

Hugo Card. 1 Cor. 6.

tem hominis adeo totaliter occupat, ut ei ad aliud quippiam attendere minimè permittat. Ne tantillum quidem otii vel temporis ei indulget, ut sicuti solebat ad alia necessaria negotia, ea præcipuè quæ ad animæ suæ salutem pertinent attendere possit; totum enim post se hominem trahit, omnes ejus occupat cogitationes, nemediam quidem temporis ei indulget, qua audite sermonem aliquem, vel opus aliquod peragere pietatis, aut salutaribus sacratum congregationum exercitiis assistere possit. Dum homo litigans Missam auscultat, vel recitat coronam, hæc omnia mentis prorsus inanis perficit; Est enim veluti marmorea quædam statua; est corpus quoddam sine anima; anima enim ejus foris divagatur, tractat cum procuratoribus, consiliatur cum advocatis, sollicitatores sibi accersit, infirmat Judices, volvit & revolvit processum, rationes sibi & testimonia pro causæ suæ fœlici victoria conquirit. Verè litem dicere illam potes, quia hominem *ligat*. Ligatus est qui litigat, à lite ad alia se recipere negotia non valet, vinctus est, captus est, nec jam amplius juris sui esse dici potest. Cum igitur lites & processus hominem tanta cum vi & violentia, in salutis animæ suæ negotio impediat, eundemque à Deo, nec non abiis, quæ Deus pro regno Cælorum acquirendo ordinavit adeò avertat, nihil potest homini Christiano lite esse pernitiosius.

1. Cor. 6. v. 7.

16. Attendendum quoque est quod idemmet Apostolus eodem in loco litem peccatum appellet, dicens: *Iam quidem omnino delictum est in vobis, quod judicia habetis inter vos.* Quam existimatis esse rationem quod litem utpote Christianis permissam, peccatum vocet? Illam dicit esse peccatum, non quod verè peccatum existat, sed quia à peccato nascitur, ideò nomen ei tribuit sui Authoris: *Si litem unamquamque perconteris*, inquit Plutarchus, *unde nata sit: hanc iræ perfractæ peperit, illam insanæ contentio, aliam iniquæ cupiditas.* Unde sicuti homini, quia de terra nascitur, terræ nomen imponitur: ita liti peccati nomen donatur, utpote quam peccatum parturiit. Quam igitur turpis & fœda esse debet, quæ tam turpis & fœdi parentis est filia. Peccatum tantam in se turpitudinem complectitur, ut Angelos in Dæmones transformavit, eosdemque ex spiritibus longè pulcherrimis adeò deformes reliquerit. Lis adeò est turpis & indecora, ut sicuti Poetæ fingunt, postquam Dromorgogone illam natam esse conspexit, ab indicibili ejus deformitate veluti à novo quodam monstro perterrita, deorsum se se, ne videre eam diutius cogeretur, præcipitarit. Nemo sanæ mentis rem adeò fœdam & turpem non odisse aut horrere non poterit; sicuti enim quæ pulchra sunt naturaliter diligimus, ita naturali prosequimur odio ea, quæ sunt turpia. Æsopus quod turpissimo esset corpore, *odium* vocabatur. Nescio profectò num anima aliqua litigans, tanta spurcitie & deformitate defœdata, aliquem in Dei regnum aditum habere possit, in quo veluti omnis excogitabilis pulchritudinis diversorio, nihil quod deforme est recipitur. Nescio item, num amor magnæ illius domus janitor, fores cælestes ei sit reseraturus, utpote qui sicut est pulchritudinis amicus, ita adversarius est omnis deformitatis. Imò posito casu animam talem in cælum recipi posse, illi tamen cælum istud Infernus quidam esset. Ipse namque sursum in cælo, veluti simius quidam esset, in elegantissimi alicujus palatii constitutus medio, ubi nihil quod non sit summè spectabile videtur, in cujus faciem, non Atistippus quidam, sed omnes Angeli & sancti expuerent, eumque deriderent.

Plutarchus de morb. anim.

17. Inter alia quæ David in Psalmo habet, quem à Saulis aliorumque adversariorum suorum manibus à Deo liberatus, composuit & cecinit, consideratione censentur dignissima sequentia verba: *Mansuetudo mea multiplicavit me*, quasi diceret, priusquam factus eram mansuetus, unicus tantum & solus eram, at verò post comparatam mihi mansuetudinem, ex uno divisus & multiplicatus sum in plures, neque enim jam unicus tantum sum David, sed multi & multi Davides. In centenis modò commorot locis, & viris aliis centenis æquivaleo, totidem videlicet, in quot viros me multiplicatum esse conspicio. *Mansuetudo*

2. Reg. 22. v. 36.

mea

mea multiplicavit me. Quis hic explicare poterit modum, quo manſuetudo unicum hominem in tot alios multiplicare homines poſſit? Fiet id, inquit Toſtatus, ſi te ab aliis amari feceris: *Manſuetudo eſt quædam qualitas reddens hominem diſpoſitum ad communicationem cum quibuſcumque.* Unde quia homo manſuetudine mediante multos ſibi comparat amicos, manſuetus rectè multiplicari dicitur. Cùm enim amicus meus quidam ſit alter ego, Ariſtotele teſte, qui dicit: *Amicus alter ipſe eſt*, ideo unum amicum habens duplex, duos verò habens triplex ero, denique totupliciter cenſebor multiplicatus, quot fueto amicis fœdere junctis. Lis verò quia in oppoſitum manſuetudinis, hominem incommunicabilem efficit, amicos minimè acquirit: *Litigioſum eſſe facit hominem incommunicabilem*, inquit idem Doctor. Quomodo enim litigioſus per continuas diſcordias, & nunquam concordando amicos ſibi comparare poterit? Niſi chorda ſive fides, quæ in teſtudine diſſonat & diſcordat, ad bonam iterum redigatur harmoniam & conſonantiam, cum aliis fidibus ſeu chordis uniri nunquam poterit. Hirundo equidem turturem ſibi amicum futurum eſſe credebat, verùm à matre vanitatis ſuæ ipſam commonente ſaniori imbuebatur conſilio, ut à tali conatu deſiſteret, utpotè cui cum turture neutiquam conveniat, qui ipſa poſcente calorem, frigus deſideret. Ipſamet quoque formæ venuſtas & pudicitia, in tantum inter ſe convenire minimè poſſunt, in quantum litigant & conciliari nequeunt.

Abulenſis ibid.

Toſtatus ibid.

Ovid. Epiſt. 15.

Lis eſt cum forma magna pudicitia.

Vide igitur, quâ ratione litigium, in quod tanta cùm propenſione naturæ inclinaris, omni te amicitia deſtituat, re nimirùm longè ſanctiſſima pariter & dulciſſima, ſingulari honore & reverentiâ digniſſima, humanæque vitæ adeò utili ac neceſſaria, atque ab omnibus velut diſcretiſſima magnificentiæ mater, gratitudinis ſoror, omniſque odii & avaritiæ inimica infenſiſſima, ſummis encomiis celebrata, quæ ex uno homine numeroſiſſimum populum, ſeu hominum ingentem efficit multitudinem, quæque ſolo ſui aſpectu eos perterrefacit, qui illam offendere ſatagunt? Dices forſitan, nihil tibi de hominum amicitia conſervandæ curæ eſſe, dummodo Deum habeas amicum; verùm ſciendum tibi eſt, impoſſibile eſſe, ut Dei ſias aut maneas amicus, & ſimul ſis litigioſus; ſiquidem lis paci contraria, Deo pariter, qui pax noſtra eſt, contraria eſſe dignoſcitur.

18. Porrò Jeſſæus Vates certum quoddam hominum genus, quos malignos vocabat, in aula ſua ſuſtinere nequaquam valens, diſtrictè eos à facie ſua eliminari, neque ſub uno ſecum tecto tolerari præcepit, dicens: *Declinate à me maligni*, quaſi diceret. Procul ſhinc, procul eſtote maligni, neque faciem meam intueri aut mecum præſumatis commorari. Verùm enimverò quodnam obſecro hoc hominum genus erat, quod tanta cum auſteritate & rigore David è domo ſua eliminari mandârat? Contentioſi, calumniatores & litigantes erant. *Per malignos hic intelligit litigatores*, inquit Carmelitanus Incognitus Michael ab Ayguanis de Bononia. Et benè equidem id dicitur: litigantes enim maligni ſunt, id eſt, *malo igne accenſi.* Communiter enim ſuperbiæ, ambitionis, & avaritiæ igne, illos ad litigandum inſtigante, accenſi eſſe conſpiciuntur. Hoſce malignos, litigantes inquam illos David à regia ſua procul arcebat, utpotè qui in unum cum ipſis conſortium congredi minimè poterat. Quod ſi igitur peccator aliquis alios inter peccatores conſtitutus, inter ejuſmodi malignos & litigantes vivere dedignabatur, quomodo illos Deus in cœleſti regia ſuſtinere ſecum poterit, ubi inter Angelos commoratur & Sanctos? Nequaquam igitur Deus litigatores tales in ſupremo regno ſuo tolerare decrevit: *Non habitabit juxtà te malignus*, inquit ad Deum idem-met Propheta: Vide igitur ô litigator, & conſidera, quantum litigando amittas? Verum quidem eſt, quod perſæpe litigando terram tibi comparâris; at verò quid hoc tibi proderit, quando Cœlo privaris, indignum te reddens Dei ſocietate & Angelorum ſuorum? De falſis & iniquis, non verò de juſtis litibus aut litigatoribus hic mihi ſermo eſt: De illis loquor, qui injuſtè cum proximo ſuo contendunt, quique quod jure non poſ-

Pſal. 118. v. 115.

Incognitus in Pſ. 118.

Pſal. 5. v. 6.

poſſunt, per fas & nefas litigando comparare ſibi ſatagunt.

19. Quid te terram litigando lucratum eſſe dico? Imò verò terram perdis. Litigantes enim ſemper jacturam faciunt, lucrantur officiales. Lis Advocatorum, Procuratorum, Judicum lucrum eſt, & jactura magna litigantium. Illorum felicitas, & ſumma horum eſt miſeria. Chilo inter ſeptem Græciæ ſapientes haud poſtremus, in templo Delphico verba ſequentia literis exarari mandavit aureis: *Noſce teipſum: Ne nimium cupias: Æris alieni, atque litis miſeriam fac effugias.* Litigantes perdere, non verò lucrari adeò verum eſt, ut lites & proceſſus ab hoc ſapiente damnum aut miſeria appellatur atque paupertas: Lites autem declinare lucrum reputetur à S. Ambroſio: *Diſpendio litis carere non mediocre lucrum eſt*, inquit S. Doctor. Cur igitur litigas, qui litigando, non id tantum quod habes, ſed & quod prætendis habere amittis. Nunquid vides fora litigantium ſimillima eſſe foro aleatorum ſeu peculatui, in quo dum teſſeris ludendo, proximi tui burſam evacuare, ſeu tibi comparare contendis, propriam amittis? Nunquid te Æſopico cani ſimillimum eſſe advertis, qui umbram capturus, quod ore claudit, dimittit? An non quod illis quondam Græciæ Civitatibus accidit, id tibi verè evenire experiris? *Dum imperare ſingulæ cupiunt, imperium omnes perdiderunt*, refert Juſtinus. Eandem profectò ſuſtines cum Lucifero fortunam, qui dum ſublimiſſimam in cœlo prenſaturus ſedem, litem, bella, & controverſias in cœlo ſuſcitat, utriuſque ſedis, ſcilicet tum concupitæ, tum poſſeſſæ jacturam ſubiit. Litigare & depauperari ſynonima ſunt, ſeu idem ſignificantia: cujus equidem veritatis plures mihi teſtes, quàm capiti meo ſuppetunt capilli.

D. Ambroſius.

Juſtinus Hiſt. lib. 8.

(o)

SERMO

SERMO I.

IN DOMINICAM II. ADVENTVS

THEMA.

Cum audiviſſet Ioannes in vinculis opera Chriſti.
Matth. 11.

ARGUMENTUM.

Grandes graveſque ſunt viri illius miſeriæ, qui mulieri ſubjicitur improbæ & malignæ.

1. Matt. 11. v. 2. Marci. 6.

Mattheus quidem S. Joannem Baptiſtam carceri mancipatum fuiſſe ſcribit: *Cum audiſſet Ioannes in vinculis opera Chriſti:* in carcerationis tamen ſuæ cauſam minimè exprimit, licet S. Marcus illam non ſubticeat. Hic enim ſanctiſſimum *Præcurſorem* Herodem Regem fortiter & impertertitè reprehendiſſe refert, eo quod reclamante divinæ legis decreto, Philippi fratris ſui viventis conjugem temerè ſibi vendicaſſet in uxorem, publiciſque cum illa daret adulteriis operam. Perverſiſſima itaque hæc mulier, dura hac reprehenſione perculſa, indignationisq; inde conceptæ ſtimulis agitata, ſuum eò redegit amaſium, ut is ſanctum hunc monitorem ſuum ſqualido claudi carcere juſſerit; Et licèt invitus id fecerit, attamen ut impiiſſimæ Herodiadis obediret ſerviretq; perverſitati, promptiſſimè id eſt executus, inauditisq; ſe ſe hoc in opere coinquinavit ſceleribus. Ligavit enim, vinculisque ſtrinxit eum, qui Chriſtum à quo omnes improbi homines inviſibilibus vinculorũ nexibus eximendi erãt, annuntiaturus, de cælo fuerat miſſus in mundũ In carcerem conjecit eum, qui in thronum ſuum regiũ, quo is indigniſſimus erat, merebatur extolli. Prophanas ſuas in illũ manus immiſit, qui manus ſuas illius, qui omnẽ ſupergreditur altitudinẽ, capiti ſuperimponere dignus fuit. Inter reos eũ recenſuit, qui reis peccatorum ſuorũ remiſſionẽ prædicavit, atque Angelorũ numero à Deo inſertus fuit. Occultavit lucernam, quã Deus ſuper populi ſui extulerat candelabrum. Abſcondit auroram certiſſimam venturi ſolis Juſtitiæ nuntiam. Virum illum, imo Angelum ſupplicio dignum eſſe pronuntiavit, qui quovis erat ſublimiſſimo præmio digniſſimus. Quod enim non promeruit præmium, qui mundo primus ante omnes remiſſionem annuntiavit peccatorum, Inferni effugium, Paradiſum reſeratum, & pro humana ſalute Deum evangelizavit incarnatum? Hoc autem totum fecit, ut Herodiadi obediret & complaceret

placeret adulteræ, cujus funibus & vinculis per carnalem concupiscentiam fortissimè erat innexus. *Quanta in uno facinore sunt crimina?* inquit S. Ambrosius. Explicari sermone nequaquam potest, in quantas perversæ & impiæ mulieri subjectus vir incidat miserias. Pro cujus Argumenti fusiori explicatione dicemus quod possumus.

D. Ambr. ser. de de collat. S. Ioannis.

2. Juxta rectum naturæ ordinem nulla ratione convenit, ut mulier viro dominetur, quia potius vir uxori imperet semper necessum est; unde quotiescunque mulier dominatur viro, naturæ lex & ordo pervertitur, estque id deforme prorsus atque monstrosum. Richardus de S. Victore causam investigat, cur Deus jam incarnandus, qui æquè facile sexum assumere poterat muliebrem, ac virilem, illum tamen sibi vendicare nequaquam voluerit? Et quidem rationes non desunt, ob quas decuerit, ut mulier potius quam vir fieret & nasceretur; tum quia qui se in mundo benignum, pium, ac tenerè hominibus affectum exhibiturus erat, mulier potius quàm vir esse debebat, si quidem pietas, mansuetudo, ac teneritudo animi, magis propriè mulieri, quam viro competit; tum etiam quia qui animas nostras in lecto Crucis per passionis suæ amarissimos dolores in Cœli lucè editurus erat, ideoque parienti se mulieri comparat: *Mulier cum parit tristitiam habet &c.* mulier potius, quam vir esse debebat, parere namque mulieribus proprium est, non autem viris. His tamen non obstantibus, conveniens nullo modo erat, inquit hic Doctor, ut Deus muliebrem induceret sexum, utpote qui etiam sine sexu jam dicto, quavis erat muliere in dilectione tenerior atque pientior; Neque eodem sexu, ut animas nostras in vitam æternam pareret, indigebat, utpote qui de facto nos, modo tamen suo & non muliebri, in vitam genuerat æternam. Vir igitur, non vero mulier esse debebat, utpote cui super omnes viros superextolli, eisdemque imperare conveniebat, quodsi enim mulier fuisset, universalem confudisset Naturæ & totius mundi ordinem, dum supra viros universos superextulisset mulierem: *Si sexum fœmineum assumeret, ordinem Naturæ confunderet, qui fœmineum sexum supra virilem extolleret,* inquit hic Doctor. Juxta communem naturæ ordinem vir mulieri, non vero mulier viro supereminere & imperare debet; atque ideo mulier viro imperans res est inconvenientissima, quia naturæ adversa, deformis & monstrosa, quàm omnes abhorrent.

Ioan. 16. v. 20.

Richard. à S. Vict. lib. de Eman. p. 1. c. 12.

3. Non natura solum, verum etiam Deus Naturæ author & Dominus nos docuit, mulierem viro suo esse debere subditam. Nescio etenim num aliquando observaveritis, quod Deus primam creaturus mulierem, non sicut in aliis operibus creator, sed mutarius esse voluerit: Neque enim Moyses Evæ creationem describens, verbo *creavit* sed *ædificavit*, usus fuisse reperitur. Non enim dicit *creavit*, sed *ædificavit Dominus Deus costam, quam tulerat de Adam in mulierem*, Opus quoddam ordinarium narratus, extraordinarium adhibere voluit vocabulum, atque pulchro cum artificio, per novum quoddam contectum vocabulum Deum novo modo factorem proposuit; quasi ob id quod mulier futura erat, Deus usitatum divini verbi sui instrumentum, quocum totum firmaverat mundum, relinquere, & ejus loco ferrum, plumbum, limam, serram atque martellum adhibere debuisset; Et qui in cunctis aliis operibus unicus & solus fuisset magister & omnium artifex, hic alia quoque in suæ operationis admisisset consortium. Causamne hujus scire vultis? Assignatur hæc à glorioso Mediolanensium Archiepiscopo: *Bene ædificavit, dixit, ubi de mulieris creatione loquebatur: qui sine uxore est, quasi sine domo sit, sic experimur*; quasi diceret: Quia mulier viri domus futura erat, domus aut fabricatur, & mutis rite constructis erigitur, ideo creator omnium Deus, illius fabricator, & mutarius, non vero creator ejus esse voluit. Optimè porro mulier domus quædam esse dicitur: Ipsa enim utpote domus extra domum libenter commoratur, siquidem domus alia domo nequaquam indiget. Neq; jam cuipiam mirum esse videatur, quod mulier tantopere nitori & pulchritudini corporis sui intenta esse videatur, facit enim hoc quia domus quædam est: Domus enim quæ pulchra non est, aut nitida, non domus, sed Pastorum tugurium, hara, aut stabulum est bestiarum. Unde in proverbio communiter

Gen. 2. v. 22.

De Parad. cap. 11.

niter dicitur: *Domum cum facis, non relinquas impolitam.* Domus item adinventæ sunt, tum ad declinandos æstatis colores; tum ad hybernas evitandas tempestates: sic viro juncta est mulier, ut pro illicitæ concupiscentiæ ardoribus habeat remedium, & consequenter, infernalium tempestatum evadat periculum. Hæc est domus illa, cujus muri, uti vulgò dicitur, aurei sunt, nihil enim est, quantumvis arduum, quod servare possit secretum. Domus hæc fores habet diu noctuque & quavishora apertas, quippe quæ ne per modicum quidem momentum à sua possit garrulitate se cohibere. Unde vir quidam lepidi & faceti ingenii causam rogatur, ob quam Natura mulieribus non æque ac viris barbam concesserit, gratiosè respondit: *Quia tantum temporis silere & immotis labiis persistere non possent, quousque eis barba abraderetur.* Domus est, quia vir in illa, id quo nihil habet in terra pretiosius, id est, reputationem suam repositam habet, quæ non inter bona stabilia, sed inter mobilia est reponenda, utpote quæ nisi in tali esset loco recondita, magno essent amissionis periculo exposita. Cum igitur mulier viri domus sit, sicut vir non est possessio domus, sed domus viri possessio est, vir enim Dominus est domus, non vero domus viri Dominus existit: Ita vir mulieris debet Dominus esse, non vero mulier viro dominari. Deus enim ipsam condidit, ut viri domus esset, non igitur illam fecit, ut dominium supra virum illi tribueret, sed ut viro suo tanquam Domino suo subdita esset.

Manut. in Adag.

Ioan. Thuil. in Alciati Emblem.

4. Ad conspectum rubi ardentis nec tamen comburentis cujus visio Moysi peregrinanti & Jethro soceri sui oves pascenti de cælo exhibita fuit, Deus sequentia mox verba subjunxit: *Ne appropies huc, solve calceamentum de pedibus.* q. d. Nimium audes ô Moyses, & ardua nimis tibi præsumis, dum calceatis venerabili huic loco pedibus appropinquare contendis. An ignoras, quanta sit cum reverentia calcandus locus divinæ præsentiæ consecratis: Calceus prophanus est, utpote qui sordibus, quibus in fœdo aliquo est loco coinquinatus, totum sanctuarium prophanat. Calceus, utpote pellis animalis emortui, in conspectum ejus, qui vita est, & vitam mortuis donat, minimè est inferendus. Offendes me, & gravitet quidem, si adeo inurbane omnique secluſa civilitate te coram me stiteris, cui ipsemet sublimissimi Paradisi principes pede nudo assistunt. Quidnam obsecro Deus per Calceum Moysis subintelligebat, per cujus in sacrum locum illationem tantopere offendebatur? S. Hieronymus opinatur, Deum per calceum Moysis ejus indicare voluisse uxorem: *Moyses cum vidisset visionem magnam, & Dominum loquentem in rubo, nequaquam valuit ad eum accedere, nisi solvisset corrigiam calceamenti sui, & abjecisset vincula nuptiarum.* Eandem quoque calceus apud gentiles significationem habebat. Unde rogatur Sulpitius, quamobrem suam repudiasset uxorem, utpote quæ optimè apud omnes passim homines audiebat? respondit: Nemo vestrum, ubi meus pedem meum premat calceus, novit; quasi clariùs dicere voluisset; Nec vos, nec mundus universus occultos novit conjugis meæ defectus, qui ad repudiandam illam me coegerunt. Quia igitur Deus Moysi innuere voluit, ut quamdiu mandatarum sibi commissionum executioni vacabat, uxorem suam dimitteret, utpote quæ tam arduo exequendo operi haud modico futura esset impedimento, loco ejus, ut diceret ei: Dimitte conjugem, calceos ut solveret præcepit, per calcei symbolum mulierem ejus intelligens. Calceus igitur viri mulier est, quæ quædam est excoriatorum animalium pellis. Omnibus passim hominibus, vitis æque ac mulieribus notum est, quod ad dotandas ac desponsandas filias quotidie excorientur & ad incitas quasi rediguntur parentes. Calceus est, quia pedi, id est, marito suo optimè debet esse proportionata; ingentia enim ex inæqualibus matrimoniis mala proveniunt; Magnum viro nascitur tædium, si permodicus & brevis magno & amplo indutus sit calceo. Ipsemet sub Apelle famosissimo Pictore efformatus calceus, suam sustinere debuit à sutore quodam censuram. Neque ulla est inter mulieres adeo perfecta, cui ad vanitatis suæ confusionem suus attribui defectus non possit,

Exod. 3. v. 5.

D. Hiero. lib. 1. adv. Iovinian.

sit, nisi prorsus sancta esset. Veneris calceus à Momo certo quodam quem gradiendo ciebat, notabatur strepitu atque rumore : Sic quoque plebeis mulieribus proprium est domos suas rumore & strepitu implere. Denique calceus est, non vero corona ; quia non sursum in capite, sed deorsum ad pedes consistere & commorari debet, hoc est, non se Dominam viri, sed ejusdem se subditam credere debet.

5. Vereor supra modum, ne mulieres calceo assimilando graviter offenderim, atque ideo ut illas placare possim, integro cuidam regno easdem comparabo. *Cuilibet viro regnum est consors conjux*, ex mente D. Chrysostomi. Mulier etenim quoddam est mariti sui regnum, quia *non patitur duos*. Hactenus equidem, & etiamnum apud Turcas, aliasque barbaras nationes unus vir duas habere uxores videtur. Nunquam tamen uspiam visa est una mulier duos habuisse maritos. Regnum est, quia in sui consortem odium habet: *Simul posuit Conditor mundi regnum & odium*, inquit Seneca. Verum quidem est mulierem simul & amare & odisse, verumtamen eo ipso dum amat, plus odit quam diligit. Amat maritum, ipsumque sibi Dei loco statuit, & mortalem simul & miserabilem illum efficit. Lucella propriis maritum manibus licet invita occidit. Dajanira ut ab Alcide, quem summo amore deperibat, redamaretur, eidem per camisiam veneno quodam seu phyltro infectam mortem intulit. Quot malè consulti Reges inter se dimicantes, Regna sua hujus regni amore amiserunt ? Quot non fuerunt unius mulierculæ amore excogitata stratagemata ? quod non pro illis homines occubere ? Quod si igitur mulier regnum est, certè non imperare, sed obedire debet marito : Regnum quippe regitur & gubernatur, non vero regit aut gubernat.

D. Chrys. in Psal. 3.

Seneca.

6. Nuptiæ à viris doctis per Palmarum hieroglyphicum simbolizantur, & jure meritissimo : Sicuti enim Palmæ sine masculi & fœminæ conjunctione, ductilos suos minimè producunt, ita neque sine maris & fœminæ conjunctione homines generantur. Priusquam homines fierent, Deus hominum generationi in palmis prælusit, ut hominis tanquam arduæ machinæ faciendæ in illis Idæam explicaret. Neque enim sapiens aliquis architectus manum suam alicui alicujus momenti operi adhibere consuevit, nisi prius eandem in modico lapide rudi Minerva delineaverit. Palmæ non sicut alia eo tantum sunt sine productæ, ut hominum servirent obsequio, verum etiam ad homines ex illis formandos & explicandos. Porrò Deus spectabilem dedit Palmis proceritatem, quia homini eam erat donaturus, incorruptibilibus eas foliis ornavit, quia homines in superiori sui parte futuri erant immortales; Deformitas palmæ in trunco ejus non est minor, quam sit ejus in sublimi vertice venustas & elegantia, quia homines non in terra, sed in cælo suum habebunt decorem, & pulchritudinem : vel quia homo terræ incola, quantumvis pulcher esse videatur, attamen si cælitum alicui comparetur, turpis non vero pulcher esse videtur ob nimiam in alio formæ elegantiam. Palmæ denique eandem quam hominibus daturus erat, sexus indidit differentiam ; palmarum namque aliæ mares sunt, aliæ fœminæ. Verum inquies, è quonam signo inter palmas eam, quæ fœmella est, poterimus dignoscere ? Pulchrè idipsum sanctus declarat Ambrosius. dicens : *Illa palma famina est, quæ sexum suum subjectionis specie confitetur.* quasi diceret : Illam inter palmas audacter fœminam esse dicito, quæ subitus aliam sese inclinat, suosque ad alterius palmæ pedes sive radices, ramos extendit ; Haud secus ac si se maris imperio subjectam esse recognoscens & semetipsam extollere, alterique præferre non audens, alteri palmæ se submittere, eidemque veluti subdita perpetuo vivere vellet, patuloque ore diceret: Aliam sexus mei conjecturam edere, meque fœminam esse aliunde prodere nequeo, quam dum masculo meo subji-

D. Ambr. lib. 3. Hexam.

ſubjicio. Per hoc autem ſexus ſui indicium haud obſcure ſimul indicat, ad mulierem ſpectare ut viro ſe ſubmittat, illiuſque ſe ſubditam eſſe recognoſcat. Verùm enimverò adve tant etiam viii quod ſicut quando palma fæmella ramos ſuos inclinat, ſuumque veluti vexillum ad maſculæ palmæ pedem ſeù radicem demittit, maſcula ramos ſuos velati inflexibiles ſeu rigidos nequaquam ſuſtinet, ſed eoſdem potius demittit etiam, & certo quodam modo verſus fæmellam inclinat; ita quoque hoc palmæ exemplo doceantur mariti, ut ſuum, quod in uxores ſuas obtinent, ſciant moderate imperium, utpote quam non veluti ancillam aut famulam ſpernere, ſed veluti conthoralem & conjugem diligere teneantur.

7. Etenim ſi mulier veram ſe domum, aut verum calceum, ſive Regnum verum eſſe probaverit, atque palmas imitata viro ſe ſuo ſubdiderit, imperium quoque ſibi nullo modo vendicaverit, ſed mariti imperiis obſecuta fuerit, omnia proſperrimè & ex animi fluunt ſententia. At verò ſi mulier, quæ ſubdita eſſe debebat, ſe fecerit Dominam, & caput eſſe velit, cum verè ſit cauda, & quæ obedire debebat præcipere & imperare attentaverit, utique domus ſuæ rempublicam in perpetuam rediget confuſionem. Dic Sodes num fortè cauſam mihi edicere poſſis, cur prothoparentum noſtrorum tempore ſuſque deque everſus ſit mundus, cur infinitis ſit calamitatibus refertus, maliſque irremedialibus, morte ſcilicet aliiſque ærumnis, quas etiamnum ſuſtinere cogimur, & explicare nequaquam poſſumus, fuerit aggravatus? Totius hujus perturbationis cauſa fuit unicum à muliere in virum vix media hora in principio mundi uſurpatum imperium. Quod Adam prothoplaſtus modico illo tempore ſuæ fuerit conjugi ſubjectus, hinc in hodiernam uſque horam in mundo planctus reſonant & lachrymæ. Hoc idem Deus Adæ inſinuare voluit, quando poſt ejus prævaricationem, in Paradiſum deſcendens eum inquiſivit & dixit: *Adam ubi es?* quaſi ei dicere voluiſſet: O miſer & miſerabilis Adam, in quonam te nunc deplorando ſtatu video? Ego te veluti Angelum quendam creavi, & tu modo vix differs à Dæmone? ubi eſt lumen vultus mei, quo te decoravi adeo, ut cum ipſomet etiam Sole certare potuiſſes? Ubinam eſt illa tua Majeſtas rebus inſenſatis non minus tremenda, quam oculis meis grata prorſus & jucunda? A temetipſo factus es æquè infelix, quantum à me factus fuiſti beatus. In malorum innumerabilium ignem præcipitaſti temetipſum, & traxiſti tecum ingentem filiorum tuorum propaginem. Eademmet manu, qua in arborem extenſa fructum ſuſtuliſti vetitum, poſt te quoque clauſiſti & obſtruxiſti cælum, aperuiſti Infernum, & diram tibi tuiſque advocaſti & accerſiviſti mortem, ejuſdemque doloribus ſimul ſubjeciſti eos, quibus eam, quæ mortis potius nomen meretur, daturus es vitam. Et his quidem malis omnibus, ideò ſolum nunc es ſubjectus & obnoxius, quia te, quem Dominum creaveram, ultro citroque feciſti ſervum; te gubernatorem eſſe volebam, qui nunc te voluntariè ejus ſubjeciſti imperio, quam multas ob cauſas tuo ſubditam eſſe volebam regimini, dominio. Hiſce Deum objurgationibus Adamum aggredi voluiſſe, dum dixit *Adam ubi es?* opinatur D. Chryſoſtomus. Cujus hæc ſunt ſequentia verba: *Oportebat corpus reliquum capiti obſequi ſed diverſo modo res evenit, corporique reliquo caput obſecutum eſt, quæ ſurſum erant in infimum locum venerunt. Propterea quoniam omnem ordinem invertiſti, hoc loco nuncies, qui antea tanta gloria veſtitus eras.* In talem meritò abyſſum Adamus præcipitandus erat, poſteaquam ſibi mulierem dominari permiſit. Ubi caudam præcedentem caput ſubſequitur, ibidem incredibilia exurgere mala neceſſum eſt. Cauda die quadam, ut Plutarchus fingit, adverſus caput in materia præcedentiæ in Judicio comparere & contendere voluit, prætendens ſe, ut poſt tergum ſemper contempta ſequeretur, minimè obligari, quinimo æquum ſibi cum capite jus eſſe præcedendi, primum-

Gen. 3. v. 9.

D. Chryſ. Hom. 17. in Geneſ.

que in corpore obtinendi locum. Et quidem quia rationes ab ea in medium adductæ à Judicibus justæ æstimabantur esse, rationique consentaneæ, in favorem caudæ adversus caput pronuntiata est ab iisdem sententia: Verum vix cauda adjudicati sibi loci ceperat possessionem, cum ecce infelix cauda quonam suos fixura gressus esset minimè sciens aut videns, cæcoque modo ambulans, caput secum & corpus in miserabile pertraxit præcipitium. Ut igitur tantum evitetur inconveniens, malumque adeò ingens declinetur, Sanctus Augustinus maritum hisce verbis alloquitur: *Tu es caput mulieris vir; si caput es duc: sequatur illa caput suum.* Quasi dicere voluisset: Nequaquam mulierem domi tuæ imperare permittas, si fœlicem desideras rebus tuis eventum; tu enim caput es, illa autem cauda, unde sicut tibi imperare competit, sic illa ut obediat, necessum est. Quodsi autem contrarium contingat, & caput caudæ ducatum sectetur, omnia pessundabuntur. *Si caput es, duc; illa sequatur.*

Aug. lib. 50. Homil. 49.

8. Quamprimum calor febrilis in humani corporis Republica dominari, calor verò naturalis ob virium impotentiam à suo dominio remittere incipit, proximus est illius interitus. Quamdiu proprius Rex in Regno suo prævalet, salvus est populus & salva sunt omnia, quæ illius sunt: perditur autem omnis subditus, dum Rex ab hostibus infestatus subjugatur. Domus aliqua nihil est aliud, quam corpus quoddam politicum; cum enim ex tot constet personis, mutuis sese operis promoventibus & adjuvantibus, quasi corpus aliquod est ex totidem compositum & conflatum membris, quæ diversis sibi mutuo actionibus auxiliantur. Quamdiu caput corporis hujus, id est, Paterfamilias, quasi calor naturalis, & Regni tam bene ordinati verissimus Rex prævalet & imperat, salva sunt omnia; Quodsi autem in casu quodam sinistro materfamilias prævaluerit, obtinueritque domus illius principatum (quæ quia non est aliud quam calor quidam febrilis, propriique boni sui destructrix *Eva*, id est, *calidi-tas* dicta est) omnia perdita esse censentur & desperata. Quamdiu Adam membris corporis Politici domus suæ imperabat, suamque gubernabat familiam, regimen domus suæ felicissimum fuit: æque autem factum est domus illius regimen infelix & infortunatum, postquam iu mulieris cernebatur manus translatum. Id quod Carthusianæ solitudinis Patriarcha sanctus Bruno hisce verbis confirmat: *Dum Adam Eva prævaluit, uterque in Paradiso mansit: caterum postea Ada Eva prævalente de Paradiso expulsus est uterque.* Adamo regente regnum salvum persistit, quod Eva gubernante corruit & perditur. Potius de semetipso quam de matre sua conqueri debuisset Alexander Severus, quando una, cum Regno ipsammet quoque coactus est perdere vitam, utpote qui nulla debebat ratione permittere, ut sui aliqua dominaretur mulier, quæ dum imperat Regna simul & Reges præcipitat.

D. Bruno in Psal. 127.

2. Contigit ut Deus Abraham servum die quadam familiariter invisens, eidem diceret: *Sarai uxorem tuam non vocabis Sarai, sed Saram.* quasi diceret: Præcipio tibi ô Abraham, ut Sarai conjugem tuam jam deinceps non Sarai, ut hactenus appellare consueveras, sed Saram voces; Hancque regulam cures, ut maxima qua poteris diligentia observes, sic enim admirabilem videbis domus tuæ in felicitate & prosperitate progressum. Dic mihi hic obsecro, quidnam in Saræ nomine una litera mali faciebat, aut facere poterat, quod Deus illam è medio nominis illius tollat & eliminet? Quidnam parvulum & modicum quoddam Alphabeti elementum Abrahæ & domui suæ adferre damni poterat, ut tanto cum rigore è dictione nominis aboleri debuerit? Per magni de litera illa tollenda intererat, indenamque honor Abrahæ & omnia domus suæ bona dependebant. *Sarai* enim interpretatur *Domina mea*: *Sara* autem, *Domina*. Noluit igitur Deus ut Abraham conjugem suam *Sarai*, id est, Dominam suam appellaret, quasi subditus illius esset, sed

Genes. 17.

Domi-

Dominam tantùm appellari jussit. Decebat quidem ut Sara velut legitima Abrahæ conjunx, filiorum, servorum, & totius familiæ suæ Domina esset, non tamen conveniebat, ut Domina esset Abrahæ mariti sui. Ad hoc ut res familiaris domus alicujus prospero successu procedat, adeò necessum est dominari maritum, ut suam conjugem, aut quemvis alium illi supereminere & dominati absurdum esse censeatur. Porro ingenti cum mysterio Deus ex quodam, tot literis constante nomine, solam i. literam expunctam esse voluit. Hæc enim litera i, utpotè nascens à verbo eo, is, it, formatur imperativum præsentem, mulier autem ab imperio adeò esse debet aliena, ut ne quidem in nomine suo quidquam habere debeat, unde ad imperium aliquod destinari censeretur, atque Deus in ejus nomine literam hanc præ reliquis tolerare noluit. Præterea talem nomini huic litem ademit, cui ab aliis vocalibus literis tanquàm digniori & honoratiori, medius datus est locus, qui soli debet imperanti, ut hac ratione illam ab omni & quocunque purgaret primatus & præeminentiæ honore. Denique ultimam illi nominis sui literam sustulit, quasi caudam illi amputaturus, ne aliquando se super maritum suum extollere, illique dominari præsumeret. Quod si Abraham conjugem suam non Saram, sed Sarai vocasset, prouti illam jam appellare cœperat, in domo suo Isaac, quod risus interpretatur, nunquàm habuisset. Illæ namque domus, in quibus mulier viro dominatur & imperat, adeò sunt rixis, contentionibus, omnibusque aliis deplorandis malis plenæ, ut omninò quidnam risus sit ignoret. Unde in proverbio Italico Rhytmicè dicitur: *La casa ove gallina canta, è gallo tace non ha pace*, id est: Noli in domo illa quærere pacem, ubi gallina cantat, & gallus tacet. Quotiescunque Juno supra Jovem maritum suum abire satagit, & veluti nihili ipsum faciens cum eo contendit, tantæ & siniſtræ illa conjunctione oriuntur pluviæ & tempestates, ut extremam mundo ruinam minari videantur.

Gartarius Car. 189.

10. Adeò grave & durum est mulieris alicujus imperium, ut ipsimet etiam Atlantes insupportabile videri possit. Salomon imperium istud magno suo infortunio expertus fuerat, quando dicebat: *Vincula sunt manus illius*, quasi dicere voluisset, manus illius veluti fortissimæ sunt catenæ, unde postquam quis ab illa captus, veluti vasallus illius fuerit Domino subjectus, mox manus, pedes, & tantum corpus adeò strictè ligat & stringit, ut ad nihil prorsùs moveri tesinat: homo qui ferreis hisce manibus captus est, citra mulieris imperium nihil omninò ex propria voluntate movere potest, quia ab illa castigandum aut reprehendendum se esse vereri debeat, ad eum ferè modum, quo superficies aut linea aliqua sine motu aut voluntate corporis ad quam spectat, se movere neutiquam valet. Grave profectò & durum est ejusmodi imperium, & dominium intolerabile. Typhæus, uti fabulæ memorant, totam Siciliæ insulam corpori suo superstratam defert, videturque nonnunquam se ex uno latere in aliud movere & vertere, à cujus motu & circumvolutione, juxta Poëtas terræ motus nascuntur, quibus hæc insula valde frequentet subjacet. Moles profectò longè ponderosior illius viri dorso incumbit, qui muliebri subjacet imperio, utpotè qui movere se juxta proprium libitum nequaquam potest. Ob grave & insupportabile similis imperii pondus, in Poëtarum figmentis adeò celebrata Cybale in capite suo diadematis loco ingentem sustinet maximarum turrium molem. Hercules quoque, licet mediâ nocte mundi molem capiti suo portans, nullum passus sit roboris sui deliquium, attamen Omphalæ amicæ suæ subjectus imperio, magnū passus est fortitudinis suæ detrimentum. *Eccles. 7. v. 27.*

11. Isaias Propheta certas quasdam alloquebatur fœminas principes, quando dicebat: *Mulieres opulentæ surgite*: quasi illis dicere voluisset, surgite ocius & sedes vestras dimittite, non enim vestrum est sedere, sed potius erecto capite stare debetis, sedeant mariti vestri, ipsi domos suas gubernent, vos autem omni cum promptitudine illis obtemperate & mandata eorum explete. Quamobrem obsecro Propheta hic nobilissimas hasce mulieres tanto cum rigore & austeritate reprehendit & corripit? Propter ingens malum, quod infælices *Isai 32. v. 9.*

earum occasione operabantur, dum per illas millenorum fiebant scelerum authores. Oleastrum circa hunc locum velim auscultetis: *Arguit hic Vates & merito opulentas faminas, quoniam novit viros propter eas multa mala committere. Quis diceret nunc, quot furta, extorsiones, homicidia, aliaque mala viri operantur ad alendas uxores.* Mulieres domi sedentes, leges maritis suis præscribunt & imperant. Lænæ sunt, non fæminæ. Neque enim ad id, quod vitis suis honestum & justum est, respiciunt, sed ut effræni suæ satisfaciant cupiditati & libidini, illos civilium humanarumque legum transgressioni violenter supponunt. Quod si Marcus Antonius Romanorum Imperator in hodiernum usque diem viveret, locuples is futurus esset veritatis istius testis. Hic enim postquam duro & vituperoso Cleopatræ Ægypti Reginæ imperio ignoranter esset subjectus, atque ad instantiam illius millenas commisisset injustitias, latrocinia & sacrilegia, eandem prouti narrat Josephus, rogare debuit: *ne se tantum, ut parceret, compelleret.* Similiter Basilius Moscoviæ Dux, postquàm sub primæ conjugis jugo durum expertus fuisset mulierum imperium, utpotè quæ ipsum in millena deturbaverat scelerum præcipitia; ductutus secundam, barbâ rasâ in publicum prodiit, ut hâc ratione omnem illi occasionem se subjugandi, illique ut alia præcedens fecerat, imperandi præscinderet.

Oleast. in c. 32. Isa.

Joseph. Hebr. antiquit. l. 15. cap. 4.

12. Unum ex præceptis magis arduis, ad quorum observantiam Hebræorum populus, post suum in terram promissionis ingressum, adstringebatur, erat, ne conjugia initent cum iis, qui de idololatrarum stirpe processerant: *Non inibis cum eis fœdus, neque sociabis cum eis connubia, nec filiam illius accipies filio tuo.* Porrò tametsi circa præcepta divina dubitare, aut illorum scrutari rationes minimè liceat, utpotè quæ justissimè & sanctissimè condita esse credere debemus; hujus tamen præcepti causam non quidem ex vana curiositate, sed ad nostrum profectum vestigare non supersedebimus. Ac proindè quæro ex ipsomet Deo, cur matrimonium istd populo suo prohibere voluerit? Et ecce Deum apertis verbis respondentem, dum inquit: *Quia seducet filium tuum, ne sequatur me, & serviet Diis alienis*; quasi diceret: quod si semel filio tuo mulierem junxeris Idololatram, illum subitò non jam Hebræum, sed Idololatram quoque esse comperies; desinet enim adorare Deum, & adorabit Dæmonem; adeò enim pernitiosè talis mulier eum subvertet, ut ipsum à sua quoque fide removeat; miseri namque mariti effræni conjugum suarum cupiditati nihil denegare possunt vel audent, quantumvis impertinens: *Novit enim sapientissimus legislator*, inquit Oleaster, *conjugibus vix posse aliquid denegari.* Etenim postquàm vir aliquis factus est appetituum malæ cujusdam mulieris probrosus servus, à qua deinceps talis non dimovebitur virtute, qui perversæ mulieris suasu à vera dimotus est fide, omnium aliarum virtutum fundamento? Quod si illa ad hoc prævalet, ut maritus Deum abneget, quid faciendum superest, quod non sit facturus? Quid non amittet, postquàm fidem amisit? Vitamne suam fortè conservare poterit, si ipsa eum mortuum esse desideret? certè vitam perdant necessum est, etiam innuitur. Similis farinæ muliercula Galeazzo Duci, ut se in flumen quoddam præcipitaret, imperavit, qui mox huic imperio promptissimam obedientiam præstitit. Alia quædam juveni alicui Salernitano, ut se suspendio necaret, mandavit, qui restim collo suo injicere, seque ante fenestram unde mulierecula hæc crudelis imperii sui promptam executionem spectare poterat, è ligno quodam suspendere minimè tardavit.

Deut. 7. v. 3.

Deut. ib. v. 4.

Oleast. in c. 7. Deut.

13. Quidnam vobis vir aliquis mulieri subjectus esse videtur, num vir, an verò mulier? Meo quidem judicio nequaquam vir, sed mulier censeri meretur, utpotè quem mulieris maledictioni subjectum esse videmus: *Sub potestate viri eris, & ipse dominabitur tibi*, inquit Deus ad mulierem, quasi diceret: Quamdiu mulier eris, viri quoque tui dominio semper subjecta eris. Unde colligitur, virum semper esse debere conjugis suæ Dominum, sicut & conjugem manere semper mariti sui vasallam & subditam: & sicut non est possibile, ut mulier aliqua sit, & non sit subdita viro: ita quoque impossibile est aliquem esse virum, qui suæ sit subditus uxori. Quid igitur

Gen. 3. v. 16.

de

de viro conjugi suæ subdito dicemus, illumne virum, aut maritum esse existimabimus? certè si talem viris annumeraverimus, magnoperè nostrum erubuit judicium. Cùm enim Deus non maritum uxori, sed uxorem marito subjecerit, opus est, ut illum non virum, sed mulierem esse censeamus: neque enim viro, sed mulieri subditam esse competit. Num de hac vos veritate certiores adhuc reddi vultis? en fortissimum, unde illam etiam poteritis, argumentum: quod si fortè fortuitò aliquis in virum talem, mulieris duro & intolerabili jugo subjectum incidat, eique ob miserabilem, cui irretitus est, statum compatiens monet eundem, ut à tam probroso se jugo exoneret, seque in auream asserat libertatem, mox illum audiet respondentem: non possum id facere. O miserum hominem! O virum non virum! Idem enim illud non possum significat, ac si diceret: Non vir, sed mulier sum. Hoc enim nomen *vir à viribus nascitur*, atque ideò homini, cui vires non supperunt, qualis est, qui dicit, non possum, deinceps non vir, sed mulier censeri debet. Quis enim hominem talem non dicet esse mulierem, quem mulieribus videt esse operibus deditum? quem nendo, filando, aliaque fœminea exercendo videt esse occupatum? An non videtis, qualiter is per imprudentiæ suæ fusum, ex infirmi ac debilis cerebri sui colu suspensum sibimetipsi filaverit laqueum seu restim, quocū ad perversæ cujusdam Dalilæ pedes miserè ligatus ac vinctus procumbit? Virum mulieri subjectum, non virum, sed mulierem esse adeò verum, ut taurus licet minuscula aliàs virtute præditus, masculis tamen zodiaci signis annumerari minimè meretur, fortè quia, ut fabulæ referunt, mulieri cuidam, cui à Poëtis Europæ nomen adfingitur, subditus esse dicitur.

14. Melius attamen me dicturum esse credo, si ejusmodi hominem, nec virum, nec fœminam, sed irrationalem aliquam esse bestiam affirmarem. Verè enim vir, qui mulieris suæ factus est subditus & vasallus, bestia potiùs quàm vir dici meretur. Certum namque est, quod David, quando in Psalmo 48. dixit: *Homo, cùm in honore esset, non intellexit, comparatus est jumentis insipientibus, & similis factus est illis*; illis verbis proprie hominem quendam descripserit mulieri subjectum, quasi dicere voluisset: Videte & obstupescite hominis illius ignorantiam, qui cùm à Deo honorifico decoratus esset Dominii mulieris suæ titulo, ad majestatis suæ excellentiam parùm attendens, è Domino factus est servus, eique quæ ipsi subdita fuerat, turpi servitute subjectus, qui proindè, quia bestiam potiùs quàm hominem se probavit, bestias inter potiùs, quàm inter homines commoratus fuit: *Comparatus est jumentis insipientibus, & similis factus est illis.* Et certè reapse bestia dici meretur. Neque enim vultum suum, ut alli homines in cœlum extollit, sed detorquet in terram, non enim Deum, qui in cælis est, sed idolum quoddam carnis, quod in terra degit & de terra formatum est, adorat. Bestia verè est, nam bestia ut vult Sanctus Isidorus *à vastando quasi vastia dicitur*: Cum enim talis homo tum proprii sui patrocinii, tum bonorum alienorum, tum denique propriæ salutis suæ sit crudelis vastator; utique non homo, sed bestia erit. Præterea etiam bestia dici meretur, quia cùm alii peccatores duobus tantum pedibus ad infernum properant, his è contra tum ut majoribus sese exponat periculis, tum ut totus effrænis actibus intentus sit Venereis, ad infernum quatuor instructus pedibus accelerat; unde & majori cum voluntate vitæ suæ cursum absolvit, cùm ut plurimùm in optimo annorum suorum flore, morti & flavescere videatur. Denique ipsum bestiam esse, adeò est certum & evidens, ut Ezechiel Propheta ipsum Asinum appellare minimè dubiret. Audite enim eundem sequentibus verbis de ejusmodi hominibus loquentem: *Insanivit libidine super concubitum eorum, quorum carnes sunt, ut carnes asinorum.* Atque ideò talis homo novus quidam Apuleius à viliſſima quadam ancilla in asinum transformatus esse nequaquam dubitatur. Nisi enim asinus esset, pondus aliquod adeò insuppor-

Psal. 48. v. 17.

D. *Isidor.*

Ezech. 23 v. 20.

insupportabile ; quale est fastidiosa ejus, quam sustinet , mulier , tanta cum patientia minimè tolerare posset, suosque humeros vilissimo ejusmodi equitatori minimè submitteret.

15. Denique ejusmodi hominem sine injuria Dæmonem quendam esse existimare poteritis, plus enim cum Dæmone , quàm cum homine participat. Neque enim homini, sed Dæmoni dictum fuit : *Ipsa conteret caput tuum.* Atque ideo non homo, sed Dæmon censeri debet, super cujus caput mulier Dominii sui pedem levaverit & collocaverit. Dæmon est, qui libertatis cœlo frui fastidiens, in perpetuæ servitutis infernum detrudi, & igne illo , qui ratum , aut tardum habet remedium cumburi elegit, Dæmon est , quia sicut hic facere nihil potest, nisi id Deus ei permiserit , quantumvis id sit facillimum ; ita quoque hic facere nihil potest , nisi id ab illa , quam veluti Deam adorat , ei fuerit permissum. Dæmon est, quia magam seu veneficam quandam, in fœtentis animalis forma , in hume is suis deportat. Unde perversa & impia ejus Domina ipsum ligando atque stringendo , se Dæmonem quendam vinxisse atque ligasse , gloriari potest, idque non in manuum suarum annulo , sed in sordido, quem pedibus suis premit , pulvere. Verum inquies fortasse ; Quodsi vir talis effœminatus Dæmon est , cur igitur adeo sese humiliat & demittit , ut vilissimo cuidam stercorum sacco subditum se esse non erubescat? Qua ratione enim homo talis adeo potest ignotans esse , ut sui imperium atque dominium ei permittat & indulgeat , cui Dæmon in æternum animæ suæ exterminium imperat ? quomodo ponderosam , cui succumbit , crucem non dedignatur & exhorrescit ? muliebris namque imperii crux adeo est vilis , turpis , & abjecta , ut vir honestus ac prudens illam erubescat , & veluti rem abominabilem detestetur & exhorrescat.

Gen. 3. v. 15.

16. Porrò mulieri sese subjicere magnam homini conciliet ignominiam & verecundiam. Unde quando David una ex parte humanam attendebat majestatem , ex altera homines hominibus aliis subjectos considerabat , de hac subjectione erubescens , suas Deo querelas exponere non dubitavit dicens : *Imposuisti homines super capita nostra* . quasi diceret : quare obsecro divina Majestas tua tantam attribuit hominibus monarchiam, eosque ab aliis sibi similibus gubernati hominibus voluisti ? Nunquid honorificentius fuisset hominibus , si fuissent ab Angelis , aut potentia quadam superioti aut altioti quam humana gubernati ? Et quidem hæc Prophetæ quæremonia Deo non sine legitima proponebatur ratione : Cum enim bestiæ non regantur à bestiis , sed ab hominibus , homines utique non ab hominibus , sed ab Angelis regi & gubernari debebant. Verùm enimvero quia , ut piè credi potest , in hac consideratione profundius descendens & penetrans, subjectionis hujusce punctum assequi potuit , nec non intelligere hanc hominis ad hominem subjectionem , ad hominem sese magis humiliandum à Deo ordinatam & permissam esse , relicto lamento suo sermonis cœpti filum præscidit. Cum igitur unus homo alterius hominis super se erubescat imperium , quantum de mulieris', cui subjacet imperio , erubescere debebit ? quando homo alteri homini subjicitur , pati subjicitur; at verò qui mulieri subditus esse videtur , illi subjicitur , in quam ipsi dominium & potestas jure debetur. Hancque præ se speciem refert, ac si caput sub pedibus, anima sub corpore, sub basibus columna constituta esset, unde erubescenda illi est talis absurda servitus. Potrò cum omnes alii fluvii veluti maris tributarii , ad expelendam servitutis suæ obligationem apertè promanent , solus Alfeus, qui suum defert Arethusiæ tributum , per specus & antra subterranea abscondite decurrit , idque hac fortasse de causa, quia se fœminæ subjectã & tributariam factam esse agnoscit. Bestia, quæ meretrici illi à S. Joanne Apostolo Apocalypseos 16. capite visæ dorsum suum sub-

Ps. 65. v. 12.

ſubſternebat, coloris erat coccinei. *Sedentem ſuper beſtiam coccineam.* Quaſi miſerum hoc animal ſe mulieri cuipiam ſubſtratum eſſe videns, rubore reſperſum fuiſſet verecundiæ. De roſa florum regina ſcribitur, illam à læſo Veneris pede die quadam calcatam, rubere cæpiſſe, melius utique & veritati conformius idipſum quadraret, ſi illa ideo erubuiſſe diceretur, quia à laſciviſſimæ alicujus calcata fuiſſet mulieris pede. Cum igitur flumina, beſtiæ, flores, mulieri ſe ſubjectos eſſe erubeſcant & deteſtentur, nunquid de ejuſmodi turpi & fœda ſubjectione homo longè magis verecundabitur? tanta fuit Pythagoræ Germani Principis verecundia, poſtquam à Vanda Poloniæ Regina pulcherrima ſui temporis muliere (ſic dicta, quia haud ſecus ac piſces capiuntur hamo, ſic viri capiebantur & dementabantur ab illa) devictus fuiſſet, ut coram aliis deinceps hominibus comparere erubeſcens, proprio ſeſe enſe occiderit. Tartari quoque, tametſi homines ſint omnino barbari, hanc tamen erubeſcendam & probroſam ſervitutem ſufferre nequaquam poſſunt; unde ut conjuges ſuas ſuæ commoneant ſubjectionis, capiti earum pedem imponunt hominis ad ſeſqui cubitos longi, lapidibus pretioſis contextum, quaſi illas pedibus ſuis haberent ſubjectas, adeoque maritorum famulæ eſſent, non vero Dominæ, tametſi ſervitus ipſarum pretioſa ſit & honorata ab aliarum ancillarum, ſervorumque ſervitute longe diverſa.

SERMO II.

IN DOMINICAM II. ADVENTVS

THEMA.

Quid exîstis in desertum videre? arundinem vento agitatam? Matth. 11.

ARGVMENTVM.

Homo inconstans tam ad propriam salutem comparandam, quam ad succurrendum aliis prorsus est inutilis.

1. QUia sanctissimus Christi Præcursor arundinis inconstantiam in suo agendi modo non referebat, dignus profectò erat ad quem videndum totus Hæbræorum populus è civitatibus suis egrederetur; quodsi autem inconstans quædam fuisset arundo, nemo ipsum non tantum videre, sed ne quidem fortuito obvium dignatus fuisset respicere. Unde Salvator noster de sanctissimo hoc magnoque viro Hebræis loquens, dicit: *Quid exîstis in desertum videre? arundinem vento agitatam?* quasi clarius dicere voluisset: quia in S. Joanne Baptista nulla reperitur arundinis mobilitas & inconstantia, ideo ad illum videndum & obstupescendum ex urbibus, oppidis, pagis, & villis non minus devote quam curiosè egressi estis. Qui inconstantia sua arundines sunt, non solum nullam à nobis admirationem, sed ne aspectum quidem nostrum merentur. Qui veluti arundo quædam scire nequit, an inter herbas, aut vero arbores inter computandus venit, an bonus sit vel malus, eo quod in nullo unquam statu stabiliter permanens, nec bonus, nunc vero malus esse inveniatur, nihil in se excellentiæ continet ob quam mereatur videri. Vir aliquis qui cerebri & mentis inops, nunc affirmat, mox verò affirmata negat, fugiendus potius quam frequentandus est. Vir qui per quemcunque in aere capitis sui prædominantem humorem, quavis hora mutatur, & alius aliusque semper esse videtur, qui vix aliquem laudavit, quem non paulò post vituperet; vix amare cœpit aliquid, quod postea non detestetur & odio habeat, omnibus est exosus & abominabilis. Vir qui viam bonam quam semel ingredi cœpit,

Matth. 11. v. 7.

cœpit, sæpissimè deserit, atque per perditionis semitas postea graditur, vehementer dubiam & ambiguam habet animæ suæ salutem. Illud autem est certissimum, quod omnis homo inconstans tam ad salutem propriam comparandam, quam ad ferendum suppetias aliis prorsus sit inutilis & inidoneus, estque non solum sibi noxius & pernitiosus, sed & aliis valde molestus & æruminosus.

2. Avicula ad explicandum hominem aliquem instabilem & inconstantem, opptimum sanè & valdè proportionatum est hieroglyphicum. Sicut enim aves elementi illius, è quo primitus à Deo productæ fuere, justabilitatem sequuntur, quod ad minimum cujuslibet venti flatum commovetur, & vix tranquillum esse cernitur, quin subito postea videatur esse turbatum: Ita quoque homo inconstans eodemmet cum velocitate in pennarum capritii sui levitate confisus nunc sublimis in cælo conspicitur, qui paulò post in terra depressus contemni meretur. Locum & stationem suam sæpè variat, & de virtute in vitium, de vitio in virtutem frequenter deviat & degenerat. Quando terram relinquens in cælum contendit, non eò hoc fine evolat, quod in cælo constanter permanere cogitet, sed ut in eam denuo revertatur quam paulo ante deseruerat terram. Non ea mente à scelerata quam cum aliorum offensione duxerat vita, versus bonæ conscientiæ cælum sese erigit, ut in eo stabiliter subsistat, sed ut iterum revertatur ad vomitum, & antiquam resumat scandalose vivendi consuetudinem. Mera à capite ad pedes usque voluctis est, quia pennis est totaliter onustus, id est, tam in cogitationibus, quam in verbis & operibus omninò instabilis & inconstans est. Denique meritò avis dicitur, cui avis nomen tam aptè quam verè convenire videtur: *Aves enim*, juxta Isidorum, *dicuntur, eo quod vias certas non habent, sed per avia quaque discurrunt*, aut verò secundùm alios *avis* dicitur *ab à, quod est sine, & via, quasi sine via.* Homo inconstans vera avis est, quia in decursu vitæ suæ, non ut alii homines propriam & stabilem viam tenet aut observat, utpote qui nunc cælorum viam, nunc inferni semitas inambulat. Hodie virtuosus est, futurus paulò post facinorosus, nec sciri nec discerni satis potest, in quot viarum avia deviet. Adhæc quia per viam sæpè vitæ quam quisque agit, professio intelligitur. (Unde S. Lucas explicare volens qualiter Saulus in Damascum abierit, omnes illos vincturus & ligaturus, quotquot fidem profitebantur Christi, dixit: *Ut si quos invenisset hujus viæ viros ac mulieres, vinctos perduceret in Jerusalem*) incerta quoque est hominis inconstantis professio, neque enim certæ cuidam, ut alii homines, se professioni adstringit, quia nunc operibus suis Christianum se esse probat, mox vero paganum: jam hæreticus est, paulò post futurus idololatra. Sciri certò nequit num Christianus, aut alterius professionis, quæ christiano sit nomini inimica. Vitam certam non tenet, nullam habet stabilem professionem. Denique talis homo inconstans sine via est, qui sine Christo est, via appellatur. *Ego sum via.* Extra cor hominis constantis & stabilis Christus nunquam degit. Unde dum Propheta Christo dicit: *In sancto habitas.* Ille dicere voluisse videtur, Tu ô Domine in solis habitas cordibus stabilibus & firmis. *Sanctus* enim secundùm Hugonem Cardinalem, idem significat, quod *firmus.* Christus pedem suum in tali anima nunquam figit, à qua ut omni momento denuo ejiciatur, potest vereri. Quid igitur inconstans boni habere poterit, qui Christum non habet, dum sine illo est à quo nascitur & derivatur omne bonum, & unde omnis bonus esse noscitur? Nunquid enim talis sibi summum alterius vitæ bonum promittere poterit? Decipitur & graviter quidem, si id facit. Quomodo enim salvus esse & vitam æternam habere poterit, qui viam non habet, quæ illum ad æternam cælorum viam perducit.

D. Isidor. Ethym. l. 2. cap. 7.

Act. 9. v. 2.

Ioan. 14. v. 6.

Psal. 22. v. 4.

Hugo Card. in Psal. 3.

3. Quia S. Amos Propheta Deum de cælis in terram descendentem videre meruit, hinc cap. 7. Prophetiæ suæ se illum super murum è pretiosis adamantibus constructum & fabricatum vidisse dicit: *Ecce Dominus stans super murum adamantinum*, prout septuaginta vertunt. Porrò murus ex tam pretiosis adamantibus fabricatus, ob ingens sui pretium, dignum erat, in quo

Amos 7. v. 7. juxta Transl. septuaginta.

Deus ſtabiliter permaneret habitaculum. Verum enimvero dicat aliquis murus ille etiam ex margaritis, rubinis, ſmaragdis, vel ſapphyris erigi poterat, cum hæ quoque gemmæ non minus quam adamantes cæræ ſint & pretioſæ. Cur igitur in muro ex adamantibus potius, quam ex aliis pretioſiſſimis gemmis fabricato commorari elegit? Quia nimirum eo in loco, in quo ſemel ſuos pedes figit, multo tempore, imò ſi fieri poſſet perpetuo & ſtabiliter perſeverare concupiſcit. Nunc autem cum quævis alia gemma, vel vi ferri, aut ignis violentia ſuperetur, adamantem tamen ſuperare, nec ferrum valet, nec ignis; atque ideo *Adamas*, id eſt, *indomabilis* dicitur. Ad hoc ut homo Deum ſecum habeat, opus eſt, ut indomabilis ſit & inſuperabilis, adeoque in bonis ſuis propoſitis nec non chriſtianarum virtutum progreſſu ſtabilis & firmus, ut adamantis inſtar à quacunque ipſiuſmet etiam inferni violentia frangi prorſus nequeat, aut ſuperari. S. Apoſtolus Corinthiis in tantum dicere potetat: *In me loquitur Chriſtus*; Et Galathis: *Vivit in me Chriſtus*, in quantum verus & indomabilis adamas erat. Nam veluti verus adamas Romanis dicere potuit: *Certus ſum enim, quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque principatus, neque virtutes, &c. poterunt nos ſeparare à charitate Dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu Domino noſtro.* Vir ille, qui in operibus virtuoſis non durat, nec perſeverat, adamas non eſt; qui per intentatas à communi adverſario violentias frangitur, Deum ſecum minimè habebit; qui autem his Deum non habet, Deum quoque in cæleſti domo alterius vitæ minimè recipiet. Deus hamus quidam eſt; *Niſi capitur non capit*, inquit Bernardinus. Atque ideò tali homini dicet Deus: *Quia non recepiſti me, nec ego accipiam te*, ut vult S. Vincentius Ferrerius. Niſi glorioſi Martyres adamantes fuiſſent, in inferno omnibus ſubjecti malis degerent, cum modò quia adamantes fuere, cæleſtibus perfruantur gaudiis. Quia Judas adamas non fuit, ſed inconſtans ſe à cupiditatis igne comburi permiſit, ideo hodie eſt ſine Deo, atque ab omnibus Dei bonis procul remotus in eum eſt relegatus locum, qui tanquam à Deo procul poſitus, omnium eſt malorum voragine repletus.

2. Cor. 13. v. 13. Ad Galat. 2. v 20. Ad Rom. 8. v. 38. B. Bernardin. tom. 2. ſerm. 9. a. 2. c. 3. D. Vinc. ſerm. in octav. corp. Chriſti.

4. Indubitatum eſt, quin homo inſtabilis multa potuerit operatus fuiſſe opera virtuoſa, verum quid hæc omnia proſunt, quando omnium illorum eheu pernitioſam nimis paſſus eſt jacturam? Difficillimus eſt enim ille Pſalmi 118. locus, in quo David dicit: *Non enim, qui operantur iniquitatem, in viis ejus ambulaverunt.* Cum enim multi videantur ſceleraſi homines, qui temporibus ſuperioribus non boni tantum, ſed & ſancti fuerunt, quique ad multa bona & virtuoſa opera manus extendentes viam ingreſſi ſunt vitæ æternæ, quales fuere Saul, Salomon, Judas, & alii plures, immeritò certè tales Dei vias non inambulaſſe dici videtur, cum ſuos in illis greſſus & progreſſus fecerint priuſquam fierent peccatores. Imò nunquid ipſemet David, qui hæc verba dixit, priuſquam adulterium cum Bethſabea committeret, aut Uriam occideret innocentem, ſanctus fuit, ideoque Deo percharus? Quanta patravit bona & meritoria opera, priuſquam ſuas ad mala opera, manus extenderet? Nunquid per cæli vias ambulavit, priuſquam in inferni ſemitas pedem figere cæpit? Qua igitur ratione ii, qui malè agunt, nihil unquam boni feciſſe dicuntur? Reſpondeo, negari quidem minimè poſſe, tales homines benè operatos fuiſſe, attamen nihil unquam boni operati fuiſſe dicuntur, quia quicquid boni fecerunt, id totum amiſerunt, haud ſecus ac ſi bonum illud nunquam operati fuiſſent, quia enim inconſtantes fuere, neque in operum virtuoſorum exercitiis perſeverarunt, ideò omnia à ſe facta bona adeò amiſerunt totaliter, ac ſi nunquam à ſe elicita fuiſſent, in viis quidem Dei ambularunt, adeò autem exiguum ſibi inde fructum acquiſierunt, ac ſi in iiſdem Dei viis nullum unquam pedem fixiſſent. Spes bonorum noſtrorum operum non fundatur in ſolo bene operari, ſed in operari bene uſque ad mortem. Perſeverantia eſt quæ nos ſolvat, & ideò ubi illa nos deſerit, ſalus quoque noſtra defixit: *Qui perſeve-*

Pſ. 118. v. 3.

perseveraverit usque in finem, hic salvus erit, inquit S. Scriptura. *Spes nostra omnes in consummatione atque in fine consistunt*; inquit Cæsarius. *Quid mihi proderit, si vinea spem omnem in flore promittat, & vel feravum incursio, & vastitas grandinis in consummatione seducant?* Nero in principio imperii sui adeò sese clementem exhibuit, ut ad sententiam adversus certum quendam à Judicibus suis condemnatum latam confirmandam rogatus, se litteras pingere aut scribere posse doluerit, & tamen à nullo scriptore Clemens appellatur, imò potiùs ab omnibus crudelis, imò truculentum quoddam sævæ crudelitatis monstrum fuisse dicitur, quasi nunquam clemens, sed crudelis semper extitisset, eò quod in clementia non perseverârit, sed degenerârit tandem in crudelitatem. Opera bona quibus sola deest constantia, haud secus ac si revera facta nunquam fuissent, non facta censentur & reputantur. Unde si inconstans propter bona, quæ fecit opera, à malis tamen intercedentibus interrupta, præmium speret æternum, vana spes ejus erit, quia in nihilo fundata. Deus idipsum, quod sibi suisque amicis tanti constitit, pro nihilo nunquam donabit. Christus regnum cœleste suis promittens nepotibus, non dixit: *Potestis gustare calicem: sed potestis bibere calicem.* Nihil initium boni operis prodest ei, qui tandem ab eodem in fine est cessaturus; Bibere, non verò gustare tantùm oportet. Necessum est incipere & consummare, non verò sufficit quantumvis ardenter incipere, & posteà in fine deserere.

Matt. 10. v. 22. Cæsar. hom. 29.

Matt. 20. v. 22.

5. Nihil in toto mundo instabilius & inconstantiùs est populo. Quanto Hebræorum populus Christum prosecutus est honore, quando solemnem suum in Jerosolymorum urbem introitum instituit, tanto eundem postea in manibus inimicorum suorum constitutum, affecit ignominiâ & dedecore. Qui enim priùs cecinerat: *Hosanna, Benedictus qui venit in nomine Domini:* posteà replicando clamavit: *Crucifigatur, crucifigatur.* Non est in tempestatibus concitato & procelloso mari adeò instabilis navis, aut gallus in vertice comparilis adeò varius aut à vento agitatum folium ita inconstans sicut mobilis est miser populus. Populus Athenienſis triduò post tot à Demetrio Phalareo erectas statuas, easdem è medio denuò sustulit atque destruxit; Eodem quo illum honoraverant tempore probris quoque & ignominiis afficiebant. *Tam mutabile est vulgi ingenium*, inquit Demosthenes, *ut quid constanter velit ac nolit, non facilè intelligi possit.* Unde ob summam suam inconstantiam dicitur *populus*, id est, juxta S. Bernardini interpretationem *totus pollutus.* Homo inconstans est totus pollutus: se caput aureum habere jactare non potest, cùm luteos pedes habeat: Non aureum sed luteum est caput illius corporis, cujus pedes sunt lutei. Quod si enim ita est, uti dici communiter solet; *Finis coronat opus*, sequitur, quod licet caput hominis luteos pedes habentis aureum sit, ille tamen non aureus sed luteus videbitur, cùm luto sit coronatus & redemitus, atque ideò caput simul cum pedibus, haud secus ac si luteum esset contemnetur. Judas qui caput aureum, luteos verò pedes habebat, incepit benè, & malè finivit, qui caput Angeli, pedes verò Dæmonis referebat, non Angelus, sed Diabolus est appellatus: *Ex vobis unus Diabolus est*, inquit de eo Christus Discipulis suis. Pessimus ejus finis bonum obscuravit principium; & quasi nihil in se unquàm Angelicum habuisset, sed merus fuisset Dæmon, sic non Angelus, sed Dæmon appellatus fuit; judicatusque est haud secus ac Dæmon quidam, Totus pollutus. Quomodo igitur inconstans in cœlesti patria locum habere poterit, qui à capite ad calces usque totus est pollutus, cùm in cœlum nihil quod fœdum aut sordidum est, ingredi possit, *Non intrabit in ea aliquod coinquinatum, aut abominationem faciens*, dicitur in Apocalypsi de civitate cœlesti.

Demosth. in Olynt. D. Bernardinus.

Ioan. 6. v. 7.

Apocal. 21 v. 27.

7. Misera quondam Hierosolyma Deo dicebat: *Vide Domine & considera, quomodo facta sum vilis.* Quasi simul subjungere voluisset: Certa sum quod si me aspicere fueris dignatus, deinceps vilis futura non sim. Quidnam Jerosolyma hoc loco dicere volebat, dum se vilem esse dicit, & ne vilis remaneat, obtutus Dei in ipsam enixè exposcit? Nimirùm levem se esse insinuare

Matt. 11. v. 12. Matt. 27. v. 22.

Thren. 1. v. 11.

volebat, vilis enim idem significat quod levis: *Leves dixerunt veteres, quod vulgo nunc vilis*, inquit Aulus Gellius. Ut igitur formaretur, solidaretur, & stabilis fieret, Divinorum poscebat oculorum subsidium. Sciebat enim illos maris rubri cursum haud secùs ac murum quendam stabiliviſſe, ne populi à Deo dilecti impediretur transitus. Intelligebat illos solos esse, qui Aquas solidant, easdemque in Chrystallum transmutant: probe quoque noverat Divinorum oculorum obtutu D. Petrum Apostolum adeò consolidatum induruisse, ut in solidissimam transformatus sit petram, suprà quam ingens illa Ecclesiæ fabrica securè erigi potuit. Cum igitur vilis & levis unum idemque significent, sequitur perspicuè homines instabiles & leves viles quoque esse. Et verè ita est. Homo enim qui promissorum suorum rationem nullam habet, qui quod juramento firmavit, opere non complet, qui benè cepta deserit & intermittit, qui bonum nomen hominis virtuosi flocci faciens, bonus esse deserit, & malus fieri contendit, verè vilis est; Et quidem adeò vilis, ut sicut S. Joannes Apostolus in Apocalypsi sua mulierem illam vidit stellis coronatam & amictam sole, ita quoque eandem conspexerit hominem inconstantem sub lunæ symbolo expressum, pedibus suis conculcantem: *Luna sub pedibus ejus*. Unde nescio, quâ fronte homo aliquis adeò vilis regnum Dei ingredi præsumere possit, quod Deus solis amicis suis magnificentissimè honoratis conferre consuevit: *Nimis honorati sunt amici tui Deus, nimis confortatus est principatus eorum*. Jupiter, uti Poëtæ fabulantur, Vulcanum è cœlesti civitate proscripsit, quod aspectu vilis esset atque deformis, & Deus eo introducturus erit homines variabiles & inconstantes, quorum animæ adeò sunt viles atque deformes? Quod si Sisostrates ex eo tantum capite, quod vili esset oriundus sanguine, ab Ægyptiis regni sui coronâ judicatus est indignus, persuadere mihi nequaquam possum Deum cœlesti coronâ dignos judicaturum esse inconstantes, utpotè homines vilissimos, qui à semetipsis non nati sed facti sunt viles.

Aul. Gell. lib 3. c. 11.

Apoc. 12. v. 1.

Psal. 138. v. 17.

7. Lapides qui in civitatis cœlestis gloriæ fabrica sunt reponendi, hic in terris elaborantur:

Tunsionibus, pressuris,
Expoliti lapides
Suis coaptantur locis
Per manus artificis.

Verum quânam putas lapides istos formæ donandos esse ab artifice, ut ad fabricam tam magnificam & glorioſam dignè adhiberi possint? Formâ illos donabit quadratâ. Lapides enim isti nostras significant animas, quæ à Deo nequaquam in cœlis recipientur, nisi fuerint prius hic in terris in quadri formam redacti. Id quod quondam edoctus est S. Hermas, S. Pauli Apostoli discipulus, in magnæ illius turris visione circa quam multi conspiciebantur juvenes, quorum pars lapidibus quadrandis dedita erat, alii quadratos excipiebant, atque in ædificium secundùm ordinem debitum redigebant, reliquos verò lapides, qui quadrari non poterant, veluti fabricæ suæ inutiles projiciebant. Id quod etiam Noë in fabrica Arcæ significatum fuit, per ordinem quadraturæ lignorum, ex quibus arca prædicta formanda erat. In hac namque quadratura Deus nobis significare voluit nostram in virtutibus aliisque operibus æternâ beatitudine dignis exercendis stabilitatem atque constantiam. Ut animæ nostræ in cœlis collocari mereantur, quadræ sint oportet, id est, necessum est ut stabiles sint & constantes; rotundæ enim & instabiles, fabricæ illi prorsus sunt inutiles. Atque ideò Græci Deos suos in cœlo esse firmiter credentes, quadras efformabant eorundem statuas, ut testatur Cartarius. Ratio itidem ob quam Protheus nullum in cœlis a'ios inter Deos habuerit locum, hæc unica fuit, quia nimirùm quadratura hæc erat destitutus, utpote qui rotundus erat & instabilis, atque à semetipso differens semper, cùm in diversas semper formas se transmuter, utpotè qui nunc ignis, nunc arbor, nunc denique saxum esse conspicitur. Porrò Mathematici etiamnum student, suaque ingenia valde exercent, ut circuli quadraturam invenire possint, verùm longè foret eorum labor utilior, si quadraturæ animarum suarum

Cartar. Car. 328.

rum inveniendæ dediti essent; Nihil enim nobis conferet aut confert inventa quadratura circuli, valde autem multum animæ quadratura nobis conferet, utpote quæ destitutæ in cælis collocari minimè poterunt. Ob hanc fortè rationem homo fælix à Græcis Tetragonus dicitur, id est, quadratus, quia nimirum homo constantiæ quadratura ornatus, bonorum illorum capax esse non poteris, quæ in cælis, ubi vera regnat felicitas, nobis reservantur.

Cal. lib. 24. cap. 11.

8. Christus salvator noster homines illos, quos mundum judicaturus, ad dexteram suam collocabit, ut possessionem illis æternæ beatitudinis donet, hisce advocabit verbis dicens: *Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi.* Ubi notandum est quod dum loco ejus ut dicat: Venite & capite æternæ beatitudinis possessionem, dicit: Venite & possidete regnum, simul nobis insinuare velit, Paradisi gloriam verè regnum quoddam esse. Sub quo eodem symbolo Beatitudo in centum quoque aliis sacri Evangelii partibus proponitur. Cur obsecro beatitudo regnum appellatur? Ut nimirum innuat, illud aliis quam hominibus constantibus conferri non posse. Regnum aliquod quantumvis amplum sit & magnum, attamen non nisi unicum duntaxat capit. *Regnum non patitur duos*, inquit Cælius. Alexander à Dario, ut Asiæ regnum secum divideret, rogatus, respondit: *Neque terram duos soles, neque Asiam duos Reges ferre posse.* Cælum Regnum quoddam est, quia unicum duntaxat capit, hoc est, illos capit homines, qui in proposito salvandi animam suam iidem semper sunt, nunquam alii aut alteri, nunquam à semetipsis diversi. Unico tantum Deo in cælo fruemur, unico solum ac proinde æterno die sursum morabimur, & non tantum bonum unicus & idem homo duntaxat acquirit. Fecit porrò Deus primæ diei opera, eademque laudare dignatus est: fecit quoque opera diei secundæ, nec tamen illa laudare voluit, quia sicut æternæ laudis partipes facere voluit illas animas quæ semper sunt eædem, sibiquemetipsis semper similes existunt, ita eas quæ duæ sive duplices sunt, voluit reprobare, easdemque regni quod duos non capit, tranquilla

Matt. 25. v. 34.

Cælius Rhodig. lib. 24. cap. 11.

Apol[illegible] lib. 4.

possessione veluti indignos privare decrevit. Deus negotiator factus non sine causa de cælo in terram margaritas comparaturus advenit, quæ à latinis dicuntur uniones, nam regnum suum aliis gemmis non vult ornare, quam illis quæ re & nomine unicæ, seu uniones sunt, utpote quod duplices capere nequaquam valet. *Regnum non capit duos.*

9. Sapiens in libro Sapientiæ de cælesti corona, quam Deus manu sua apprehensam justorum vel tici tunc cùm cælestis gloriæ civitatem triumphantes ingrediuntur, imponit loquens, illam non coronam, sed diadema appellat: *Accipient regnum decoris, & diadema speciei de manu Domini.* Cur obsecro tiaram hanc quam Coronam nominare poterat, diadema appellat? ut nimirum innueret, cælestis paradisi coronam ad solum spectare hominem constantem, non vero ad leves & inconstantes; ad illum qui semper est idem & unus, non vero ad eum qui varius est & multiformis. Cælestis corona, inquit Hugo, *diadema* appellatur, quia juxta nominis sui interpretationem *duos demit*, sicut enim eum, qui unus semper & idem est, ad honores suos recipit, ita tollit & auffert eosdem ab iis, qui varii sunt & multiformes.

Sap. 5. v. 17.

Hugo Card. in cap. 5. Sap.

10. Observemus hic locum quendam Apostoli ex Epistola prima ad Corinthios desumptum, ubi Apostolus dicit: *Qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed unus accipit bravium.* Quo in loco uti videtis, sicut Apostolus cælum bravium vocat, ita vitam Christianam appellat stadium. Verum scire percuperem, qui fiat, quod cùm vita Christiana cursus quidam sit, in quo pro æterni præmii lucro strenuè decurritur, cursus autem tam in hippodromo quam in stadio perfici possit, ipsam tamen vitam Christianam non hippodromum, sed stadium appellet? Ratio hujus hæc est, quia in hypodromo homo in Equo cursum perficit: in stadio autem homo solus & pedes cursum suum absolvit: *In hypodromo curritur in Equis: in stadio pedibus curritur*, inquit Hugo. Vita vera Christiani stadium est, non hippodromus. Ad benè & utiliter currendum & gloriæ præmium obtinendum duo, id est, Eques & Equus minimè confe-

1. Cor. 9. v. 24.

Hugo in Cap. 9. 1. ad Cor.

runt,

runt, sed cursor unicus & solus esse debet. Quòd si homo nunc vitam agat hominis Christiani, mox verò belluinam seu Equinam vitam instituat, extrà stadium currere manifestè dignoscitur, neque talis bravium unquam accipiet, sed frustrà illud sibi promittit. Coronæ cœlestes non pro centauris sunt fabricatæ. Centaurus semihomo & semiequus, qui inter cœlestis Zodiaci signa locum suum obtinet, tot jam millenis annorum curriculis, ante pedes suos habuit cælestem coronam repositam, nec tamen illam unquam apprehendit, aut capiti suo imponere præsumpsit, eò quod hæc à Deo pro uno tantùm, non verò pro duobus sit facta, id est, tali tantùm homini congruat, qui semper & constanter homo manet, non verò illi, qui nunc homo est, mox verò futurus Equus, aut qui nunc humanam, mox verò bestialem vitam degit: *Vnus accipit bravium*, non duo.

11. Quod in animabus beatis cælestis gloriæ locum nullum invidia habeat, sicut & quod is, qui inter illos minori gloriâ fruitur, non doleat aut tristetur de aliis, qui cumulatiori gloriâ gaudent, communiter similitudine ab illo patre petita probatur, qui multos filios habens, singulos pro rata corporis quantitate ex eodem panno vesti ri facit; neque enim ibi parvi tristantur de magnis, tametsi vestes suas pravas & breves, magnorum verò fratrum suorum magnas & amplas esse videant. Deus in cælis cæleſtis gloriæ vestes dispensat & elargitur, juxtà magnitudinem & parvitatem eorum, qui eâ fruuntur, & quilibet eorum veste suâ staturæ proprii meriti perfectissimè proportionata contentissimus vivit. Posito autem casu, quod Deus inconstantem aliquem hominem, etiam aliquâ gloriæ veste vestire & contegere vellet, videres utique quod in tota Paradisi Guardarobba seu vestium officina, nulla reperiri vestis posset tali homini proportionata, utpote qui nunc parvus est, mox magnus: nunc homo est, mox Equus: nunc gigas, mox vermis: nunc quadratus esse cernitur, mox verò rotundus? Æqualis igitur vestis convenire ei nunquàm poterit? Iuna, prouti Poëtæ fingunt, matrem suam continuis fatigabat precibus, ut sicut aliæ matres filiabus suis, ita & sibi vestem aliquam fieri curaret; neque enim sibi decorum satis esse aut honestum, quod cùm virgo sit, & tot inter lumina collocata, prorsus nuda incedat. Postulas ô filia, respondit ei mater, id quod omninò est impossibile; quænam enim aut qualis tibi vestis benè conveniet, quæ semper es à temetipsa diversa, nunc scilicet rotunda, mox cornuta, nunc brevis, mox longa, nunc parva, mox magna? unde quia mater ei ob tantam varietatem formare vestem aliquam neutiquam potuit, semper & perpetuò nuda remansit. Cùm igitur homo inconstans, ex mente sapientis, *ut luna mutetur*, indubiè veste illâ privabitur, quæ animabus beatis, eò quod semper eadem permanserint, tantum semper est allatura decorem. *Eccles. 27. v. 12.*

12. Nemo sibi coronas cœlestes tam pro hominibus, quàm pro bestiis coronandis à Deo fabricatas esse persuadeat; neque enim Deus noster sicut Dii gentium bestias coronatas videre gaudet. Pro hominibus igitur coronandis illas tantùm efformavit, pro nobis coronandis asservantur in cœlis: & animabus tantùm rationalibus in præmium donantur. Cùm igitur ita se res habeat, quod scilicet Deus cœlestes coronas pro hominibus reservet, non verò pro bestiis, homo utique inconstans, utique hæc corona remanebit privatus, utpote qui bestiam potiùs quàm hominem refert. Quisquis enim qualisnam res homo inconstans sit, nosse desiderat, monstrum quoddam ab Horatio descriptū imaginari sibi debebit:

Humano capiti cervicem pictor equinam
Iungere si velit, & varias inducere plumas,
Vndique collatis membris, ut turpiter atrum
Desinat in piscem, mulier formosa superne. *Horat. in pret.*

Cujusmodi etiam effigiem Deæ Decretæ in Syria adoratæ simulachrum representabat. Tale namque monstrum verè est homo inconstans. Hic namque caput habet humanum, dum spiritualiter vivere incipit, fines verò corporis bestiam refert, dum videlicet vitam suam bestialiter claudit. *Humanum etenim, rationale & pulchrum est opus spirituale, quod incipiunt: sed bestiale penitus, est turpe & atrum vitium, in quo desinunt*, inquit Hugo, *Hugo de S. Vict.*

go de S. Victore. Homo est in principio, in fine autem bestia, atque ideo cælestem à Deo coronam nunquam sperate poterit, utpotè ex homine in bestiam transformatus, cum Deus non bestias, sed homines in esse hominis ad finem usque perseverantes, coronare soleat.

13. Ex omnibus animalibus tam iis, quæ vivunt in terris, quam quæ in aere volitant, nulli Natura tantam pulchritudinem donavit, quantam concessit pavoni. *Nil pavoni pulchrius*, inquit Chrysostomus. Tanta enim est volucris istius venustas, ut illam occidere & manducare, crudelitas esse censeatur:

D. Chrys. in Psal. 50

Martialis lib. 13.

Miraris quoties gemmatas explicat alas?
Et potes hunc savo tradere durè coquo?

Inquit Martialis. Alexander Magnus postquam primitus in Indiam venit, ad pavonem, quem nunquam viderat, videre cœpit, ob tantam ejus pulchritudinem obstupefactus, edictum quoddam adversus eos publicavit, qui avem istam occidere præsumerent; eo quod animal illud morti minimè subjiciendum esse censeret. Potrò pavo non pulcher esse non potest, utpote qui ex mente S. Epiphanii, pennas argenteas & aureas, pectus verò sapphyrinum, pennas denique Angelicas habet. Unde Jupiter in cælo, ut Martianus fabulatur, sedi aulæo quodam ex pavonis plumis contexto seu variegato instratæ insidet, quasi ne ipso quidem in cælo pulchrius quidpiam, cui dignè Deus insideat, reperiri possit. Veruntamen tametsi pavo in cunctis corporis partibus pulcher sit, specialiter tamen in cauda tanta est pulchritudine decorus, ut in nullo alio ejus pulchritudo consistere, & Natura pavonem ob solum caudæ ornamentum & decus producere voluisse videatur. *Pavonem caudæ causa ob ejus pulchritudinem esse editum*, dicere non dubitavit Chrysippus, ut notat Plutarchus. Dum caudam explicat, pavimentum quoddam ex purissimo constans auro, variorumque colorum gemmis distinctum, imò cælum quoddam tot stellis ornatum esse videtur: pictores noctem pro eo tempore, quo cælum tot luminum suorum exhibet spectaculum describunt, pavonis caudam explicare solent. Verum enimverò dicite mihi sodes, quidnam pavo caudam suam explicans, eandemque super caput suum extollens facere moliatur? Nimirum coronare caput suum nititur. Cùm enim cauda ejus tanto cum artificio gemmis & stellis sit ornata, & distincta, nobilissimam & pretiosissimam capiti suo coronam (quæ ex gemmis ac stellis communiter formatur) imponit, dum cauda caput suū obnubit. Et per hoc tacitè simul innuit, solam constantiam & perseverantiam, quæ per caudam intelligitur, hominem cælesti corona redimere posse. Ita hac de re discurrit Hugo Cardinalis: *Tota pulchritudo Pavonis est in cauda, quia totus fructus Religionis in perseverantia attenditur; nam qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit. Unde pavo de cauda coronam capiti suo facit, quia intentio boni operis, sola perseverantia coronatur.* Pavo nunquam coronaretur, si cauda illi deesset, ita quoque homo instabilis nunquam coronabitur, quia cauda caret perseverantiæ, quæ sola verticem ipsius diademate cinget honoris *Non coronabitur, nisi qui legitimè certaverit.*

Hug. Car. in cap. 16. Luc.

15. Quemadmodum homo pane nutritur, Bos fœno, Leo carne, Chameleon vento, ita Dæmon pascitur pulvere: *Serpenti pulvis panis ejus*, inquit Isaias. Dicat aliquis: Cur serpens infernalis pulvere nutritur? Respondere quis posset; Quod cum pulvis mortem nostram significet, in qua cuncti in pulverem resolvimur, hinc Dæmon pulvere nutriri dicatur, quia ob odium, quo adversum nos ardet, tantam ex eo delectationem & gaudium habet, quod nos morte videat extinctos & in pulverem redactos, ut gaudium inde conceptum proprium & particulare ejus esse videatur nutrimentum. Verum aliter ego & fortè melius respondeo; quod cum pulvis hominem significet levem & inconstantem, qui à quovis vento pulveris instar commovetur, hinc Dæmon pulvere pasci dicatur, quia similes homines ordinarium ipsius sint nutrimentum. Idque meritò sic dicitur *Ex his namq; nutrimur, ex quibus constamus*, Is ergo, qui inconstans est, qualis est Dæmon, nonnisi ex solis nutriri inconstantibus debet. Potrò supposito verum esse (est autem verissimum)

Isaiæ 65. v. 25.

D. Epiphanius.

Plut. Com Stoic. Controv.

mum) inconſtantem eſſe Dæmonis panem, concedi mihi conſequenter debet, illum non hominem eſſe, ſed Dæmonem. Sicut enim verum eſt, quod cibus in ejus, qui illū manducat, ſubſtantiam tranſmutetur, ita quoque verum eſt hominem inconſtantem in Dæmonem tranſmutari, à quo veluti panis quidam eſt comeſtus, ideoque non hominem ſed Dæmonem cenſendum eſſe. Ecce tibi Hugonem: *Homo levis tranſubſtantiatur in corpus Diaboli, dum peccando ſit membrum ejus: Serpenti pulvis panis ejus.* Quale igitur cælo cum inconſtante qui Dæmon quidam eſt, commercium eſſe poterit, cum Dæmon è cælo pulſus & turpiter ejectus ſit, nunquam eò iterum reverſurus.

Hugo Card. in cap. 16. Lucæ.

16. Magni Deus olim faciebat caudam animalis, dum hæc illi ſuper altare ſuum offerebatur in ſacrificium. Imò tanti illam Deus æſtimabat, ut eam inter omnes alias hoſtiæ partes præcipuè requiſierit: *Vbi mactabitur holocauſtum* (ita Leviti cap. 7. præcipiebat) *mactabitur & victima pro delicto, offerent ex ea caudam & adipem &c.* Quidnam obſecro cauda pretioſi ſignificat, quod tantæ ſit apud Deum æſtimationis? ſignificat firmam in operationibus virtuoſis conſtantiam: *Caudam hoſtiæ offerre præcepit*, juxta Hugonem, *ut opus bonum quod incipimus, perſeveranti fine compleamus.* Unde quia ut Oleaſter notat, ſacrificia antiqua *erant cibationes Dei*, quaſi Deus illis paſceretur, ideo inter omnia hoſtiæ membra caudā primo loco præeligens, nobis inſinuat, cibū ſuum eſſe homines conſtantes, id eſt, eos qui virtuoſas actiones ſuas ad caudam uſque reducunt, eaſque virtuosè finiunt. Hiſce igitur omnibus præſuppoſitis, dico: quod ſicut homo inconſtans quia cibus eſt Dæmonis, in Dæmonem tranſmutatur, uti jam demonſtravimus, ſic vir conſtans, quia Dei cibus eſt, transformatur in Deum, ideoque Deus potius quàm homo erit. Unde ſicut fælicitatem videre poteſtis hominis conſtantis, ita quoque inconſtantis infælicitatem exinde licet apprehendere. Quid Deo felicius, in quem conſtans transmutatur? Quid infelicius Dæmone, in quem transformatur inconſtans. Quàm ingens fuit veterum gentilium ignorantia, qui Jovē cenſentes Deum, in cælum uſque transferebant, quem potiùs Dæmonem, qualis reverà erat, cenſere, & in Infernum reponere debuiſſent, ubi hactenus cum aliis Dæmonibus concrematus exarſit. Is enim, qui nunc homo, mox cygnus, nunc aurum, mox taurus, nunc hoc, nunc illud, factus eſſe credebatur, Dæmon reputari, eidemque cum Dæmonibus locus in Inferno aſſignari debebat. Homo quippe inconſtans, qualis ille erat, ipſiſſimus dici meretur.

Levit. 7. v. 3.

Hugo Card. in cap. 37. Gen. Oleaſter in cap. 2. Levit.

17. S. Bernardinus hæreditatem cæleſtem perſeverantiæ veluti unigenitæ Dei filiæ deberi exiſtimat: *Eſt enim perſeverantia unica filia ſummi Regis, cui ſoli accedit hæreditas regni cæleſtis.* Unde facilè conjici poteſt, hominem illum, qui in Chriſtianis exercitiis conſtans perſeverat, veluti Deum quendam eſſe; eum enim Dei hæres ſit, Deus quoque ſit, oportet. *Hæres* enim *dicitur ab hæreo, quod qui hæres eſt, adhæret illi, cujus eſt hæres*; & ſecundum Apoſtolum: *Qui adhæret Deo, unus ſpiritus eſt.* Homo igitur atque in virtuoſis exercitiis perſeverans, Deus quidam erit. Et vere Deus erit qui conſtans eſt: Quodſi enim caput Dei monti ſimile eſſe dicitur: *Caput tuum ut Carmelus*: Simile quoque caput homo conſtans habet; tametſi enim ventorum impetatur turbinibus, aut fulgurum variarum terribiliumque tentationum concutiatur violentiis, non movetur, non trepidat, locum non mutat, ſed in eodem, in quo ſemper fuit, loco perſeverat: Habet Deus manus in torno elaboratas: *Manus illius tornatiles*, ob completam operum ſuorum perfectionem. Similes quoque in torno elaboratas manus homo conſtans habet: ita namque opus aliquod virtuoſum incipit, ſicut illud fiunt & perficit Deus ob ſuam ſtabilitatem, crura habet veluti duas è marmore erectas columnas: *Crura illius columnæ marmoreæ*: Talia quoque ſunt viri conſtantis crura: hic namque Chriſtiana crura ſua adverſus quemcunque Chriſtiani nominis adverſarium, adeò fortiter firmat & ſtabilit, ut non crura, ſed duæ videantur eſſe columnæ marmoreæ: & vitam ſuam potiùs prodigit, quàm quod vel ad cedendum inimico, vel ad fugiendum, vel unicum è loco ſuo pedem moveat. Ingens profectò & integro quodam lachrymarum mari dignum eſt inconſtan-

D. Bern. Tom. 2. ſerm. 76.

Calep. v. Hæres.

Cant. 7. v. 5.

Cant. 5. v. 14.

Cant. ibid v. 15.

ſtantis hominis damnum; cum enim in virtuoſa intentione perſeverando Deus quidam eſſe potuiſſet, per inſtabilitatem ſuam factus eſt Dæmonis qui tantoperè exaltari potuiſſet, adeò profundè ſe demiſit, ut profundius nullatenus poſſit.

18. Etenim cum talis homo ſibimetipſi nihil valeat, puraſne fortè valebit aliis? *Qui ſibi nequam eſt, cui alii bonus erit?* Sapientiæ cap. 10 Ubi ſub arcæ Noeticæ typo de ligno S. Crucis ſermo inſtituitur, lignum illud *lignum contemptibile* appellatur. Unde meritò rationem è vobis expoſcendam eſſe puto, cur ſancta Crux lignum contemptibile appelletur, cum potiùs lignum ſit omni honore æternaque reverentia dignum. Fortè hoc nomine vocatur reſpiciendo ad id quod ipſa; priuſquam Chriſtum portaſſet crucifixum, antea revera fuit. Narratur etenim quod Salomon lignum Crucis in fabrica templi Dei collocare volens, per experientiam autem illud ad nihilum ſervire poſſe comperiens, ſiquidem breve ſemper erat ubi longum eſſe debebat, longum autem nimis, ubi breve deſiderabatur, adeoque lignum valdè inconſtans & inſtabile Crucis lignum eſſe videns, illud veluti rem inutilem abjecit, & in locum aliquem contemptibilem & abjectam collocavit. At verò poſtquam ab hac ſe inſtabilitate totaliter expurgavit, & Chriſtus in eo crucifixus fuit, tantam mundo utilitatem attulit, ut explicari nequaquam poſſit; unde nunc tanto eſt honore ac reverentiâ dignum, quantum olim merebatur contemptum. Haud ſecus homo inconſtans, dignus qui *contemptibile lignum* vocetur; ob in conſtantiam & variebilitatem ſuam, nullum unquam amicorum ſuorum juvare poterit. Ad quodcunque enim requiſitus fuerit, inutilis erit. Tametſi enim illum aliquamdiu amicum habueris, inimicum tamen illum deprehendes, ubi ejus opera aliqua in re indigueris. Si ſuperiori tempore magnus fuit in caritate annonæ Eleemoſynarius; in neceſſitate tamen aliqua magni momenti, tenaciſſimum ſe exhibebit. Reſpublica ejus ipſum virtuoſum eſſe cernens, illum pro communi neceſſitate in notabili aliquo munere adhibere poſſe, ſperat: at verò dum illum in occaſione vitioſum eſſe deprehendit, conceptam de illo ſpem deponit, & in otio vivere permittit. Quotieſcunque inſimul homine inconſideratè confidis, *confidis ſuper baculum arundinum*, adeò ut illi tuis in neceſſitatibus innixus, deficias, in eaque mala incidas, quæ nunquam formidaveras.

Eccleſiaſt. 24. v. 5.

Sap. 10. v. 4.

Iſaiæ 36. v. 6.

19. Tandem unus adhuc locus mihi ponderandus occurrit, ex Joannis cap. 19. deſumptus, ubi Pilatus poſtquam Chriſtum mortis condemnatum crucifigi feciſſet, præcepiſſe refertur, ut in tabulam quandam hic ſcriberetur titulus: *Ieſus Nazarenus Rex Iudæorum*, idemque in capite crucis collocaretur, quod & factum eſt. Judæis verò id ægerrimè ferentibus, eamque ut Pilatus à Cruce tolli præciperet inſtanter rogantibus, reſponſum fuit: *Quod ſcripſi, ſcripſi*. Cur obſecro Pilatus hominum iſtorum petitioni non acquievit, quando id quod abeo petebant, parvi erat ponderis atque momenti. Quando enim ipſis ſollicitantibus innocentiſſimum quendam hominem, imò Deum ipſum mortis condemnaverat, etiam in hoc illorum petitioni ſatisfacere, & ſcripturam iſtam à Cruce removere potuiſſet, cum parum de ſcriptura referret. Simon de Caſſia reſpondet, Pilatum preces illorum exaudire noluiſſe, ne levis eſſe videretur & inconſtans, & ne propter hoc poſtea probro eſſet & deriſui populo: *More Præſidentis, quia ſic erat, loquebatur Pilatus, & tanquam homo prædoctus & providus in agendis, ut quia Præſes mutare non debebat, ne plebs de ipſo propter circumſtantiam ridiculum faceret.* Nimirum intellexit hominem aliquem levem & inconſtantem integri alicujus populi facilè fabulam fieri, & veluti delirum & tum ſibi, tum aliis juvandis inutilem contemni, vileſcere & derideri; ideoque in prima ſua opinione invariabiliter manſit, nec auſcultare illos voluit, qui ſibi perſuadere conabantur, ut arundo quædam variabilis fieret & inconſtans, quæ ad precum ſuarum ventum, pro ipſorum libitu & beneplacito ſeſe flecteret.

Ioan. 19. v. 20.

Ioan. ibid. v. 22.

Simon de Caſſia lib. 13. c. 108.

SERMO III.

IN DOMINICAM II. ADVENTVS

THEMA.

Qui mollibus veſtiuntur, in domibus Regum ſunt. *Matth.* 11.

ARGVMENTVM.

Superba & ſumptuoſa veſtes animæ ſignificant miſeriam & paupertatem.

1. QUoniam ſanctiſſimi Apoſtoli Simon & Judas ob rudes & viles pannos, quibus veſtiebantur, ab oratore Perſarum Regis habebātur contemptui, ideo ut illum à ſuo facerent errore reſipiſcere, veritatemque edocerent, dicere ei non dubitarunt: ſub horridis & hiſpidis tegumentis theſauri nonnunquam pretioſiſſimi occultantur, & è contra in ſcriniis perſæpè pretioſis res abſconduntur viliſſimæ: *Sæpe evenit, ut inter ſerinia aurata & gemmata vilia quæque habeantur incluſa: & inter viliſſimas & ligneas capſas, ſint gemmarum monilia pretioſa repoſita.* Omnibus etenim perſpicuum eſt, quod ſicut ſub mauſolæo quodam è pretioſiſſimo marmore erecto, putridum abſconditur cadaver; ſub ſtatua quadam aurea horrendus ſæpe adoratur illi aſſiſtens Dæmon. Sub ſuperba quadam purpura turpis aliqua contegitur ſimia, ita quoque ſub veſtimentis pretioſis & vanis miſeræ ut plurimum & mendicæ abſcondantur animæ. Ut Chriſtus magnum illum Joannem Baptiſtā dignis laudum præconiis commendet, abjectas, pauperes & hiſpidas ejus, quibus amictus erat, veſtes in medium adduxit; ut inæſtimabile hujus ſanctæ animæ pretium coram mundi iſtius oculis exponeret his Hebræos verbis eſt allocutus: *Exiſtis videre hominem mollibus veſtitum?* quaſi ex eo quod rudi amictus eſſet veſte & cilicio, inferre voluiſſet, ipſum ſub hiſce veſtimentis pretioſam valdè reconditam habere animam; in contrarium eorum, *qui in domibus Regum ſunt*; hi enim quia *mollibus veſtiuntur*, auro quoque & argento nec non ſericeis ſeſe veſtimentis ornatos tanta cum pompa ſe exhibent, paupertimam & miſerrimam ſub veſtibus illis animam habent, iiſque debitis onuſti ſunt, quæ cū humanitus ſolvi non poſſint, æterni carceris debitores reos faciunt.

Hiſt. Lomb. c. 25. de SS. Simon. & Juda.

Matth. 11. v. 8.

Luc. 16. v. 19.

2. Prima culpa quem ſacer Evangeliſta in proceſſu Divitis Epulonis in medium adducit, conſiſtit in veſte ejus purpurea: *Induebatur purpura.* Delicatus autem & ſubtilis byſſi veſtitus, lautæ quotidianæ epu-

læ,

læ, & sæva erga miserabilem Lazarum crudelitas, erant perfectiones secundariæ. Prima autem & quasi caput omnium aliarum erat vestis ejus purpurea. *Induebatur purpura.* Cur obsecro purpura in catalogo peccatorum hujus præsciti, primo omnium loco ponitur? ut nimirum hac ratione reveletur fons, unde tot scelerum rivi, quibus vitæ suæ campus inundatus erat, scaturiebant; ut etiam palam fieret ipsum latronem fuisse, & latronem quidem crudelissimum, bona miserabilium hominum crudeliter deprædantem, quorum cum ingenti damno sicut suam multiplicarat substantiam, ita quoque suas auxerat quotidianas delitias. Purpura enim pannus est pretiosus ex sanguineis parvuli cujusdam animalculi marini incisi lachrymis effusis tinctus: *Nam conchilia*, inquit Beda, *ferro circumcisa, lachrymas purpurei coloris, quibus lana tingatur, emittunt.* Purpura igitur vestitus fuisse dicitur, ut per hoc insinuetur, omnes suas divitias, suum ex lachrymis pauperum & egenorum regionis illius excoriatorum & deprædatorum, habuisse augmentum, pretium, colorem, & splendorem. Et quidem non ex quibuscunque lachrymis, sed ex lachrymis sanguineis; adeò enim graves erant ærumnæ, usuræ, aliæque rapinæ tanta cum temeritate exercitatæ, ut miserabilibus illis hominibus sanguineas elicere lachrymas potuerint. Evangelista igitur eum purpura vestitum fuisse asserens, dicere voluisse videtur ipsum latronem & magnum quidem famosumque latronem fuisse, qui quicquid possidebat, habebatque, ex latrocinio turpiter acquisierat. Hæc in infami dorso illo extensa purpura publicum quoddam erat latrociniorum suorum præconium, manifestus usuratum suarum titulus, & quidam continuarum extorsionum quas faciebat, index verissimus & fidelissimus. Purpura inquam illa pannus quidam erat contegens & detegens, contegens corporis carnem, detegens verò animæ scelera & iniquitatem. Unde Hebræi quoque ut Christum latronem fuisse publicè contestarentur, ipsum purpura amicire non neglexerunt, sicut & inter duos latronem crucifixerunt, ut ipsum magnum quendam latronem, seu latronum principem fuisse palam ostenderent. Portò purpuram illam æquè credatis fuisse vocalem, ac olim fuit vestis illa summi Hebræorum sacerdotis; Ipsa namque utpotè tot innocentum effuso & elicito sanguine conspersa & inebriata, postulare à Deo vindictam debebat, haud secus ac olim terra innocentis Abeli sanguine madefacta; atque latronis hujus delicta tot campanellis & nolis quot tincta fuerat sanguinis guttulis, præconizare & vindictam à Deo debebat exigere. Verum quidem est purpuram rubicundam esse, attamen rubor ille in purpura in obscuritatem vertitur & nigredinem; Sic *Nigredo sanguinea, obscuritas rubens*, purpura à Cassiodoro appellatur. Unde quis adeò stupidus erit, qui non intelligat obscuritatem hanc purpuræ præconem esse, qui latronem fuisse declaret? latro ut non videatur ab aliis, odit lucem & obscuritatem amat. Cacus famosissimus latro, intra fumi obscuritatem ponitur à Poetis. Unde Fulgentius dicit: *Fur caliginem aut fumum objicit ne agnoscipossit.*

Beda in c. 16. Lucæ.

Cassiod. 1. var. 2.

D. Fulg. Myth. l. 2.

3. Adhæc fames illa quæ tempore S. Elisei Prophetæ tot annis, tantaque cum rabie Hebræam gentem afflixerat, juxta S. Chrysostomum, suum ex scelerati Achab purpura ortum revera habuit: *Purpura illa famem peperit difficilem.* Fami portò novam & hactenus inauditam matrem assignat. Sæpiùs equidem famem noctis filiam esse legi, ipsam autem purpuræ regiæ filiam quoque dici, legi nunquam. Unde igitur S. hic Doctor moveri potuit, ut matrem quādam adeò extraordinariam fami attribueret? nimirum à publicis latrociniis, quæ tyrannus ille in regia potentia confisus, exercitare non erubuit. Quia enim ad hoc ut pomposè vestiretur, purpuraque se contegeret, populum sibi subjectum adeò spoliaverat, ut ad extremam paupertatem, nec non ex fame moriendi necessitatem redactus fuerit, ideo purpura illa famis illis existimata est mater. Unde purpura in hoc sensu, Achab non tanquam Regem honorabat, sed vituperabat potius tanquam latronem, eo quod non ad regendum, sed ad spoliandum & excoriandum Hebræum populum illa tegeretur. Pro locupletanda

D. Chrys. hom. 8. ad pop.

hac veſte depauperatus eſt ingens quidam populus, & pro illa coloranda innumerabiles facti fuere exſangues. Tametſi purpura à bono regni Monarcha induta, *regnantem diſcernit, dum conſpicuum facit*, ut vult Caſſiodorus, ab hoc tamen impio Rege portata, innumeris non carneis, ſed ferreis linguis, ipſum latronem eſſe manifeſtabat. Purpura piſcis cujus ſanguine veſtis illa tincta erat, linguam habet adeò duram, ut ferrea eſſe videatur: lingua itidem populi non minoris eſt duritiæ ad publicanda & prædicanda Principis alicujus latrocinia, dum illum proprii ſanguinis ſui ſumptibus magnificum videt & ornatum.

Caſſiod. ib

4. Deus ad proponendas rapinas publicas inaudita cum crudelitate à Principibus in populo Hebræo exercitatas, per os Micheæ Propheræ ita olim loquebatur: *Audite Principes Iacob, & duces domus Iſrael qui violenter tollitis pelles eorum deſuper eis*; quaſi diceret: temeritas veſtra in damnum populi mei adeò præcipitanter progreſſa eſt, ut vobis vos illos totondiſſe & ipſorum lana vos contexiſſe non ſufficeret, niſi inſuper ipſoſmet quoque excoriaretis, ut detracta vos illis pelle poſſetis contegere. O ſæva crudelitas: Ergone poſſibile eſt invenire hodie principes adeò inhumanos, truculentos & barbaros, qui ut ſe veſtiant, homines ſibi ſubjectos excoriari, & ex ipſorum pelle veſtimenta ſibi fieri præcipitant? Niſi id poſſibile eſſet, imò niſi actualiter id factum fuiſſe vidiſſemus, Deus utique idipſum nequaquam diceret. Sicut enim non deſunt homines, *qui coria hac humana perinde ac brutorum, conſumant, utanturque pro amiculis*, uti narrat Cælius: ita non deſunt principes, qui ut ſe veſtiant, vaſallos ſuos excoriant. Eo ipſo enim dum ad ſatisfaciendum ſuperbis cupiditatis ſuæ appetitibus, ſubditis ſuis id quod in extrinſecis bonis poſſident, eripiunt, eoſdem excoriant, & eorum ſe pelle contegunt. Eheu quot ſubditi pro unius magnatis comparanda veſte excoriantur? Quodſi ad implendum talium magnatum ventrem tot excoriantur animalia, quot excoriari debebunt homines, pro integro illorum corpore contegendo? Certè omnibus ejuſmodi magnatibus & principibus nomen Herodis quod interpretatur; *glorians in pellibus*, propriſſimè convenit. In pellibus namque & in occiſione tot miſerabilium ſubditorum quos excoriaverunt, opulenti & ſuperbi veſtitus ſui gloria & pompa conſiſtit. Verum enimvero ſicut Hercules in ſignum roboris & fortitudinis ſuæ, pelle veſtiebatur leonis quem decoriaverat; ita hi in rapinarum ſuarum manifeſtum ſignum pellibus veſtiuntur hominum. In hiſce veſtimentis veluti in candidiſſimo pergameno, perpetuæ infamiæ calamo, literiſque ſanguineis ſive cruentis, explicata ſunt ipſorum latrocinia, atque ipſiſſimis mundi oculis expoſita. Quis igitur intellectu erit adeò debili & infirmo præditus, qui latrones iſtos tanta cum pompa & faſtu veſtitos videns, non intelligat, quod veſtes illæ pelles ſint miſerabilium illorum hominum, quos excoriarunt & deſpoliaverunt?

Mich. 3. v. 1.

Cælius lib 16. c. 10.

5. Ubicunque apud Græcos imago conſpiciebatur Saturni, ſeniculus quidam videbatur tenuiter veſtitus, qui in una manu falcem, in altera verò aliquid habebat panno cuidam involutum, quod gulæ injicere & deglutire videbatur. Verum quærat hic aliquis, cur tantum principem Jovis parentem, omniumque Deorum & Regem adeò depingebant tenuiter & modicè veſtitum? Quia nimirum in principio mundi, in aurea illa ætate, in quo ne ipſi quidem principes veſtibus utebantur ſuperbis & opulentis, unicuique de ſuo vivere & veſtiri ſufficiebat. Poſteà verò cum fortunata illa tempora Dæmoni diſplicere cæperunt, vi ferri homines fuere ſubjecti & ſubjugati, & ubique prout hodie paſſim videtur, introducta ſunt latrocinia, *vivitur ex rapto*, quaquaverſum. Principes, ſive ut melius dicam, tyranni, pretioſis ſe veſtibus exornant, ſubditos ſuos monſtroſa cum crudelitate excoriantes, & ipſorum ſe pellibus veſtiunt. Sceptrum ipſorum, ut olim erant bonorum gubernatorum, non ligneum, ſed ferreum eſt, quia oves ſuas non paſcunt, uti quidem ex officii obligatione facere tenentur, ſed paſcuntur & nutriuntur ab illis, idque tam enormi cum exceſſu, ut non tam lanam detondeant, quàm velle-

Catar. in Imag. Deorum.

Ovid. Metam.

ribus

tibus oves ſuas decoriantes exuat. Atque ideo ubicunque ſuperbus & opulentus videtur veſtitus, ibi ut plurimum *vivitur ex rapto.*

Ad Gal. 3. v. 27.

6. Bonus equidem Chriſtianus alter quidam videri Chriſtus debet, utpotè qui Chriſto veſtitur; *Chriſtum induiſtis*, dicebat Apoſtolus bonis quos Galathas inter habebat Chriſtianis. Unde qui talem hominem videt, Chriſtum ſibi intueri videtur iterata vice in terram dilapſum; cum enim Chriſto veſtitus ſit, alter quidam Chriſtus apparere debet. *Qui Chriſtianum perfectum videt, Chriſtum ferè videt*, inquit Paulus de Palatio. Felix etenim & fortunata eſt anima illa, cui talis eſt veſtis conceſſa: pretioſiſſimo certè obtegitur veſtimento, in quo *ſunt omnes theſauri.* Qui hac veſte induitur, veſtem habet ſummæ pulchritudinis & elegantiæ. Ab hac veluti à fonte omnis pulchritudinis, omnis pulchritudo dimanat. Qui hac veſte tegitur, veſtem habet tali majeſtate conſpicuam, ut omnis inde majeſtas honoretur, talique ſplendore præfulgidam, ut ad ejus præſentiam non aurum duntaxat, ſed & ſol ipſe decolorati & obſcurati videatur, haud ſecus ac fiebat ad præſentem Jovis Olympici purpuram, juxta quam collatæ Romanorum ſenatorum purpuræ cineres videbantur eſſe. Sciendum eſt autem hac veſte dignas tantum eſſe illorum Chriſtianorum animas, qui veſte utuntur mediocri & honeſta, quique non ornari ſtudent, ſed contegi & cooperiri, aliorum verò animæ qui auro veſtiuntur & ſerico, hac veſte indigni ſunt, & nudi remanere coguntur. *Serico & purpura induti*, inquit S. Cyprianus, *Chriſtum ſyncerè induere non poſſunt.* S. Paulus Apoſtolus quia vilibus & rudibus utebatur veſtimentis, quibus non tam ornabatur quàm tegebatur, Chriſto veſtitus erat. Id namque dicere volebat, cum ait: *Vivo autem ego, jam non ego, vivit verò in me Chriſtus.* Et Seraphicus Pater meus S. Franciſcus, utpotè viliſſimis ſemper veſtimentis indutus, adeò perfectè Chriſto veſtiri promeruit, ut in oculis cujuſcunque ipſum aſpicientis vivum quendam repræſentare Chriſtum videretur, utpotè cui ne ipſa quidem deerant vulnera, quæ Chriſto in cruce pendenti fuerant infli-

Paulus de Palatio in cap. 22. Matth.

Ad Coloſſ. 2. v. 3.

Cyprian. l. 4. de habitu virg.

Ad Gal. 2. v. 20.

cta. Anima igitur ejus qui veſte corporis ſui, cum non minori diſpendio quam curioſitate, in evidens nuditatis & paupertatis interioris hominis induitur & veſtitur, hac veſte ſpoliata & nuda remanebit, ſtatuæ alicui perſimilis, quæ cum deforis ob auri & oſtri, quo operitur, abundantiam, ſuperbè reſplendeat, interius tamen ex viliſſimo luto, aut rudi lapide conſtat. Eſtque veluti ſtercus quoddam ſacco ſericeo involutum, aut ſicut cadaver aliquod in die ſepulturæ ditiſſimè adornatum. Talis inquam eſſe neceſſariò debebit, cum ſit ſine Chriſto, qui ſicut ad tegumentum eſt veſtis, ita ad vivificandum vita eſt. *Serico & purpura induti, Chriſtum induere non poſſunt.*

7. Jacob Patriarcha visâ veſte dilectiſſimi filii ſui Joſeph ſanguine conſperſa, illum à fera aliqua dilaceratum & devoratum eſſe credens, amariſſimè plorans dixit: *Fera peſſima comedit eum, beſtia devoravit Ioſeph.* Eadem verba, inquit Hugo, dicere poteſt cor aliquod hominis devoti, dum veſtes conſpicit Chriſtiani alicujus curiosè coloratas, ornatas, & tam ex patrimonio Chriſti quod ſanguine ſuo acquiſivit, quam ſanguine pauperum locupletatas: *Emunt veſtes ſuperbas & ſumptuoſas de patrimonio Chriſti, quod ipſe proprio ſanguine emit & de labore & ſudore, & ſanguine pauperum agricolarum accipiunt, quod in veſtibus ſumptuosè & ſuperfluè expendunt. De ejuſmodi, qui talibus veſtibus induuntur, dicitur illud: Fera peſſima comedit eum, beſtia devoravit Ioſeph.* Ecquænam eſt illa beſtia, aut qualem dicemus feram illam, quæ hodie tam ingentem devoravit hominum turbam? ſuperbia eſt, inquit idemmet Doctor: *Beſtia, id eſt, ſuperbia tales devoravit.* Ventus Auſtralis pulchri illius pallii textor eſt, quo terra Verno tempore contecta conſpicitur. Iris ſuperba illa ex tot coloribus conſuta veſte induta in ſolo aëre conſpicitur: Pavo ut ab hominibus videatur, & ſuſpiciatur veluti pulchra, opulentam pulchramq; caudam ſuam gyrat & explicat; unde non mirū eſt quod homo aliquis vento & aere nimiæ elationis inflatus, cupiduſque ut videatur & alto ſupercilio ſuſpiciatur ab omnibus, ſeſe omniū poſſibili pompa ac ſumptu immodi-

Gen. 37. v. 33.

Hugo Card. in c. 63. Iſaiæ.

co

co vestire studeat. Evidentissimum animi alicujus superbi signum, est pulchet & vanus illius vestitus, sicut fumus ignis, aut fulmen fulguris signum esse videtur. Superba quæ in capite diffluere conspicitur capillatura, thorax in pectore, tam variè scissus & dilatatus seu extensus, manifestum inflati corporis signum; sinuosa denique chlamys, quæ cum quatuor mulieres vestire commodè possit, unicam duntaxat cooperit, certissimi sunt intus latentis superbiæ indices. Amplæ vestique minimè proportionatæ manicæ, quas vestibus suis tanto cum necessitatis præjudicio assutas habent, quid aliud sunt quàm alæ, quibus se super terram levare, omnibusque aliis super extollere se velle videntur. Atque hæc sola vanitas ad hoc ut superbi esse declararentur, sufficeret. *Superbire* enim nihil est aliud, quàm *superire*. Non Angeli tantum sed & Dæmones alati depinguntur, cum hoc tamen discrimine, quod hi alas habere fingantur, ut post collata hominibus in hac terra degentibus, cælestia subsidia, illarum adminiculo cælos repetant: hi verò quod se in profundum inferni volatu pernicissimo seu potiùs casu sese præcipitent. Hæ posteriores alæ non Angelicæ, sed Dæmoniacæ alæ sunt, neque enim animam in cælum ad sanctorum Angelorum consortium extollunt, sed deorsum in infernum veluti futurum Dæmonem consortem deturbant.

S. Bernardin. p. 1. serm. 44. art. 1. c 2. *His alis non ad superos, sed ad inferos gentes volant,* inquit hasce superbiæ machinas vehementer abominans S. Bernardinus. Hæ vestes utpote auro & argento, aliisque ponderosis ornamentis onustæ non evehunt in cælum, sed in infernum detrahunt.

D. Chrysol. ser. 29. *Aurum natura grave, dum suam semper reptat ad naturam, cælestes animas ad inferna deponit.* Similium in altum provectio, non exaltatio, sed præcipitium vocari meretur, quia est animi alicujus superbi & tumidi elatio, qui tunc quàm maximè subtus alios dimittitur atque deprimitur, cum supta alios se vel maximè exaltare videtur.

8. Divitiæ animæ, quæ utpotè veræ & durabiles, divitiarum nomen solæ merentur, à Dei manibus de cælo in terram derivantur.

Iacobi 1. v. 17. Hæ verè sunt dona optima atque perfecta, de quibus S. Jacobus loquitur, dicens: *Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est, descendens à Patre luminum.* At verò nisi hæ tales divitiæ à Deo postulentur, obtineri omninò nequeunt. *Petite, & dabitur vobis,* inquit Christus, quasi illas nunquam recepturi essemus, nisi prius fuissent à Deo postulatæ. Neque hunc in finem à Deo admittitur aut exauditur qualiscunque petitio, utpotè cui displicet allata à nobis stulta petitio: *Petitis & non accipitis, eo quod malè petatis.* Inter illos autem, qui dona Dei à Deo malè petunt, seu qui gratias divinas implorant, nec tamen exaudiuntur, annumerari merentur, qui opulentis, magnificis, vanisque vestibus coram Deo comparent. Sicut enim Deus superbiam in orante summè odit, ita quoque in eodem humilitatem summè diligit, & sicuti quicquid in habitu paupere & humili à Deo orans exposcit, impetrare meretur, ita gratiæ quas orator, superba & opulenta veste indutus à Deo exposcit, pertinaciter denegantur. *Qui enim vult audiri, inclinare se debet, ut misericordiam Dei provocet,* inquit S. Ambrosius, *habitus enim superbus non impetrat, nec recta de se facit credi.* Unde ejusmodi homines tametsi forinsecus divites esse videantur & opulenti, interius tamen sunt pauperes: sunt que divitiæ exteriorum vestimentorum corporis, clarum & evidens signum inopiæ & egestatis animæ verè pauperis.

Iacobi 4. v. 3.

D. Ambr. 1. Tim. 2.

9. Sicut non possumus adorare duos Deos, aut duobus Regibus parere, aut duos sufferre soles, ita quoque duobus servire dominis haud quaquam valemus. *Non potestis duobus dominis servire,* inquit Christus. Unde dum uni servimus, opus est, ut alteri renuntiemus. Homo unus est, non duplex, dividi nequit, ut dupliciter serviat. Vulgare est, quod videamus centum homines uni duntaxat homini servire, rarissimum verò imò paradoxum, duos homines ab uno eodemq; homine simul æquè studiosa & grata obsequia recipere. Tametsi enim homo duas manus habeat, illas tamè partiri, & duorū hominū servitio adhibere non potest, siquidè una manus alterius ope & subsidio semper indigeat. Prohibitum quoque est à natura homini pedes suos, licet duos habeat, dividere, atque à se mutuo separare, ut cum uno eorū unum Dominum consectetur, cum altero

Matth. 6. v. 24.

verò

vero insequatur alium. Ambo oculi indivisim hominis juvant obtutum, adeo ut sit impossibile unum in locum aliquem dirigere, quin ad eundem simul etiam dirigatur oculus alter. Tempus illud fabulosum jam dudum præteriit, quo Jupiter, ut Plato nugatur, unum hominem in duos dividebat. Hodie namque homo ita unus est, ut non nisi ad unicum duntaxat opus applicare se possit. Verum enim vero quonam hæc omnia tendunt? Ad nihil aliud, quam ut hominis stultitiam declarem, qui cùm Deus hominem eo fine creaverit, ut animæ subserviens, eandem vestibus & ornamentis illis vestiret & exornaret, quibus coram divinæ majestatis oculis grata & accepta esse posset, adeo est ignorans, inexpertus atque imprudens, suarumque virium tam parum conscius, ut ad hunc animæ dominatum aggregare moliatur & corpus, & utrique simul servire satagat; jac tandem cum se miserè deceptum deprehendens, se uni tantum Domino servire posse cognoscit, nobilissimæ oblitus animæ, ad unicam corporis curam duntaxat attendit. Unde videmus illos qui ex una parte tanto cum studio corporis ornamentis adaugendis intenti esse videntur, nulla prorsus animæ cura tangi, utpote illius turpiter obliti, qui proinde sicut foris corpus quoddam pulchrum exhibent, turpem interius animam abscondunt. Audite hac de re pulchrè loquentem Chrysostomum: *Hoc enim studium in orando corpore internam indicat deformitatem: hujus vestium sumptus illius indicat nuditatem. Impossibile enim est aliquem agere curam animæ, & tanti facere corporis pulchritudinem & ornatum, sicut & impossibile in externo illo cultu tantopere occupatum illius agere curam.* Eodem prorsus tempore, quo pavo jactabundus quasi opulentas suas pulchrasque pennas suas explicat & ostentat, partium quoque posteriorum turpitudinem & fœditatem virupetose discooperit & monstrat. Ita quoque eodem tempore, quo homo talis fastuosus, velut pavo aliquis superbè & pretiosè vestitus arroganter prodit in publicum, animam suam, quam utpote oblivione sepultam post tergum habet, nudam & turpem exhibet atque deformem.

D. Chrys. hom. 37. in Genes.

10. Deus quondam proprios se pallio exuens, eodem vestire dignatus est Hierosolymam, cui proinde: *Expandi amictum meum super te*, inquit apud Ezechielem. Porrò sicuti qualenam Dei pallium sit, videri prorsus nequit (vestis enim Dei luminosa vestis est, tantoque lumine conspicua, ut ipsum quoque obscuritate quadam solem obducat.) Ita quoque major desiderati gratia nequit, quam eo, quo Deus Hierosolymam dignatus est, pallio amicitiæ. Verum dicat aliquis: quamobrem Deus Hierosolymorum urbem propria veste induere voluit? Nimirum ut tegeret & occultaret turpem ignominiæ suæ excessum, unde mox subjungit: *Operui ignominiam tuam.* Veste quadam summa pulchritudine decora opus habuit, ut tantam tegeret ignominiam, summa namque deformitas non nisi per summam tegi potest pulchritudinem. Nisi enim Jerosolyma deformis nimis fuisset, veste adeo eleganti nunquam opus habuisset. Homo aliquis formosus valdeque speciosus, nullo indiget tegumento aut velo, neque ornamento quo venustetur, utpote cui propria sui ipsius sufficit pulchritudo. Qui autem multis est defectibus obnoxius, is tum ad deformitatem tegendam innatam, tum ad aliquam sibi conciliandam pulchritudinem, aliena sibi ornamenta mendicat. Murus nive candidior non dealbatur, sed niger & fumosus albedine tingitur, æs & ferrum deauratur, non verò aurum: pillulæ amaræ & fœtidæ, ne illas infirmus exhorrescat, peregrino odore vel colore imbuuntur, non suaves & gratæ: *Mos est fœda coloribus obducere*, inquit Petrarcha. Cornicula quia nigra & deformis erat, innatamque hanc occultaret deformitatem, spectabilem sibi ex alienis plumis amictum facere debuit: *Ego ita planè sentio*, inquit Paulus de Palatio, *divites, Principes, & quosdam Episcopos nostros, hac ratione se auro & argento tam exactè vestire, ut faciem vilem quam ex meritis suis habent, fucis illis mentiantur, & intuentium oculos fallant.* Vestiatur igitur & adornetur homo pro libitu suo & sumptus sui facultate, mulier quoque arrogans superbo & pretioso panno fastuosissimè se contegat, & pulchram se esse mentiatur & fingat, nec tamen impedi-

Ezech. 2. v. 8.

Petrarcha Dial. 20.

Paulus Palat. in c. 6. Matth.

re poterunt, quin quantò venuſtiores viſæ fuerint exteriores earum veſtes & ornamenta, tantò judicentur à mundo turpiores magiſque deformes. Nemo eſt qui neſciat ornamentum præcipuum eſſe rhedam aliquam à multis ductam generoſis equis, ab Erythonio eo præcipuè fine ingeniosè adinventam, ut turpem peduum ſuorum occultaret deformitatem, ſicut & Quintus Roſius ad ſuam tegendam deformitatem, quia ſtrabo erat, diſtortis oculis, & turpis aſpectu, latvam, nobilibus hodie domicellis adeo familiarem, adinvenit & portavit. Quapropter cogitationes & mentem Paridis non laudare non poſſum, qui ſolidum dettribus à ſe viſis Deabus daturus judicium, illas primo nudas videre petiit, & poſtea de illarum diſcernere pulchritudine voluit. Verebatur enim ne ſi de veſtitis arbitratus fuiſſet, in errorem incidens falſam proferret ſententiam, utpote quæ veſtibus ſuis externis interiora vitia ſeu defectus tegere & occultare facilè potuiſſet. Eſt namque turpium deformiumque hominum vulgaris conſuetudo, ut veſtibus obtegant quod alienis verentur oculis diſpliciturum.

11. Verba Salomonis Cant. 1. velim auſcultetis, quibus ſponſæ collum laudans dicit: *Collum tuum ſicut monilia.* Ubi bene advertendum eſt, quod non dicat à monili quodam collum ejus eſſe ornatum atque circumdatum, ad inſtar aliarum mulierum quæ colla ſua monilibus appenſis exornare conſueverunt: ſed quod collum ejus ſicut monilia eſſe dicat. Videturque modus hic loquendi prima facie valde improprius. Sicut enim impropriè malè dicimus, corpus tuum eſt ſicuti veſtis quædam, caput tuum eſt ſicut corona, digitus eſt ſicut annulus, ita quoque impropriè dici videri poſſet, ſi dicamus: Collum tuum ſicut monilia. Ut enim propriè loqueretur, dicendum fuiſſet: Collum tuum ornatum eſt monilibus, collum enim monilibus ornari poteſt, aſſimilari autem non poteſt. Veruntamen verba illa profundius conſideranti liquet quod majori cum proprietate & elegantia Salomon loqui minimè potuiſſet. Mulierem namque alloquebatur, collo pulcherrimo præditam, quod adeo ad ſui decorem nullam haberet monilium neceſſitatem, atque ideo illam monili comparabat, quaſi dicere clarius voluiſſet: Collum tuum ô ſponſa mea adeo pulchrum eſt, ut nullo prorſus monili opus habeat, utpote quod haud ſecus ac monile quoddam ſeipſo decorem ſufficientem habet: Tali proinde ornamento illæ ſe regant & exornent, quæ cum non ſint pulchræ, videri tamen volunt, Audite ſanctum & melliſluum Eccleſiæ Doctorem Bernardum: *Solet ornari collum monilibus, non ipſis comparari, ſed hoc illa faciant, quibus quia de proprio non ineſt decor, aliunde neceſſe eſt, ut mendicent, unde ſe ſpecioſas mentiantur. Nam Sponſa collum ita in ſeipſo formoſum eſt, ut extrinſecus non querat ornamentum. Quid enim opus eſt peregrinorum fucos adhibere colorum, cui propria & tanquam innata ſufficit pulchritudo, in tantum, ut ipſum quoque qui ad ornandum quemcunque monilium poſſet adæquare nitorem?* Ornamenta exteriora internos quidem defectus juxta ſenſum vel mentem illorum, qui ea portant contegunt: ex mente vero illorum, qui ea in illis vident, interni per illa defectus manifeſtantur & revelantur potius quam contegantur. Quiſquis murum aliquem videt aulæo quodam contectum, illum non lapideum aut pulchrum ſed luteum aut ſaltem fœdum eſſe ſtatim intelligit, hocque ornamento ne lutum aut muri fœditas videatur, amictum eſſe conjicit. Habent hac in re homines neſcio quos lynceos oculos; ex ornamento namque exteriori facilè illis eſt ad interiorem penetrare defectum. Veſtes excogitari pulchriores & pretioſiores minimè poterant, ac illæ fuere, quas Dionyſius Rex Syracuſanus Archidamo pro filiabus ſuis transmiſit, quas tamen ille recipere renuit, veritus ne ſi talibus ornarentur paludamentis, turpes aut deformes eſſe crederentur: *Vereor*, inquit amicis, *ne hoc amictu puella mihi turpes videantur.* Omnibus namque notum eſſe probè ſciebat, ſolum cibum inſipidum, aut puteolentum condimentis opus habere, cum cibus gratus ſufficienti ſibimetipſi condimento ſit.

10. Idemmet Salomon ſapientiæ oraculum bonam honoratamque mulierem ſic deſcribere incipit: *Mulierem fortem quis inveniet? procul & de ultimis finibus pretium ejus conſidit*

Cant. 1. v. 11.

S. Bernard. ſerm. 41. in Cant.

Apoph. Aldi Man.

Prov. 31. v. 10.

confidit in ea cor viri ſui, & ſpoliis non indigebit. Cujus ſententia poſteriora verba bene ſunt conſideranda, videlicet: ex ſpoliis non indigebit. Quænam enim ſunt ſpolia illa, quorum mulier illa nullam eſt habitura neceſſitatem? ſuperbæ nimirum & pompoſæ veſtes. Spolia enim nihil ſunt aliud quam veſtes ab inimicis ſublatæ & ex victoria reportatæ: *Quidquid hoſtibus detrahitur, ſpolium eſt*, inquit Servius: mulier autem honeſta nullam habet inimicam majorem, quam laſcivam & honeſtam. Atque ideò cum de illa dicit, quod ſpoliis non indigebit, intelligendum eſt de illis veſtibus, quibus ſuperbæ & laſcivæ mulieres ſeſe induunt, quales ſunt purpuræ, panni aurei, ſericei aliique tanta cum curioſitate contexti, aucum item, gemmæ aliaque ſimilia ornamenta. Talibus enim veſtimentis mulier honeſta & pudica minimè indiget, cum ipſi ſui decentem ornatum, veſtis honeſta ſufficiat: *Ornamentorum ac veſtium inſignia, ac lenocinia formarum, non niſi proſtitutis & impudicis fœminis congruunt, & nullarum fere pretioſior cultus, quam quarum pudor vilis eſt.* Malè ſibi bona & honeſta mulier conſuleret, ſi talibus ſe indueret ornamentis, cum ex talibus ornamentis de honeſti nominis ſui fama periclitari non parum poſſet, utpote quæ non qualis revera eſt, honeſta ſed impudica & levis paſſim apud omnes auditura eſſet. Thamar aliàs honeſtiſſima, quia tali pompoſo erat veſtimento induta, à Juda ſocero ſuo impudica fuit meretrix æſtimata, & deflorata: *Plerumque homines*, inquit Bernardinus, *æſtimant de ſignis ſignata, de circulo tabernam, & de ſigno furis æſtimant furem: meretricis habitus ſignum eſt meretricii actus, ſicut habitus monialis monialem oſtendit.* Equus comæ ſuæ viridem appenſum geſtans frondem, venalis eſſe conjicitur.

Servius l. 8. Æneid.

D. Cypriã. de habitu virg.

D. Bernardin. p. 1. ſerm. 44. art. 1. c. 2.

13. Num fortè exiſtimatis quod mulier illa ſapiens, de qua in loco præcitato Salomon loquitur, æque largas atque munificas factura fuiſſet Eleemoſynas, ſi pompoſas illa veſtes ſibi procurare ſtuduiſſet, quas nunc pauperibus liberaliſſimas præſtabat? An fortè de illa, ſi in ſumptuoſa indumenta prona fuiſſet, ſubjuncturus ſapiens fuiſſet: *Manum ſuam aperuit inopi, & palmas ſuas extendit ad pauperem*? Nequaquam certè. Cur non? Quia nimirum ſeſe utrique ſtudio placendi Deo & placendi mundo, corpori ſerviendi & animæ, pompæ & veſtium cultui ſimul & eleemoſynarum erogationi vacandi, applicare minimè potuiſſet. *Non poterat* (eſt hæc ipſiuſmet Chriſti Doctrina) *duobus Dominis ſervire.* Viri ac mulieres curioſarum veſtium cultui ac vanitati deditæ, quicquid habere aut acquirere poſſunt, tanta cum propenſione & ſtudio corporis exteriori ornatui applicant, ut nonnunquam dum aliud non habent, unde pretioſas veſtes ſibi comparent, neceſſarium ori ſuo cibum ſubtrahant, ne quicquam ornatui ſuo decedat, & haud ſecus ac Philoſophus ille dicere poſſunt: *Omnia mea mecum porto.* Phœnix avis quæ collum habet auro quaſi veſtitum, cujus corpus tinctum eſt oſtro, cujus cauda denique ſmaragdis videtur eſſe conſperſa, à nemine unquam hactenus viſa eſt manducare. Nec ullus unquam homines corporis cultui deditos in domibus ſuis menſæ accumbere vidit, ſive quia videri erubeſcunt, eò quod menſæ fercula corporis non reſpondent ornatui, ſive quia vanitatis & ornatus ſui ſunt adeò ſtudioſi, ut ob pecuniæ defectum victus quoque annona illos ſæpè deficiat; unde veluti vanæ Phœnices rarò manducant, ſed communiter jejunant, quid igitur pauperibus dare poſſunt, qui quicquid habent, aureo & argenteo corporis ornatui, gemmis aliiſque monilibus comparandis vaniſſimè impendunt? Certè ſi quid præter corporis ornatum & mundum mulierem illis reliquum eſſet, id proprio ipſorum eſurienti ſtomacho replendo, non verò depellendæ alienæ fami deſervirer.

Matth. 6. v. 24.

Plinius lib. 10. c. 2.

14. Propter continuam quam pauperes mendici hujus prætactæ veritatis habent experientiam, rarò à ſuperbè veſtitis petunt eleemoſynam, probè ſcientes, quod tametſi fame ipſis pereundum eſſet, ne vel minimum tamen ab his accepturi eſſent modicæ eleemoſynæ ſubſidium. Cauſa cur claudus ille ad portam templi jacens aliquam à ſanctiſſimis Apoſtolis Petro & Joanne habere eleemoſynam ſperaverit, hæc eſt, quia nimirum illos humiliter veſtitos eſſe vidit, eoſque ex humili corporis cultu magnos eſſe eleemoſynarios conjecit, ut vulgi ſan-

Coryſoſt. hom. 8. in Act.

cus Joannes Chryſoſtomus. Quodſi illos ex ſerico vel aurea argenteave tela veſtitos conſpexiſſet, omnem procul dubio ſpem abjecit, vel unicum è manibus ipſorum eliciendi teruncium. Arbores frondoſæ eo quod omnem quem intus habent humorem ſibimetipſis veſtiendis & foliis exornandis impendant, communiter conſpiciuntur eſſe infructiferæ. In agris quibus aurum innaſcitur, ne vel tantillum viridis herbæ creſcit, unde bos ſuum vel ſemel tantum implere aut recreare os poſſet. *Tranſeo hic de eleemoſynis, & aliis bonis operibus, quibus tales vanitates amantes ſæpè adverſantur*, inquit S. Bernardinus, *nam quæ induta erit ſericis veſtibus atque deauratis, fulcita lapidibus pretioſis, ornata vanitatibus multis, ſi videret in tranſitu ſuo magna neceſſitate egentem, non daret ei obulum.* Unde hujuſmodi corporis ornamenta ex hactenus dictis habenda ſunt pro infallibili ſigno & argumento, unde dignoſci poſſit animus crudelis, durus & inhumanus

D. Bern. p. 2. ſerm. 47. art. 3.

15. Dicite mihi ſodes, nunquid dum mulierem aliquam tot floribus & coloribus ornatam videntes, haud ſecus ac ſi ager quidam eſſet vernis floribus veſtitus, ilam Deam quandàm de cælo in terram dilapſam eſſe exiſtimabitis. Talem namque veſtem Deus ſe habere dixit, dum ait: *Pulchritudo agri mecum eſt.* In ſignum divinitatis quam Romani Jovi ſtultè attribuebant, ipſum veſte induerunt florida ſeu ex multis floribus contexta. Etenim quis eſt qui neſciat ſuperbas ejuſmodi mulieres, per ſimilium veſtium vanitates ſe Deas jactare & ſpeciei ſuæ adoratores quærere velle? quis non videt, quod per talis ſuperbæ & pompoſæ veſtis lenocinium, viros ad amandum, imò ad adorandum ſe provocet? probè ſciens quod amor vitum idololatrati faciat. Dum è laſcivis juvenibus nonnemo carnali erga laſcivam aliquam mulierem amore ardet, eamque infirmam eſſe alidit credere id omnino renuit, quia illam non uti mulierem, ſed uti Deam quandam ſemper ſuſpexit, eamque adeò vehementer amavit, ut adoraret etiam eandem. Unde veſtes ejuſmodi ſuperbæ non ſolum evidentiſſima erunt in vanis illis laſciviſque mulieribus ſuperbiæ ſigna, dum ſe veluti totidem Luciferos ambitioſos Divinitatis prenſatores exhibuerunt, verum etiam manifeſtiſſima luxuriæ corda ipſarum depaſcentis argumenta. Amor ex mente Platonis non niſi in floribus quieſcit, atque ideò amores ſectantur laſcivæ illæ mulieres, quæ floridas ſemper amant portare veſtes. Flora juvencula quam Vertinus ardenti deperibat amore, veſte fingitur florida fuiſſe induta. Laſcivi namque juvenes ex ejuſmodi florum jucundo aſpectu, ſecuram potiundorum meretriciæ carnis fructuum ſpem concipiunt. Quanta eheu laſcivis ejuſmodi juvenibus hi florum colores damna non inferunt? quantas non revelant & manifeſtant miſerias? Color rubeus, ignis ſymbolum ignem illum ſignificat, è cujus flammis iuterius ardent, ut tantò ardeant in infernalibus flammis longè vehementius. Per hunc colorem tauros, id eſt viros laſcivos ad luxuriæ inſanam rabiem exagitant, & quaſi explicato rubeo quodam vexillo ſanguinem non facultatum duntaxat, ſed & vitæ ſuorum amantium effundere ſe velle ſignificant; imò color ille veſtium ſuarum rubens, ipſaſmet veſtes de vanitate ſua inexcuſabili erubeſcere & verecundari ſignificat. Color albus illas ex fulmine amoris inſanabiliter vulnerantis pallidas & languidas eſſe manifeſtat:

Plato

Pſ. 49. v. 12.

Palleat omnis amans, eſt hic color aptus amanti. *Ovid.*

Viridis, illas teſtatur eſſe ſenſualium hominum efficaciſſimos magnetes. *Ramum viridem oſtendis ovi, & trahis illam.* Color cæruleus illas cælum quoddam eſſe ſignificat, in quo non Chriſtus, ſed profaniſſimus habitat Mahometes, in quo dicitur, comeditur & juvenes luxuriantur. Color hic cæruleus ſi bene attendatur, potius marinus quam cæleſtialis eſſe color apparet, quia mulier tali colore ornata verius quædam meretrix eſſe videtur, quæ utpote è mariegreſſa, quodam cætulei coloris velo videbatur eſſe cooperta. Denique tametſi color niger, quo nonnullæ veſtiuntur, color ſit honeſtati valde conſentaneus, non eſt tamen in illius electione honeſta

D. Aug. tract. 26. in Ioan.

honesta ipsarum inventio. Nigro namque colore sese vestiunt, ut per hunc ementitæ pulchritudinis suæ major gratia eluceseat; norunt etenim optimè colores eò esse pulchriores, quando inter umbras magis eminent & prodeunt; sciunt etiam naturalem hanc esse lucis proprietatem, tanto resplendere vehementius, quanto est in semetipsa recollectior, & quanto minus radii visivi in vidente circa se spatium habent sese dividendi, aut per aëris transparentiam se diffundendi. Sciunt denique solem inter duas nubes ardentiores vibrare radios & fortius ferire.

16. Apud Joannem Damascenum vanas mulieres *Dæmones appellari* reperies; *Hoc* autem illis nomen imponitur, quia Dæmones esse videntur: Neque enim Dæmonum illis imponi nomen posset, nisi verè Dæmones essent.

D. Ioan. Damasc. in vita SS. Barb. & Ioh.

Si reprieveris, nec nomen habere mereris.

Inquiunt legistæ. Itaque Dæmonem adeo propriè & exactè repræsentant, ut Dæmones, non verò mulieres esse appareant. Res summè mira! Quodsi enim Deus mulieres non minus quàm viros eo fine creavit, ut per concreatam illis Dei similitudinem æternam suam Majestatem velut in imagine repræsentarent, quis igitur adeo illas infeliciter transformavit, ut quæ Deum repræsentare debebant, nunc Dæmonem repræsentent? Diabolus id effecit, tunc videlicet, quando illis vestibus suis, caudas ut adjicerent, persuasit. Quando Deus illas ad sui similitudinem creavit, nequaquam illis caudam affinxit, utpote quam nec ipse habebat, Dæmon autem in sui similitudinem ipsas transformans, caudam quam ipsemet in perpetuum opprobrium suum accepit, ipsis quoque, ut sponte propriè eam assumerent, persuasit: *Cum enim Deus sine cauda esse perhibeatur, formans hominem de limo terræ ad imaginem & similitudinem Christi formavit illum; Diabolus autem cum sit caudatus mulierem nititur toto corde sibi conformare*, inquit S. Bernardinus, Mulier caudata, veluti verus Dæmon, vestium suarum cauda per terram diffluente & serpente pulverem de terra non tantum suscitat & in aërem elevat, quantum ad profundum Inferni animas præcipitat. Quasi vera scorpionis cauda, tanto cauda vestis muliebris venenosior est atque lethalior, quanto cernitur de terra esse elevatior. Est cauda ista hæc una ex caudis vulpium Samsonicarum, quia quacunque transit, ignem post se urentem relinquit, mundumque malo hoc igne accendit. Id quod nemini mirum videri debet, cum ipsa verus quidam Dæmon sit, qui quocunque vadit, ignem caudæ suæ alligatum ubique secum semper portat. Vide igitur ô mulier, qualiter per sumptuosam, qua carnem tuam contegit, quamque per terram veluti caudam quandam diffluente finis, vestem Dæmonem, non verò mulierem esse te probes.

D. Bernardin. serm. 47. Art. 2. c. 4

17. Quænam est virorum atque mulierum hujus temporis infelix insania, qui Deo illis præcipiente, ut scinderent, dividerent, lacerarent non vestimenta sed corda. *Scindite corda vestra non vestimenta vestra*, inquit ad illos per Joelem Prophetam ipsemet Deus, vesana mente id quod præcepto huic omnino contrarium est faciunt. Cum enim integra, illæsa, & impœnitentia videam ipsorum corda, vestestamen eorundem, tanta arte & concinnatè dississas esse conspicio, ut non Christiani, legi Christi subjecti, sed idololatræ esse videantur & Christi inimici. Quisnam autem explicare valebit, quantopere intolerabili hac vanitate sua Deum offendant. S. Bernardinus eosdem à peccato mortali nequaquam vult esse immunes, cujus hæc sunt sequentia propria verba: *Dein cisuris autem & frapaturis, tam immoderatis & magnis tantarum expensarum & pretiosorum pannorum, salvo meliori consilio, sentiendum credo, quod mortaliter peccent.* Eo ipso autem quo Deum offendunt, semetipsos simul infamant, per aperturas, & scissuras illas occultas suas manifestando & explicando imperfectiones. Dumque vestimenta sua in tot partes laceratunt, conciderunt, diruperunt, à pauperibus quasi nihil differentes, animarum suarum paupertatem & miseriam, quam in pectore reconditam servant, palam aperiunt. Neque enim crudelis aliquis illorum inimi-

Ioel. 2. v. 13.

D. Bernardin. p. 1. serm. 44 A. 2. c. 2.

ous, veſtes ipſorum, ad eum modum quo ipſi, in tot minutias ſcindere, findere, dividere, lacerare potuiſſet; quod evidens illis ſignum eſſe debet, ipſos ſibimetipſis crudeliores ſævioreſque inimicos eſſe, quovis alio infeſtiſſimo ipſorum hoſte, damnumque quod hiſce vanitatibus ſibi accerſunt, non aliundè naſci poſſe, quàm à corde, quod mortali ſemetipſum odio proſequitur. Videntur hæ veſtium inciſiones diſſuturæ, variaque in quæ crepuiſſe videntur foramina, ab exceſſivo, quod in gremio ſuo abſconditum habent, luxuriæ incendio, formata & cauſata fuiſſe, ad eum modum, quo terra dum ardet, aut ſolis calore uritur, in hiulcas ſeſe ſciſſuras, aperturas, & rimas dividere conſuevit. Cùm ficus rumpitur, hortulanus illam ex ramo, è quo nata eſt, decerpi & manducari præcipit. Ex ſciſſura panniculi vulnus obtegentis purulenta egreditur ſanies & materia, ſic & ex hiſce veſtium ſciſſuris & aperturis pus egreditur vulnerum illorum, quæ laſciva cupido vanorum illorum hominum cordibus inflixit. Quiſquis iſthac vanitate delectari conſpicitur, præcipitio vicinus eſſe judicatur, quia dum crepat murus, non procul abeſt muri ruina & caſus. Tales veſtes terram pro eo tempore imitari videntur, quando ſe ex ſancti & Innocentis Abelis ſanguine ebriam eſſe cernens, ſuum adverſus Cainum homicidam os aperuit. Ejuſmodi enim variæ ſciſſæ veſtes, utpotè humano ſanguine coinquinatæ, non unum os, ſed plura innumera cœlum verſus patula habent; quia videlicet unarum poſſeſſores ad ſeſe locupletandos, non unum tantùm, ſed centum & plures homines miſerè ſpoliârunt & occiderunt. Hi tales in hac ſua vanitate omnibus univerſaliter diſplicent, ſolo Deo Momo excepto. Cùm enim Momus reprehenderit Prometheum, quod hominem condendo in ejus pectore aperturam patulam non effformarit, per quam videri clarè poſſent interiora cordis; hi reprehenſione hâc Momi minimè egent, utpotè qui in thoracibus, camiſiis, & Chlamyde ſuâ aliiſque veſtibus, tot fecerunt foramina, ſciſſuras & aperturas, per quas facilè & perfectè diſcerni in ipſis poſſunt interiora cordis.

SERMO

SERMO I.

IN DOMINICAM III. ADVENTVS

THEMA.

Miſerunt Judæi ab Hieroſolymis Sacerdotes & Levitas ad Joannem. *Joan. 1.*

ARGUMENTUM.

Hujus mundi nobiles veri nobiles futuri eſſent, ſi curæ ipſis eſſet, ut præter nobilitatem, virtutibus quoque eſſent conſpicui.

1. EAdem prorsùs Joannem Baptiſtam inter & Chriſtum inſtitui differentia debet, quæ autoram inter & ſolẽ eſſe conſpicitur. Joannes namq; veluti myſtica quædam aurora, ſummum juſtitiæ præcucurrit Chriſtum. Aurora quidem magna eſt pulchritudine in ortu ſuo decora, non tamen talis ac tanta, ut cum ſolis ſpecioſitate decertare poſſit. Niſi aurora ſolis tanquam omnis lucis primigenii fontis curſum præveniret, ſed collateraliter ſimul cum ſole progredi præſumeret, lumen ejus utiq; obſcuraretur, defieeretque omnis ejus venuſtas & decor, atque ideò ante Chriſtũ natus eſt Joannes Baptiſta non verò cum Chriſto. Rubedo Auroræ, quam habet dum ſuprà Planetarum Principem exaltata conſpicitur, verecundiam ſignificat de ſua ſuper creaturam adeò dignam exaltatione conceptam, & ruborem innuit, quo perfuſus fuit Joannes Baptiſta, quando manum ſuam ſuprà magnum ac tremendum caput illud levare coactus fuit, ſub cujus pedibus omnis proſtrata jacet ſublimitas. Sicut ancilla Dominæ ſuæ comparari nequit, ita nec ſoli comparanda venit Aurora; Eſt enim aurora ſolis ancilla, ipſa magno luminari iter & viam ſuam diſponit & præparat, quam illud peragrandam habet, atque ideò præcedit. Simili modo Joannes nequaquam comparandus eſt Chriſto, cum ille ſit quaſi ſervus quidam, de cœlo miſſus in terram, ut veluti prodromus vias diſponat & præparet, quam Chriſtus erat peragraturus. Aurora lumen non eſt, ſed nuntia & prodroma luminis illius, unde omne lumen derivatur, ad declarandam eam, quæ Chriſtum inter & Joannem intercedit, differentiam. Unde alter Joannes dicere non dubitavit: *Non erat ille lux, ſed ut teſtimonium perhiberet de lumine.* Ad hæc quoniã aurora à Poëtis *Joan. 1.*

filia

filia æstimata est terræ, quæ omnium, quæ in mundo sunt infima, esse nascitur: sol autem stiperionis (quod nomen *super omnia* latinè interpretatur) filius esse creditur, clarè liquet, quàm ingens Joannem inter & Christum sit differentia. Cùm enim Joannis filius sit hominis alicujus, terræ hujus infimæ mundi partis incolæ filius: Christus è contra Dei filius est, quæ omnibus, quæ in cœlo & in terra sunt, longè supereminet. Verùm enimverò tametsi Christus tot modis & rationibus sit supergressus Joannem, nimirùm sicut infinitum, finitum, creatura creatorem, & sol auroram; Hebræi tamen non Christo, sed Joanni summam detulerunt Messiæ dignitatem: *Miserunt Iudæi ab Hierosolymis Sacerdotes & Levitas ad Ioannem*, non ad Christũ, inquit Evangelista. Neque tamen id cuipiam mirum videatur, siquidem majoris apud Hebræos pretii nobilitas quàm virtus fuerit: Tametsi enim Christum præ Joanne longè experti fuissent pientiorem, viri tamen nobilis existimationem apud ipsos minimè habebat, sicut Præcursor ejus. Christus ab ipsis Fabri lignarii esse credebatur filius, cùm e contra palam esset omnibus, Joannem Principis Sacerdotum, de tribu Aaron prognatum esse filium. Hujus porrò erroris, inquit S. Joannes Chrysostomus, causa fuit, *Ioannis generis nobilitas: Principis enim Sacerdotum erat filius; Christus verò obscuro genere natus.* Attamen nobilitatem virtute majorem æstimare magnus est error, sed major ignorantia. Eademmet autem hæc ignorantiæ cœcitas hodierno tempore in plurimis aliis locum suum habet, qui majori cum respectu & veneratione nobilitatem, quàm virtutem suspiciunt, minimè intelligentes, virtutem nobilitate longè esse digniorem & nobiliorem; Et meritò, neque enim nobiles existimati aut censeri veri nobiles possunt, nisi simul sint virtuosi; Quod ut omnes nobiles clariùs intelligere possint, ad ea quæ in præsenti discursu dicturus sum, diligenter attendant.

Ioan 1. v. 19.

D. Chrys. Hom. 15. in Ioan.

2. Nemo Christianorum nescit, Christum Deum & Dominum suum bis generatum esse, scilicet unâ generatione ab æterno facta, & alia facta in tempore; semel à Patre, & semel à Matre: semel in cœlo, & semel in terra: utraq; autem generatio realis est & vera, sicut enim Deus verus est Christi Pater: ita vera ejus mater est beatissima Virgo. Quod si verum est, uti est verissimum; quâ igitur ratione fit, quod cùm Christus in Evangelio Deum toties patrem suum appellet, Beatam Virginem tamen ne semel quidem matrem suam nominet? si B. Virgo vera Christi mater erat, haud secùs ac Deus verus ejus est Pater, cur illam nunquam matrem vocat, sicut persæpè Deum vocitavit Patrem? Ratio hujus est; Quia nimirùm innuere volebat, non carnalem, sed spiritualem nobilitatem, id est, virtutem æstimandam atque venerandam esse. Quod si Christus Beatissimam Virginem Matrem suam appellasset, quæ ex nobilissima erat stirpe progenita, utpotè tot illustrium personarum, tot Patriarcharum, Regum, Prophetarum, summorumque Sacerdotum neptis & filia: æstimari posset, quod hujusmodi nobilitatem magni faceret, cùm tamen nulla magni fieri nobilitas debeat, nisi ea quæ à Deo obtinetur. Audite hac de re loquentem Paulum de Palatio. *Licet Christus sit natus ex Maria, in qua omnes nobilitates currunt, quæ splendorem Christo conciliare poterant: at nunquàm Christus Mariam lactavit ut matrem, imò nec eam vocavit Matrem, quia de Virgine secundùm carnem natus erat. Docuit nos omnia carnalia contemnere, nihil terrenum sapere, solam Divinitatem spectare.* Voluit itaque Dominus ut hac in re intelligeremus, solam hominem virtutem nobilitare, eumque nobilem, qui omni est virtute destitutus, verè nobilem non esse, utpotè in quo vera deficit causa nobilitatis. Nobilis vitiosus est quoddam sine anima corpus, aspectum & speciem hominis habet, cùm tamen revera homo non sit, quippè cui forma deest, per quam homo in esse hominis constituitur: Forma quoque illi deest nobilitatis, qua vera nobilitas efformatur, id est, virtus. Absalonis filii Davidis nobilitas, prouti ex arbore Christi Genealogica facilè liquet, maxima fuit. nihilominus tamen cùm in cœlesti tribunali mortis esset condemnatus, lata fuit super eum sententia, ut velut homo ignobilis suspenderetur ex ligno, quod & reipsâ completum fuit. Quia enim non homo virtuosus, sed sceleratus erat, non nobilis sed ignobilis fuit reputatus,

Paul. de Palac. in c. 1. Matt.

tur, atque veluti rusticus quidam & ignobilis occisus fuit atque suspensus.

4. Locum illum lib 1. Regum velim consideremus, ubi Deus hunc in modum loquitur: *Qui contemnunt me, erunt ignobiles.* Quasi diceret, quotquot me contemnunt, & sic peccantes offendunt me, erunt ignobiles. Ubi notandum Deum, qui dicere debuisset: Qui me offenderint erunt peccatores, id tamen non dicere, sed ut præfertur, erunt ignobiles. Cur illos ignobiles non verò peccatores futuros esse dicit? Nimirum significare voluit, quod quisquis virtutem deserit, atque vitiis & peccatis in prædam cedit, verè sit ignobilis, tametsi esset ex altissima stirpe, & nobilissimo sanguine prognatus. Cui enim deest virtus, præcipua causa nobilitatis, ignobilis sit necessum est, sicuti qui luce est destitutus necessariò debet esse obscurus; cui deest calor, debet esse frigidus, ita necessariò, cui deest virtus, necessariò esse debet ignobilis. *Remoto principali, removetur accessorium.*

1. Reg. 2. v. 20.

4. Postquam filius prodigus ab errore imprudentiæ suæ resipiscens, dolensque quod cum tanto suo & animæ suæ damno optimi Patris sui domum deseruisset, ad Patrem suum reversus ab eodem misericordiam & reatus sui indulgentiam popposcisset, Pater ejus, præterquam quod eum amabiliter & summa cum benevolentia receptum amplexatus fuisset & osculatus, servis suis insuper, ut annulum digito ejus inserrent, serió præcepit: *Date annulum in manu ejus.* Quidnam obsecro annulus iste significabat? Libertatem recuperatam. Annulorum usus olim solis liberis concessus, servis autem vetitus & prohibitus erat. Quia igitur miserabilis hic juvenis, ob derelictam Dei magni Patris sui domum, in servitutem incidit peccati, tot annis luxuriosè vivendo; de illo autem statu summè dolens, ab jugo illo gravissimo liberatus fuit, ideo Pater in signum recuperatæ libertatis, annulum digito ejus reinseri præcepit. Ira enim hac de re discurrit S. Bernardinus: *Dedit ei annulum, ad denotandum, quod quando peccator, qui erat servus peccatorum, est conversus, fert annulum in signum libertatis, & restituitur in pristinum statum, & pro filio reputatur, nam soli liberi homines debent portare annulum.* Unde perspicuè colligitur, quod sicut homo virtuosus est liber, ita servus sit qui peccator est & vitiosus: atque ideo eo ipso quo peccator est servus, nunquā esse nobilis poterit, siquidem malè inter se simul servitus & nobilitas conveniunt. Idq; adeò verum est, ut tametsi homo actualiter non serviat, neque ulli hominum in tota vita sua serviverit unquam, si tamen à talibus fuerit progenitoribus natus, qui aliquando servierunt, nobilis esse non possit. In tantum nobiles, ut inquit Cicero, dicuntur nobiles, in quantū à talibus descendunt parentibus; *Quorum nemo servitutem servivit.* Quodsi igitur servitus nobilitati adeò contradicat, ut qui à parentibus servis descendunt, nobiles esse non possint; quâ igitur ratione nobilis esse poterit, qui actualiter servit, & quod plus est, servit peccato, ideoq; vilissima & pessima est servitute aggravatus. Esto homo quantacunq; sit nobilitate præditus, procedat ex sanguine Abrahæ, aut Herculis nepos sit; domus suæ originem referat ad Achillem, Alexandrum, Cæsarem, attamen nobilis esse nunquam poterit, quam diu in infelici peccatoris statu persistit. Nam ad hoc ut quis vera sit nobilitate illustris, requiritur ut idem ille sit virtuosus, atque ab illo jugo, quod nobilitatem homini totaliter adimit. Quintianus Agatham ignobilem fœminam esse judicabat, quia servili illam videbat habitu indutam, & minimè certè erraret, si sanctam hanc virginem peccati servum arbitrati potuisset: Quia verò ipsa ei serviebat, *cui servire regnare est*, non verò peccato, cujus servitium vera dici servitus duntaxat meretur, ideo in hoc suo judicio magnoperè erravit. *Ille clarus, ille sublimis, ille nobilis, ille tunc integram suam nobilitatem putet, qui dedignatur servire vitiis, & ab eis superari*, inquit Chrysostomus.

Cicero de Invent.

Luc. 15. v. 22.

D. Chrysost. apud Chassan. parte 5. Consi. 4.

D. Bernardin. Tom. 4. serm. 18.

5. Nemo est qui ignoret, sacris esse vetitū canonibus, ne Ecclesiastici ordines conferantur iis, qui in servili sunt conditione constituti. Unde Concilium Toletanum inquit: *Clericum fieri non permittitur, nisi ante clericatum ingenuitatis dignitate potiatur.* Verum dicat hic aliquis, quamobrem servi ordines Ecclesiasticos recipere nequeunt? Respondeo igitur rationem hujus esse posse, tum quia non convenit, ut qui divino se-

De ser. non ordin.

ſe ſervitio addicit, ſua quoque debeat ſervitia hominibus; Neque enim corona bene illius corporis capiti congruit, cujus pedes catenæ ſunt innexi ſeu ſubjecti: tum etiam quia eo ipſo quo ſervi ſunt, nobiles eſſe non poſſunt; nobilitantur autem quotquot in clericalem ordinem adſcribuntur. *Nobilitas cauſatur ex clericatura, ex eo, quod qui eſt Clericus, efficitur nobilis,* ut aiunt legiſtæ. Etenim ſi mulieris illius tantoperè à Salomone celebratæ maritus, ex eo quod ſederet inter ſenatores terræ, nobilis verè reputabatur: *Nobilis in portis vir ejus, quando ſederit cum ſenatoribus terræ,* quanta igitur clerici nobilitate conſpicui erunt, dum ſacro altari miniſtrant, ſuumque inter cæleſtis gloriæ ſenatores locum obtinent? Unde quia ſervitus & nobilitas, quaſi duo contraria in eodem ſubjecto aggregari & conjungi nequeunt, ſervi quoque per conſequens clerici fieri non poterunt. Obſervandum eſt autem de illa ſervitute nobis hic ſermonem eſſe, per quam unus homo alteri ſubjicitur, quæ comparata cum ſervitute peccati, valdè adhuc eſt honorifica & honeſta. Unde colligitur quod ſi is, qui alteri homini aliqua eſt ſervitute obſtrictus, nobilis eſſe nequeat, multo minùs nobilis cenſeri poterit, qui peccati eſt ſervus, tali nimirum ſervituti ſubjectus, quæ non minùs damnoſa eſt, quam vituperoſa & turpis.

Chaſſan p. 8. Conſid. 26.

Prov. 31. v. 23.

6. Porrò quia paulò ante de filio prodigo mentionem fecimus, nunc de eodem ſive de ejus parabola, ex Simone de Caſſia aliud quoddam punctum propoſito noſtro digniſſimum adducamus in medium. Hic enim Doctor nominatus bene obſervat ex S. Luca, quod videlicet miſerabilis hic juvenis à domo ſua paterna procul conſtitutus, à viro quodam, cujus ſe ſervitiis, dum fame ferè enecatus & nudus eſſet, manciparat, in villam quandam fuerit dimiſſus: *Miſit eum in villam*; ideoque circa hæc verba hunc in modum dubitans, dicit. Videtur vir ille magnum commiſiſſe errorem, dum juvenem hunc nobilem, quem in civitatem amandare debebat, in villam miſit. Hic namque adoleſcens, prout credibile eſt, in domo nobiliſſimi Patris ſui, in magis præcipua totius Provinciæ civitate, delicatiſſimè fuerat enutritus, ac proinde in civitatem, non verò in villam quandam, qualem fortaſsè nullam hactenus viderat, mitti debebat. Tandem verò omnibus rite conſideratis concludit, ipſum non niſi in villam quandam amandati debuiſſe, quia quotieſcunque homo aliquis imprudens & ſtolidus, cæleſtem civiliratem & urbanitatem animæ deſerit, Chriſtianarumque virtutum atque operum bonorum exercitium intermittit, & vitiis attendit, aut deditus eſſe incipit, ex nobili fit villanus & ruſticus: *Cùm homo recedit ab urbanitate cæleſti, merito villanus in terrenis efficitur.* Unde quia adoleſcens hic prodigus ex vituoſo peccator effectus fuerat, conſequenter erat in villanum tranſmutatus; quonam congruentius mitti poterat quam cum cæteris villanis in villam. Nobilis peccator, nihil in ſe nobilitatis retinet, ſiquidem non ſecus ac ruſticus quidam agricola, aut villanus, operam ſuam omneſque cogitationes ſuas circa terram & terrena occupat, extra terram verò quid faciat ignorat. Omnis ejus cura circa res verſatur corporales, animam verò perdere non curat, utpotè illius ſicut & vitæ ſpiritualis totaliter oblitus. Atque ob hanc animi ſui vilitatem & dejectionem ad talia ſe opera minimè erigit, quibus animi verè nobiles & generoſi deditiſſe ſolent. Malè educatus non reſpondet iis, qui ei obſtatus ſui conditionem, exhibentur honoribus; atque ideo cum Deum, qui tantis ipſum hic in terra honoribus & beneficiis eſt proſecutus, meritò omni poſſibili reafficere honore & reverentia deberet, eundem peccatis ſuis continuis offendit & ignominia gravi afficit. Nobilitas virtutis ſocietate deſtituta non eſt nobilitas, ſed potiùs craſſa quædam, ut ita dicam, ruſticitas.

Luca 15. v. 15.

Simon de Caſſia. lib 6. de geſtis Chriſti cap. 16.

7. Regius Propheta David adeò de felici ſua cum Deo conjunctione gaudebat & delectabatur, ut dicendum ſibi putarit: *Mihi autem adhærere Deo bonum eſt*; quaſi diceret. Me quod attinet, aliud in hoc mundo bonum nolo, nec aliam ulla in re ſatisfactionem aut conſolationem deſidero, quam ut cum Deo meo jugiter conjunctus eſſe poſſim. Verum cur obſecro hanc cum Deo conjunctionem tantoperè deſiderabat? ob multas ſanè rationes. Quia veluti alter quidam Job, hinc ſibi promittebat animi gene-

Pſal. 72. v. 23.

genetositatem, ut juxta Deum constitutus, securè cum quovis sibi insultante adversario esset dimicaturus & reportaturus victoriam. Unde David hisce verbis idem dicere volebat, quod Jobus ait, quando Deum est hunc in modum allocutus: *Pone me juxta te, & cujus vis manus pugnet contra me.* Antheus ab Hercule superari minimè poterat, quando ut fabulæ Poeticæ somniant, terræ matri suæ vicinus fiebat; sic nec David à Dæmone vinci poterat, quamdiu cum Deo genitore suo conjunctus erat. Vel quia abundantissimè se divitem esse reputabat, quando juxta eum positus erat, à quo velut opulentissima vena omnia quæ in cælo & in terra possidentur, bona procedunt. Nec immeritò tunc se confidebat futurum opulentissimum. Sicut enim illi in hoc mundo divitiis quam maximè abundant, qui Principi propiores assistunt, ita quoque præaliis quàm maximè locupletabuntur, qui Principum Principi proximè appropinquant. Aut verò conjunctionem istam cum Deo desiderabat ideò, quia semper vivere unicè appetebat, Deus enim vita est, & vita quidem æterna, atque ideo quisquis ipsi propinquus est, mori non timet. Sicut sitim non timet, qui fonti est vicinus, nec famem formidat, qui mensæ bene cibis instructæ accumbit. Sarmentum quoque ut vitem suam prorogare valeat, viti necessariò conjunctum esse debet. Denique juxta Deum stare unicè optabat, quia egregiè se inde nobilitandum esse intelligebat? Et meritò: quodsi enim qui mundano alicui Principi, in quocunque tandem aulæ officio occupati assistunt, magnâ sibi inde nobilitatem adsciscunt, quâ igitur ratione nobilitabuntur, qui Deo, cui omnes tam cœli quàm terræ Principes serviunt & obediunt, assistere & proximi esse merentur? Audite hac de re scribentem Chassanæum. *Adharentes Principi, etiam in quocunque minimo officio, dicuntur nobiles; ergo multò fortius istud procedit, in servientibus summo Principi, cui etiam Principes cæteri servire debent.* Tametsi David optimè suæ sibi conscius esset nobilitatis, utpotè qui se à tot magnatibus progenitum esse, regnique eadeò famosi Principem se esse optimè noverat, se tamen verè nobilem esse minimè reputabat, nisi Deo quoque proximus fieret. Optimè sciebat humanam nobilitatem quoties à Deo aberrat, nobilitatem nequaquam esse, quia ad hoc ut homo verè sit nobilis, opus est ut Deo sit propinquus. Unde cùm evidens sit, quod sicut peccatum à Deo elongat & separat, ita virtus hominem Deo adducat, & cum ipso conjungat, necessum est dicere hominem virtuosum verè nobilem, vitiosum autem verè ignobilem esse, cum hic à Deo procul absit, ille vero Deo proximè assistat. Seraphim sunt nobilissimi & dignissimi totius cælestis curiæ Principes, eò quod præ aliis sint Deo proximiores; Hanc autem ad Deum approximationem minimè mererentur, nisi alios quoque in virtutibus præcederent; Ideo enim Seraphim Deo viciniores existunt præque aliis magis nobilitantur, quia ardentissimâ erga Deum charitate præ cæteris ardent.

Job. 17. v. 3.

Chassan. ibid.

8. Legum Ecclesiasticarum glossa virum nobilem, religiosum postea factum, nobilem amplius non esse dicit: *Nobilitas tollitur per Monachatum.* Est autem locus iste admodum difficilis, nec video quâ ratione subsistere possit. Quâ enim æquitate fieri potest, quod homo factus Religiosus nobilitatem amittat, cùm eam potius ab illo statu magis adaugere, vel saltèm conservare deberet. Quodsi enim gratia, nec non & gloria naturæ bona non tollit, sed potius confirmat, quomodo gratia Religionis, tollere nobilitatem poterit à Religioso quem Natura eâdem nobilitate donavit? Nobilis semper esse debet, in quocunque demum loco, aut in quocunque sit statu. Leo ex sylva deductus ad caveam, suam nequaquam perdit generositatem, & perdet eandem homo è mundo translatus ad claustrum? Respondeo igitur, quod dum Monachus perdere nobilitatem dicitur, non tam perdere, quàm acquirere illam dicatur: Mundanam perdit & cælestem nobilitatem acquirit, qua comparata mundana perdita videtur, quia non apparet. Ex eo quod homo aliquis nobilis virtutum acquirendarum gratia, è mundo recedens, Deo se vicinum reddit, adeò se per hanc ad Deum approximationem illustrat atque nobilitat, ut mundana in eo nobilitas obscuretur, nec amplius in eo appareat; adeoque in hoc facto majus lumen obfuscat

De Purg. Canon.

minus ut discerni non possit, sicut dum sol suos in nostro Hemisphærio radios vibrat, minutiora lumina obscurantur, & videri nequeunt. *Ut stellæ medio solis, sic bona corporis in virtutum splendore, nec cernuntur quidem,* inquit Cicero. Adeò est excellens à virtutibus prognata nobilitas, ut terrestris nobilitas ad eam compatata minimè appareat. Virtus itaque non sanguis verè hominem nobilitat, ideoque cui illa deficit, verè nobilis esse minimè poterit.

Cicero.

9. Auscultetis velim terribiles quas Deus populi sui magnatibus per os Isaiæ Prophetæ sui intentat minas: *In die illa auferet Dominus ornamentum calceamentorum & lunulas.* Qualia sobsecro lunæ hæc ornamenta erant, quæ Deus ab Hebræorum calceamentis tollere comminabatur? Erant certæ quædam fibulæ in forma mediæ lunæ formatæ, quibus Hebræi populi nobiles, in signum nobilitatis suæ calceamenta sua ligabant. Quia igitur Hebræi adeò de sua nobilitate superbiebant, illosque Deus humiliare decreverat, hæc illis verba ingeminavit. Porrò lunæ ad pedum ornamentum gestatio, mos fuit antiquissimus Arcadum & Romanorum ab Evandro descendentium. Quia enim luna humanæ nobilitatis symbolum est, ideo antiqui nobiles ad calceorum ornatum medium lunam gerebant. Quia enim luna nunc illustris & mox obscura, tertenam nobilitatem aptissimè significat, in qua tantoperè homines gloriantur, quæ nunc illustris, mox verò obscura est. Quemadmodum enim tot & tot sunt familiæ, quæ olim claræ fuere, nunc autem sunt obscuræ & ignotæ: ita quoque veniet tempus, in qua resplendentes hodie familiæ, etiam obscurabuntur, iisque familiis à quibus hodie servitia & obsequia accipiunt; velut servi reciproca denuò servitia exhibere debebunt. Unde quisque nobilitatem suam jactat, non de proprio, sed splendore gloriatur alieno (ad instar illius alienis exornatæ pennis corniculæ, aut sicut Asinus apud Æsopum, qui ut ab aliis sibi animalibus reverentiam adsciisceret & honorem, leonis sese contexit exuviis) aptissimè per lunæ symbolum proponitur, quæ à semetipsa obscura existens, adventitio, id est, quod à sole recipit, Lumine adornatur, vana risuque digna est, quæ non in propriis sed in alienis bonis fundatur, gloriatio. Nobilitas hodie in tam exiguo à nobilibus servatur respectu, ut cum diversis ut plurimum sceleribus cernatur conjuncta: Estque velut pictura quædam, cujus sine umbra non videntur colores. Est luna quædam cujus lumen tot videtur umbrarum commaculatum fuligine. Porrò dum luna soli propinquior facta obscuratur, tacite innuit, quod hujus mundi nobiles propè à Deo summo sole constituti sanguinis sui splendorem amittant. *Ut jumentum factus sum apud te,* dicebat nonnemo ex Principibus nobilissimus valdeque inclytus; Nihili enim apud Deum valet aut æstimatur illa nobilitas, quæ in sanguinis est generositate fundata, sed ea tantum quæ suam in virtutum splendore radicem habet, neque enim bona nostra è nostris sunt progenitoribus æstimanda. Tandem verò observandum, quod veteres humanam nobilitatem symbolicè expressuri, communiter non lunam plenam, sed dimidiatam efformare consueverint: *Lunulæ erant fibulæ eburneæ corniculantes instar lunæ,* inquit Alexander Neapolitanus; idque ut per hoc significarent nobilitatem partim in illustribus à parentibus, sive majoribus derivatis consistere natalibus, partim verò in eximiis virtutum ornamentis, eumque qui sanguine tantum nobilis esse noscitur, non verò virtutibus, semi nobilem duntaxat esse, utpotè cui, ut completè & perfectè nobilis evadat, necessum est, ut virtuosus quoque simul existat.

Isaiæ 3. v. 18.

Psal. 72. v. 23.

Alex. ab Alexandro Gen. lib. 3. c. 18.

10. Etenim dubium quoddam hoc in loco mihi subnascitur, nequaquam spernendum. Ex quo enim Hebræi à Sem Noëmi primogenito velut filii fuerint progeniti, cur illos Deus in scriptura filios Cham appellat? Cur inquam ore Ezechielis Prophetæ eisdè dixit: *Radix tua & generatio tua de terra Chanaan, pater tuus Amorrhæus?* Cùm enimipsi processerint à viro quodam non minus magno, quàm illustri & virtuoso qui gentem suam tantoperè honorabat, eur eosdem filios appellat Chanaan, viri nimirum vilissimi & vitiosissimi, Deo exosi, atque à Patre maledicti, & in perpetuam servitutem condem-

Ezech. 16 v. 3.

condemnati? Quâ ratione divina majestas, populum illum adeò nobilem, cujus sanguis à tam illustri fonte scatuiit, tanquam vilem & ignobilem d ffamare potuit? respondeo attamen, quin Hebræi ex Sem non verò ex Chanaan processerint, dubitari non potest, nihilominus Deus illos non filios Sem, sed Chanaan appellare voluit, quia nequaquam boni, sed vitiosi erant neque enim Deus aliquem ejus appellare filium consuevit, è quo natus est, sed illius potiùs cujus vitam imitatur & mores: *In sacra literatura,* inquit Doctor quidam modernus, *frequenter ille ejus dicitur filius, cujus exprimit mores & ingenium.* Unde quia Hebræi non Sem imitabantur, sed vitiosi Chami mores exprimebant, ideo non filii Sem, sed filii Chã sunt appellati. *Radix tua & generatio de terra Chanaan.* Audite hac de re loquentem Rupertum: *Deus non stirpem carnis, sed mores attendit animi, quamvis Iudæi secundùm carnem de stirpe Sem per Abram processerint, nihilominus inter pastores Cham reputantur.* Deus non ad nobilitatem sanguinis, sed ad morum attendit sanctimoniam & perfectionem, atque ideo in regno Dei homo aliquis vitiosus à nobili alias stirpe prognatus, non alio loco habetur, quàm quo homo aliquis obscurus, abjectus atque ad perpetuas catenas condemnatus, aut ab ignobili & obscura parentela oriundus. Ab argento stannum nascitur, & quantumvis patet sit nobilis, vilis tamen est filius. Fumus itidem adeò obscurus & deformis omnique prorsus lumine destitutus, suam ab igne progeniem ducit, qui adeò est splendens coruscus & spectabilis. Mirum itaque non est, Deum te æstimare ignobilem, si à patre nobili natus, non fueris virtuosus.

Sanctius in cap. 16. Ezech.

Rupertus in Ioel lib. 1. c. 3.

11. Ad modum velim attendatis, quo cum scriptura sacra de Antiocho Rege loquitur: *Post Seleuci vitæ excessum, susceptit regnum Antiochus, qui nobilis appellabatur.* Neque enim ipsum vere nobilem fuisse asserit, sed tantum ipsum nobilem appellatum fuisse dicit: *qui nobilis appellabatur,* quasi verè nobilis nequaquam fuisset. Verum quomodo id possibile esse dicemus? Ergone rex aliquis potentissimus, tot nobilium nepos illustris nobilis non erit? non illum dicemus nobilem, cui tam præsto erant tot nobilium obsequia & servitia, quique nobiles pro suo arbitrio creare poterat? utique sacræ Scripturæ vestigiis insistendo dicendum est; illum tametsi nobilis passim appellaretur, vere tamen nobilem nequaquam fuisse, quia nimirum homo impius, perfidus, crudelis, facinorosus, & magnus Dei inimicus erat; nam si lib 2. Machabæorum legeritis, invenietis utique quam fuerit sceleratus, quot homines innocenter tormentis subjecerit, & occiderit, quot æ rumnas Dei populo & templo intulerit. Atque ideo tametsi quidem vir talis appellari, & communi hominum opinione æstimari nobilis possit, vere tamen nobilis esse nequit, ob virtutum defectum, quæ verè hominem nobilitant, veritatis istius intelligendæ Marcus Tullius Cicero adeò capax fuit, ut dicere non dubitaverit: *Qui nihil aliud habet, quàm majorum imagines, opinione verius nobilis est, quàm re. At qui virtute præditus est, unde manat illa vulgaris nobilitas, germanam ac nativam habet nobilitatem.* *Cicero.*

12. Porrò sicut homo vitiosus à nobilibus parentibus progenitus, minimè nobilis est, sed ignobilis est censendus, ita vir virtuosus à majoribus ignobilibus & obscuris editus, nobilis æstimandus venit, non verò ignobilis. Pro cujus probatione sciendum, quod ex quo Rex Saul invidiæ stimulis agitatus, Davidem fatali ad mortem usque odio prosequebatur, factum est, ut quotiescunque de Davide per ipsum sermo fieret, Saul eum non proprio nomine appellarit, uti fieri solet, dum sermo nobis est de homine aliquo familiariter noto, sed illum Isai filium semper nominarit: sic dum vice quadam cum Jonatha Principe filio suo loquenti Davidis mentio incideret, dicebat: *Cur non venit filius Isai, nec heri, nec hodie, ad vescendum.* Cur obsecro Davidem eo modo, & non proprio potius nomine appellabat? Nimirum ut eum vituperaret, contemneret & veluti rusticum, obscuroque sanguine satum, notaret; utpotè qui filius erat Isai viri plebei, atque in abjecta & obscura conditione constituti. Verùm enimverò turpiter hallucinabatur, inquit Chrysostomus, quia David

2. Mach. 3 v. 7.

1. Reg. 20. v. 27.

utpotè Saule longè virtuosior, ille quoque longè nobilior erat, nobilitate videlicet vera consistente, non in illustri majorum prosapia, prouti ipsi quidem licet erroneè videbatur, sed in virtutum thesauro: *Sperabat ut hoc facto justi fama contaminaretur: haud intelligens hominem nobilem, illustremque reddi solere non progenitorum claritate, sed animi virtute.* Sicut igitur is, quem vulgus nobilem æstimat, cùm sit vitiosus, nobilis non est; ita qui virtutibus est illustris, nobilis verè est dicendus, tametsi promiscuè habeatur ignobilis. Vitium nobilitatem à nobili tollit quam virtus ignobili præclarè attribuit. Cùm enim vitium umbra, virtus verò lumen sit, necesse est, ut sicut vitium, id, quod illustre est, obscurat, ita virtus illustret, quod obscurum videtur. Unde quia Stoici se solos virtuosos esse intelligebant, sibi quoque persuadebant se solos nobiles esse.

D. Chrys. hom. de David & Saul.

Matth. 1. 13. Sacri expositores circa caput primum Matthæi, ubi in arbore Genealogica Christi duæ depinguntur mulieres peccatrices, Thamar nimirum & Bersabee, dubitare communiter solent, & dicere: Qui fit, quod sacer Chronista duas hasce quondam infames mulieres, veluti cælestis regis avias cæteris adjungere non erubescat? utpotè, qui easdem & pro honore & reputatione Salvatoris nostri omittere, & non nominare poterat, imò debebat; rivulus à turbido quodam fonte scaturiens parvi æstimatur, neque magni fit ab arbore vitiosa productus fructus: lumen quoque oculis nostris minus candidum apparet, quod à sole procedit nubibus cooperto & contecto. Nolebat quondam ex Imperatoribus nonnemo, ut suæ progeniei accuratius institueretur examen, ne fortè cæteros inter progenitores suos, etiam sutor aliquis occurreret, sicque nobilitatis suæ excellentiæ aliquid deperiret. Evangelista igitur, dum in arbore Genethliaca Salvatoris, duas hasce malas interserit mulieres, ejusdem obscurasse & deturpasse nobilitatem videtur. Verum respondetur: ita quidem primâ facie videtur, sed revera ita non est, sanctus namque Matthæus optimè intelligebat veram nobilitatem, non à progenitoribus nobilibus & illustribus, sed à propria virtute procedere, atque ideo volebat hujusce doctrinæ veritatem declarare, simulque innuere, quod parentum nostrorum vilitatem non debeamus erubescere, sed potius ad hoc conniti, ut in virtutibus eximii simus & illustres, utpotè è quibus nobilitas comparatur, quavis alia nobilitate longè major & excellentior, atque ideo duas hasce mulieres ejus asseruit familiæ, ad cujus nobilitatem nemo hominum valet attingere. *Hoc ait, ut doceat,* inquit Theophylactus, *quod non debet erubescere propter progenitores, sed dare magis operam virtute suâ illos clariores efficere & quod omnes accepti sunt Deo, etiamsi è scorto nati, modò virtute sint præditi.* Aurum metallum pretiosissimum, suum nequaquam, quod de terra nascatur, pretium perdit, sed adauget potius, splendorem in semetipso exhibens, cujus ipsum à matre omnis lucis experte, nullum habere poterat participium.

Theoph. in cap 1. Matth.

14. Cur obsecro Beatissimæ Virginis unigenitus filius Christus Jesus in Nazareth nasci voluit, cùm tamen ibidem non tantum mater sua, verum etiam omnes sui nati fuerint progenitores? Ex quo ipse flos quidam erat, qui in conspectu Angelorum & hominum veluti novum & stupendum mundi ornamentum florere debebat, convenientius esse videbatur, ut in civitate quadam nasceretur florida, id est, in Nazareth, quæ florida interpretatur. Præterea ex quo Christus in Nazareth nutriendus erat, æquum fuisset, ut ibidem quoque nasceretur, ut eundem locum novitate sua honoraret, quem suâ consecraturus erat educatione. Verum enimverò alio spectabat intentio Christi: ipsa namque non nascens, sed crescens florere decreverat, atque ideo in Bethlehem nasci, & in Nazareth educari volebat. Illustrem voluit non natalem, sed educationem & conversationem; quantum enim carnalem nobilitatem contempsit, tantum pro eo quod virtutum lucro & incremento obtinetur, sollicitus fuit, *Christus noluit florere secundùm carnalem originem, sed secundùm virtuosam conversationem, ideo in civitate Nazareth voluit educari, in Bethlehem autem nasci,* inquit Abulensis. Qua in re nos Christus ab infantia & fasciis suis erudire voluit, veram nobilitatem non

Abul. q. 4 in Matth.

à loco

à loco aut à ventre unde naſcimur, procedere, ſed à bona & virtuoſa educatione.

15. Ingenuè Catholica fides noſtra confitetur, quod Chriſtus Deus ſit & homo; & quod tam verus ſit Deus quàm verus eſt homo, ab æterno à patre genitus, à matre autem in ſæculo ſeu temporaliter natus ex utraque generatione inſigni nobilitate conſpicuus, & tali quidem, ut ad eam nullus quantumcunque nobilis generis ſui excellentia pertingere poſſit: Sicut enim inter omnes Beatorum ſpirituum exercitus nullus reperitur princeps, Deo Chriſti Patri in nobilitate æqualis; ita quoque terra creaturam aliquam ejuſdem ſeu paris cum B. Genitrice nobilitatis nunquam habebit. Verum enimverò quodſi deinde duas haſce nobilitates ſimul conferamus, eam quam à Patre Chriſtus recepit, tanto ſplendore reperiemus conſpicuam & illuſtrem, ut eam quam à matre habet nobilitatem prorſus obſcuret, adeò ut ex humana ſui propagatione ignobilis potiùs, quàm nobilis appareat. Quod cùm ita ſe habeat, quænam igitur eſt ratio quod Chriſtus de ſemetipſo loquens ſe non Dei ſed hominis filium ſemper nominaverit? Cur non potiùs ad majorem ſui gloriam ſe hominis aut virginis filium eſſe diſſimulabat, ſeque profitebatur verum eſſe Dei filium? Quodſi enim homines à patre ignobili & nobili matre progeniti intermiſſo vel diſſimulato patris nomine, matris ſibi nomen adſciſcunt, cur Chriſtus contrarium hujus ſemper faciebat? nimirum ut nos, à quibus in tanta æſtimatione habetur mundana nobilitas, ſtultitiæ noſtræ commoneret & reprehenderet, qui veluti mulus aliquis ex aſino & equa genitus, patris utpotè ignobilis denominatione omiſſa, matris tanquam nobilis nomen vobis vendicare ſolemus *Contranos*, inquit Hugo: *qui ſemper à majore generis noſtri nos nominamus, Dominus dicebatur filius hominis.* Quaſi inſinuare nobis voluiſſet hominem non ideo à nativitate nobilem eſſe, quod à nobili proſapia proceſſerit, ſed potiùs quod virtutibus, à quibus tantum vera procedit nobilitas, factus fuerit illuſtris. Id quod adeò verum eſt, ut ſi homo aliquis vitioſus per impoſſibile eſſe poſſet Dei filius, hic tamen ob ſolius virtutis defectum nequaquam eſſe nobilis poſſet. Audite Euripedem.

Hugo in c. 3. Matth.

De nobilitate parum laudis prædicare poſſum,
Bonus enim vir mihi nobilis videtur,
Qui verè non juſtus eſt, licet à patre meliore,
Quam Iupiter ſit, genus deducat, ignobilis mihi cenſetur.

Euripedes in Dyctior

16. Stoicorum doctrina eſt, nobilitatem verum eſſe partum virtutis: nobilitatem ex ſola naſci virtute, dicebant, ut Chaſſanæus ſcribit. Unde quia virtus in generatione nobilitatis, eodem modo ſe habet, quo ſol in generatione luminis, ideo ſicut deficiente ſole, lumen quoque ſimul deficit: ita quoque deficiente virtute, ipſa quoque deficit nobilitas: *remota cauſa removetur effectus.* Homo igitur, cui deeſt virtus, nobilis eſſe nunquam poterit. Ille autem ſolum nobilis erit, qui majorum ſuorum ſibi virtutes comparaverit, quibus illi nobiles fuere.

Chaſſan. in Catal. parte 8. conſid. 5.

17. Nobili eſſe proſapia natum, ſolum eſt quidam ad virtutes comparandas ſtimulus, quia in tantum hominem virtuoſum efficit, in quantum illi virtutum majorum ſuorum, unde hi ſuam acquiſivere nobilitatem, proponit exemplum, illumque ut illos imitetur, non verò à virtuoſis illorum operationibus degeneret, exſtimulat, quod documento & ſtimulo ignobilis caret. Una etenim ex graviſſimis culpis, quas ſacra Scriptura in Jeroboam impiiſſimo Iſraelis Rege reprehendit, hæc eſt, quod ſcilicet ſui regiminis tempore tales eligere ſacerdotes præſumpſerit, qui ex humili & ignobili erant progenie procreati: *Fecit Ieroboam phana in excelſis, & ſacerdotes de extremis populi.* Quiſquis locum hunc non bene ſatis conſiderat, neque ad ejus medullam uſque eliciendam penetrat, facilè judicabit Regem hunc immeritò à Scriptura reprehendi, quippe videmus quotidie, quod Eccleſia ignobiles eligens populoque proponens ſacerdotes, tanquam de re mala minimè notetur. Veruntamen quia reprehen-

3. Reg. 13 v. 31.

henſio iſthæc, non tam ad electionem, quam fecit, reſpicit, quam ad intentionem, quæ ipſum ad ejuſmodi electionem favendam permovit, jure fuit meritiſſimo reprehenſus. Jeroboam hic idololatra erat, atque non modicam populi Hebræi partem ad idololatriam ſeduxerat, qui proinde idola ſubintroducturus, pro falſis hiſce Diis ſacerdotes eligere volens, videnſque quod ſi ſacerdotes nobiles eligeret, illi quacunque etiam adhibita violentia, in hanc tam probroſam electionem, non eſſent conſenſuri, humilis viliſque & abjectæ conditionis homines eligere decrevit, utpotè quos ad quamcunque actionem quantumvis vilem & vituperoſam inclinandos eſſe noverat: *Rex ille, ut putabat, ſapienter ſibi providerat, ut & ſacerdotum multitudinem haberet, ſacerdotes ſibi de extremis populi fecerat: tales quippe quanto in plebe viliores, tantum ad honorem illum promptiores*; inquit Rupertus. Quodſi hic ad ejuſmodi ſacerdotium quærere ſtuduiſſet viros nobiles & generoſos, tales utique habere in promptu minimè potuiſſet, quia nobiles, utpotè qui majorum ſuorum ſemper æmulantur virtutes, ad turpes ejuſmodi vitioſaſque actiones inclinari nequaquam poſſunt. Nobilitas namque in multis nobilibus calcar quoddam eſt acutiſſimum & efficaciſſimum ad operum bonorum proſecutionem, & declinationem operum malorum, ne ab avorum ſuorum virtute degenerent aut devient. Unde colligere poſſumus, avorum nobilitatem nepotibus ſuis in tantum utilem eſſe, in quantum virtutem ſecum facili ſequela trahit, eandemque perſuadet. Sicuti enim ſi eadem nobilitas in majoribus ipſorum à virtutibus ſequeſtrata fuiſſet, nullum unquam in ipſis habere potuiſſet exordium, ita quoque hoc virtutum contubernio in filiis deſtituta, nequit perſeverare. *Non negabo* inquit Plutarchus, *nobilitatem generis initia duxiſſe à virtute, eadem fulciri, ejuſdem radiis illuſtrari.* Quaſi dicere voluiſſet. Nobilitas orbata virtutibus, murus quidam eſt ruinoſus, fulcro deſtitutus, qui diu nequit ſubſiſtere. Eſt accidens aliquod ſine ſubjecto, & nihil amplius: vitis quædam eſt ulmo carens, cadens proinde & per terram infructuoſè ſerpens. Conjicere adhæc inde poteritis eum, qui oculum ſuum ad virtutes majorum ſuorũ intuendas clauſum tenet, & ab honeſtate recedit, ne vel minimum in ſe nobilitatis habere, ſed ignobilem & vilem eſſe, tametſi filius eſſet auguſtiſſimi Imperatoris, aut ſuam ab Hercule originem traheret.

Rupert. l. 2. c. 4. in Oſeam.

Plut. lib. 1 de nobil.

18. Quanti olim Hebræi ſanguinis vetuſtatem & nobilitatem æſtimarint, vix deſcribi aliquâ ratione poteſt: neque enim aliud ore ſuo proferebant, aut arroganter jactabant, quàm quod Abrahæ filii ſint, filii inquam viri alicujus adeò eminentis, illuſtris, & virtuoſi, tamque excellentis amici Dei per univerſum mundum longè celeberrimi. Hinc frequentes illæ gloriationes. *ſemen Abrahæ ſumus*, & iterum: *Patrem habemus Abraham, &c.* Cur obſecro Hebræi illi de nobilitate ſua adeò ſe arroganter & præſumptuosè jactabant? quia nimirum ſcelerati & virtutum inopes erant, unde cum patris ſeu atavi ſequi veſtigia nollent, ſuos per ejus virtutes moliebantur tegere defectus, prouti multi hiſce temporibus artificiosè facere norunt, qui nobiles ſunt & vitioſi. *Mirum valdè eſt*, inquit Oleaſter, *quanti faciant homines titulos avorum & proavorum nobilium: nam quia volunt eſſe ut patres, volunt ſaltèm mala ſua tegere nominibus patrum, ut faciebant Hebræi.* Qui ſunt ejuſmodi, ſimiles ſunt aſino illi apud Æſopum, qui pigritiam & inertiam ſuam, generoſa leonis pelle obtegebat, mundanaſque & vanas imitantur mulieres, qui alienis capillis caput ſuum à propriis nudum tegere norunt. Denique ſunt veluti bene olentes Myropolarum ſeu unguentariorum pelles, quæ cùm ex ſeipſis fœtidæ ſint & graveolant, adulterium ſibi è Zibetio ſeu Liguſtro albo odorem mendicant. Unde Diogenes Cynicus nobilitatem, *velamen malitiæ*, appellare ſolebat. Qui virtutibus vacui, & vitiis onuſti, pro defectibus ſuis obtegendis & palliandis, avorum prætendant & allegant nobilitatem, nequaquam æſtimari nobiles debent, quia nobiles non ſunt; ſicut ſtatua aliqua lutea, quæ ad turpitudinem ſuam contegendam, auro veſtitur, non ob id cenſenda eſt aurea, quia luto non vero auro conſtat. Lupus, qui ſub pelle ovina, ut Chriſtus ait, in publicum

Ioan. 8. v. 33. Matth. 3. v. 9.

Oleaſter in cap. 48. Iſai.

Apophr. l. 3.

pro-

prodit, non ovis, sed lupus esse censetur, tametsi enim ovina pelle amictus, lupus tamen est, non ovis.

19. Porrò eadem occasione, qua de Hebræis agere cæpimus, alium quendam S. Joannis Apostoli & Evangelistæ locum studiosè ponderemus, qui de eisdem Hebræis tractat, nostroque proposito utilissimè deservit. Sanctus enim hic Evangelista cap. 9. Evangelii sui scribit, quod Christus die quam cum pertinacissima gente illa multis agens, dum inprimis illis, quod Deum non cognoscerent objecit, *Pater meus glorificat me, quem vos dicitis, quia Deus vester est, & non cognovistis eum*; Verbum illud, quod injuriosum quodammodo videri poterat, nihili prorsus fecerint, sed quasi non auditum dissimularint: at vero quando postea se ante Abrahamum fuisse subjunxit: *Antequam Abraham fieret, ego sum.* Audito eo verbo adeo indignati sunt & infremuerunt, ut nisi invisibiliter è templo se recepisset, ipsum utique sub denso quodam lapidom imbre interemissent. Mira profecto res ista! Id quod illos offendere minimè poterat, tanti æstimarunt, cum tamen quod injuriosis vapularent verbis, utpote infideles à Christo vocati, nihili fecerint? si Christus se ante Adamum, & non solum ante Abrahamum, fuisse affirmasset, idipsum veluti rem illos minimè tangentem, citra ullam injuriæ illatæ suspicionem dissimulare utique debuissent: at verò quod Christus illos Deum non cognovisse dicat, qui particulari Dei gratia & favore, Deum inter cunctas nationes soli cognoscebant, id tantam secum subinferebat injuriam, ut majorem pati minimè potuissent. Qui fit, igitur, quod ex eo unde justam capere indignationis causam potuissent, minimè ad iracundiam fuerint commoti, & tamen adeo postea infremuerint ex re aliqua, cujus nullum habebant interesse, aut quæ illorum, quasi nihil, intererat? respondeo furorem illum habuisse ortum suum ex nimia nobilitatis suæ apprehensione & æstimatione. Tanta namque erat illorum erga vanitatem istam affectio, ut nihil aliud sive in cælo, sive in terra tanti æstimarint. Atque ideo dum Christum se Abrahamo antiquiorem asserentem audirent, haud secus, ac si una cum primæva stirpe sua omnes aliqua ignobilitatis nota fuissent affecti, vehementissimo cæperunt furore exardescere & commoveri; cum tamen postea dum illos Deum ignorantes appellaret, nequicquam fuerint indignati: *Cum enim audierunt se Deum nescire, non ægrè tulerunt*, inquit Chrysostomus, *cum autem priusquam Abraham fieret, ego sum, perinde ac si ipsorum nobilitas degeneraret, exasperantur & lapides jaciunt in Jesum.* Major nobilium pars hodie una cum Hebræis nihili ducit conscientiam, sed nobilitatem solam maximi æstimat. Cum enim nonnulli, tam pro salute animæ, quam pro Dei servitio, se ne latum quidem, ut ajunt, unguem è loco suo moveant: in puncto tamen nobilitatis vitam suam periculo exponunt, seque miserè occidi, damnari, nequicquam curantes, permittunt. Radbodus Frisonum Dux in puncto conservandæ nolitatis potius cum idololatris proavis suis damnari, quam simul cum pauperibus humilibusque peccatoribus salvari elegit, prout S. Wulfranno Archiepiscopo temerè annuntiari præcepit.

Ioan. 8. v. 52.

Ioan. ibid. v. 59.

Chrysost. hom. 54. in Ioan.

20. Porrò quia ejusmodi homines ex natalibus quidem suis nobiles, ignobiles vero sunt æstimandi, ob tanta tamque enormia, quæ quotidie committunt & multiplicant scelera, jure meritò omnes Dæmones & non homines dici possunt. Dæmon enim partim est nobilis, partim vero ignobilis; nobilis est per creationem, propter scelera vero sua omnino ignobilis. *Diabolus nobilis est, quoad creationem, ignobilis quoad vitia.* inquit Doctor Seraphicus. Et verè equidem Dæmones appellari possunt, quia superbi sunt, pro primatu contendunt, de primis locis litigant, ad altiores sedes semper anhelant, nemini cedunt, omnes contemnunt, atque à quovis obvio honorari & adorari haud secus ac Dæmones concupiscunt. Imò vero quodsi paulò attentius ad illos attendere defectus velimus, quibus hisce nostris temporibus nobilitatem obnoxium & associatum esse communiter, & ut plurimum videmus, illos Dæmonibus etiam pejores esse inveniemus? Scitisne causam, cur Dæmon, qui Christum

D. Bonav. Dom. 17. post Trinit.

ſtum vanæ gloriæ, ambitionis, & avaritiæ tentationibus impetivit, eundem de luxuriæ inquinamento nequaquam tentaverit? Ratio hujus eſt, quia ut nonnulli Doctores opinantur, Dæmon ille tentator Lucifer fuit inferni princeps, qui priſcæ nobilitatis ſuæ memor, homines una cum aliis ſpiritibus infernalibus collegis ſuis de ſtam fado ac turpi peccato tentare dedignatur, & quaſi erubeſcit. *Dicunt aliqui Doctores*, inquit S. Bernardinus, *quod ſunt aliqui Dæmones, qui memores ſuæ antiquæ nobilitatis tentare de luxuria dedignantur; & eſt ſignum adhuc quod Lucifer tentans Dominum, non dicitur eum tentaſſe de vitio carnis.* Nonnulli Dæmones coercente illos congenita eis nobilitate, homines ad carnaliter peccandum inſtigare dedignantur; & tamen hujus ſæculi nobiles, tot, tamque variis in modis turpi hoc vitio inquinare ſe minimè erubeſcunt. Nullus illis naſcitur pudoris aut verecundiæ rubor, ſi muliere abutantur aliena, ſi conſtuprent virginem, ſi cum ipſismet ſeſe conſanguineis turpiter & ſcandaloſe commiſceant. Dæmoni, prouti in hiſtoria Jobi legitur, permiſſum non eſt hominem occidere; & hiſce quaſi quovis Dæmone pejoribus, ab officialibus circa legum obſervantiam parum zeloſis, & potentiam ipſorum formidantibus, permitti ſæpè debet, ut tot occidant & tantos. Dæmon ex homine præter animam nihil aliud deſiderat; hi vero & animam involant & corpus, dum pro perverſiſſimis cogitationibus & deſideriis ſuis opere adimplendis talia à ſervitoribus ſuis obſequia poſtulant, in quibus ſimul cum corpore, ipſa quoque anima periclitatur. Quidnam igitur nobilitas vitio ſtipata & aſſociata homini proderit, quando illa hominem Dæmonem imo Dæmone pejorem reddit?

D. Bernar din p. 4. ſerm. 21. extr.

SERMO

SERMO II.

IN DOMINICAM III. ADVENTVS

THEMA.

Tu quis es? Joan. 1.

ARGVMENTVM.

Meliùs nobis foret, si non tam ad facta aliena, quam ad noſtra propria attenderemus.

I. REferunt Hiſtorici, in templo Apollinis Delphici aureis literis deſcriptam fuiſſe hanc ſententiam: *Noſce teipſum.* Porrò documentum iſtud, meritò in templo & non alibi ſcribi debebat, & quidem in templo Dei cujuſdam, & talis quidem Dei, qui luminoſus erat, cuique à gentilitate cæca attribuebatur ſapientia. Et primo quidem ſententia iſthæc in templo deſcripta fuit, ut vel ſic moneretur homo, eum, niſi cognoſcat ſemetipſum, indignum eſſe qui templum ingrediatur; cum enim, qui hac notitia non pollet, prophanus ſit, *à Phano procul* abeſſe debet. Quamdiu enim homo in conſcientiæ ſuæ ſpeculo ſe non reſpicit, ſeque proinde non abſtergit, emundat & exornat, in templum, in quo Deus ille adorabatur putiſſimus, qui ſuum à puritate nomen ſortitur, ingredi non poterat. Conveniens quoque erat, ut doctrina iſthæc de cælo dilapſa, in templum, quod cæli ſymbolum eſt, collocaretur, tum ut hac ratione oſtenderetur eſſe divinum, tum etiam ut inſtrueremur, quodſi huic monito in corde noſtro dederimus locum, taliter ab omni terrena labe & fæditate ſumus expurgandi, ut veluti cælum quoddam eſſe videri poſſimus. Præterea monitum iſtud non in quovis templo, ſed in templo Dei luminoſi deſcriptum erat, qui ob luminis ſui exceſſum ab oculis noſtris videri minimè poterat, quaſi Deus moniti illius verbis quemlibet ingredientem allocutus dixiſſet: quiſquis es? qui huc ingrederis, eum me in memetipſo videre non poſſis, in temetipſo me utique videbis, ſi bene intuitus me fueris, me cognoſces, ubi te cognoveris: meam namque imaginem propriè valde in te expreſſi, adeo ut originale, quod in me es, utique viſurus ſis, dummodo copiam, quæ in te eſt, aſſiduè inſpexeris. Deniq; ſententia iſthæc in templo talis Dei deſcripta fuit, ad quem mundus præſentia, præterita atque futura ſciendi, cupidus confugere ſolebat, ut hac ratione monerentur homines, ne inutilium vana-

rumque rerum cognitioni operam darent, sed potius rerum necessariarum lectioni dediti essent, atque in libro notitiæ suimetipsius assiduè studerent, utpote quæ sola homines perfectè sapientes reddere valeret. Rerum quippe alienarum investigatio curiosa nil prorsus hominem juvat, quando ea, quæ propria sunt & sua, ignorat. Tempus illud malè collocatur, quod ut sciamus, quod alii sint, vel faciant, impendimus, dum quid vel quales ipsimet simus ignoramus? Unde sibi bene consulit, qui aliena facta respicere dedignatus, ad sua solummodo attendit. Unde sicut Moyses prudentissimus erat, cum diceret: *Quis sum ego?* Ita econtra Hebræi valde insipientes erant, quando Joannem interrogarunt: *Tu qui es?* Quantum enim propria sui ipsius notitia homini utilis est & proficua, tantundem adhibita circa facta aliena inquisitionis curiositas, inutilis & noxia.

Exod. 3. v. 11. Ioan. 1. v. 10.

2. Deus Moysi in libro Levitici præceperat, ut summo Hebræorum sacerdoti Dei nomine insinuaret, ut quotiescunque ad sancta sanctorum ingrederetur, præsentiæque divinæ majestatis suæ vicinior fieret, hoc unicum præ cæteris curæ ipsi esset, ut vitulum secum in conspectu Dei adduceret: *Ingrediatur cum vitulo filio bovis.* Oleastet præceptum istud audiens obstupescit, & dicit: Quid, ô Domine, summo sacerdoti cum vitulo negotii intercedit, quod ei præcipias, ut primum quod coram tua divina majestate ingressurus faceret, hoc esset, ut vitulum secum coram te adduceret? Cur non præcipis illi, ut ad te ingressurus, quam maximè curaret, ut opulentissima & ex multis coloribus jucundissimis contexta veste amictus & ornatus esset? Cur non mandas illi, ut ad te ingressurus, omnes primo clericos suos congregat, eorundemque societate stipatus, coram te appareat. Aut ut se in majestate & gravitate aliqua coram te sistat, quæ ei utpote vicario tuo tuam hic in terris personam repræsentanti, propriè conveniat? Deus, inquit hic Doctor, nec hoc, nec aliud quidpiam, à summo sacerdote coram se compatituro, primitus fieri desiderat, sed hoc tantum rigidè observandum esse inculcat, ut ingressurus ad Deum primo de adducendo cogitet vitulo. *Ingrediatur cum vitulo filio bovis.* Vitulum enim sacerdos conducere debebat, ut illum sacrificaret, & in hujus virtute sacrificii peccatorum suorum remissionem & condonationem à Deo impetraret. Atque ideo dum sacerdoti præcipit, ut omnium primo loco sanctuarium ingrediens, vitulum secum adducat, pariter eidem significare vult, magisque seriò tanquam rem majoris momenti præcipere vult, ut coram se cum perfecta imperfectionis suæ notitia compareat, id quod Deus in nobis quoque, quoties coram ipso præsentandi sumus, ante omnia alia quam maximè requirit: *Audis quibus muneribus, quibus ornamentis debeas coram Domino Deo tuo apparere? inprimis cum oblatione pro peccato. Optimus coram Deo ingressus cognoscere te peccatorem.* Sunt verba ipsiusmet Oleastri. Hæc sui ipsius notitia, dum coram Deo astamus, adeo Deo placet, ut vix os nostrum aperientibus, gratiam impertiatur, quam postulamus. Propriæ nostræ imperfectionis & ejus, quod verè sumus perfecta notitia, magnes quidam est, quocum è sinu Dei trahimus omnia dona, quibus indigemus. Est canalis quidam, per quem divinarum gratiarum aquæ, in animas nostras decurrunt. Est vera quædam Danaides gemma, quam secum deferens homo, magna valebit apud Principem gloriæ potentia, *ad quodlibet impetrandum.* Pharisæus, eo quod absque vituli hujus societate in templum ingressus, coram divina præsentia temerè se sistebat, nihil impetrabat; cum tamen publicanus de hocce vitulo bene provisus, obtinuerit, quidquid voluerit.

Oleast. in cap. 16. Levit.

Levit. 23. v. 3. Transl. Septuag.

3. S. Hieronymus videns, quod Deus unum ex Angelis suis, magnis illis Paradisi principibus, homini in sui custodem assignaverit, hominis dignitatem vehementer obstupescit, & dicit: *Magna dignitas animarum, ut unaquæque habeat ab ortu Nativitatis in custodiam suam Angelum delegatum.* Et revera magna est hæc dignitas, si attendamus, quod beati hi spiritus, non solum nos hic in terris existentes custodiant, à Diabolicis insidiis defendant, aliisq; adversatiis nostris ad

D. Hieron. lib. 3. comment. in Matth. c. 18.

ad salutem nostram promovendam sese opponant, verum etiam nos tanto cum respectu & reverentia tractent, ut quasi res sacræ essemus, in manibus suis nos portent, ad eundem ferè modum, quo Sacerdos sanctissimam ferre Eucharistiam solet. Ad hanc dignitatem David attendebat, quando inquit: *Angelis suis Deus mandavit de te, ut custodiant te in omnibus viis tuis, in manibus portabunt te.* Psal. 99. v. 11. Est hic conceptus Pauli de Palatio: *Non pratereat te,* inquit hic Doctor, *quod ait in manibus portabunt te. Sacra res est homo, quam Angeli in manibus ferunt. Sacerdotes in manibus suis ferunt sacram synaxim, & nos in manibus ferimur Angelorum.* Paulus de Palat. in 6. 4. Matt. Res sacra est homo, & ideò tanta dignus reverentia, quia Dei imago est. Imagini Regis idem prorsus honor exhibetur, qui ipsimet Regi. Res sacra est homo, dignusque qui ab ipsissimet cælestis gloriæ principibus, cum Reverentia tractetur, quia sacrosancto Christi sanguine lotus est; Quia in ejus pectore Deus inhabitat, & consequenter Dei templum est, dignum quod ab iis portetur, qui Deum portant. Denique quia tertenus quidam Deus est, ideò quoque reverenter tractandus est ab ipsissimet Angelis Dei: *Hominem quidem terrenum Deum esse mortalem: Deum verò cælestem esse immortalem hominem,* solebat dicere Mercurius Trismegistus, ut scribit Cælius. Cælius lib. 2. c. 17. Cum igitur homo tantæ sit dignitatis, & res adeo sacra, tantaque cum reverentia & veneratione tractetur ab Angelis, ut veluti Deus quidam ipsorum portetur manibus, qua igitur ratione fit, quod ipsemet, cum tam exiguo respectu, tantaque cum irreverentia, tractet semetipsum? Unde provenit, quod tot modis contaminet & prophanet semetipsum? Ab ignorantia suimetipsius. Quodsi enim homo ingrederetur seipsum, seque circumspiciens & attendens diceret: *Quid ego sum?* seque vivam quandam Dei imaginem, Redemptoris sui sanguine purpuratam, & terrenum quendam Deum factum intelligeret, utique semetipsum majori cum reverentia, quasi rem sacram & divinam tractaturus esset. Gemma quæ non cognoscitur, contemnitur: autum quod non videtur, pedibus conculcatur; Nec quicquam sanitati tuendæ aut conservandæ studet, qui quid sanitas sit, ignorat. Quia Moyses locum, quem inconsideratè calcabat, sacrum & sanctum esse non cognoscebat, ideò pedem suum irreverenter in eundem fixit. Quodsi Hebræi Christum Deum esse intellexissent, illum utique abjectissimo Crucis tormento nequaquam affecissent & occidissent, sed potius velut Deum latreuticis affecissent honoribus & adorassent. Pari quoque modo, quodsi homo, semetipsum cognosceret, utique majorem sui curam, respectum, & rationem haberet, melioribusque circa se, & res suas uteretur consiliis, non utique se tot sceleratis esset operibus prophanaturus, nec se faceret de participata Deitate sacrilegum. Unde bene S. Leo Papa eundem monet: *Agnosce, ô Christiane, dignitatem tuam & divina consors factus nature, noli in veterem vilitatem degeneri conversatione redire.* D. Leo ser. 1. de Nat. Domini. Res est prorsus admiranda: Herminius licet expers sit rationis, intrepidè tamen, ne contaminetur, occidi se permittit, quasi candoris pellis suæ conscius: Et homo ratione præditus, quod suam non cognoscat dignitatem, eandem tam fœdè patitur contaminari.

4. Deus peccatorem quendam correcturus, eidem per os Davidis Prophetæ, Psal. 49. v. 21. dicebat: *Arguam te, & statuam contra faciem tuam.* Psal. 49. v. 21. Quibus in verbis hoc loco observandum est, quod Deus contra faciem talis peccatoris propositurum quidem se esse dicat, quid tamen illud sit, quod contra faciem ejus constitutus sit, nequaquam explicet. Ac proinde Deus meritò rogandus est, quidnam illud sit quod ut peccatorem corrigat & emendet, ante faciem ejus statuere & collocare decrevit. Portò aliqui dicunt, quod Divinam suam Majestatem ante faciem illius positurus sit, ac proinde ut Lorinus notat, legunt: *Statuam me contra faciem tuam* Lorinus in Psal. 49. v. 21. Quo sensu Deus semetipsum peccatoris oculis objicere volebat, ut vel sic in Deo velut in limpidissimo quodam speculo, quisnam aut qualis vere esset, videre ac cognoscere posset. Hoc sensu scripturam istam intellexisse videtur S. Laurentius Justinianus, quando de verbo Dei incarnato loquens, dicit: *Se statuit ante nos, aut in ipso agnoscamus nos.* Laur. Justin. de agone cap. 20. Ut respiciendo in ipsum, dignitatem, excellentiam, & nobilita-

bilitatem noſtram in ipſo cognoſceremus, intelligerem uſque nos tanti Patris filios, opus manuum à tanto magiſtro profectum, Divinæ ſubſtantiæ ſuæ imaginem, atque hac ratione de ignobilibus actionibus noſtris verecundaremur. Idipſum multi Græciæ ſapientes conſiderarunt, qui à certis quibuſdam Principibus extraneis interrogati, quidnam verba illa ſignificarent: *Noſce teipſum*, reſponderunt: *Cognoſcendum eſt homini ſe eſſe de genere Deorum.* Ut ſcribit S. Antoninus Archiepiſcopus Florentinus. Ob hujus etenim ſcientiæ ignorantiam homo olim adeo vileſcebat, ut ſua coram ſole, luna, beſtiis, lignis, marmoribus genua flexerit, eademque adorarit; id quod nunquam facturus fuiſſet, ſi ad dignitatem & majeſtatem ſuam nonnihil ſe reflectere voluiſſet. *Qui ſciret ſe*, inquit Chryſologus, *nunquam Cælum ſolem, lunam, ligna, lapides adoraret; quæ ſunt omnia, ſua data & ſubdita ſervituti.* Ob eandem quoque ignorantiam Chriſtianus in ſuis hodie cogitationibus & conatibus vileſcit & abjicitur, quia enim ſe filium Dei, & nobile quoddam Chriſti membrum eſſe non cogitat, aut ignorat, ideò adeo ſit vituperabilis atque prophanus, ut infamis alicujus mulierculæ membrum per fornicationem fieri, aut probroſo Dæmonis jugo per Magiam ſubjici non erubeſcat.

D. Anton. p. 3. tit. 18. cap. 5. §. 1.

D. Chryſ. ſerm. 44.

Plutarchus in Conv. ſept. ſapientum.

5. Inter alias quæſtiones, quas Æthiopum Rex Amaſi Regi Ægypti propoſuit, hæc quoque recenſetur, qua quærebatur, quidnam ex omnibus mundi rebus pulcherrimum eſſet: Qui cum lucem pulcherrimam cenſendam eſſe reſpondiſſet, Niloſenus, ut Plutarchus ſcribit, reſponſum à Rege Ægyptio datum, approbare noluit, utpote, qui illum aptius majorique cum veritate reſponſurum fuiſſe exiſtimabat, ſi loco lucis mundum pulcherrimum eſſe aſſeruiſſet. Verum enimvero ſi ego altercationi aut diſputationi huic adſtitiſſem, deque mea circa hoc punctum fuiſſem opinione rogatus, utique inter omnes mundi res animam rationalem longè pulcherrimam eſſe aſſeruiſſem: quia cum mundus à Deo propter corpus hominis fuerit formatus, & corpus propter animam, ſequitur evidenter, quod ſicut corpus hominis longe eſt mũdo pulchrius, ita quoque anima & corpore & mundo debeat cenſeri pulchrior & elegantior: *Propter quod unum quodque tale, & illud magis.* Audite qualiter hac de re S. Bernardinus diſcurrat: *Deus omnipotens fecit elementa, animalia, plantas, cælum ſtellatum & Chryſtallinum, propter noſtrum corpus, & creavit corpus propter animam; ideò anima debet eſſe ſine comparatione multo pulchrior, quam ſit corpus & cætera corporea creatura.* Porrò talis ac tanta eſt animæ pulchritudo, ut ipſemet Deus illius captus amore de cælo fuerit protractus in terram, atque ut ea ſibi perfrui liceret, tot annis ad ſummam uſque defatigationem & ſudores laboraverit, & tandem veluti latro quidam inter duos latrones in ignominioſo Crucis ligno mori voluerit, quaſi in toto decoris, imò ſummi decoris & pulchritudinis regno, nulla uſpiam reperiri pulchritudo ſimilis poſſet. Deus namque nunquam relicturus Cælum fuiſſet, ſi ſimilis in cælo reperiri pulchritudo potuiſſet. Quod ſi in toto Regno Trojano alia quædam reperiri Helena potuiſſet, Paris utique patrem & patriam nunquam deſeruiſſet, atque tantò cum ſuo damno in exteras fuiſſet oras profectus. Cum igitur anima tanta ſit pulchritudine prædita, cur igitur illam homines omni re creata vehementius non amant? Quia nimirum pulchritudinem illam non cognoſcunt; Nequit enim amari, quod non cognoſcitur. Voluntas namque cæca eſt, quæ proinde abſque intellectus ducatu otioſa prorſus quieſcit. Porrò ſicut homo ſine matre generare nequit, ita nec ſine matre amor produci poteſt. Cum id quod pulchrum eſt, juxta leonem Hebræum, ſit pater amoris, mater ejuſdem erit ipſa amoris cognitio. *Citra cognitionem*, inquit Cœlius, *ingenerari amor nequit.* Quodſi homo animam ſuam videret & cognoſceret, ſuamque pulchritudinem apprehendere & intelligere poſſet, nihil illa habiturus eſſet charius & pretioſius, quod plus diligeret, aut cui ornando & decorando magis deditus eſſet, futuraque eſſet oculis ſuis viliſſima omnis pulchritudo terrena. Narciſſus, uti Poetæ fabulantur, poſtquam ex fonte quodam bibens ſuam in eodem fonte vidiſſet & cognoviſſet pulchritudinem, tantò captus mox eſt ſui ipſius amore, ut cætera omnia amare

D. Bern. p. 4. ſerm. 40. par. 1.

Leo Hebr. Dial. 3. de amore.

Cælius lib. 24. c. 7.

amare definens atque contemnens, præ vehementia amoris sui ipsius fuerit mortuus. O utinam tales Narcissi essemus! O si nostram nobis pulchritudinem daretur conspicere, uti omnis erga res caducas & mortales amoris obliti, illam solam habituri in pretio essemus, quam hodie ob notitiæ vel cognitionis istius defectum, pessimè tractamus, defœdamus, contemnimus.

6. Creaturarum rationalium aliæ sunt omnino pulchræ, omni prorsus macula carentes; aliæ omninò sunt turpes, sine ullius venustatis admixtione; aliæ vero partim fœdæ, partim vero pulchræ & speciosæ. Pulchræ censentur animæ illæ, quæ sine ulla culpa ex hac vita, aut vero ex purgatorio, ad cælum incolendum, discedunt. Turpes sunt Dæmones, nec non & animæ illæ, quibus Deus mortaliter est offensus: Pulchræ verò & turpes simul sunt animæ illæ, quæ tametsi peccatorum sint mortalium expertes, venialibus tamen sunt defectibus coinquinati; *Richard. à S. Laur. lib. 5. de laud. B.V.* *Est enim quædam Creatura totà deformis: scilicet Diabolus, & quicunque scienter in aliquo criminalium demoratur. Est alia Creatura partim pulchra & partim deformis, justus scilicet nullum habens mortale, licet multa venialia. Est & Creatura tota pulchra, scilicet puer discedens in albis, vel anima exiens à purgatorio; ejusmodi statim evolant ad thalamum sponsi:* sunt ipsissima verba Richardi à S. Laurentio. Unde clare satis liquet hominem peccatorem mortali culpa coinquinatum turpissimum esse, imò adeo fœdum & horridum, ut ipsamet videatur Dæmonis deformitate imbutus esse, ideoque turpiorem esse non posse. Sicut enim Creatura aliqua tantò esse pulchrior censetur, quantò sit Deo omnis pulchritudinis fonti vicinior, ita quoque tantò Creatura aliqua fœdior atque deformior erit, quantò fuerit à Deo remotior; unde cum nulla Creatura à Deo remotior sit, ac ipse Dæmon, ita quoque Dæmone deformior creatura inveniri minimè poterit. Cum igitur peccator Dæmonis deformitatem adæquet, sequitur consequenter, quod turpior esse minimè possit, sitque turpissima creatura totius mundi. Non est dubitandum, inquit Paulus de Palatio, peccatorem instar Dæmonis turpissimum & abominabilem esse, cum Dæmonis præfetebat faciem: *Revera peccatoris facies terra est, & tantopere fœda, quanto piorum facies est pulchra. Revera impii facies, facies est Dæmonis, sicut pii facies, facies est Angeli, imo Dei.* Verum enimvero non est hæc tanta peccatoris deformitas, quantacunque illa sit, similis deformitati fabulosæ Syllæ, quæ quod suam emendare aut corrigere deformitatem non posset, desperavit, & in præcipitium semetipsam dejiciens in saxum evasit. Peccator enim, uti constat, deformitatem suam deponere & corrigere facile potest. Multos namque ejusmodi peccatores Dæmones factos adeo perfectè deformitatem suam deposuisse & emendasse novimus, qui nunc in Cælis Angeli facti, inter pulcherrimos commorantur Angelorum exercitus. Verum inquies, qua ratione tantam emendare deformitatem poterunt? Respiciendo, considerando, & cognoscendo semetipsos. Mulier aliqua vultus sui deformitatem nunquam emendabit, nisi apprehenso speculo prius illam respexerit. Quodsi Elephas naturalis suæ deformitatis conscius, sciret se illam corrigere aut deponere aliquo adhibito remedio posse, utique ut oportunum sibi hoc fine adhiberet remedium, non uti facere consuevit, dum ad fontem sitis causa accedit, Aquam pede turbaret, sed limpidam serenamque relinqueret. Pro hujus igitur deformitatis suggerendo remedio Deus peccatori dicebat: *Arguam te, & statuam contra faciem tuam,* id est, inquit Glossa interlinearis: *Ostendam te tibi, & displicebis tibi; quod & modo faceres si te videres, mihi vero placueris, si tibi displicueris.* Adeò semetipsum aspiciens, tuamque cernens deformitatem tibi displicebis, ut pro illius abolitione teque exornando & venustando omnem adhibiturus sis possibilem operam, teque adeo venustabis, ut oculis meis mirè sis placiturus, quos res perfectè pulchræ duntaxat delectant. *Paul. Palac. in cap. 6. Matth.* *Psal. 49. v. 21.* *Glossa interlin. in Ps. 49.*

7. Superius auream hanc Gnomen: *Nosce te ipsum,* de cælo in terram delapsum esse diximus: *Nec parvum donum est seipsum agnoscere,* inquit Seneca, *de cælis enim processisse legitur.* De cælo autem sententia hæc delap- *Seneca.*

sa esse dicitur, vel quia lumen est, ideoque in terra oriri non potuit, sed de cælo ubi lumen merum regnat, descendit. Majori lumine homo, inter humanarum imperfectionum tenebras constitutus illustrari & illuminari non potest, quam dum notitia imbuitur ejus quod verè est: vel quia pluvia quædam est, quæ animæ sordes, quibus dum hujus notitiæ expers erat, cernebatur inquinata, abluit & abstergit: vel quia fulmen est, quod è præteritæ ignorantiæ nubibus egrediens, vitiosum hominem ferit, & pessimæ quam ducit vitæ commonefacit.

Luc. 15. v. 17 Filius prodigus in se *reversus*, vix oculos suos ad semetipsum pessimumque animæ suæ statum contuendum & considerandum aperuerat, cum ecce quasi fulmine quodam de cælo lapso percussus, subito suspiravit, planxit, doluit, & amaro animo dixit: *O quanti mercenarii, &c.* Vel quia ingens quoddam est Dei donum, ut inquit Seneca; omnia autem Dei dona de cælo ad nos derivantur: *Omne donum perfectum de sursum est.* Porrò nunquam hic adolescens se in tantarum miseriarum barathro constitutum videre potuisset, nisi Deus ex favore quodam valdè speciali, de cælo oculos ejus aperuisset, dicens: *Leva oculos tuos [in directum, & vide ubi prostrata sis &c.* Aut verò quia notitia hæc in cælum nos perducit, quod utique facere non posset, nisi de cælo lapsa fuisset; in cælum namque solus ille ascendit, qui descendit de cælo: *Nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo.* Hæc sui ipsius notitia magna quædam est scala, quam de cæli palatio Deus in terram extendit, ut nobis per illam sterneret promptum & commodum ad cælum ascensum. Unde certo cuidam à Deo petenti qua ratione in cælum ascendere & exaltare se posset, hæcce, de qua loquimur, scala commonstrata fuit, dicendo: *Si te agnoveris.* Meritò igitur Thales notitiam hanc sui ipsius beatam cognominavit dicens: *Difficile est nosse teipsum, sed beatum.* Quia enim nos inter animas Angelosque beatos in cælum nos exaltabat, & beata meritò dici meretur.

Iacobi 1. v. 17.

Ierem. 3. v. 2.

Ioan 3. v. 14.

Panor. Pasi. p. 1. serm. 6.

8. Spiritus sanctus quondam dilectam sibi sponsam gratiosæ cuidam Equæ comparaverat: *Equæ meæ in curribus Pharaonis assimilavite, amica mea*, & ecce mox subjunxit: *Collum tuum sicut monilia.* Quasi ei dicere voluisset: Ex quo tu coram oculis meis generosæ videris Equæ persimilis, collum tuum pariter mihi monile quoddam aureum esse videtur. Ut enim significaret sponsam collum habere in semetipsam reflexum & contortum, Equæ illam comparaverat, quam pro majori hujus significationis evidentia, insuper monili cuidam assimilat aureo, quod dum in gyrum complicamus, in semetipsum restringitur & retorquetur. Per hoc autem significare voluit, quod sicut Equus dum collum versus semetipsum flectit & retorquet, velociter currit, eo quod sic accuratius perspiciat omne, quod ei occurrere & à cæpto cursu suo impedire posset, periculum: Ita quoque dilecta sua, dum pedibus in cælum directis, collum versus semetipsam reflectebat, omnia declinaverit & superaverit obvia, quibus salutis nostræ inimicus, ipsam in hac via nitebatur impedire, ideoque hac ratione absque ulla interjecta mora velocissimè cucurrerit ad propositum sibi æternæ gloriæ bravium. Ideò hunc locum S. Gregorius Nyssenus explicat: *Equus collum in orbem flectens, ad omnes suos gressus aspicit, quo fit, ut inoffensus ac tutus sit gressus ejus, neque ad lapidem offendens, neque in fossam temerè insiliens. Hoc non parum facit ad laudem animæ, nempè ad seipsam aspicere, & tutissimè ad cursum divinum festinare, quæcunque ex tentationibus illi eveniunt impedimenta vitans & superans.* Notitia sui ipsius ad cælum nobis comparandum adeò est necessaria, ut qui illam ignorant, illud sibi acquirere nunquam possint. Iter eorum qui ex una parte salvari cupiunt, ex altera vero parte semetipsos non norunt, simile est itineri quod stultus ille conficiebat Astrologus, qui dum ambularet collo erecto & in stellas converso, in fossam quandam pedibus suis propinquam infeliciter cecidit, dignus proinde qui ob hanc ejus stultitiam à simplici quadam vetula lepidè derideretur. Viator cælestis collo opus habet in semetipsum reflexo, id est, cognoscere & considerare debet seipsum, sic enim & non aliter ea, quæ in difficillima in

Ibid. v. 9.

Cant. 1. v. 8.

cælum

cælum directa via occurrere, & fathana ſatagente impedire, & à recto tramite abducere poſſunt, evitare & ſuperare poterit impedimenta.

9. Horrendus profectò infernus eſt anima peccatoris. Unde nullum Infernus nomen habet, quod in talem animam aptè quadrare non poſſit. Infernus porrò vulgò *Infernus, Tartarus, orcus, Erebus & Avernus* dici ſolet. Quia enim infelix talis anima adeò eſt in profundiſſima omnium miſeriarum profundata abyſſo, ut profundius dejici nequeat, ideò Infernus dici meretur, qui hoc nomine appellatur, quia eſt totius mundi pars omnium infima. *Tartarus*, qui *à tortura*, nomen ſuum habet, talis anima nominatur, quia ab acutiſſimis læſæ conſcientiæ ſtimulis laniatur & torquetur. Ad hæc quia inter obſcuriſſimas tantæ ignorantiæ tenebras ſepulta vivit, *orcus* appellari meruit, hoc enim nomine Infernus appellatur, *quia eſt obſcurus*. Erebus vocatur, quia inveteratam peccati conſuetudinem dimittere nequit. Erebus enim dicitur Infernus, *quia nimis hæret illi quem capit*. Denique avernus, id eſt. *ſine gaudio*, etiam non immeritò nominatur, quia procul ab eo omne abeſt gaudium, quia procul vivit remota à Deo, à quo omne gaudium naſcitur. Cùm igitur talis peccatoris anima verè Infernus quidam ſit, haud dubie infernus quoque appellari meritò poterit. In ipſa namque velut in Inferno quodam fumus dominatur ſuperbiæ, ardet ignis avaritiæ, fœtor invaleſcit luxuriæ, glacies induratur acediæ, cruciat denique dolor invidiæ. Super illa verba; *ignoras te ô pulcherima mulierum*. S. Antoninus peccatoris, animam ita alloquitur *Tibi competitur, quia eras cælum divinum, facta es Dæmonum phanum*. Quaſi ei dicere vellet. In tantum Deus te pulcherrimam nominat, in quantum nuper in ejus gratia conſtituta, tanta erat pulchritudo tua, ut cælum quoddam ei videri potueris: nunc verò ex quo infelix facta es peccatrix, adeò es turpis atque deformis, ut ei quidam eſſe videatis à mille Dæmonibus inhabitatus Infernus. Tibi igitur pientiſſimus Dominus in adductis hiſce verbis comparitur, quod cum te ſuperiori tempore tot viderit bonorum poſſeſſorem, nunc tot te videat malis eſſe ſubjectam. Neque cauſam tibi aſſignare omittit, ob quam cælum eſſe deſinens, in infernum degeneraveris, nec tamen nunc ex inferno cælum denuò evadere poſſis, quando dicit: *Ignoras te*; quaſi diceret: ſicuti dum intermiſiſti, temetipſam uti conſueveras aſpicere & cognoſcere, cælum eſſe deſinens, transformatus es in Infernum: ita ſi denuò te reſpicere, & quod infernus ſis cognoſcere cæperis, ex Inferno cælum iterum evades. O quantum refert propria ſui ipſius notitia? Quam eſt potens & efficax, dum infernum in cælum commutat: Non ſolum hominem in cælum perducit, verum etiam ſi forte infernus fueris, te ex inferno in cælum quoddam convertit. Poſtquam anima ſe ſemel viderit, & eſſe cognoverit peccatricem, ſeque haud ſecus ac infernum ab horrendis intellexerit Dæmonibus eſſe inhabitatam, illum à ſuo mox pectore propellit, Deumque in eodem hoſpitem excipit, & conſequenter, quæ infernus antea erat, cælum ſe facit, Deus enim eſſe extra cælum nequit, ſicut nec Dæmon extra Infernum ſubſiſtit.

Cant. 1. v. 7.

D. Antonin. p. 3. tit. 21. c. 2. parag. 1.

10 Tametſi negari non poſſit, quin notitia ſui ipſius magna & excellens ſit virtus, utpotè per quam homo, ut diximus, ex Dæmone in priſtinæ felicitatis ſtatum reducitur: major tamen erit, ſi illum ab horrenda hac hominis in Dæmonem transformatione præſervaverit. Majus enim bonum eſt præſervatio à malo, quam facta ab eodem malo redemptio: incomparabiliter major & excellentior fuit honor & favor ille, quo Chriſtus in Paſſione ſanctiſſimam matrem ſuam Dominam noſtram præ omnibus aliis hominibus ſimul collectis eſt proſecutus, quando illam per merita Paſſionis ſuæ à peccato præſervavit, cum tamen alios per eadem merita redemerit. dico igitur, quod notitia ſui ipſius homines factos Dæmones, non ſolum in homines denuò transformet, verum etiam eoſdem, ne in Dæmones iterum transformentur, præſervet. Ipſa non ſolùm eſt quædam Apuleii roſa, quæ ex aſino illum in hominem reſtituit, verum etiam ſimilis eſt illi Mercurii

phatmaco quod præservavit Vlyssem, ne transformaretur in bestiam. Nostisne causam cur Dæmon qui speciosissimus Seraphinus erat, in horrendissimum fuerit Dæmonem transformatus? Metamorphoseos hujus causa fuit sola superbia, superbia fuit magna illa, quæ monstrosæ transformationis istius inventrix extitit Quia enim miserabilis ille, & in pulchritudine & sapientia sua nimium confisus, Divinos temerè prætendit honores, ideo ex Seraphino est in Dæmonem commutatus *Superbia virtutem incorpoream è sublimi detraxit, ac dejecit, eò quod Diabolum, cum Diabolus non esset, ut hoc esset effecit, nimirum Diabolus*, inquit Chrysostomus. Quia igitur propria sui ipsius cognitio superbas cogitationes à corde humano totaliter extirpat & evellit, hominemque humiliat & deprimit, ideo ne homo in superbiam elatus, evanescat, à Zenone hunc in modum admonetur: *Nobilitate te jactas? pulchritudine corporis erigeris, & decore? honoribus extolleris? tum maximè attende tibi ipsi, & memento, quia mortalis es, terra es. Si omnium horum memor fueris, nulla tibi orietur elationis occasio.* Quisquis semetipsum cognoscit, suæque est imperfectionis optimè conscius, superbia extolli nunquam poterit, præservabitur, ne Dæmon fiat, homo semper atque constanter permanebit. *Nulla tibi orietur elationis occasio.* Quia mulus, ut inquit Plutarchus, corporis sui vastitatem considerans, equum se, non verò mulum esse, stolidè sibi persuasit, erecto capite lascivire & currere cæpit: mox verò ut in semetipsum regressus, Asinæ filium se esse cognovit: *è vestigio impetu represso, ferocire desiit & animos tollere.*

D. Chrys. de verb. Isa. hom. 3

D Zeno de paræm. Attende tibi.

Plutarch. in Conv. septem sapient.

11. Priusquam Spiritus sanctus adimplendum felicissimorum Apostolorum corda de cælo in terram descendisset, sonus quidã ab illis auditus est longè suavissimus & jucundissimus: *Factus est repentè de cælo sonus*, inquit S Lucas, quasi Deus in virorum illorum pectora in terram descendere non voluisset aut potuisset, nisi sono tali præmisso. Cur obsecro ita factum est? Respondeti potest, rationem hujus esse, quia cum Spiritus sanctus verus sit Deus, suos semper Angelos secum conducebat, qui inceſſabiliter cantando & psallendo æternæ Majestatis suæ gloriam collaudant. Cùm Anacharseo interrogatus, an in Scythia, ubi natus fuerat, musica quoque reperirentur instrumenta, negativè respondisset, replicatum ei ab interrogante fuit, igitur, nec Dii aliqui ibi inveniri debent, quasi verò musica Deos, ubicunque sunt, comitari necessariò deberet. Neque responsio isthæc suâ probilitate caret; Quia enim Spiritus sanctus tanquam Paracletus, id est, hominum consolator adveniebat, opus erat, ut sua ipsum comitaretur musica, ut tantò efficacius consolatio hæc in horum afflictorum mœstorumque virorum corda influeret. Valdè enim musica homines afflictos & tristes consolatur. Nutrix ut lachrymas plorantis infantis consoletur & sistat, canere incipit. Ad alleviandum, quem jumentum sub gravi onere sustinet laborem, agaso cantat. Defatigatus nauclerus, labboriosi remi & turbati maris pondus, & fastidium alia arte, quam cantando, sublevare nescit. Potuit etiam sonus iste præmissus fuisse advenienti Spiritui sancto, quia cum is de cœlo in terram eo præcipuè fine descenderet, ut in cordibus Apostolicis firmum sibi faceret habitaculum, ideò ut digne advenienti Spiritui sancto præpararetur hospitium, musicam, concordiæ symbolum ante se præmittere voluit, quia Deus in eo pectore dedignatur quiescere, quod procul est remotum à pace Sanctus Bernardinus aliam quandam rationem adducit in medium, præsenti proposito nostro optimè inservientem, & dicit, quod quia tunc Spiritus sanctus ad Deificandum Apostolos in terram descendebat, opusque erat, ut priusquam ad tantam eveherentur dignitatis excellentiam, humiliarentur, atque in nihili sui demitterentur abyssum, ad illos cum simili sono descendere & venire voluerit, ut vi suavitatis soni hujus colliquescerent, deficerentque esse, quod fuerant, ac omninò annihilarentur. *Sonus factus est inenarrabili suavitate & harmonia plenus, superavit enim omnium sonorum vocum & harmoniarum præsentis vitæ suavitatem & amœnitatem: & hoc quidem ut discipulorum corda concutiens, magis eos ex suavi-*

Act. 2. v 1

Apoph. Abde Manar.

D. Bernardin. p. 3. serm. de Penthec. Art. 2. c. 3

tate

tate concitans in nihilum ſuum redigeret; & demum illos amplius exaltaret, & in Deum totaliter transformaret. Niſi igitur viri hi ſanctiſſimi humiliarentur, & ex eo quod erant deſcenderent, imò ut melius dicam, prorſus annihilarentur, adeò ſublimari, & in Deos veluti converti minimè potuiſſent. Aquæ tantundem aſcendunt, quantum demittuntur; unde qui illas vult ad ſummum uſque montis apicem extollere, eaſdemque quoque ad ſummum uſque vallis centrum debet dimittere. Portò hac doctrina mediante, devenire utique poteritis in cognitionem maximi cujuſdam valdeque excellentis effectus, quem ſecum adfert propria ſui ipſius notitia, clareque cognoſcetis, quod homo, qui ſe ipſum cognoſcit, in Deum quendam convertatur; Cum enim ſemetipſum cognoſcendo, ſuumque imperfectum penetrando, eouſque humilietur & dejiciatur, ut quaſi in nihilum ſuum redigatur, eo ipſo ad Deificationem diſponitur, humilitas namque vera eſt ad Deitatem via, aptiſſimuſque illius conſequendæ apparatus. Unde Cœlius quoque dicere non dubitavit: *Quia ſeipſum cognoſcit, in Deum tranſit.* Mira profectò res! Quod propria ſui ipſius cognitio hominem, ut diximus, in cælum commutet, id quidem eſt privilegium ejus eximium, id quod negati non poteſt! at verò quod eadem ſui ipſius notitia hominem Deificet, & ex homine Deum faciat, id longè excellentius, admirabilius & ineffabilius eſt, omnemque gratiam, unde magnificari quis poſſit, longè exſuperat. Gymnoſophiſta ille quondam hominem Deum fieri impoſſibile eſſe credebat; Interrogatus enim ab Alexandro Magno: *Quemadmodum ex mortali quis Deus evadat?* reſpondit: *ſi fecerit, quod denegatum eſt homini.* Unde cum homo quod ipſi denegatum eſt facere, facere non poſſit, conſequenter ex mente ipſius Deus fieri non poterit. Sicut quia homo volare nequit, avis quoque fieri nequaquam valet, quia ſub aquis natare non poteſt, piſcis quoque nunquam erit; ſicut nec Salmandra cum in igne vivere non poſſit, ita quoque Deus eſſe nunquam poterit, cùm id quod Deus facit, facere non poſſit.

Cœlius lib. 3. c. 7.

Plutarchus in Alex.

Verum enimverò quodſi miraculorum, quæ ſui ipſius notitiâ patrantur, fuiſſet conſcius, reſpondiſſet utique: *Noſce teipſum*; atque hominem Deum fieri non ſolum poſſibile, verum etiam facilè judicaſſet, omnis namque *qui ſeipſum cognoſcit, in Deum tranſit.* Hactenus quæſtionis hujus: *Quis ſum ego?* utiliratem vidimus: nunc alterius quæſtionis: *Tu quis es?* damna videamus.

℞ Inter alias majoris momenti vanitates, quæ hominem in præſenti vita deludere poſſunt, una eaque valdè præcipua hæc eſt, quod videlicet homo ſui ipſius planè oblitus, circa facta aliena inveſtiganda valdè ſit curioſus. Oleaſter in libro Numerorum acutè obſervat, quod Balaam multarum civitatum ruinas, nec non plurimorum hominum occiſionem & ſtrages poſt multos annos eventuras prævideriț & præſagiverit, quæ etiam reipſa poſtea acciderunt, patriæ tamen ſuæ excidium, nec non brevi poſt ſibi imminentem mortem prævidere aut ominari minimè potuerit *Vidit iſte excidium multarum gentium in longum tempus; neque tamen vidit excidium urbis ſuæ, neque quàm brevi eſſet exterminandus.* Quâ ratione factum eſt, quod homo aliquis, qui velut alter Strabo linceis oculis videre potuit res adeò à ſe remotas & diſtantes, valdèque parum ad ſe pertinentes, patriæ tamen ſuæ ruinam, nec non ſibi poſt breve tempus imminentem mortem videre non potuerit. Factum id eſt fortaſſis eò quod unus homo tot diverſis rebus intentus eſſe minimè potuerit, dum enim rem unam videbat, non poterat ſimul intueri alteram: corvus non poteſt ſimul intentus eſſe cantui, & quem roſtro gerebat cibum, cui vulpes ſtruebat inſidias. Cum igitur Balaam alienis ad ipſum minimè ſpectantibus rebus fuerit intentus, ad propria magiſque neceſſaria attendere non potuit. Unde meritò *Balaam* eſt appellatus, quod nomen interpretatur: *Populus vanus*, non *homo vanus*, ſed *populus vanus*, ut per hoc nobis inſinuaretur, quod vanitas ejus, qui ad facta attendit aliena, ſuorum planè oblitus,

Oleaſter in cap. 24. Num.

tus, talis sit ac tanta, ut integri alicujus populi vanitas in unius duntaxat hominis cerebro congregata esse videatur.

13. Liceat nobis hoc loco nonnihil curiosius locum quendam Isaiæ cap. 2. ponderare, ubi Propheta dicit: *Erit in novissimis diebus præparatus mons domus Domini in vertice montium, & elevabitur super omnes colles, & fluent ad eum omnes gentes.* Isaiæ 2. v. 2. Quibus in verbis observandum est benè, quod Propheta non dicat: fluent ad eam, sed fluent ad eum, id est, current quidem, non tamen ad domum Dei, sed ad Deum videndum. Porrò potius videbatur à Propheta dici debuisse, currebant ad domum Dei videndam, utpotè tunc valdè præparatam & ornatam, quam ad videndum Deum: ita namque hodie fieri consuevit, dum potiùs ex curiositate quadam ad templa nos recipimus, ut scilicet marmora, picturas, aliosque apparatus videamus, quam ob veram internamque devotionem. Verum enim verò Christianè loquendo, templa nullus frequentare eo tantum fine debet, ut templa eorumque ornamenta videat, sed potiùs ut Deum qui in templo est, videre possit. Audite Oleastrum: *Non ut picturas aut cælaturas ibi videas, aut ornatos aulæis parietes, sed ad Dominum colendum: unde non ait textus, fluent ad eam, sed fluent ad eum omnes gentes.* Oleast. in c. 2. Isaiæ. Ratio ob quam hodie Ecclesiæ illæ, in quibus opulentior exponitur ornamentorum apparatus, nova spectacula introducuntur, selecta quædam ac delicata auditur musica, plus quàm alia templa videantur & frequententur: hæc est sola, quia nimirum non ex devotione, honorandi & adorandi Deum, sed propter vanam curiositatem, ut sensualitatem suam pascant, suasque ibidem venentur delectationes, se eo recipiunt. In quales eheu miserias nos curiositas nostra præcipitat, eo ipso namque dum oculos nostros rebus parvis, vanis & ludicris momentanee pascimus, efficit, ut in nostram pernitiem bonum aliquod exigui momenti, summo & incommutabili bono præferamus. Idque ex eo tantum capite fit, quia nosmetipsos non cognoscimus; Quodsi enim nos cognoscceremus, nosque Dei suarumque gratiarum videremus egenos, utique sicut nunc ad quærendas sensuum nostrorum delectationes solliciti sumus, ita tunc ad infiniram illam bonitatem & ad postulandum infinitis necessitatibus nostris remedium sollicitè recurremus. Videmus etenim quod apes, eo quod se mellis egenas esse cognoscant, dum florida prata pervolant, pulchertimos sæpè flores pertranseant, eo quod eosdem liquoris illius, quo indigent, steriles esse cognoscant, non enim oculos, sed ventrem pascere intendunt. Quodsi homo semetipsum perfectè cognosceret, seque hominem non verò Chamæleontem esse intelligeret, vento utique vanitatis se non nutriret, neque enim ille homini pabulum præbet, sed potius illum, quo homo pascitur panem requireret. Porrò cum Deus panis sit hominum: *Ego sum panis vivus*, inquit Deus, ac proinde homo alio pane, præterquam Deo pasci non debeat, qui sit igitur, quod homo animi sui appetitui satisfacturus, vanitatis panem requirat, qui famem suam minimè satiat? Quantum equidem persuadere mihii possum, illud vere existimo; nimirum nonnullos homines ob notitiæ sui ipsius ignorantiam, sui prorsus oblitos, se non homines, sed Salamandras esse existimare, utpotè quos ad Ecclesiam properare video non ut seo pane pascant, qui pro hominum nutrimento de cælis descendit, sed extrupi curiositate: mulierculis placendi, seque lasciviæ cupidinis igne nutriendi.

14. Notum est etenim qualiter Dina virgo magni Patriarchæ Jacob filia à filio Regis Sichimiratum turpiter fuerit constuprata; historia namque est passim & ubique pervulgata. Causamne fortassis magni hujus probri & ignominiæ filiæ hujus nosse desideratis? audite quibus illam verbis facer textus assignat: *Egressa est autem Dina, filia Liæ, ut videret mulieres regionis illius.* Gen. 34. v. 1. Quando Dina in patris fratrumque suorum societate in itinere constituta erat, transeundo per urbem Sichimorum, ex simplici quâdam curiositate videre illius regionis mulieres voluit, eoque fine ad illas ingressa est. Atque hæc unica tanti damni causa assignatur. Verum dicat aliquis, quidnam mali juvencula aliqua facere potuerit,

rerat, quando mulieres regionis illius tantum videre cupiebat, non verò viros, quod solum castigationem meruisset. Quod autem mulieres tantum, non verò viros, visura egressa fuerit, adeò verisimile est consentaneum, ut S. Bernardinus illam circumstantiam tanquam rem magni momenti absque singulari consideratione præterire noluerit, dum inquit: *Egressa est Dina, non ut videret viros sed mulieres.* Porrò sicut mulieri non est licitum abire ad videndum viros, sic eidem ut in videndis mulieribus esse curiosa possit videtur esse permissum, siquidem quod ex virorum aspectu timetur malum; in aspectu mulierum nequaquam sit formidandum. Qui fit igitur, quod venialis aliqua & modica curiositas, tam ingentem post se pœnam, omnisque, quod mulier possidere potest, jacturam secum trahat? humana curiositas adeò est vehementer noxia, & pernitiosa, ut quantumvis modica & levis sæpe causa sit non levis aut exigui mali; parva namque scintilla quædam est, à qua ingens nasci incendium solet, quod extingui minimè potest Quando Acteon ex sola curiositate motus, ut Poetæ fabulantur, Dianam videre nudam volebat, parum inde Dianæ detrimenti adferre poterat, & tamen in hujusce curiositatis pœnam à propriis postea canibus laceratus fuit & occisus. Porrò Dina in tantum curiosa extitit, in quantum *egressa est*, non solùm è tabernaculo suo, verum etiam, quod plus est, à semetipsa, quia enim à semetipsa egressa semetipsam reliquit, ideò in tantum ipsa malum incidit. Quodsi pro laudabili more suo sese intra semetipsam continuisset, proprii sexus conditionem, fragilitatem suã & naturam fœmineam considerando, utiq; in illas cogitationes vano illi spectaculo assistendi nunquam incidisset, neque ab illo lascivo juvene tam probrosè dehonestata & prostrata fuisset. Verum *quia egressa est*, ideo in tanti mali miserias incidit Ziberium aut muscus, quamdiu conservatur in semetipso collectus, atque restrictus, suum constanter pretium conservat, dum autem vires & odorem suum foras exhalat, perdit pretium, & viliſſimum efficitur.

D. Bern. p. 2. serm. 48. a. 2. c. 1.

15. Quicunque student cognitioni quæstionis. *Tu quis es?* seque aliorum negotiis perscrutandis applicant, cum potius quæstionem: quis sum ego, ventilare, factisque propriis cognoscendis studere deberent, vilescunt animique prorsus abjecti & contempti. *Nonne vides in famulis,* inquit Chrysostomus, *quomodo qui sunt inter eos viliores, & prorsus inutiles, illi ipsi sunt dicaculi & nugatores curiosè quæ Dominorum sunt, & illis cœlata cupiunt, scrutantes? Qui verò prudentes & synceri, ad unum hoc duntaxat respiciunt, ut ministerium suum adimpleant?* Scribæ & Pharisæi quondam ad Christum conveniebant, causam scisciturati, ob quam discipuli sui priusquam mensæ accumberent manus suas aliorum more non lavarent: *Accesserunt ad Jesum ab Hierosolymi Scribæ & Pharisæi dicentes: quare discipuli tui transgrediuntur traditiones seniorum? non enim lavant manus suas, cum panem manducant*, inquit S. Matthæus. Quibus Dominus noster hunc in modum respondit: *Quare & vos transgredimini mandatum Dei propter traditionem vestram?* Verum inquies, quamobrem Christus hunc in modum respondit? videtur enim quod hoc modo respondendo non responderit, uti obligabatur, & prout quæstio ipsi proposita exigebat: melius responsurus fuisse videtur, si dixisset: hominis Purificatio non consistit, ut vos quidem creditis & somniatis, in lotione & purificatione manuum corporis, sed animæ, id est in expurgatione operum humanorum: neque discipuli mei indigent, ut manus lavent, dummodò operum suorum puritati indefessè attendant? Respondeo Christum Dominum modo jam dicto respondere voluisse, ut ab eorum vana curiositate graviter offensus, eos exsuscitaret, reprehenderet, & publicè confunderet. Quid enim ipsorum interetat, an Apostoli mensæ accubituri manus suas lavarent vel non lavarent? Ipsorum igitur in factis alienis perscrutandis curiositas merebatur, ut gravia ipsorum delicta ad majorem ipsorum confusionem & erubescentiam publicè propalarentur. Audire scribentem hac de re Oleastrum: *Multi sunt qui dum curiosè aliorum peccata quærunt, in sua impingunt. Cum Pharisæi à*

D. Chrysost. hom. 1. in epist. ad Ephes.

Matth. 15. v. 2.

Oleast. in c. 9. Gen.

Christo quærerent : quare discipuli ejus transgrederentur seniorum traditiones de lavandis ante cibum manibus, audierunt graviora propria, quare, inquit, vos transgredimini mandatum Dei propter traditiones vestras? Philippus Macedonum Rex, postquam ex simplici curiositate Damatatum, num Græci pacificè inter se viverent, interrogasset, ab eodem simili prorsus modo confusus remansit, utpotè cui Damaratus aptissimè respondit: *Planè Philippe pulchre decet de Athenienſium Polopponenſiorumque concordia percunctari : cum tuam ipsius domum negligas tanta seditione, tantoque dissidio refertam.* Philippus rebus suis suæque domui non intendebat, non videbat maxima, quæ ipsum inter & uxorem filioque suo vigebant dissidia, & tamen de cognoscenda aliorum pace & concordia curiosus esse volebat, atque ideo quod retum propriarum oblitus, circa negotia semper occupabatur aliena, meritò tanta cum libertate reprehensus atque derisus fuit. Nonnulli qui tanta cum industria & adhibito studio facta investigare solent aliena, & nunc hanc mulierem tanquam vanam, mox aliam, velut superbam, illam tanquam meretricem, hunc virum uti furem, alium sicuti furem acerbis dicteriis taxant & arguunt, majori sæpè cum displicentia sua proprios defectus, & domus suæ miserias audire coguntur, cujusmodi sunt conjugis suæ occulta adulteria, filiarum stupra, filiorumque furta & latrocinia, quibus ne minimum quidem attendunt. *Curiositas semper periculorum germana, detrimenta suis amatoribus novit magis parturire quàm gaudia,* inquit Fulgentius. Porrò ut omnes tales proprios suos attenderent defectus, omnemque circa negotia aliena curiositatem intermitterent, aureis meritò literis in cordis sui papyro hanc scribere debent Senecæ sententiam:

Quidquid in alio reprehenditur, id unusquisque in suo sinu inveniet.

Plut. de discrim. adul. & amici.

D. Fulg. Mythol. l. 3.

Seneca de ira.

SERMO III.

IN DOMINICAM III. ADVENTVS.

THEMA.

Ad Ioannem. Joan. 1.

ARGVMENTVM.

Cum ambitio cor hominis Christiani subingreditur simul cum eo enormissima perversi hominis scelera ingrediuntur, quæ ipsum in æternam usque perditionem præcipitant.

I. COntraria reciproca se violentia expellere quotidie videmus, utpotè quæ in uno eodemque subjecto vel loco commorari non possunt. Sic calidum frigidum: siccum humidum, bellum pacem, lux tenebras exterminat & fugat. Unde magna est mulieris illius stultitia quæ deformis cum sit, pulchram se facere, duobusque contrariis in uno eodemque subjecto locum dare contendit. Unus etenim lectus, quantumvis modicus & angustus duos potest quantumvis crassi vastique corporis homines recipere, cùm tamen una domus quantumvis magna & ampla, duos recipere parvos & macilentos homines nequeat, si unus illorum alterius inimicus sit & adversarius. Mons Vesuvius non tolerat nives, quia in gremio suo ignem claudit. Atque hæc causa est cur Poetæ postquam suam Jovi in cælo dedere stationem, Plutoni suum in inferno locum dederint, cum locus ille avaritiam non capiat, quem incolatu suo liberalitas præoccupat. Cælum Empyreum pulsis Dæmonibus Angelos bonos secum retinuit, siquidem tenebræ peccati locum in illo regno habere non possunt, quem lux divinæ gratiæ præoccupavit. Atque ideo mirum non est, quod in sanctissimi Præcursoris Christi pectore, in quo divina gratia habitabat (*Ioannes* enim in sermone latino idem significat, quod *in quo est gratia*) oblata Messiæ ineffabili dignitate, locum habere ambitio minimè potuerit, cum gratia cum peccato commorati non possit, & præcipuè cum peccato tali, quod semper cum enormissimis quæ in perverso quovis homine sunt, peccatis cernitur esse conjunctum. Cùm igitur magnus ille Joannes

annes Baptista tantum in se exhibuerit ambitionis, humanorumque bonorum horrorem, me quoque in præsenti sermone adigit, ut vobis persuadere coner, ut simili ratione eandem ambitionem exhorreatis & detestemini, utpotè vitium quod in cor ejus quod illo possideatur, omnia secum enormissima vitia quibuscum est conjunctissimum, infallibiliter adducit.

2. Quodsi aliquis proprium sibi à vobis assignari petat ambitiosi hominis symbolum, aptius illi dare non potestis, ambitiosi viri hieroglyphicum, quàm lupum. Lupus enim fur est: *Lupus rapit*, inquit Salvator, ambitiosus quoque dum honores alteri meritissimo jure debitos prætendit & involat, fur est bonorum alienorum; quia Absolon ambitiosorum primicerius è dignissimis patris sui vertice tollere moliebatur Israelitici regni coronam, miraculosè quoque fuit in arbore quodam suspensus, & eodem quo fures supplicio affectus. Oculus lupi adeò est acutus & perspicax, ut in ipsis quoque tenebris nocturnis clarissimè videat, qui proinde ab antiquis soli legitur fuisse consecratus. Et quam non est perspicax & acutus ambitiosi hominis oculus? quid non videt qui exaltari supra omnes contendit? quæ non occulta media, quæ non viæ secretissimæ se pro prætensa sua offerunt exaltatione? porrò tametsi ambitio veluti cæca depingatur, lynce tamen acutius videt; omnem cogitatum occultum & tenebrosum pene trat & prævidet; nihil est, quod tametsi ipsamet sit nocte obscurius, quod obscurare ipsi vias possit, quas pro desiderii sui optato fine assequendo calcandas habet. Tametsi lupus semper ferus & truculentus, eo tamen tempore, quo catulos, quos peperit, enutrit, adeò est sævus & ferox, ut feritas ejus in rabiem transeat. Similiter tametsi vir ambitiosus semper sit formidandus, longe tamen est formidabilior & intolerabilior, quando filios habet aut nepotes enutriendos; tunc enim ut viam sibi sternat, per quam ad gradum desideratum attingere, summaque sanguinem locupletare & nobilitare possit, nulli substantiæ, nec honori, nec vitæ proximi, denique nec propriæ suæ saluti parcit, donec assequatur intentum. Lupus à Græcistali appellatur vocabulo, quod in sermone latino idem quod *obscurus* significat, quia ut desideratam majori cum dexteritate prædam assequatur, sub noctis obscuritatem more suo obambulat. Ambitiosus quoque, haud secus ac lupus, *latebras amat & tenebras*, inquit S. Bernardus, *luctu impatiens est, in imo jacet, videri refugit, optato namque necesse est, careat, nisi caveat arbitros.* Ad idem propositum Christus Dominus noster loquens, inquit: *Attendite à falsis Prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces*, quasi dicere voluisset: Quia ambitiosi norunt, quod si se lupos esse manifestè demonstrent, oleum semper perdituri sint & operam, ideo ut hi lupi prima in regno Ecclesiæ meæ loca habere possint, oculi se vellere occultant & contegunt, & cum superbi sint, humiles se exhibent, abstinentes se simulant cum sint voraces, casti apparere volunt, cum sint luxuriæ deditissimi, & sub ementito cujuscunque alterius virtutis pallio tot alia vitia occultare ac tegere studeant, quæ si palam innotescerent, a superbis illorum conatibus ipsos utique tardarent & impedirent. Nisi sceleratus ille Dioscorus hac se pelle contexisset, Ecclesiæ Alexandrinæ habenas moderandas nunquam accepisset. Adhæc quia ambitiosus probè novit, quod honor mundanus haud secus ac Crocodilus fugit se insequentem, & fugientem sequitur, utpotè qui justè confertur iis, qui eum contemnunt, aliisque denegatur, qui eum procurant & sollicitè ambiunt, ideo ut quod prætendit, obtineat, ad hypocriseos recurrit subsidium seque contemnere simulat, quod tantopere torque mediis consectatur & ambit. Vir ambitiosus ex mente Plutarchi voraci simillimus est Poliphemo, qui mensæ accumbens, meliora, quæ mensæ inferebantur, fercula fœdis, quæ in cibos evomebat, spuri sui excrementis fastidiosa & horrida esse faciebat, ut sibi soli cederent ad gulam, quæ alii exhorrescebant. Quotiescunque enim aliquem ex ambitiosis mitras abhorrere, easdemque veluti saluti animæ pernitiosas dissuadere, tranquillitatem & quietem animi præeligere, & nunc insupportabile mitratum pondus, nunc exiguas portantis vires

Ioan. 10. v. 12.

D. Bern. Epist. 126.

Matth. 7. v. 15.

vires describere, ex altera vero parte vitam privatam veluti Paradisum quendam laudare audis; hæc omnia dicenti nolite credere, meri enim fictores sunt & hypocritarum tegmina, imò dum hæc loquitur vel maximè mitra, quam horrere se simulat coronari, & de cibo quem sputo oris sui deformat, solus manducare appetit. Lupus est ambitiosus, & inter noctis tenebras obambulabat: *Ambitio multos mortales falsos fieri cogit*, inquit sanctus Thomas de Aquino cum Salustio, *& aliud clausum in pectore, & aliud promptum habere in lingua, magisque vultum quam ingenium habere.* Ecce igitur qua ratione ambitio inprimis hypocrysees vitium Ecclesiæ Dei non minus pernitiosum quam occultum secum adducat. Unde ambitio aptè à S. Bernardo *mater hypocrisis* appellatur.

D. Thom de regim. Prin. lib. 1. c. 10.

D. Bern. ibid.

3. Quotiescunque sancta mater Ecclesia Episcopum aliquem consecrat, ordinandum tribus vicibus, num Episcopus esse velit, interrogat, qui juxta ordinem rubricarum Pontificalis Romani, duabus primis vicibus negative, tertia verò affirmativè respondet. Quænam est cæremoniæ hujus causa? cur prius bis se Episcopum esse nolle respondet, postea vero Episcopatum oblatum admittit? Ratio hujus cæremoniæ juxta Abulensem hæc est, ut per illam innuatur, suam intentionem non esse, quod grave illud & intolerabile, ipsismet quoque Angelis cælestibus insupportabile & formidabile pondus in humeros suos ex propria electione aut ambitione suscipere velit, quod tamen cum tandem ad illud suscipiendum per obedientiam constrictum se esse videat, cui repugnare non possit, Ecclesiæ voluntati acquiescendo, impositio oneri humeros suos libenter subjicit: *Propter hoc Ecclesia instituit, ut quando susciperentur aliqui in Episcopos, quilibet respondeat bis, nolo & tertia vice respondeat: volo. Quasi inprimis ipse intentionem suam ostendat, in tertiò autem obediens voluntati alterius subjaceat*, inquit hic Doctor. Etenim ponamus nunc casum quod Episcopus ordinet aliquem ambitiosum, prouti plerumque fieri solet, qui honorem istum per fas & nefas procurarit, & pro illius assecutione omnia sua quæ habebat expenderit, nec non hoc fine tum huic tum alteri Principi, per indignam quandam servitutem inservierit, quid talis ambitiosus ordinandus faciet? an fortè talis ad duas primas interrogationes negative respondendo, evidens aliquod & publicum, imò ipsomet sole splendidius & manifestius enuntiabit mendacium? Non est dubium, sic enim respondere debebit, & consequenter splendidè mentietur. Verum quid illum ad tale mendacium enunciandum permovet? unica & sola ambitio. Quodsi enim duabus vicibus primis se Episcopatum appetere, responderet, sicque ambitionem suam clarè manifestaret, ad inthronizationem suam nunquam pertingeret. Ambitio igitur ipsum docet dicere quod nolit id quod tanta cum animi propensione vult & desiderat. Hæc docet ipsum superbiam suam contegere, & humilem se exhibere: hæc lupum sub ovina veste occultat, & contegit: Illa præcipit ut fingat quod revera non est, ut obtinere possit quo caret; maximè cum prætensum obtinere honorem non possit, si quod intus latet palam manifestet.

Abul. q. 5. in cap. 16. Regum.

4. Per arietem, qui ut sapiens ait: *Incedit feliciter*, Beda Anti-Christum intelligit. Impius enim verus ille quidem mundo esse videbitur, sed perversus aries, dum diabolicæ potentiæ comitibus æternum Ecclesiæ ædificium susque deque evertere & in terram prosternere tentabit, eamque tribus annis integris omni possibili vi adhibita concutere & quærere non intermittet. Hic velut aries quidam vermem illum secum habebit, qui à mundi exordio in humani generis perditionem semper proserpit, à quo impius ille, ad inauditorum malorum & damnorum sequacibus Christi inferendorum commissionem exstimulabitur. Anti-Christus hic aries erit non cælestis, sed infernalis, sicut enim cælesti ariete in cælis apparente, verno tempori initium datur, & omnia progerminare incipiunt: ita quando infernalis hic aries in mundo apparebit; simul cum homine omnia ad servitium & obsequium hominis nata & producta perdentur & devastabuntur. Aries erit Anti-Christus, quia tandem velut aries quidam in altari Calvarii montis occidetur & sacrificabi-

Prov. 30. v. 29.

sor & velut æternum ignis infernalis pabulum ad recipiendas condignas impietatis suæ pœnas præcipitabitur in gehennam. Verum enimvero dicat aliquis, quodsi hæc omnia vera sunt, quomodo verum erit, quod sapiens ait: Aries incedit fæliciter, siquidem aries ille cum non minus infæliciter gradietur, quam maledictos dies suos misere est terminaturus, cum semper ad suum totiusque mundi currere præcipitium debeat? respondeo igitur, quod quando sapiens Anti-Christum progressurum esse feliciter dicit, tunc de principio, non verò de fine vitæ suæ loqui intendit. In principio namque regiminis sui per fictionem quandam impenetrabilem mundo se exhibebit, etiq; haud secus ac Nero in quinquennio suo clemens, amabilis, quietus, & religiosus, ut sub hac fictarum virtutum larva & specie homines decipiat, seque ad totius mundi imperium exaltet, prouti reipsa ipsi continget. *In primordiis suis clemens erit, factus ad dilectionem, quietus, religiosus, pacificus,* inquit de Anti Christo S. Hyppolytus, *hæc omnia faciet consilio simulato ac fraudulento, quo circumveniat omnes, ut se Regem creent.* Quia enim impius homo ille extremè futurus est ambitiosus, optimeque intellecturus est, quod nisi hypocrysis ei ad comparandam sibi totius mundi monarchiam viam sternat, ad intentionum suarum portum nequaquam sit feliciter perventurus, ideò magnum se exhibebit simulatorem & hypocritam, mentitarumq; virtutum fraudulenta larva infinitorum scelerum faciem conteget & abscondet, atque hac ratione Regem se faciat omnium regum universi mundi. Raros admodum invenietis ambitiosos, qui non pariter veri hypocritæ existant. Propositio hæc. *Qui nescit fingere, nescit regnare,* adeò apud ejusmodi homines vera est, ut propisce optato capiendo non tanti faciant vim pecuniarum, aut favorum subsidia, aut alia media similia, quanti simulationem æstimant. Ob hanc rationem dici communiter solet? *Honores mutant mores*, quia quamdiu ambitiosus prætendit, sanctos & amabiles mores palam exprimit: postea vero cum quod prensavit apprehendit, subito fictionis larva tollitur, tuncque prideni verè quis sit apparet, longe nimirum ab ea, quam antea palam exhibebat, specie diversus.

Hippolytus Mar. orat. de cõsum. mundi.

8. Core, Dathan, & Abiron, ingenti quadam populi multitudine stipati Moysen & Aaronem fratrem suum adierunt, eisque dixerunt: *Sufficiat vobis, quia omnis multitudo sanctorum est, & in ipsis est Dominus, cur elevamini super populum Domini?* quasi dixissent: Ex quo Hebræorum gens de facto sancta est, & divina præcepta observat, & insuper Deum suum secum habet, qui illi assistit, eamque præ omnibus aliis mundi nationibus majoribus prosequendo favoribus, regit & gubernat, alio certè duce aut gubernatore nullatenus indiget, ac proinde vos illam permittere debetetis pristina sua libertate sine contradictione perfrui, illamque eo quod vobis in illam vendicastis exonerate dominio, dicite enim sodes quisnam vos alicujus tam sanctæ gentis constituerit Dominos, quæ præter Deum, Dominum alium non agnoscit. Quisquis vitos illos hæc verba proferentes audisset, laudare illos & sanctos æstimare potuisset, utpote qui gentis suæ libertatem, qua eos Moyses & frater ejus regnandi cupidi spoliaverunt, ferventer & generose zelabant. Id enim ex ipsorum verbis manifeste colligitur: veruntamen quantum infernus à cælo, tantundem verba ipsorum ab eorundem cordibus distabant. Erant Æthnæ, quæ aliud quidem foris exhibebant, aliud vero, imò potius contrarium intus reconditum habebant in corde. Siquidem non solum non volebant, licet aliud verbis exterius simularent, populi sui libertatem, verum etiam sub hac fictione & simulatione, illam cogitabant supprimere, sub hoc namque artificio, onus reipublicæ à duobus illis fratribus factæ administratæ, ad indignas personas suas cogitabant trãsferre, quia autem satis probè notant, quod si animum suum manifestarent, propositum sibi facinus malo fore fine claudendum, ideò more ambitiosi usitate iniquum propositum suum pallio communis libertatis ab ipsis zelatæ contegere dolosè voluerunt. Ita discurrit Hieronymus Oleaster dum hæc verba attento oculo considerat: *Solent ambitiosi causam suam peculiarem communem facere ipsi*

Num. 16. v. 3.

Oleast. in c. 16. Num.

âsti non populo, sed ambiebant sibi primatum, sed ne digito monstrarentur, communem faciunt causam suam, quasi non suam, sed ratius populi injuriam vindicare voluissent. Hac quoque via ut Historici referunt, Dionysius Syracusanus tyrannicum sibi accersivit totius regni Siciliæ imperium, nimirum sub pallio zeli boni publici, rem suam promovere satagebat privatam. Id quod pro nunc sufficiet ad demonstrandum, quod ambitio conjunctam semper secum habeat hypocrisin, sitque velut alter quidam Alpheus qui ut amatæ & sollicitè quæsitæ dignitatis Arethusam tandem assequatur & amplexari possit, per cuniculos subterraneos doloso serpit & reptat.

6. Ambitionem olim sacro quodam emblemate delineaturi juvenculam quandam pingere solebant aspertimam quandam rupem conscendentem, in cujus vertice ingens erat sceptrorum, coronarum, omnigenarumque mitrarum numerus, hæc autem juvencula stola quadam viride hederis adornata contecta erat. Porrò ambitio inprimis in specie cujusdam juvenculæ depingebatur, quia nimia præsumptio & spes temeraria juvenum est omni experientia carentium, qui animi impetus regere non possunt. Proponitur deinde in specie conscendentis aspertimam rupem, ob ingentes quæ ambitiosis hominibus occurrere solent difficultates, dum alta honorum fastigia conscendere satagunt. Colore quoque vestitur viridi, quia sicut Chamæleon vento pascitur, ita ambitiosus mera spe nutritur. Hæc autem viridis stola qua est amicta; hederis adornatur ob duplicem rationem. Primò quia cum hædera planta quædam sit, qua olim apud veteres ornabatur & coronabatur Bacchus ebriosorum Deus, ideò per hoc innuitur ambitiosum Bacchum quendam seu ebriosum esse, utpote cui vinum ambitionis seu desiderium honoris omnem sustulit rationis usum. Quis enim illum ebrium quendam rationis omnis expertem esse non censeat, qui contra omnem sanam rationem honorem prætendit sibi minimè debitum, quique ad hoc ut obtineat quod desiderat, omnem prorsus rationem contradicentem supplantat. Ambitio vinum est, quod ad vexandum & exercendum caput subitò ascendit, neque illud unquam quiescere permittit. Hoc ambitionis vino quondam exercebatur caput decrepiti illius Ducis, quem cum Philippus 2. Hispaniarum coram se stantem videret tremulum & debilem, motusque ad pietatem, sedere jussisset, simul tacitus eidem insinuavit, morbum ejus non in pedibus, sed in capite ejus residere, utpote qui non sedendi, sed in præsentia Regis sui caput suum tegendi facultatem desiderabat; ambiebat enim magnatum Hispanorum privilegium, id est eorum accenseri numero cupiebat, qui tecto capite regi assistunt, eidemque loquuntur. Existimo equidem quodsi rex ambitiosi hujus Ducis oportuno remedio curasset caput, opus deinde fuisset ipsis quoque vacillantibus pedibus adhibere remedium. Ambitio enim haud secus ac vinum capite læso, pedes quoque subito offendere pergit, adeò ut sine vacillatione gressus firmos figere nequeant. Atque hæc est ratio cur lucifer ambitiosorum caput sedere voluerit, dixeritque: *Sedebo in monte testamenti.* Ob eandem quoque causam Apostoli Zebedæi filii à matre petierunt ut Christo cælorum Regi diceret: *Dic ut sedeant hi duo filii mei.* O vinum ambitionis potentissimum, num forte inveniri aliquid poterit, quod vini hujus compescere violentiam possit? Corona quidem ut Athenæus refert, hoc fine intenta fuit, ut quam vinum capiti adscisceit moderaretur molestiam: at verò tametsi mille millenas capiti ab hoc vino læso, coronas imposueris, nihil prorsus te effecisse experieris. Omnes olim mundi Coronæ unico incumbebant capiti Alexandri, utpote totius fere mundi monarchæ, & tamen caput ejus nondum ab omni erat molestia liberum, quia doluit quod alterius mundi quem Anaxagoras præter hunc modum existere ei affirmarat, destitutus esse coronis. Altera ratio ob quam vestis ambitionis est adornata hædera, hæc est, ut videlicet per ornatum hunc hæderarum innuatur inexcusabilis ambitiosi ingratitudo. Sicut enim hædera tametsi ad conscendendum in altum à muro vel ab arbore adjuvetur, attamen

Isaiæ. 14. v. 13.

Matth. 20. v. 21.

Athen. l. 15. c. 5.

mox ut culmen muri vel arboris attigit, murum destruit & corrumpit, arborem vero arefacit & exsiccat, licet ad ejus exaltationem utraque tam fideliter fuerit cooperata. Ita quoque ambitiosus in ruinam sæpè adigit eos, qui suæ sunt sublimationis & promotionis potissima causa. Ambitiosus namque vipera quædam est, quæ matri, unde vitam accepit, mortem conciliat: Fulmen quoddam est, quod nebulam, in cujus gremio genitum, findit, lacerat, & rumpit. Denique flumen est, quod rivos aliosque fluviorum alveos à quibus incrementa accepit, prorsus extinguit, ut nominari amplius nequeant. Darius ad sceptrum & regni coronam evectus Artaxerxem à quo regnum acceperat, occidere voluit. Amalasuntha Gothorum Regina per certum quendam Theodorum quem in regni consortem elegerat, crudeliter necata fuit. Major Rogerium Siciliæ Regem regno exuere voluit, à quo ad primos & principales regni sui status evectus fuerat & exaltatus. Imo si in plura ejusmodi exempla me vellem extendere, mihi ne quidem integer sufficeret mensis. Liquet igitur ex dictis ambitionis non hypocriseos tantum sed & ingratitudinis matrem esse, quæ maximus est, unde hic mundus diffamatur, defectus.

7 Ad innuendum ingens quod ex detractione oritur malum, lingua murmuratrix inferno damnosior esse dicitur. Ecclesiasticus enim de tali lingua loquens dicit: *Mors illius mors nequissima, & utilis infernus potius quam illa.* quasi diceret, lingua murmuratrix adeo pernitiosa & mala, ut infernus per comparationem ad ipsam non damnosus sit, sed utilis. Terribilis est hæc sententia, neque aliquam verisimilitudinem habere videtur; notum siquidem est, quod in toto mundo nihil sit inferno damnosius. Quodsi linguam detractoris æquè ac infernum damnosam dixisset, dissimulari id quidem potuisset, tum quia ut sanctus Jacobus testatur inflammata est à gehenna, atque in infernali igne quodammodo temperata: tum quia quod à lingua detractrice oritur malum, malum quoddam est infernale perpetuum & æternum; siquidem honor proximo semel injustè ablatus, restaurari haud aliqua ratione valet. Verum enimvero his omnibus non obstantibus verum manet, quod scriptura dicit: & utilis infernus potius quam illa; nam tametsi murmuratricis linguæ malum superficie tenus tantum, & secundum exteriorem sui corticem consideranti contrarium verius esse videatur; ei tamen qui in consideratione damnorum murmuratricis profundius penetrat, perspicuum mox fiet, talem linguam esse ipsomet inferno longè damnosiorem. Minus enim malum est, quod infernus subinfert, quam quod à pessima proficiscitur lingua; siquidem infernus solos offendit homines, perversos & sceleratos, hoc autem vitium non minus virtuosos affligit quam flagitiosos. *Infernus utilior est, quam lingua nequam,* inquit, sententiam istam interpretans Hugo, *id est minus nocens; infernus enim non nocet nisi malis, lingua vero nequam nocet bonis & malis.* O horrendum & execrabile vitium! Hoc vitio ut plurimum stipata & associata videtur maledicta ambitio. Ambitioso namque homini se nunquam, ut prætendit, crescere & augeri posse videtur, nisi ejus sodalis & ejusdem secum consors professionis in sua reputatione diminuatur, ideoque omni studio ejusdem honori molitur detrahere. *Vix caveri potest,* inquit Joannes Lorinus, *quin ambitiosus idem sit, & detractor, & imminui aliorum velit honorem, qui augeri suum cupit.* Tali namque homini videtur, quod quantò de alio quodam, cujus virtutes in sua ipsum prætensione impedire possunt, pejus loquitur, tantò se reddat de sua quam procurat dignitate securiorem. Unde cum eligendus est Episcopus aliquis, aut alius qualiscunque superior, mox virorum virtuosorum bonorumque texere incipit catalogum in tali loco commorantium, aut ad illum locum pertinentium, eorumque vitia potius quam virtutes recenset & exaggerat, ut hac ratione ipse solus tali honore dignus esse censeatur, de quo conferendo consilia agitantur. Unde docti ut maledicentiam describant, non serpentem, aut canem, aut lupum adhibent, sed purpuram genus videlicet piscis marini linguam

Eccles. 28. v. 25.

Hugo Card. in c. 28. Eccles.

Lorin. in c. 9. Num.

linguam habentis prominentem, atque ex ore exſertam, eo quod vitium iſtud ambitioſorum hominum, omniumque illorum qui in intentione purpuram ferunt, ſit proprium. Vitium igitur Infernale eſſe debet ob enormitatum illarum ſequelam, in quarum pœnam Infernus præcipuè eſt aſſignatus. Progrediamur ulterius.

8. In primo Regum libro legitur, quod Davide à Rege Saule, qui ipſum occidere moliebatur, fugiente, & in agros egrediente, multi alii anguſtiati, tenuioriſque fortunæ homines ipſum fuerint inſecuti: *Convenerunt ad eum omnes, qui erant in anguſtia conſtituti & oppreſſi are alieno, & amaro animo.* Immoremur, obſecro, nonnihil in hujus loci conſideratione & videamus num homines illi Davidem in eo, in quo tunc erat ſtatu ſequentes, bene fecerint, rebuſque ſuis prudenter bonoque cum judicio proſpexerint. Non equidem ignoro, quod ſecundum primam facti hujus faciem judicando, exiſtimaturi ſimus, illos non tantum non bene feciſſe, verum etiam quod quaſi omnis expertes judicii malo ſint uſi conſilio. Quid enim boni ſperare poterant, ad fugitivum, & in Regis indignatione conſtitutum virum aliquem recurrendo, qui cum ipſis ejuſdem erat conditionis & fortunæ? Quodnam poterant ab eo habere ſubſidium aut conſolationem, qui omnis erat inops conſolationis & ſubſidii? Nemo dat quod non habet. Quodſi prudenter agere voluiſſent, debuiſſent utique ſuum ad talem perſonam accipere refugium, qui eo tempore apud Regem proſperabatur & in honore conſtitutus magni fiebat; à tali namque prudenter bonoque cum judicio quod deſiderabant ſperare poterant. Hoc autem in infortunio ſuo ad Davidem inſtitutum refugium idem erat, ac ſi ab Aquis ſe recepiſſent ad pumicem, per frigus ad ignem, per calorem ad glaciem. Verum enimvero ſi hic miſerorum hominum ad Davidem quoque miſerum recurſus altius inſpiciatur, clarè videtur, aliò ſpectaſſe horum hominum conſilium; Non enim eo fine ad Davidem confugerunt, ut ab eo aliquo fulcirentur ſubſidio aut auxilio, ſed potius ut ſuam inquietarent & turbarent Rempublicam vafrè & callidè confugerunt ad Davidem, Simul etiam cum Davide per totum Saulis regnum ignem excitare, populum Hebræum ſuſque deque evertere, bellum ciere & excitare; Regem & ejus regimen immutare, perque ſimiles mutationes ſuam quoque fortunam mutare, & ex humili proſtrataque conditione in altum ſe evehere ſperabant. *Iſti homines*, inquit Toſtatus, *deſiderabant mutationem proſperitatum, & dominiorum: turbatis autem rebus, fortè conſequi poterant aliquid inde.* Omnes hi homines anguſtiati ad Davidem confugientes, ambitioſi erant, ſiquidem ſtatum in quem Deus illos depreſſerat, ferre non poterant. Unde ut ex humili in altum emergere & erigi poſſent, in Regno ſuo turbulentias machinabantur atque rumores. Viri enim ambitioſi proprietas eſt, ut dum ſibi ad altius aſcendendum veram & ordinariam ſcalam deeſſe videt, mundum tunc inquieter, rumores ſeminet, Guerras, bella & inimicitias in populo excitet, ut ex ſubſecuta inde totius mundi mutatione, ſua quoque tandem fortuna mutetur. Conſtat namque quod piſcator nunquam niſi aquâ prius turbatâ, capiat anguillas; Nec tonitru, niſi rupta prius nube terrere, nec viperam niſi per mortem matris in lucem prodire. Atque ideo ambitio ſeditionibus, odiis, bellis civilibus, rapinis, milleniſque aliis ſimilibus miſeriis communiter ſtipata conſpicitur. Quodſi Roma etiamnum in flore conſiſteret & loqui nobiſcum poſſet, diceret utique: fui, non autem ſum amplius Roma, id eſt, *ſublimis*; ſum humiliata atque in terram proſtrata à Sylla, à Cæſare, ab Antonio, à Pompeio; hi namque mille exercentes ſcelera & flagitia committentes, omni me miſeria oppreſſerunt, ut diadema meum è capitis mei vertice tollere, meique pro libitu ſuo dominari poſſent.

1. Reg. 22. v. 2.

Abul. q. 5. in cap. 22. lib. 1. Reg.

9. Quandoquidem imprudentiſſimus Abſalon, inquit Abulenſis ad obtinendum Judæorum regnum mortem David Patris ſui expectare potuerit, imo & debuerit, ſic enim magna cum fælicitate ſua & populi ſui tranquillitate coronari potuiſſet, ſiquidem alius præter ipſum Patri ſuo ſuccedere non poterat, quando ipſe indubitatus erat Patris ſui ſucceſſor; Celebat enim Davidis

primogenitus ob inhabilitatem ſuam regnandi incapax erat, quæ etiam cauſa eſt, quod de eo nulla prorſus in ſacra ſcriptura mentio fiat. Qua igitur ratione factum eſt, quod Patrem ſuum etiamnum viventem tanta cum impietate & inverecundia purpura, imo vita ipſa exuere & ſpoliare voluerit? Reſpondet autem idem Doctor: *Tanta erat mentis inquietudo, & deſiderii improbitas, ut non patiebatur expectare funera Patris, ſed ei viventi regnum aufferre conatus eſt, & quia non poterat regnum aufferre, quin vitam tolleret, utrumque aufferre voluit.* Quia exceſſus aviditatis regnandi illam Abſaloni non indulgebat patientiam, ut modicum illud tempus quo decrepiti Patris, vita durare poterat, præſtolari poſſet, ideo ut quanto citius fieri poterat, coronaretur, in viperam converſus, mortem orditi auſus eſt Patris, & in illum decrepitum ſenem tale ac tantum ſcelus committere, quod vix erat imaginabile. Parricidium ſcelus eſt adeo horrendum, ut Solon legislator, ut Tullius narrat, interrogatus cauſam, ob quam in legibus ſuis huic quoq; delicto debitam non adjunxiſſet pœnam, reſponderit: *ſe id neminem facturum putaſſe*, quaſi dixiſſet. In mentem mihi nunquam venit, futurum aliquando eſſe, ut tantum ab homine ſcelus committeretur. Regnandi cupido & deſiderium ad talia ac tanta ſcelera committenda hominem cogit, quæ magni alicujus ſapientis mens capere non valet. Unde patet quod ambitio non ſine cauſa cæca fingitur, quando ipſa neque Patris nec matris rationem ullam habet, dummodo ſuæ ſatisfaciat cupiditati. Quodſi ſymbolum iſtud: *Neminiparco*, morti attributum, ambitioni quoque attribueretur, aptiſſimè certè quoad fieri poſſet in illam quadraret. Cum enim ambitioſus ne ipſimet quidem Patri parcat, cui poſt illum parciturus eſſe præſumi poterit? quod ſine ab ipſomet parricidio quidem committendo abſtineat, quam non erit deinceps commiſſurus iniquitatem?

Abul. q. 10. in c. 15. 2. Reg.

Cic. Tuſc. 5.

10. Quando prothoparens noſter Adamus à conjuge perſuadebatur, ut ad hoc ut Deus quidam fieret, de pomo vetito guſtaret, poterat haud dubiè, imo debebat diabolica hæc promiſſa nonnihil accuratius examinare, & ad illius impoſſibilitatem attendendo intra ſemetipſum dicere: Ergone poſſibile eſt arborem hanc ejus eſſe virtutis, ut fructuum ſuorum eſu homines Deos facere poſſit. Et quidem certum in primis eſt, Deos nequaquam fieri, imo ipſo quo fieri dicuntur, dii nunquam eſſe poterunt. Attamen ponamus caſum arborem videlicet illam hac virtute vere pollere, ut manducantes ex illa Deos efficiat, cur Dæmon qui primis Parentibus maledictum iſtud conſilium ſuggeſſit, hucuſque fructum illum guſtando non eſt factus Deus? Cur uxor mea quæ de pomo illo me ſpectante manducavit, etiamnum ſicut antea mulier eſſe perſeverat, & in Deum minimè videtur converſa? Poſt emo dato & non conceſſo, quod ego fructus hoſce manducando futurus ſim Deus, quomodo præceptum Dei tranſgredi, maledictionem ejus ſuſtinere, & comminatæ ſempiternæ mortis ſententiæ ſubjicere me potero? qualis deinceps futurus ſum Deus, ubi tot fuero expoſitus & ſubjectus miſeriis? An non ſuſpicionibus, & periculis plenum conſilium iſtud eſſe cognoſcere poterat? Poterat utique. Eccur igitur Adamus tanta ſapientia, ſagacitate & intelligentia præditus, priuſquam poſitum ſibi præceptum tranſgrederetur, non prius circa ſuggeſtum ſibi conſilium, hoc jam adducto vel alio modo diſcurrit? certus ſum equidem quodſi hoc feciſſet, nullum prorſus Diabolicæ ſuggeſtioni daturus fuiſſet locum, neque autes eidem præbuiſſet, nec ipſe aut nepotes ejus ad tantam fuiſſent malorum miſeriarumque abyſſum condemnati, quas nunc ob culpam ſuam in hodiernum uſque hic in terris ſuſtinere & deplorare coguntur. Huic quæſtioni reſpondet Philoxenus à Moyſe Barcepha citatus, & dicit, Adamum ſimiles diſcurſus tranſgreſſioni præmittere non potuiſſe, eo quod ambitæ deitatis deſiderium miſeri Adami mentem nimium perturbarit & obfuſcarit, excæcaveritque ſerenum alias ſapientis animæ ſuæ oculum, ut ad rationes, per quas à Diabolica ſe potuiſſet perſuaſione liberare, attendere non potuerit: *Niſi enim illa affectione perturbatum animum habuiſſet, facilè hac & hujuſmodi oppoſuiſſet argumenta.* Mox ut maledictum vitium iſtud cor hominis ſemel attingit, illud ipſum totali-

Philoxen. apud Moy. Barc. lib. 1. c. 19. de parad.

totaliter excæcat, privat mente, & in quodvis præcipitium illud facillimo negotio perducit. Ambitiosus nec humanas nec divinas potest leges respicere, quia nec ad videndum oculos, nec mentem habet ad considerandum an Deum offendat vel homines, unde meritò à S. Bernardo *excæcatrix cordium*, ambitio appellatur. Cœcitas hæc adeo ingens est & deploranda, ut ambitiosum cœlo longè miseriorem efficiat: cum enim cœcus dum graditur, præcipitium semper timeat, sibique à casu quem timet multis modis præcaveat; ambitiosus econtra sine ullo prorsus timore quodvis aggreditur periculum: unde mirum non est si evidenter in utramque mortem usq; præcipitetur & cadat. *Tam cæca est dominandi cupido*, inquit Oleaster, *ut nihil homines timeant, nihil vereantur aperta pericula subire, ut præsint.*

D. Bernardus.

Oleaster in cap. 3. Isai.

11. Plura eaque efficaciora in hanc rem dicentem attentè velim auscultetis. Dum Christus ultimam cum Apostolis suis cænam celebraturus mensæ accumberet, hisce ferè verbis eos est allocutus. Sciendum est vobis ô chariſſimi discipuli mei, horam mortis meæ præ foribus jam imminere, illudque nunc tempus appropinquare quo unus è vobis me in crudeliſſimorum inimicorum meorum manus crucifigendum & occidendum, est traditurus. Quia verbo hæcce verba non tam verba quam fulmina esse videbantur, quibus optimorum discipulorum transfigebantur corda: cupidi & curiosi fieri cæperunt sciendi quisnam inter illos futurus esset traditor ille, à quo nefas tantum, tamque immane committendum esset flagitium, ut autem in hujus rei evidentem devenire notitiam possent, inquit S. Lucas: *Facta est contentio inter eos, quis eorum videretur esse major.* Sedulò inquirebant quisnam præcipuè inter ipsos congregationis suæ procuraret primatum, supremumque in alios ambiret Dominium. Cur ut hoc scirent erant solliciti? Nimirum ut certò explorare traditorem possent, scire voluerint quisnam inter eos majori tangeretur ambitionis stimulo. Verum inquies fortè, quid ambitioni cum tradimento commune est, ut ambitiosum invenientes, se quoque traditorem deprehendisse persuadere sibi possent? Nimirum quia tantum scelus à nullo alio quam ab ambitioso patrandum esse credebant: *Videntes discipuli faciem, quam Angeli aspicere desiderant, esse turbatam, dixerunt, quis esset ille, quarentes quis eorum esset major: quia arbitrati sunt, ille qui major est, ut dominari possit, magistrū prodere procuraret*, inquit S. Augustinus. Sicut enim Judices, dum hominem aliquem otiosum deprehendunt, illum furem esse arbitrantur, scientes otium proximam esse latrocinii causam: Ita ut Apostoli deprehenderent eum, qui futurus inter illos traditor erat, quisnam magis ambitiosus esset investigarunt, scientes ambitionem pati cum tradimento passu progredi, & ambitiosum quemvis semper etiam traditorem esse, in cujus manibus ne ipse quidem Deus, ut non tradatur, securus sit. Nullum equidem est dubium, quin Herodes postquam Christum natum esse intellexisset, & Magis diceret: *Ite & interrogate diligenter de puero, & cum inveneritis renuntiate mihi, ut & ego veniens adorem eum*; ad cælestem hunc infantulum advolare, eumque sub adorationis & venerationis ementito pallio capere & trucidare voluerit. Veruntamen cum sine hujusmodi figmento & simulatione Christum recens natum facillimo negotio invenire, atque in suam redigere potestatem potuerit, cur fictionem istam utpote supervacaneam, quantum videtur, adhibere voluit? Fecit hoc, quia magna tenebatur ambitione devinctus. Unde quia timebat ne Infans hic recens natus, jam de facto tanquam Rex regni Herodiani publicatus, bellum ipsi aliquando movendo, regni sui sceptrum, quod tyrannicè & injustè invaserat, ipsi violenter eriperet, illum tradere decrevit; neque enim traditor non esse non poterat, qui adeo ambitiosus erat.

D. Augustin. serm. 28. ad fratres.

Matth. 2. v. 8.

Luc. 22. v. 24.

12. Postquam Hebræi Christum Pilato præsentassent, ut ab eo ad vituperosam & probrosam crucis mortem condemnaretur, jamque Pilati mentem sufficienter satis intellexissent, quod videlicet quia nullam in eo invenire causam aut delictum poterat, quod efflagitatæ ab illis mortis reatum promereretur, illum libertati iterum pristinæ restituere decrevisset, cur obsecro iteratò ad eundem Præsidem reversi dicentes: *si hunc dimittis, non es amicus Cæsaris.* Porrò quando

Joan. 19. v. 12.

do Judicem jam ſemel ex perverſa ſua voluntate ſcandalizatum, deque Chriſti innocentia ſufficienter & abundè informatum ſciebant, jamque etiam ex perſpicuis Judicis verbis affatim ſatis, quod Chriſtum mortis condemnare nulla ratione vellet intelleriſſent, nequaquam de novo replicare, novaſque contra Chriſtum inſtantias facere debebant; ſed potius metuendum illis erat, ne ſi ſuas iterarent inſtantias, non ſolum oleum perdituri eſſent & operam, verum etiam non obtento præteaſo inſtantiarum ſuarum affectu, ſuam inſuper eſſent manifeſtaturi malignitatem. Nullus equidem dubito quin ſi Judæi ſciviſſent, quod novam faciendo inſtantiam, id tamen quod tam anxie deſiderabant, impetrare nequaquam potuiſſent, illam utique fuiſſent intermiſſuri, id tamen facere noluerunt, quia ſatis illis perſpicuum erat, quod ipſis cum ambitioſo quodam res agenda eſſet, à quo poſt interminatam illi Cæſaris indignationem & inclementiam, nec non ampliſſimi quod in Judæa obibat muneris jacturam, obtinere facili negotio poſſent non ſolum illius efflagitæ ab illis magnæ injuſtitiæ promiſſionē, verum etiam executionem cujuſcunque alterius ſceleris longè majoris quam hoc erat quod petebatur, ſi tamen majus dari non eſt impoſſibile, pro uti re ipſa poſtea accidit. *Malitioſè nimis id calumniati ſunt*, inquit S. Cyrillus, *non ignorantes, Pilatum etiam invitum, citius facturum quod vellent, ut ipſe tutius viveret & præſideret.* Nullum poteſt excogitari ſcelus, quantum totius mundi ſit enormiſſimum, cui ſuas ambitioſus non ſit promptiſſimè adhibiturus manus.

D. Cyrillus Alex lib. 12. c. 7. in loco.

Juvenal. ſaty. 14.

Ad ſcelus atque nefas quodcunque purpura ducit, inquit Juvenalis.

Cauſa cur Cæſar, quando dixit: *ſi violandum eſt jus, dominandi cauſa violandum eſt*, in communi locutus fuerit, neque delictum illud, per quod legum jura dominandi cauſa, violanda eſſent in individuo explicarit, cauſa inquam illius hæc, ut opinor, fuit, quia omne delictum etiam graviſſimum dominandi cauſa facilè committi ſciebat. Nam ut humani obtineantur honores, in omni decreto nihil eſt facilius, quod nulla in iis habeatur legum latarum ratio. In omni re, dummodo obtineri poſſit aliquod in homines dominium aut præeminentia, nihil eſt adeo frequens, quam quod data opera ſe opponant ei quod manifeſtè juſtum eſt atque honeſtum, ipſaque juſtitia in perpetuam abeat oblivionem: *Maximè adducuntur plerique ut eos juſtitia capiat oblivio, cum in imperiorum, honorum, gloriaque cupiditatem inciderint*, inquit Cicero. *Cic. 1. de officiis.*

13. Quænam de ſalute talis hominis concipi ſpes poterit, qui humanas divinaſque leges tanta cum facilitate prævaricatur? quem omnis juſtitiæ, honeſtatiſque totalis cæpit oblivio? qui temere adeo quavis ſe iniquitate commaculat? Certè quod me attinet, niſi Deus ſpecialiter ejuſmodi homini auxilietur, perditum & deſperatum illum eſſe exiſtimo, utpote procul à Paradiſo cæleſti remotum & Inferno viciniſſimum. Porrò quando Apoſtolus ardentiſſimum & fortiſſimum ſe Dei amatorem eſſe gloriatur, atque ad Romanos ſcribens nihil in univerſo mundo tam in cælo quam in terra eſſe dicit, quod illum à Deo ſummè dilecto ſeparare poſſit, inter cætera quæ ibidem cenſet, etiam mentionem facit altitudinis & profunditatis: *Certus ſum enim quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque Principatus, neque virtutes, neque inſtantia, neque futura, neque fortitudo neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos ſeparare à Charitate Dei.* Quia vero, ſicut per profunditatem infernus intelligitur, utpote in profundiſſimo terræ loco collocatus, ita per altitudinem ambitio ſignificatur: ſublimitas, id eſt, promiſſio honoris, inquit S. Bruno Patriarcha Carthuſiæ, ideo cum hæc duo ab Apoſtolo ſimul poni videantur, tanquam ſibi mutuo vicina, adeoque vicina, ut inter utrumque nihil ſit intermedium, conſequenter colligitur ambitionem & infernum adeo ſibi mutuo vicina eſſe, ut una ſit proximè juxta alteram, nec quicquam ſit intermediū quod utriq; interjiciatur; ipſum quoque ambitioſum adeo inferno proximum eſſe, ut de hora in horam in illum præcipitandus & damnandus eſſe videatur. Et hoc quidem judicium de eo præcipuè formari debet, qui ad omne ſce- *Rom. 8. v. 38.* *D. Bruno in Epiſt. ad hom.*

lus

sus perpetrandus promptus & paratus existit. Nequeid vobis mirum videatur, si quidem ambitiosus, quoadusque vivit, vivum quendam patiatur Infernum. Tormentum namque ambitionis adeo est ingens & immane, ut quodvis in afflictione hominum videatur superare tormentum: *Validius mentem frangit honoris ambitio, quam tormentū;* inquit Petrus Damianus. Debet igitur Infernus quidam esse, hujus namq; solius tormentum, quævis alia tormenta supergreditur.

Petr. Damian. ser. de S. Columba.

14. In Evangelio S. Lucæ cœna quædam magna describitur, quam Rex quidam potentissimus primogenito suo nuptiarum loco præparavit & instituit. Cum autem è Principibus multos ad eandem cœnam invitasset, nullus tamen in ea comparuit, sed variis absentiam suam ne indigne ferretur, prætextibus variis palliarunt. Unus quidem quia uxorem duxerat, alter quia boves sibi coëmerat, tertius verò quia villam emerat, quam necessariò videndam esse dicebat. Porrò supposito inprimis, quod per Regem Deus Rex omnium Regum, per cænam verò beatorum gloria intelligatur, supponendum insuper est, quod per eum qui villam emerat, intelligatur ambitiosus, qui hanc sibi compararat, ut hominibus dominari & imperare posset; observanda autem sunt ambitiosi illius verba, quibus quominus convivium istud frequentare posset, se excusavit: *Villam emi, inquit, & necesse habeo exire, & videre illam: rogete habe me excusatum.* Cum enim aliorum nemo à cæna cœlesti se absentandi allegasset necessitatem, hic solum illam allegavit & proposuit, quasi dicere voluisset. Ob necessitatem qua urgeor ad videndum coëmptam villam, gloria tua necessariò privati, atque è cœlo, ubi cæna hæc est apparata, necessariò excludi debeo. Quasi hac loquendi formula significare voluisset, de salute animæ alicujus ambitiosiæ semper desperandum esse, utpote quæ necessariò damnationis reatum contrahere videtur, cum in cœlo habere locum, aut in Beatorum commorari societate nequaquam possit, *Ait: necesse habeo,* inquit Hugo, *ambitione cogente, quæ non potest coram Deo permanere, nec in cœlo habitare.* Etenim si ambitiosus salvari posset, lucifer utique è cœlo pulsus, atque in Inferni barathrum præcipitatus nunquam fuisset, neque Zebedæi filiis, dum ab ambitione instigari cœlestes sibi sedes postulabant, responsum fuisset: *Nescitis quid petatis.* Infernus illis potius quam cœlum debetur.

Luc. 14. v. 18.

Hugo. Card. in cap. 14. Luc.

Matth. 20 v. 22.

15. Joseph Hebræus scribit, quod quando Pharao Rex Moysen infantulum à filia sua domi suæ nutritum primitus vidit, tantam habuerit in visione illius complacentiam, quasi vultum in eo deprehendisset Angelicum, ut suam è vertice coronam tulerit, eamque infantis hujus capiti, tum honoris causa, tum ad declarandum illum post mortem suam Regni sui hæredem & successorem imposuerit. Puer autem cum coronam illam sufferre in capite suo non posset, eandem è capite suo exsetram in terram projecit, eamque cum miro circumstantium stupore pedibus suis substravit: *Moyses autem convolvens illud, projecit in terram, conculcavitque suis pedibus.* Mira profecto res! cur enim ornamentum istud, à quovis alio desideratum, quodque multi summa cum industria, imo cum evidenti periculo vitæ corporis & animæ consectantur & ambiunt in capite suo, ne per modicum quidem tempus sufferre voluit? Quia nimirum regnum cœleste & æternam gloriæ supernæ coronam ambiebat: *Regale illud diadema,* inquit Berengosius Abbas, *in terram projecit, pedibus conculcavit, significans quod in solio terreni regni nequaquam terreno successurus esset homini, qui accepturus esset regnum decoris, & diadema speciei de manu Domini.* Sapiens hic puerulus à Deo utiq; illuminatus sciebat, eum qui cœlestis gloriæ coronam est recepturus in cœlis, non ambire sed contemnere & aspernari debere coronas hujus mundi hic in terris. Sciebat inquam caput ejus, quo caducis delectatur honoribus, ut eos acquirat communiter millenis subjici debere sceleribus, ob quæ potius timen a illi est triremis seu Galera inferni, quam sperandæ sint sedes Paradisi.

Joseph Hebr Antiquit. lib, 2. c. 6.

Berengosius de laud S. Crucis c. 13.

16. Sicuti in libro Job cap. 5. ubi dicitur: *Homo nascitur ad laborem & avis ad volatū,* per hominem homo bonus intelligitur, qui collum suum laboribus & alterius imperio libenter subjicit, ita per avem ambitiosus significatur, qui velut avicula quædam,

Job. 5. v. 1.

deorsum stándi pertæsus, exaltari semper, & in alto sublimi morari studiosè procurat. Quia autem ubi vulgata legit avis, alii vertunt *Filii ignis*, ut notat Pineda. Per hanc aliam literam innuitur, hasce aviculas igne infernali dignas esse, sicut enim sacra scriptura, ut aliquem morte dignum esse insinuet, eum *filium mortis* vocat; ita quoque ut ambitiosos æterno igne dignos significet, illos *filios ignis* appellat. Quodsi verò aliam quoque translationem adhibere velis, quæ *Filii Dæmonum* vertit, illam quoque extra oleum propositi non abire facile repeties; siquidem idemmet ignis ambitiosis debetur, qui ob suam ambitionem de facto Dæmonem urit, filiis namque patrum suorum hæreditas liquido jure debetur.

Pineda in Iob. c. 5. n. 5.

17. Porrò quia sicut filii hominum homines sunt, ita quoque filii Dæmonum sunt Dæmones, ideo non immeritò ambitiosi Dæmones quoque appellari possunt: *Dæmones sunt cupidi honoris*, inquit Tostatus. Atque ideo meritò talibus debetur infernus, cum Dæmones potius sint, quàm homines. Imo verò quodsi peccatorum istorum pervertitatem melius consideremus, illos Dæmonibus longè pejores inveniemus. Nostisne rationem mihi edicere cur Christus Dominus & Rex noster, Dæmonem illum qui tanta cum immanitate totque modis miserabilem hominem illum torquebat, expellere volens, eundem quo nomine vocaretur interrogaverit, ei responsum à Dæmone fuerit. Nomen suum esse *legio*? vera hujus ratio quantum equidem persuadere mihi possum, hæc est, ut nimirum innueret, quod tametsi in miserabilis hominis illius corpore congregata fuerit integra Dæmonum legio, id est sex mille, sexcenti, sexaginta sex Dæmones, hi tamen in modico hominis illius dominio seu possessione adeo perfectè uniti fuerint & concordes, ut non tot, sed unus solus, unicum duntaxat nomen referens Dæmon in illo corpore esse videretur: cum tanta etiam pace commorabantur simul, ut velut si unicus tantum spiritus fuissent, unus alteri importunus minimè fuerit, aut pepulerit alterum. Quodsi ab hoc, ad ambitiosos considerandos transitum faciamus, videamusque quod ambitiosorum unus alterum ex cathedra è civitate, è regno, imò sæpè ex toto mundo quasi pellat, exterminet, proscribat, ipsos Dæmone pejores esse, ut dicamus necessum est. Cum enim unus Dæmon ex possessione & Dominio unici tantum hominis non pellat aut exterminet alium Dæmonem, ambitiosus econtra alium competitorem suum ex plurimorum hominum possessione & dominio semper exturbat; Neque enim possibile est ut ambitiosus ferre consortem aliquem possit, aut si illum habeat, ut bona in pace & quiete cum illo vivere queat. Hunc in modum discurrit, & concludit S. Bernardinus: *Cum multi Dæmones in uno Dæmoniaco in pace simul & quiete morentur, sicut de Dæmoniaco legionario legitur, nec seipsos pellunt, neque pro loco etiam tam arcto pugnant; duos homines una terra, vel una civitas, & patria expellat. Vt verè ex hoc detur intelligi, quod tales ipsis Dæmonibus sunt pejores.* Unde ad hoc ut ambitiosus aliquis justo & condigno mulctaretur supplicio opus esset, alium quendam adinvenire Infernū, moderno Inferno deteriorem & crudeliorem, cum ipsomet sit Dæmone pejor, cujus gratia Infernus fabricatus fuit. Vitium hoc adeo horrendum in sanctissimi Præcursoris pectore locum invenire non potuit, utpote qui Divina gratia mediante in Angelum quendam transformatus fuit, pro quo fabricatus est Paradisus.

Abul. q. 121. in c. 8. Matth.

Luc. 8. v. 30.

D. Bernardin. Tom. 1 ser. 25. A. 1. c. 2.

(o)

SER-

SERMO I.

IN DOMINICAM IV. ADVENTVS

THEMA.

Sub ſacerdotibus Anna & Caipha.
Luc. 3.

ARGUMENTUM.

Nequit eſſe miſerabilior & infelicior populus, quam qui regimini ſubjicitur avari alicuius Superioris.

1. APes non tantum à fumo horrent, nec Leo ab igne, nec Dæmon à cruce, quantum Juſtitia fugit ab auro. Mira profecto res! Id quod ab homine tanto cum ſtudio & ſollicitudine quæritur, abominationi eſt illi virtuti, unde homo tantopere honoratur. Neque tamen adeo mirum eſſe videatur, quodſi lutum ab alio luto originem trahat, horridum ſit illi quæ ob odium luti à terra recedens, in cœlum ſe recepit, ubi ejuſmodi lutum non ſolum nihili æſtimatur, verum inſuper contemnitur & conculcatur. In cœlis non tecta quæ capiti noſtro ſuperim minent, uti hic in terris, ſed pavimentum quod pedibus calcamus, juxta S. Joannis Apoſtoli relationem fabricatum eſt ex auro. Porrò aurum maximus eſt & infenſiſſimus Juſtitiæ inimicus: quanta metallum iſtud ſuper hanc virtutem, non pollet vi ac potentia? Quando communi proverbio unicus auri pugnus efficere dicitur ut ferreus rumpatur & corruat murus, ſimul innuitur, auri adverſus ſanctam ſynceri adminiſtratoris juſtitiæ intentionem tanta præditum eſſe fortitudine, ut tametſi talis homo firmiſſimi & ſolidiſſimi propoſiti ferro videatur eſſe armatus, tandem tamen ex oblatione auri ſi ad illud inclinatur & afficitur, turpiter vincatur & ſupplantetur. Et tametſi talis homo in ipſomet quoque cœlo commoretur, id eſt, vir ſit Religioſus aut Eccleſiaſticus, adeoque haud ſecus ac cœlum à terra ejuſque imperfectionibus videatur eſſe remotus, & propter eximias virtutes omnibus videatur hominibus aliis ſupereminere, aurum tamen tanta ſuper eum valet virtute, ut cupiditatis ſuæ ſcala adjutum aſcendat, & cordis ſui arcem invadat, ibidemque Aſtræam virginem captivet & corrumpat, tametſi hæc ut à magna adverſarii ſui inſidiis tanto magis eſſet ſecura in

simile quoddam cœlum suum acceperit refugium. Cùm igitur aurum immanis sit Justitiæ persecutor, consequenter adversarius est pacis & juratus humanæ tranquillitatis inimicus, quæ justitiam introducit & conservat. Atque ideo nemini mirum videatur quod totus susque deque vertatur mundus, videantur dissipatæ civitates, Magnates humiliati, conculcati cives, divites depauperati, desperati paupetes, omniaque passim devastata cernantur, quando in pectoribus eorum qui Justitiam regunt & administrant, regnat cupido & desiderium auri. Porrò ratio cur tempus quo sanctissimus Christi præcursor prædicare cœpit, assignetur sub Anna & Caipha summis Pontificibus: *sub sacerdotibus Anna & Caipha.* Præcipua hæc erit, quia Romanis Judeæ regnum administrantibus atque ob insatiabilem cupiditatem suam, sacras prophanasque dignitates vendentibus, non regebat juxta bonum antiquæ legis dispositionem, unicus duntaxat summus sacerdos, sed plures & inter eos nunc hic, mox alius, ille nimirum, qui avaris Rectoribus temporis illius præstantiorum faciebat munerum oblationem. Atque ex hoc solum capite nata est totius Hebræi populi ruina, inde desolata sunt civitates & regna, & in totalem ruinam abire cogetur quicquid cupido, avaro, & venali fuerit superiori subjectum. Neque enim non infelix & & perditus æstimari debet ille populus, qui à tali fuerit Rectore gubernatus. Id prolixius exponentem me velim attendatis, efficiam enim ut manibus vestris veritatem istam tangere possitis.

Luc. 3. v. 2.

2. Quantum ex quadam S. Ambrosii sententia colligere possum, avarum serpentem quendam esse intelligo. Sanctus enim hic Doctor de maledicta Achami avaritia loquens dicit: *Iesus Nave quipotuit solem sistere ne præcederet, avaritia hominum non poterit sistere, ne serperet.* Eo ipso quo avaritiam serpere asserit, simul avarum serpentem esse innuere voluit, cum serpens a serpendo nomen suum obtineat. Avarus serpens est, adeoq; totaliter in terram pronus, imò extensus, ut ne oculos quidē levare & in cælum aspicere possit, utpote qui alia quam terrena bona minimè prærendit. Pedes nullos habet, quia naturalibus & spiritualibus affectibus omninò est destitutus: alium quam semetipsum non amat, nec æstimat, nec promovet, nec respicit, omnes alios inimicos suos reputat, atque ideo huic dicta videntur verba illa Dei ad antiquum serpentem prolata, quibus immortalem inter ipsum, omnesque alios Adæ filios inimicitiam futurum prædixit. *Inimicitias ponam inter semen tuum & semen illius.* Homo avarus per Moysis serpētem adumbratur, nam sicut hic vivus existēs vivis vitam eripiebat, quam, mortuus autem postea repræsentatus, restituebat mortuis: ita quoque avarus quamdiu vivit, vita & sanguine pauperes spoliat & exuit, quam iisdem postea mortuus denuò licet invitus restituit, distributa nimirum inter pauperes ejus malè acquisitâ substantiâ. Avarus quidem serpens quidam est, verum deest illi, qua Deus serpentem alias donavit, serpentina prudentia, serpens enim pro tuendo capite corpus feriendum exponit: Avarus autem pro auro conservando & augendo, non solum totum corpus, verumetiam animam, quæ caput est & domina corporis, æternæ mortis periculo exponit. Sciendum est insuper, quod tametsi omnes universim serpentes venenosi sint & lethiferi: Basiliscus tamen cujus capiti natura ex occulto Dei judicio coronam imposuit, præ omnibus aliis longè est pernitiosior, adeoque periculosè noxius, *ut circa cavernam suam omnia siccet, destruat, & consumat*, ut inquit Berchorius: omnia tam animata, quàm inanimata, quæ antro suo in quo degit, appropinquant enecat & disperdit. Avarus superior Basiliscus est, atque ideo væ illis quibus imperat. Tametsi avarus populo in cujus consortio vivit semper valde sit pernitiosus, attamen si contingat illum super alios evehi suoque capiti coronam primatus insigne imponi, tunc quam maxime *omnia destruit, siccat & consumit*; Nam tam magni quam parvi, divites & pauperes, boni & mali sub ejus Dominio & regimine constituti in extremam abeunt ruinam. Est commune totius territorii infortunium, & universalis omnium calamitas & miseria; neque enim ullus est qui tali sub rectore non doleat.

Gen. 3. v. 15.

Berchor. Reduct. Moral. li. 4. c. 27.

3. Locus ille S. Matthæi singulari est observatione dignus, ubi refertur, quod Christus Dominus noster templum

S. Ambr. de offic. l. 2 cap. 26.

plum Hierosolimytanum quondam ingressus, Sacerdotes quosdam invenerit, qui neglectâ Dei laude, omissisque debitorum sacrificiorum oblationibus, cum insigni scandalo & irreverentia lucris illicitis tractandis & adaugendis operam dabant: multos quoque ibidem invenit infirmos variè afflictos, qui salutis suæ recuperandæ cupidi, ejus se recommendabant benignitati. Christus igitur, tum hos sanare, tùm illos corrigere volens, funibus apprehensis, avaros illos synagogæ ministros priùs rigorosè percussit & ejecit è templo, postea verò infirmorum & pauperum se curæ applicuit. Prius enim Evangelista dicit: *Ejiciens omnes vendentes & ementes de templo*: & postea subjungit: *Accesserunt ad eum claudi & cæci in templo, & sanavit eos.* Circà quod Christi factum attendendum est, quod cùm Deus ad opera pietatis exercendæ naturaliter promptior sit atque proclivior, quàm ad executionem justitiæ, ideò illis prius & potiùs, quàm hisce operibus manus suas applicare consueverit. Et quidem cùm David ex diuturna cum Deo habita familiaritate & praxi hujus esset veritatis optimè conscius, ideo prius illum benignum & misericordem, postea verò justum appellat: *Misericors Dominus & justus.* Priusquàm Deus mundum diluvii aquis submergeret, & Sodomam igne cælitus delapso conflagraret, Noemum in arca, & Lothum in monte salvavit & omni mortis periculo eripuit. Adeò idipsum verum est, ut dum prothoparenti nostræ Evæ ob præcepti de non manducandi arboris scientiæ boni & mali fructibus illi impositi transgressionem gravissimè indignatus, eandem per partus dolores castigare vellet, ad hoc illi imponendum pœnæ supplicium, manus suas extendere noluerit, nisi illam prius fœcunditatis favore gratioso affecisset. Priusquam enim illi diceret: *In dolore paries filios:* jam ante eidem dixerat: *Multiplicabo conceptus tuos.* Ideò quoque nunquam tonitru de cælo mittit, quin illud vibrato prius de cœlo fulmine præveniat, veluti nos commonefaciens, ut à decreto nobis supplicio caveamus. Cùm igitur Deus manus suas prius ad misericordiæ opera adhibere soleat, priusquam justitiæ ensem stringat, prius beneficiis demulceat, & postea deterreat suppliciis, quæ igitur ratione fit, quod hâc vice contrario modo processerit? cur infirmos & languidos non priùs curavit, quàm avaros castigârit Sacerdotes? Rupertus Abbas, id factum esse respondet, ut per hoc innueret, infirmum populum curari nunquam posse, nisi avaritiæ vitium prius expellatur a cordibus Sacerdotum, aut nisi cura habeatur, ut ejiciantur semper cupidi & interessati ministri templorum: *Non priùs cæcos & claudos curavit, quia illos latrocinantes de spelunca ejecit: quasi videlicet non vitia curari, nec virtutes possint illustrari, nisi prius Mammon de cordibus Sacerdotum, aut ipsi Sacerdotes cum illo Deo suo de templo Dei fuerint ejecti.* Quamdiu Sacerdos vel quicunque alius Dei minister, quem Deus pro regimine populi sui in Ecclesia sua tenet, cupidus fuerit aut avarus, omnes animæ talis Sacerdotis curæ commissæ, languidæ semper erunt & infirmæ: talis enim homo de ovium suarum salute sollicitus nunquam erit, sed potiùs de insatiabili cupiditate sua satianda perpetuò cogitabit: non eò tendet, ut adulter a commisso deinceps abstineat adulterio, sed potiùs ut pecuniæ mulctam solvat tali peccato præfixam in synodo: imò si adulter in idem delictum commissum denuò fiat recidivus, de hoc gaudet, estque peccatum istud commissum ipsi pergratum, quia sic iterùm luere cogitur novum pecuniæ supplicium. Nisi similis rectoris cor ab hoc maledicto humore expurgetur, aut è templo expellatur, commissarumque privetur curâ animarum, plebs languida semper erit & infirma. Adeo namque ingens & damnosum est istud in Ecclesia Dei malum, ut nullum aliud habere posse videatur remedium.

Matt. 21. v. 12. & 14.

Rup. lib. 1. c. 21. Ios.

Psal. 134. v. 5.

4. Cùm Deus Prophetæ Amos die quodam tristè valde & lugubre annuntiaret nuntium, ipsumque de ultima populi sui perditione certiorem faceret dicens: *Venit finis super populum suum Israel.* Prophetæ attonitus tanti mali, primævam originem & causam scisciari præsumpsit, cui Deus, ut omnem ei dubitationem adimeret, uncinum quendam demonstrando respondit: *Ostendit mihi Dominus Deus, & ecce uncinus.* A quo nimirùm uncino ultima populo Dei

Amos 8. v. 1.

Rupertus l. 4. in c. 8 Amos.

naſcitura perditio erat: *Propter uncinum*, inquit Rupertus Abbas, hunc locum explicans, *venit filius ſuper populum Iſrael.* Quidnam obſecro uncinus iſte ſignificabat, qui cauſa fuerat, cur ultima ſuper aliquem populum ſuperinduceretur ruina? Uncinus hic quantum ego capere poſſum, ſymbolum erat alicujus in manu avari Prælati conſtituti baculi paſtoralis, qui ſicut in boni alicujus Epiſcopi manu poſitus, in vertice reflectitur & incurvatur, ut per eum animæ errantes, vi boni exempli & doctrinæ, ſanæ trahantur ad ſemitas cœli, ita conſtitutus in manu alicujus Epiſcopi avari, in eodem vertice etiam quidem reflectitur & incurvatur, ſed ad pecuniam, dona, alioſque ab avaro animo deſideratos fructus ſibi attrahendos. Unde baculus talis ex certo quodam ligni genere factus eſſe videtur, quod ad illa ſolum loca, ubi aurum latet, inclinatur, non enim pro ſalute eorum, quibus Epiſcopus imperat, ſed ad propriam Epiſcopi illum ferentis utilitatem, ad eliciendos ſcilicet denarios & theſauros congregandos portatur. Porrò baculus talis Epiſcopi, adeò propriè hoc nomen baculus obtinet, ut aliud majori cum proprietate illi imponi minimè poſſit. Latini enim, inquit Iſidorus, exiſtimant nomen illud *Baculus* à Baccho illius inventore derivari. Bacchus enim baculum eo tantùm fine invenit vel adhibuit, ut vino inebriatus erectus corpore ſubſiſtere & firmiter ſtare poſſet: Talis etenim Prælatus animæ cupiditatis vino adeò eſt inebriatus, ut ſibi ſe in pedibus erectum conſiſtere, ut turpem à ſtatu ſuo proprio lapſum vel caſum evitare non poſſe videatur, niſi hunc manibus ſuis teneat baculum, per illumque alienas ſibi continuò facultates & ſubſtantias attrahat. Maledictus hic uncinus vera eſt cauſa, unde totalis integri alicujus populi ruina naſci ſolet; atque ideò qui ab avaro aliquo Prælato gubernatur populus, verè perditus eſt, diſſipatus eſt, everſus eſt, atque totaliter deſolatus. Epiſcopus ille qui nullam de animabus, ſummam verò de pecuniis curam habet, eò quod toto ſtudio in nummos, non vero in animas curandas fertur, lubens lubenſque commiſſas ſibi animas Dæmoni cedet, æternamque earum, pro quibus curandis Chriſtus pretioſum ſanguinem ſuum fudit, perditionem nihili faciet. Certum eſt enim, quod ſicut avarus pro modico denarii alicujus lucro animæ ſuæ propriæ non curat perditionem, ita quoque perditionem animæ alienæ minimæ ſit curaturus. *Qui ſibi nequam eſt, cui alii bonus erit?*

D. Iſidor. Ethym. l. 20. c. 13.

Eccleſ. 11. v. 5.

5. Audite obſecro, quibus in hanc rem verbis Corinthios alloquatur Apoſtolus, Omnia, inquit, *mihi licent, ſed ego ſub nullius redigar poteſtate.* Quaſi dicere voluiſſet: Poſſem equidem juſto mihi titulo dona illa vendicare, quæ tanta cum liberalitate à vobis mihi ſunt oblata. Verùm avertat à me propitius mihi Deus, ne id unquam facere præſumam. Id namque faciendo omnem quam Deus in vos mihi contulit, perderem authoritatem & poteſtatem, meque qui ſuperior veſtet ſum, veſtrum facerem eſſe ſubditum. Ita hunc locum intelligit & explicat S. Ambroſius dicens: *Si enim ab eis acciperet, quos in tantis vitiis arguebat, auctoritatem magiſterii conceſſam ſibi à Domino, inclinabat; nec enim poteſt conſtanter argui à quo accipitur, maximè cùm ideo promptus ad dandum ſit, ut ſibi humiliet propoſitum. Unde & dicit, ſed ego ſub nullius redigar poteſtate.* Mundus ſuſque deque neceſſariò invertitur, ſitque ſubditus ſuperior, & econtra ſuperior ſubditus conſtituitur, quamdiu ſuperior à ſubditis munuſculis demulceri & obliniri deſiderat, aut quamdiu libenter ab iis accipit, quibus imperat; tunc enim id quod Sapiens ait, reipsâ verificatur: *Vidi ſervos in equis, & Principes ambulantes ſuper terram quaſi ſervos.* Neque poteſt talis rector in ſimili caſu bonus eſſe juſtitiæ adminiſtrator, ſed potius populus corpu, quoddam erit ſine capite: flumen ſine fonte, arbor ſine radice, imò diſſipatus erit & totaliter deſolatus: ſicut enim corpus vivere nequit ſine capite, nec flumen ſine continua fontis ſcaturigine manare, & ſiccari arbor debet, quæ caret radice. Ita ſubſiſtere populus ille nequit, cui propter cupiditatem nimiam, bonus non adſiſtit ſuperior.

D. Ambr. 1. Cor. 6.

1. ad Cor. 6. v. 12.

Eccleſ. 10. v. 7.

6. Matthæi cap. 17. ſcribitur, quod quando Chriſtus Dominus tributum, quod Hebræi exactori pendere debebant, ſolvere poſtulabatur, idipſum, ne aliis ſcandalo eſſet promptiſſimè ſolverit. Mox enim S. Petro

Petro Apostolo præcepit, ut primi piscis, quem piscando capturus esset, os aperiret, atque inventam in eo monetam Cæsari tributi ex parte utriusque debiti loco exsolveret, *Vt autem non scandalizemus eos, vade ad mare, & mitte hamum, & eum piscem qui primus ascenderit, tolle, & aperto ore ejus, invenies staterem, illum sumens, da eis pro me & te.* §. Antoninus Archiepiscopus Florentinus curiosum aliquod circa hunc locum dubium movet, & quærit, quænam sit causa, quod cùm Salvatori nostro in Judæ marsupio pecuniæ ad manum essent, quibus ipsi tributum hoc solvere facile erat, Apostolum suum ad piscandum, & pecuniam hanc ex piscis aperto ore sumendam mittere voluerit. Cùm enim Deus sine necessitate nulla unquam miracula facere solear, (sola etenim & extrema ipsum consectantis turbæ necessitas ipsum in deserto ad patrandum multiplicati panis miraculum coëgit, neque enim si necessitati sufficiens panis præsto fuisset, illum miraculosè multiplicasset) meritò quæritur, cur in præsenti casu, nullam habens pecuniæ necessitatem, illam miraculosè inveniri voluerit? Sanctus igitur hic Doctor nodum hunc solvens, respondet: Christo apud Judam duo reservata fuisse marsupia, quorum uno eæ continebantur pecuniæ, ad sui suæque familiæ sustentationem necessariæ: in altero autem custodiebantur pecuniæ, quæ in pauperum subsidium donatæ fuerunt; quia verò tempore postulati à Christo tributi, nullæ in primo marsupio pecuniæ reliquæ erant, ideò tametsi alterum pauperum necessitates respicientes loculi pleni beneque farti essent, quia tamen grande nefas æstimabat, ea quæ in miserabilium hominum sustentationem donata fuerant, propriis usibus applicare, quantacunque tandem esset necessitate obstrictus, pecuniam tamen necessariam miraculosè potiùs sibi comparare, quàm manibus suis in datas paupetum subsidio pecunias involare, eosque datis Eleëmosynis fraudare voluit: *Petrus ad mandatum Christi solvit tributum, cùm aliunde non haberet, tunc non erat in loculis aliquid de iis, quæ data erant eis ad usum eorū, etsi essent, quæ pauperibus essent distribuenda. Reputabat nefas id quod portabat in loculis pro pauperibus in suos usus convertere*, inquit præfatus sanctus Archiepiscopus. Quia igitur Christus, ut Beda inquit, *ad informandam Ecclesiam suam loculos habuisse legitur*, ideò boni prælati, utpotè veri imitatores Christi, duos loculos communiter habent, in quorum prioribus, beneficii sui quo potiuntur, fructus reponunt, suæ domusque suæ sustentationi necessarios. In aliis verò reliquum reservant, quod à sacris canonibus operibus & causis piis, miserabiliumque Ecclesiæ suæ hominum eleëmosynis est consecratum: cùm tamen mali & avari Prælati in iisdem loculis tum ea, quæ ex suis redditibus eis obveniunt, tum alia quæ in pauperum subsidia sunt erogata, reservent, suisque propriis commodis & voluptatibus promovendis totaliter applicent, adeoque mira cum impietate & temeritate exempli Christi prorsus obliti, Ecclesiæ patrimonium, bonaque & substantiam pauperum furantur & dilapidant. Quid igitur de egeno & miserabili similis alicujus avari Prælati regimini subjecto omnis consilii inope, angustiato, afflicto, spoliato, nudo, fame quasi mortuo, ac totaliter desolato populo dicemus? Experientiâ quotidianâ constat, quod quando humor & nutrimentum omnibus aliis corporis partibus debitum in pleno sole recipitur & congregatur, totum reliquum corpus veluti emortuum languet, uti etiam ad idem propositum Trajanus Imperator dicere solebat.

Beda l. 4. c. 24. in c. 12. Luc.

D. Antonin. p. 4. tit. 12. §. 4 §. 26.

7. §. Ambrosius illud Christi effatum Matth. 22: *Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari*, attendens, in pulchram quandam prorumpit sententiam, dicens: *Si non vis esse obnoxius Cæsari, noli habere quæ sunt mundi; sed si habes divitias, es obnoxius Cæsari*, quasi diceret; Quod si nullas velis à Cæsare tibi irrogari molestias, cura ut subitò quicquid corruptibile & terrenum in hoc mundo possides, ultrò citroque relinquas, secus enim si feceris, Cæsaris utique manus incides, ab eoque veluti culpabilis & reus rigorosè castigaberis. Verba hæc profundâ sunt considerationè & attentione dignissima. Nunquid enim peccatum fortè est, bona in hoc mundo possidere, & divitem esse, quod Cæsar homines bona hic possidentes velut

D. Ambr. in Luc. com. 9. in fine.

reos persequi, castigare & mulctare pergat, vel ob id solum, quia veluti divites bona aliqua in hoc mundo possident? Respondeo, divitem esse non est peccatum, sed quasi peccatum esse tenetur: Deus enim ex eo duntaxat quia dives est: à Cæsare haud secus, ac si peccati reus esset tractatur. Cæsar enim, uti perspicuum est omnibus, tyrannus quidam fuit, qui tam ab ambitione, quàm ab avaritia æqualiter ut omnium se Dominum faceret stimulatus, Romam universam, & quicquid Romani in mundo possidebant, subjugavit. Ideoque egregium est non solùm ambitiosi, sed etiam avari rectoris prototypon. Quotquot enim sunt talis rectoris infelices subditi, eo ipso quo divites sunt, veluti rei habentur, & tanquam peccatores castigantur & puniuntur, imò ut omnibus quæ possident bonis exuantur, persecutiones sæpè patiuntur terribiles, incarcerantur, in exilium mittuntur, imò internecioni quoque sæpè traduntur. Unde homines divites ejuscemodi Principi subjecti, similes sunt nuci illi apud Ovidium, qui lamentans dicebat:

Ovid de nuce.

Nux ego juncta via nullo sine crimine vitæ,
A populo saxis prætereunte petor.

Porrò nux talis, utpotè reverà innocens, nulloque prorsùs reatu obnoxia, similem persecutionem minimè meretur, hisce tamen semper est injuriis exposita ex eo duntaxat, quia fructibus abundat. Agnus macilentus facilè vivere permittitur, pinguis autem ex eo solùm, quia pinguis est, morte à Pastore dignus esse existimatur. Etenim sub talis viri imperio non soli pauperes, uti diximus, verùm etiam divites extremè afflíguntur & depauperantur, & ad prosternendum & affligendum tam divites, quàm pauperes videatur fuisse exaltatus. Unde à S. Chrysostomo *communis omnium hostis* dicitur, *terrarum pestis, urbium pernicies, singulorum calamitas.* Nullus sub ejus dominio reperiri potest subditus, qui ad extremam non sit ruinam & desolationem redactus.

D. Chrys. hom. 8. in Matth.

2. Nostisne rationem explicare ob quam Principes in publicum solemniter prodeuntes, ante faciem suam habeant præcedentem scutiferum strictum coram ipsis gladium deferentem? Quidnam obsecro gladius iste significat? Id sine ratione & causaliter meræ ac fortuitò fieri minimè credo, *Non sine causa gladium portat,* inquit Apostolus. Quantum ego quidem capere possum, gladium illum justitiam vindicativam, cujus gladius symbolum existit, significare existimo. In depicta namque justitiæ icone justitia unâ manu stateram, altera gladium stringere & vibrare cernitur. Atque ideò quia notum est Principi justitiam vindicativam sceleratorum reprimere audaciam, suosque in solida pace status conservare, ideò illam quocunque vadit, ubicunque degit, illam semper ob oculos præcedentem habet. *Justitia ante eum ambulabit,* inquit Psalmista. Referunt historiæ, quod nonnulli videntes Ludovicum XI. Galliarum Regem, quotiescunque supplicii locum aliquem aut publicum transibat patibulum, caput suum aperire, idemque supplicium salutare solitum esse, factum istud admirantes, causam regiæ hujus consuetudinis ab eodem Rege familiariter fuerint scisciati: Qui mox illis respondit: Furcam saluto, quia status meos conservat & bonam quietem in populo. Sicut enim Deus ad terrestris Paradisi regnum conservandum, ad ejus primum ingressum strictum collocavit gladium, ita quoque princeps, vera Dei in terris imago, justitiæ suæ gladio regnum suum statusque suos in pace conservat, eosdemque haud secus ac Paradisum quendam tranquillat & quietat. Ratio ob quam veteres justitiam ad Jovis dexteram sedere finxerunt, hæc unica fuit, ut per hoc innuerent, quod ubicunque illa rerum potitur & imperat, nihil intervenire siniſtri possit, quod pacem & felicitatem populi perturbet. Idquod alii quoque affirmare voluerunt, qui suum illi in cœlo locum assignârunt, ubicunque enim illa locum obtinet, quasi cœlum quoddam est ab omnibus, quæ in terra ipsa absente prævalent, turbulentis procul remota. At verò mox ubi gladius iste vel semel in vaginam recondítur, atque ab oculis subtrahitur superioris, cælum tale in infernum infelicissimè permutatur. Heu quot scelera in illo Dominio

Rom. 14. v. 4.

Psal. 84. v. 14.

nio committuntur, ubi nullum apparet, aut timetur justitiæ vestigium? Quot rumores sparguntur, quot fiunt latrocinia, quot ex hujus gladii defectu vel neglectu homicidia & adulteria impunè transeunt? At verò dicat hic aliquis, quidnam est quod Principem aliquem exarmare, gladium istum recondere, torque ruinas causare potetit? sola id facit avaritia, inquit Cassiodorus: *Gladius conditur ubi aurum suscipitur, tu te inermem reddis, si à virili animo cupiditate receſſeris.* Eodem prorsùs tempore, quo pecuniæ per unam palatii portam ingrediuntur, justitia per alteram abit & egreditur, & status in totalem perditionem redigitur.

Cassiod. var. l. 7. c. 1.

9. Veramne ex Poëſi assignare causam nostis, ob quam Phrygiæ Rex Midas asininis fingatur auribus deformatus, haud secùs ac si non homo, sed bestia & stolidus quidam asinus esset? Figmenti hujus causam esse asserunt, quod Midas extremè cupidus fuerit atque avarus, atque dilecti denarii lucro adeò vehementer intentus, ut quasi nihil aliud, quam semetipsum locupletare, autoque se onerare didicisset aut nosset, ad aliud nihil attenderit, nec aliud quidquàm curârit. Unde ad comonstrandam asininam ejus stoliditatem atque vecordiam, *Midas* vocatus fuit, id est, *nihil sciens*, ut tradit Fulgentius. Populus avaro alicui superiori subjectus, cujus tota cura in auro aliisque similibus divitiis cumulandis & adaugendis consistit, à vero quodam asino asinino more gubernatur. Eo in loco ubi talis superior imperat, idem quod Pistorii quondam accidit, evenire videtur, ubi asinus quidam coram toto spectante populo in summum tribunal ascendit, atque ad sedendum sese composuit. Quid igitur expectari boni, aut quid mali ex regimine talis hominis sperari poterit, qui ad nihil aliud utilis est vel idoneus, quàm ad se graviter onerandum? *Asinus ad tribunal*, in communi proverbio de viro aliquo justitiæ administrandæ minimè idoneo dici solet. In tribunali talis hominis, dummodò in domũ suam auro revertatur onustus, nec leges audiuntur, nec valent rationes, id est justitia, quæ à Thebarum Judicis pectore dependere solebat, ad perpetuã infelicissimæ plebis miseriam, sub monstrosissimæ cujusdam bestiæ pedibus miserè conculcata esse cernitur.

D. Fulg. l. 2. Myth.

10. Verba illa quibus Jethro Moysen generum suum alloquebatur, dum illum de bonis judicum populo suo præficiendorũ qualitatibus prudentissimè instruetet, Oleaster acutè considerat, sequentia nimirum: *Provide autem de omni plebe viros potentes, & timentes Deum, in quibus sit veritas, & qui oderint avaritiam.* Et ad ultima quidem verba præcipuè attendens dicit: Quod si Jethro dixisset: cavendum tibi est, ne tales eligas superiores, qui sint avari, nunquid benè dixisset, cur igitur tales eligendos esse dicit, qui avaritiæ hostes & inimici existant, illamque detestentur? Quod si is, qui avarus non est, dignus eo ipso est, qui ingentem quendam populum regat, cur igitur insuper Jethro in eligendo, ut inimicus sit avaritiæ, requirit? Tandem verò respondet, adeò esse in judice aliquo damnosam avaritiam, tantumque illam regimini suo detrimenti adscisceret, ut ad hoc ut tali esse officio dignus possit, non solùm non avarus esse debeat, verum etiam tanquàm juratus avaritiæ inimicus, illam odiat, abominetur & abhorreat, cùm inter omnia alia vitia nullum sit, quod tantoperè judicem coinquinet & inficiat, uti hic facit defectus: *à Iudice non solum exigi, ut expers avaritiæ sit, sed quod majus est odio eam habeat, & discat, quàm longè ab ea esse debeat. Nulla enim passio humana ita infectare judices videtur, sicut avaritia.* Porrò eo ipso, quo hic Doctor avaritiam judicem inficere dicit, eandem avaritiam pestem quamdam esse insinuat, quo nomine etiam, ut suprà diximus, appellata a Chrysostomo fuit: *Terrarum pestis.* Pestilentia in mundo invalescit, dum avarus illum superior moderatur. Talis namque viri regimen publica quædam infectio est, morbusque contagiosus; Nemo est qui sub tali regimine in continuo viram & quicquid in vita possidet perdendi versetur periculo, prouti contagionis pestiferæ tempore timeri passim solet; cupidus enim rerum tuarum Princeps tua tibi nonnunquàm surripere non potest, nisi te priùs è vivis sublato, ideòque ulterius te vivere nequaquam permittit.

Exod. 18. v. 21.

Oleast. in c. 18. Exo.

D Chrys. ibid.

11. Cassiodorus Romanum quendam senatorem eligens, hoc illi monitum suggerebat: *Cave ne gravior fias hostibus, si adhuc nudare velis exutos.* Quæ verba bona sunt consi-

Cassiod. var.

consideratione dignissima, ob insignem, quam præ se ferre videntur difficultatem. Nudum enim spoliare est impossibile, vestitus enim, non verò nudus spoliatur. Quando homo semel nudus, nec vestes habet, quibus spoliari possit, quomodò is amplius nudari poterit? Certè sicuti ex igne nemo frigus expectat, nec ex glacie calorem, nec obscurum ex splendore (*nemo enim dat quod non habet*) ita nec à nudo detrahi poterit vestimentum. Idque adeò verum est & evidens, ut in communi dicatur proverbio: *Nec à centum viris nudum spoliari posse.* Verùm enimverò ad hanc difficultatem respondendum videtur, videri quidem nudum verè spoliari aut nudari non posse, attamen reipsa ab avaro quodâ superiore spoliari quàm maximè compertum est, hic namque ad extorquendos & emungendos denarios & rapienda bona aliena adeò est vigilans, dexter, vafer, & artificiosus, ut dum alteri impossibile videtur ab aliquo homine modico vel obulum exprimere, ipse tamen summa cum agilitate & dexteritate bonam invenit & eripit pecuniarum summâ, etiam ubi non sunt. Nunquid enim nudos exspoliat Princeps ille, qui à pauperibus pecuniam non habentibus, eandem per fas & nefas extorquendo, illos ut semetipsos, filios & uxores suas tanquam mancipia vendant, durisque ac crudelibus debitoribus obligati perpetuò vivant vi & violentiâ adhibitâ cogit. Ipsi sunt hi tales gubernatores pejores inimicis, inquit Cassiodorus, *Cave ne gravior fias hostibus, cùm adhuc nudare velis exutos.* quasi simul insuare vellet, subditis majorem accidere ruinam minimè posse, quàm quod avaro alicui superiori subjaceant, & meritò quidem ita arbitratur, cùm enim inimici solos vestitos denudent & exspolient, hi è contra omnes fortunis suis exuunt, vestitos & nudos, divites & pauperes.

Ald. Manut. in adag.

12. Denique ut præsenti discursui finem imponamus, quod si curiosi & cupidi estis sciendi causam, cur miseris hisce temporibus nostris tanta superioribus avaritia dominetur, & insuper quàm nullis unquam videantur satiari divitiis posse, tametsi subditos suos continuò tanquàm prædones exspolient, facultatibus omnibus denudent & exuant, sequetot bonorum per fas & nefas coacervatorum, Dominos jam factos esse conspiciât? Causam equidem illius tum indevotionem, tum avaritiam eorum quos dominio suo subjectos habent, esse existimo. Quâ ratione fit, inquit S. Augustinus, quod cùm homines olim abundaverint divitiis, aliisque bonis mundanis, atque ab oppressionibus crudelium Rectorum liberi & immunes vixerint, iidem nunc adeò videantur pauperes & nudi, tot injuriis, vectigalibus, tributis, aliisque oneribus oppressi, ut vix laceras habere vestes possint, quibus nuditatem suam contegant, aut mucidum panem, quo suam explere famem, vitamque suam sustentare valeant? Ac tandem veram hujusce miseriæ rationem esse dicit indevotionem & avaritiam, quæ deplorandis hisce temporibus in subditis invaluisse videtur. Olim homines devoti erant & liberales ergà Deum, decimas ultrò citrò que expediebant, munificas erogabant eleemosynas, atque ideò omnibus bonis abundabant, nunc autem indevoti sunt & avari. Decimas Ecclesiasticis subtrahunt, vel saltem magna cum contradictione exsolvunt, nulla pauperibus & afflictis charitatis subsidia conferunt, ideoque pauperes sunt, atque à superioribus suis ad intimam usque vestem exspoliantur, exuuntur & fiscus rapit, quod Christo donare renuerunt? *Majores nostri ideò copiis omnibus abundabant, quia Deo decimas dabant, & Cæsari censum reddebant: modò autem quia discessit devotio Dei, accessit indictio Fisci. Noluimus partiri cum Deo decimas, modò autem totum tollitur, hoc tollit Fiscus. quod non accipit Christus.* Nos ipsimet causa potissima sumus, quod hodie superiores solitò sint magis avari & rapaciores; nostra erga Deum avaritia idipsum expostulat, cui non solùm decimam bonorum nostrorum partem, verùm insuper quicquid in nostra habemus facultate, erogare obligati sumus. Hac in re manifestè videmus, quod *abyssus abyssum invocat*: subditorum insatiabilis avaritia & acquirendi cupido, abyssum avaritiæ & rapacitatis superiorum super se provocavit. Quod si tu Deo debita tua legitimè exsolveres, non tibi eriperetur, quod à Deo acceperas. *Tollit fiscus, quod non capit Christus.*

D. Aug. lib. 50. hom. 48.

SERMO

SERMO II.

IN DOMINICAM IV. ADVENTUS.

THEMA.

Venit in omnem regionem Jordanis, prædicans Baptiſmum Pœnitentiæ. *Luc* 10.

ARGUMENTUM.

Miſerè decipiuntur, qui mundanas voluptates conſectantes, opera verò Pœnitentiæ declinantes, tandem nihilominùs ſalvari prætendunt.

I. DRudentiſſimum certè fuit magni Joannis Baptiſtæ conſilium, dum pœnitentiam in regione Jordanis prædicare conſtituit; *Venit in omnem regionem Iordanis, prædicans Baptiſmum pœnitentiæ.* Regio enim illa adeò jucunda erat, atque delitioſa, ut cum ipſomet decertare terreſtri Paradiſo poſſet Unde Loth, uti in Geneſi ſcribitur, locum aliquem electurus, in quo poſt ſuum ab Abraham patruo ſuo diſceſſum deinceps ſtabiliter habitaret, in hanc regionem oculos ſuos convertit, viſuſq; eſt ei quidam in terris verus Paradiſus: *Elevatis Loth oculis, vidit circa omnem regionem Iordanis, quæ universa irrigebatur ſicut Paradiſus Domini.* Chriſti Præcurſor Pœnitentiam nullibi majori cum fructu, quam in hoc loco prædicare poterat, utpotè cui præ cunctis aliis locis præcipuè neceſſaria erat. Lumen ei præcipuè loco, in quo tenebræ ſunt, maximè opus eſt. Panis in illa deferri loca debet, ubi fames invaluit. Locis illis, in quibus morbus ſerpit, adhiberi medicina ſolet, non aliis. In paradiſis mundi hujus, ubi homines illicitis & ſenſualibus voluptatibus dediti ſunt, prædicanda eſt præcipuè pœnitentia, utpotè talibus locis quàm maximè neceſſaria. Quis eſt qui neſciat, vitam ſuavem & delitioſam, utpotè quam ira & offenſa Dei continuò comitatur, non ſolùm animam à recta in cœlum via plurimùm dimovere, verùm inſuper in infernum, locum nimirùm à cœlo adeò remotum perducere? Cùm igitur omnibus universim hominibus ad ſalutem comparandam neceſſarium ſit, ut quoadusque vivunt, ſeſe affligant, cum regia in cœlum via lachrimis ſtagnet, & ſpinis ſit ſeminata, majorem utique ſeſe caſtigandi & affligendi neceſſitatem ii habebunt, qui luxui & voluptatibus intenti, Deumque inceſſanter offendentes, quid ſit pro peccatis ſuis pœnitere, & plangere prorſus ignorant. Quod ſi tales ſe poſt hanc vitam, æternæ beatitudinis gloriam conſecuturos eſſe, ſibi perſuadent, nec tamen de pœnitentia facienda quicquam anguntur, ſemetipſos miſerè decipiunt, pro-

Luc.3.v.3

Gen. 13. v.10.

uti in præsenti discursu latius sum expositurus.

2. Deus olim Hebræo populo præceperat, ut in festivitate decimæ diei Septembris, in qua summus Sacerdos Pontificaliter indutus, sancta sanctorum ingrediebatur, particularibus se pœnitentiæ operibus affligerent. Legite enim si placet, caput Leviticum decimum sextum; ibi namque Deum Hebræos, hunc in modum alloquentem, invenietis: *Levit. 16. v. 29.* *Mense septimo decimâ die mensis, affligetis animas vestras.* Cur obsecro Hebræi in festivitate ista præcisè pœnitentiæ operibus intenti esse debebant? Quia nimirum Deus illis ea die peccata remittere constituerat: *In hac die,* subjungit Deus, *erit expiatio vestri.* Quia igitur Deus humanos errores condonare, aut animas nostras salvare aliâ ratione non solet, quàm operum pœnalium satisfactione mediante, ideò in die universali peccatorum populi sui remissioni dedicato, universalem quoque à toto populo pœnitentiam fieri volebat: *Oleast. in c. 16. Lev.* *Non solet Dominus peccata dimittere, sine animæ afflictione* inquit Oleaster, *ideò in die remissionis peccatorum jubet ut affligant & humilient non solùm corpora, sed & animas ipsas.* Quod si verum est, uti est verissimum, nescio profectò, quænam aut qualis sit spes illorum, qui ad aliud nihil, quàm ad delitias intenti, Deum illis culpas ipsorum condonaturum, saluteque æternâ donaturum esse confidunt. Quomodò enim sine offensarum commissarum satisfactione, offensarum suarum à Deo veniam impetrabunt? Porrò hi tales festum celebrare volunt sine vigilia, victoriam canere contendunt sine prævia militia, aut sine alis volare satagunt. Quod si ii, qui in cælis sunt, *cœlestes à cœlando* dicuntur, quia nimirum pœnitentiæ ferro summa cum industria sunt exsculpti. *Tunsionibus, pressuris expoliti,* nescio certè quâ ratione alii, qui nullas hujus ferri sustinuêre punctiuras, cœlestes esse aut fieri possint.

3. Postquam crudelissimus Herodes Sanctissimum Præcursorem decollavit, Christusque regionem illam tanto scelere contaminatam exhorrescens, deseruit, & in desertum se recepit, illum S. Evangelista ingentem hominum turbam mox subsecutam esse scribit: *Cùm audissent turbæ, secutæ sunt eum pedestres de civitatibus.* *Matt. 14. v. 13.* Ex eo quod homines Christum pedestri sint itinere subsecuti, sufficienter colligitur alios præterquam pauperes homines illi non adhæsisse, soli namque pauperes pedestri itinere incedunt, divites autem semper in equis vehuntur; nunquàm enim divites circumeuntes videbis, nisi vectos vel in equo vel in sella, vel in lectica, vel in curru, &c. Verum enimverò causam mihi obsecro, si potestis, edicite, cur in hoc itinere Christum soli pauperes, non verò divites fuerint subsecuti? Cùm enim non pauperes tantùm, verùm etiam divites salvari desiderent, tam unus quam alter ipsum insequi debebat, sine cujus ducatu salutem nemo assequitur. Causa hujus, ut exponit Abulensis, hæc est, quia divites domi suæ per delitias & commoditates vitæ suæ ab hac Christi sequela impediebantur. *Veniebant pedestres ad ostendendum, qui erant illi, qui sequebantur Christum, scilicet pauperes, qui non poterant habere vehicula. Divites autem rari sequebantur eum, dediti voluptatibus & delitiis.* *Abul. q. 52. in c. 14 Matth.* Cùm enim via, quam Christus ambulat, aspera sit & laboriosa, eamque homines cruce onusti calcare debeant, ab eorum vestigiis teri nequaquàm potest, qui mundanis voluptatibus atque delitiis dediti esse noscuntur. Cùm igitur ejusmodi homines ob delitias suas, Christo in cœlum nos perducenti non adhæreant, cum Dæmone ambulent, eumque sequantur necessum est, qui miserè illos seducit ad infernum. Christus juxtà se crassos & in vultu rubicundos, sive ardentes homines inter mundi voluptates delicatè enutritos nequaquàm habet, sed eos tantùm, qui utpotè continuæ carnis mortificationi dediti, pallidas præ se ferunt facies. Hi sunt equi illi à Sancto Joanne Apostolo in sequela Christi visi: *Exercitus sequebatur eum in equis candidis.* *Apocal. 19 v. 13.*

4. Non modica, nec parvi æstimanda est difficultas illa, quæ se circa verba quædam Psal. 91. à Davide prolata, prodit, ubi Propheta de hominibus cælum securissimè

simè expectantibus, sub arborum symbolo loquens dicit: *Plantati in domo Domini, in atriis Domus Dei nostri florebunt.* Circa hæc enim verba observandum est bene, quod dicat tales in domo Dei plantatos, suos postea flores in atrio allaturos seu germinaturos esse, id est, non florebunt in eodem loco, in quo sunt plantati, sed alibi: In uno loco plantabuntur, & in alio florebunt. Etenim quodsi arbores sunt, hæ autem ibidem florent ubi plantatæ inveniuntur, qua igitur ratione fieri poterit hosce tales in una parte plantatos, in alia flores suos progerminare? Respondeo igitur, negari quidem non posse hosce tales homines aliis arboribus esse persimiles, in hoc tamen aliarum arborum naturæ adversantur, quod videlicet solum illis nomen istud conveniat, quo omnes universim homines à Græcis *arbores inversæ* appellantur, atque ideo mirum non est quod omnia adverso & contrario modo illis conveniant. Cum enim alii crescant ut in Inferni fornace deinceps ardeant, hi verò eo fine vegerentur, ut tandem ex hac vita evulsæ & eradicatæ in cœleste viridarium transplantentur, ideo quoque alii in hac solum vita florent, ubi nati sunt, hi verò in altera florebunt, quæ hoc in loco sub atrii symbolo mysticè explicatur & intelligitur. Ita hunc locum Carmelitanus incognitus, nunc verò famosus P. Michaël de Ayguanus Bononiensis explicat. *Mirum quod plantantur in domo, & florebunt in atrio: justi plantantur in præsenti Ecclesia, & florebunt in æterna vita.* Quia enim Deus sanctos suos immarcessibilibus æternæ beatitudinis floribus, postquam de terra in cœlum translati fuerint, onerare & cumulare satagit, ideo illos in hac vita pauperes, infirmos, nudos, & diversimode angustiatos esse permittit, cum fieri omninò nequeat, ut in hac vita florere & prosperari possint, & simul in altera. In vitis Patrum refertur, quod cum S. Macharius die quadam in interiora magisque solitaria deserti loca, à nemine hominum hactenus visa penetrasset, tandem ad locum quendam pervenerit adeo amœnum & delitiosum, ut illum Paradisum quendam esse existimarit, qui ut communis regionis illius fama ferebat à Janne & Mambre Pharaonis Magis, qui Moysi fuerant adversati, formatus fuerat. Porrò ad Monasterium suum postea reversus, postquàm religiosis suis à se visa seriatim retulisset; Qui omnibus quæ de eo loco dicta fuerant, auditis, quia juvenes erant, ad eundem se locum ut eum inhabitarent, recipere se decreverant, & porrò actualiter abiissent, nisi impediti fuissent à senioribus eos commonentibus, ut suam ab hoc proposito mentem divertterent, siquidem locus ille utpote opus manuum duorum illorum Magorum, opus quoddam Diabolicum & phantasticum esse possit; Et posito etiam quod locus ille ab omni esset diabolica illusione & phantasmate immunis, gravem tamen ipsos errorem commissuros esse, delitiandi causa stationem suam pristinam deserendo, utpote qui ut hujus vitæ fruerentur delitiis, alterius vitæ delitias expectare minimè potuissent. *Si enim verè, ut perhibent, delitiosus est locus & abundans, quid speravimus in futuro sæculo, si hic delitiis fruimur?* Sciebant nimirum sapientissimi hi religiosi, quod quisquis florere in altera vita satagit, in hac vita pati & angustiari necessariò debeat, hicque in locis sterilibus atque desertis omnium rerum inopes atque egeni commorari, cum impossibile sit in terra simul & in cœlo florere posse. In atrio, non verò in domo flores erumpunt: *In atriis domus Dei nostri florebunt.* In præsenti vita patiebatur Lazarus, florebat autem epulo ille opulentus: floruit autem postea in atrio Lazarus, & infelicissimus Epulo acerbissima pati est coactus. Ratio ob quam mors à S. Job *immutatio* appelletur est, quoniam ipsa status hominum commutat, commutat nimirum felicitatem in miseriam, affligit beatos, & beat afflictos, homines que à delitiis ad tormenta, atque à tormentis ad delitias vicissim perducit.

Psal. 91. v. 14.

Michael de Bononia in Psal. 91.

Vit. Patrum lib. 1. vita S. Macharii cap. 29.

Iob. 14. v. 14.

5. Postquam prothoparentes nostri gustato pomo vetito Deum graviter offendissent, nudosque se comperissent, Deus erga tot miseriis, in quas infelicissimè prolapsi fuerant, compassione intima commotus duabus animalium mortuorum pellibus sive exuviis utrumque texit: *Fecit Dominus Deus Adæ & uxori ejus tunicas pelliceas & induit*

Gen. 3. v. 21.

induit eos. Poterat equidem Deus Adamum & uxorem ejus, si ita voluisset vestibus pretiosis amicire, cum præsto ad manum illi esse potuissent telæ & panni per elegantissimi: utpote qui paulò ante pallio quodam ex pulcherrimis floribus contexto terram instraverat, quique cœlum Chlamyde quadam cœruleo colore curiosissimè tincta, stellarumque splendidissimarum lumine deaurata contexerat; cur igitur duos illos prothoplastos vestibus tam vilibus & turpibus amicire & induere voluit? Audite rationem ex ipsomet Chrysostomi ore aureo depromptam: *Idcirco Adam induit Deus vestes pelliceas, similiter & ejus uxorem, quamvis si voluisset, delicatis eum potuisset induere vestibus: sed nobis Deus per illas ostendit, quod non sit præsens tempus delitiarum, sed gemendi & plangendi.* Quia Deus tempus in hac vita nobis concessum, non recreandi nos, aut delitiandi, sed lachrymarum, mortificationis, & continuæ pœnitentiæ tempus esse optimè sciebat, ideo Adamum ejusque uxorem vilissimis humillimisque vestibus induere voluit, ut post hujus vitæ consummationem ipsos delicatis pretiosisque gloriæ vestibus posset contegere. Ubinam igitur nunc sunt delicatuli illi, quos vestes non minus molles, teneras quàm pretiosas gestare, atque in delicatissimis lectis plumeis cubare delectat? Quodsi enim pari quoque modo in cœlis delitiatè se posse sperant, valdè semetipsos decipiunt. Ut quis superius in cœlis delitiari, & delicate requiescere valeat, opus est, ut vestiantur humiliter & abjectè, atque in durissimis lectis hic dormiant in terris.

D. Chrys. tom. 5. ser. Quod Reg.

6. Nihil etenim impleri potest quin sit vacuum, nihil resuscitari nisi mortuum, nihil erigi & sublimari quod non sit humise & demissum, locupletari non potest nisi quod est egenum, nihil doceri, nisi quod ignorans est & indoctum. Qui enim plenus est, non implebitur, qui vivus non resuscitatur, qui altus est non erigitur, qui dives est non locupletatur, nec docetur qui sapiens est & eruditus. Unde nec natura, nec Deus Naturæ author & Dominus, formam alicui subjecto communicant, nisi in illo formæ illus præcedat privatio. Porrò Hebræi ut se Christo gratos exhiberent, in Regem eum eligere constituerant, sed non id admisit Dominus, quia jam de facto Rex erat; Non enim qui actualiter Rex est, sed qui talis non est, Rex fieri potest. Hinc igitur colligere licebit, quam necessariò sit pro cælestibus bonis acquirendis pœnitentia: facilè quoque erit intelligere hominem in cœlo ad summas illas sedes evehi nunquam posse, nisi prius in terra fuerit humiliatus, neque in beatorum mensa satiari posse, nisi in terris jejunaverit: Divites illius patriæ, hic in terris pauperes fuere, qui ibi læti sunt, hic fuerunt afflicti: qui ibi summa sunt gloria conspicui, contempti fuerunt in hac vita & abjecti. *Deus sic ordinavit, ut paupertas divitias, tribulatio gaudium, ignominia gloriam præveniat,* inquit Hugo. In quonam igitur se hujus mundi homines fundant, qui post perceptas ad satietatem usque terræ hujus delitias cœlestes quoque sperare præsumunt, quando non à delitiis sed ab ærumnis & afflictionibus ad delitias nunquam interituras aditus conceditur?

Hugo Cardin. in cap. 13. Prov.

7. Audite quid ad idem propositum Isaias Propheta dicat: *Erit, inquit, in novissimis diebus præparatus mons domus Domini in vertice montium, & elevabitur super omnes colles, & fluent ad eum omnes gentes.* Porrò quia mons ille idemmet est cum eo de quo David in Psalmis loquitur dicens: *Mons Dei mons pinguis, mons coagulatus, mons pinguis,* hinc clariùs dicere voluisse videtur. Ad montem domus Dei, qui in novissimis diebus præparatus conspicitur, omnes gentes turmatim accurrent, ut in eo delitiari, atq; ex ejus pinguedine & abundantia satiari possint. Observandum est autem Prophetam notanter dicere, quod Deus gentes tanti boni facturus sit participes, non in principio, sed in fine dierum: *In novissimis diebus.* Cur Deus ita disposuit? Cur quibonum istud in principio conferre poterat, illorum participium ad finem usque differre voluit? Ideo nimirum, quia Deus pro solemni consuetudine sua ea quæ meliora sunt, ad ultimum usque reservare consuevit: *Dominus hoc peculiare habet, ut servet ad novissimum meliora,* inquit in hunc locum Oleaster. Deus servis suis dulce nunquam largitur, nisi amarum prius dederit. Primò affligit servos suos, & postea consolatur.

Isaiæ 2. v. 2.

Ps. 67. v. 2.

Oleaster in c. 2. Is.

Quia

Quia Deus Pater unigenitum ſuum amariſſimo Paſſionis felle prius ſumma amaritudine imbuerat, ideo eundem in fine tandem conſolatus eſt melle Reſurrectionis. Quia Martyres in hac vita per multas ærumnas exercuit, totillos ſubjiciendo pœnis & doloribus, ideo eoſdem in fine vitæ gloriæ ſuæ delitiis magnopere eſt conſolatus. Quia requiem non niſi poſt laborem indulget, ideo Zebedæi filiis, quietem ante laborem ab ipſo expoſcentibus reſpondit: *Neſcitis quid petatis.* Atque hæc eſt ratio cur homines ſapientes hujus vitæ laboribus adeò videantur eſſe diditi, quia nimirum uſitatiſſimum hunc Dei morem ſciunt, & intelligunt, quod ſublimia bona obtinere nequeant, niſi prius temporales Paſſiones præcedant; atque ideo affligi in hac vita cupiunt, ut beari poſſint in altera. Quidnam hic dicet homo deliciatulus, terrenis delectationibus nimium deditus, dum hunc diſcurſum auſcultat? Cùm igitur Deus hominibus bona fercula dare non ſoleat, niſi poſtquam guſtaverint mala, quid tandem boni ſperare poterit, qui quid malum ſit omninò ignorat, qui velut quidam Sardanapali æmulus, cunctis diebus ſuis nulli alteri rei, quam ſolis delectationibus carnalibus fuit deditus, atque inrentus?

Matth. 20 v. 21.

8. Imò quiſquis talis eſt, mea quidem opinione ipſomet Sardanapalo pejorem ſe eſſe probat. Quo tametſi nulla ſub ſole viſus fuerit homo magis effœminatus ac mollis, utpote qui luxuriæ affectibus adeò erat vehementer ſubjectus, ut ſceptrum defetere, ſpoliari purpura, & muliebri ſe veſte induere non erubuerit, Nec ſolum integræ laſciviatum mulierum turba videbatur circumdatus, verum etiam colum & fuſum manu ſua geſtans in earundem medio filabat: Ipſe tamen poſthæc omnia divinas comminationes per os Jonæ Prophetæ in Ninive reſonantes inaudiens, non ſolum aſpertimam pœnitentiam fecit, verum etiam aliorum pœnitentium dux & magiſter extitit. Paulus enim de Palatio exiſtimat, Regem illum, qui poſt audita Jonæ verba *ſurrexit de ſolio ſuo, & abjecit veſtimentum ſuũ à ſe, & indutus eſt ſacco, & ſedit in cinere.* ipſummet Sardanapalum fuiſſe: *Delicatiſſima Sardanapali caro*, inquit hic Doctor, *delitias pro ſacco commutavit, ejuſq; potentia in cineres deducta eſt.* Sardanapalus ingens illud luxuriæ monſtrum hominem in præſenti pariter & futura vita gaudere & lætari poſſe, impoſſibile eſſe intellexit, atque ideo ne futuris animam ſuam delitiis fraudaret, omnium commiſſorum criminum intimè pœnitens, toto corde doluit & contritus eſt; Et tu quiſquis es, ô Chriſtiane, qui ad mortem uſque ſenſualibus delectationibus immerſus vivis, tibi inſuper perſuadebis, quod poſt mortem quoque alterius vitæ delitiis frui & gaudere poſſis? Ipſomet utique Sardanapolo es longè deterior, obliquo valde uteris judicio, ideoque falſus eſt diſcurſus tuus, vana quoque eſt cui inniteris ſpes tua. An non conſideras quod eo ipſo quo ad inſtar ſtultæ cicadæ continuo cantillas, & ducis in bonis ac delitiis dies tuos, in altera vita moriturus ſis fame, utpote qui pane illo quem prudens formica moleſtis laboribus, longiſque itineribus ſibi coacervavit, particeps nequaquam fieri poſſis? *Vade ad formicam ô piger, & conſidera vias ejus, & diſce ſapientiam.*

Paul. de Palat. in c. 3. Jona.

Prov. 6. v. 6.

9. Eodem tempore quo Abraham Patriarcha per exiguum familiarium ſuorum numerum celebrem illam & famoſam adverſus tot Reges, à quibus Rex Sodomæ una cum confœderatis ſuis omnibus paulò ante turpiter victus fuerat, reportaverat victoriam: mox opulentis pretioſiſque ſpoliis onuſtus, innumerabiliumque mancipiorum Dominus effectus, domum ſuam fuerat reverſus, cum ecce Deum hiſce illum verbis inclamantem audivit: *Noli timere Abraham.* Quaſi eidem dicere voluiſſet, cur formidas ô Abraham? aut quid times? cur triſtis hic hæres & melancholicus? Non eſt hic timor tuus pro præſenti tempore admodum rationabilis. In hac re occaſione dolere minimè convenit. Mira profectò res! Quid enim Abraham eo tempore, quo de ſuis reportarat inimicis ſplendidum triumphum, quo illuſtre ſibi & famoſum per totum mundum comparavetat nomen, quo alii victores inimicis devictis, & obtenta fæliciter victoria per inſolita lætitiæ ſigna jubilant & feſta ſolemnia agunt, timore

Gen. 15. v. 1.

more trepidabat ? Cur obsecro aut quid timebat ? Nimirum eadem erat timoris sui causa, quæ institutorum ab aliis in eadem occasione festorum & gaudiorum. Timebat enim, quia se victorem factum esse videbat, quia triumphabat, quia per hoc atmorum suorum generosum facinus, celebre adeo & illustre sibi nomen acquisiverat. Quia auri, mancipiorumque dives affatim factus erat: Denique timebat, quia prosperabatur, inquit Nicolaus de Lyra, dubitans nimirum ne fortè Deus laborum suorum merita hac ei concessa mercede complere compensasset & retribuisset: *Timuit ne in hoc accepisset totam mercedem justitiæ suæ à Domino, & ideo Dominus assecuravit eum de contrario.* Magnus namque hic vir probe noverat, quod Deus servorum suorum labores compensare in hac vita non soleat, neque in hoc mundo, sed in cœlo homines præmiare consueverit; ideo se hic in terris adeo ample præmiatum esse conspiciens, haud immeritò se spe præmii cœlestis frustrandum esse pertimuit. Fuitque hic timor ejus adeo ingens, ut Deum ipsum de cœlo descendere, ipsumque consolari deque æterno præmio certificare necessum fuerit. Unde postquam ei dixisset. *Noli timere Abraham* mox subjunxit: *Ego protector tuus & merces tua magna nimis.* Qua ipitur ratione fit quod dum homines mundani merita sua in vita præsenti compensari vident, non solum cæleste præmium perdere non timeant, verum insuper de illo post mortem recipiendo securos se existiment? Num fortè ipsomet sunt Abraha sanctiores aut perfectiores, aut fortè familiores Dei amici ? O miseros homines, sanguineisque lachrymis dignissimos! credo equidem quodsi lilium sensu præditum esset & lingua, & interrogaretur quamobrem impalleseat dum floret, responderet utique, quia florem futura hyeme perdere timeo, siquidem *non semper lilia florent.* ¶ Et homo qui sensu pollet & ingenio, in hac vita floridum se videns non dolet, non timet neque florem istum in altera vita perditurum se dubitat ? O stolidam & stupendam ignorantiam! *Fortuna cum blãditur, tunc maximè metuenda*, inquit Salustius.

Lyran. in cap. 15. Gen.

Gen. ibid.

Salustius.

10. Multoties utique in cap. 20. Evangelii S. Joannis legistis, Christum jam à mortuis susitatum, videri quidem se à Maria Magdalena pœnitente permisisse, non verò tangi. Cùm enim sancta hæc mulier Christum summè à se dilectum beatum jam & resuscitatum vidisset, ipsique humiliter ad eum tangendum & amplectendum appropinquare voluisset, eam admittere noluit, sed dixit: *Noli me tangere, nondum enim ascendi ad patrem meum.* Quam ob causam Dominus se ab aliqua ancillarum suarum divinæ Majestati suæ adeo impensè dedita & devota tangi & amplexari non permisit? Quodsi enim in passione sua se à tot sceleratis hominibus, quales fuere qui ipsum flagellaverant, & crucifixerant, crudeles carnifices tangi & apprehendi se permisit; cur non etiam à sancta tali muliere se tangi & apprehendi permittere voluit ? Nimirum Maria Magdalena sancta erat, quam veluti pretiosam sibique unicè charam servam & ancillam suam ardenter amabat, ideoque ab illa hic tangi & apprehendi noluit: Dei namque filius à sanctis suis non hic in terris, sed in cœlo tangitur; Innuere hoc ipsum manifestè voluit, quando ei dixit: *Nondum enim ascendi ad Patrem meum.* Cùm enim Christus incarnata sapientia & filius Dei Patris sit ipsamet Dei gloria, per quam Deus glorificat homines beatosque reddit; ut inquit sapiens, *gloria Patris est Filius sapiens*, ideo Maria Magdalena Christum in hac vita apprehendere & tangere volens, gloria frui & gaudere atque in hoc mundo delitiari voluit, dum in hac mortali vita etiamnum degeret, id quod ei à Christo minimè est permissum; vult enim Deus, ut delitias & consolationes, quamdiu sunt in hac vita, abhorreant, easque in alteram vitam sibi reservent. Audite S. Bernardum ad hoc propositum aptissimè loquentem: *Noli me tangere, inquit, verbum gloriæ est, nempe Filius sapiens gloria Patris: Noli ergo, ait gloria, noli me tangere, noli interim quærere gloriam, fuge potius, & vide omninò ne me tetigeris, donec perveniamus ad Patrem ubi sit gloriatio omnis jam secura.* Homines sceleratos Deus in hac vita gloria frui & potiri permittit, illis indul-

Ioan. 20. v. 17.

D. Bern. serm. 5. de omnibus Sanctis.

indulget ut beati sint & felices, hicque in terris omnem suam habeant consolationem æternam, illis in altera vita damnationem reservans, illam tamen sanctos apprehendere nequaquam sinit, utpotè quibus in alteram vitam Paradisum reservat. Observandum est autem quod gloria cælestis à S. Doctore, *gloriatio secura* appelletur, ut per hoc innuatur, solas illas delitias & gaudia quibus in cœlo frui conceditur, secura esse, non verò ea quibus in terra potimur. Cum una ex parte hominem in hac vita pati & affligi, necessum sit, tum ut pœnæ peccatis suis debitæ satisfaciat, tum ut cæleste mereti præmium possit, ipse tamen ex altera parte, idipsum minimè curans in hoc mundo delitiis vacet, sensuumque suorum consectetur voluptates, modus ille vivendi non suspectus esse non potest. Undesi vel aliquo præditus esset judicio, meritò ipsi timendum esset ne post suum ex hoc in alterum mundum transitum ad æternam & interminabilem fortè sit redigendus miseriam.

11 Jeremias Propheta de anima quadam sancta sub Jerosolymæ typo loquens dicebat: *Plorans ploravit in nocte*, quasi diceret: Eo tempore quo tantis oppressa erat angustiis & afflictionibus, non diu sed noctu ploravit. Cur autem in nocte tantum, non verò de die fleviſſe dicitur? certè quandoquidem non tantum in nocte, verum etiam interdiu laboribus multisque ærumnis & angustiis divexata fuerit, meritò nocte dieque flere debebat, non verò in sola nocte. S. Bonaventura dicit, quod noctes & dies, & per omne tempus plorarit, utpotè quæ noctu affligebatur diuque, Propheta tamen illam de nocte, non verò de die illam ploraſſe dicat, quia nimirum seorsim & separatim flebat, adeò ut à nullo plorans visa fuerit. Verum inquies ulterius, cur adeò secretè ab aliis se subducens flebat, quæ publicè & in conspectu omnium flere debuerat, ut à compatientibus illi amicis, aliquali consolatione erigi possent? Respondet igitur idem Seraphicus Doctor, imò ideo ipsam clam & in secreto fleviſſe, ut à nemine alia unquam delineretur compassione aut consolatione: *In nocte ploravit & secretè, quod est amicum flentibus, qui consolari nolunt, sed lachrymis suis pascuntur.* Quodsi de die lachrymata fuisset, tunc utique sicut fletus ejus palam omnibus fuisset manifestus, atque ab omnibus adstantibus notatus, ita per exhibitam ei compassionem & consolationis blandimenta dolor ejus pariter fuisset alleviatus. Cùm igitur sancti quamdiu sunt in hac vita flere semper gaudent, lachrymis haud secus ac pane se pascentes, ideo sine remedio dolere, & sine consolatione affligi desiderant, & ut omnem consolationem subterfugiant, de nocte plorant, suspectam habentes omnem consolationem; deque sua salute graviter dubitant, dum non plorant, vel dolent. Sunt veluti inter aviculas Columbæ, quæ solæ aliis cantantibus, *gemitum pro cantu habent.* Unde non immeritò sauciis aut ulcerosis comparantur mendicis, qui quacunque etiam pecunia oblata, nullum tamen ulceribus vel plagis suis medicamentum admittunt, unde sanari possint, utpotè probè scientes, quod cessantibus eorum ulceribus aut plagis, continuum quoque eorum lucrum consequenter cesset: sic quoque sancti amici Dei, etiamsi quis illis integrum hujus mundi regnum offerret, passionibus tamen ac ærumnis suis minimè renuntiarent, perspicuè intelligentes quod miseriis & lachrymis eorum cessantibus, lucrum pariter cesset, quod post mortem in cælesti patria illos manet, estque adeò ingens & immensum, ut omnia hujus mundi regna conferri eum illo nequaquam possint. Ab hisce magistris necessum est ut homo discat mundanus & sensualis, horum namque exemplo is intelligere poterit, quam necessaria sint ad animæ suæ salutem strenuè exercita pœnitentiæ opera, & quantum gaudia & delitiæ illæ damnum adferant, quas adeò effrænatè & temerè consectari omnibus modis satagit; statuere quoque horum magisterio poterit tanquam certum, quod quamdiu aquis hisce animæ adeò insalubribus fuerit immersus, paradisum sperare non possit, aut illum sic sperando vanè speret, seque miserè decipiat.

Thren. 1. v. 2.

D. Bonav. in cap. 1. Thren.

Rupertus Abb.

pian Tam piſces quàm aves ſuam ex aquis trahunt originem, verum quia aves, & non piſces ab aquis ſeſe ſubducunt, ideo ſicut illæ in cœlum ſubvehuntur & volant, ita hi in profundo ſemper natant & latent. Quodſi piſcis es neque in cœlum ſubvehere deſideres, in avem te transformes neceſſum eſt, id eſt, relinquendæ tibi ſunt mundanarum delitiarum aquæ, & contendendum ad ea quæ pro tuis defectibus & erroribus divinæ juſtitiæ debes opera ſatisfactoria; Hâc enim ratione & non aliter volare & in cœlum ſublimari poteris.

12. Quia populus Hebræorum die quadam uti Moyſes in libro Numerorum ſcribit, certos quoſdam cibos à mulieribus Moabitis in agrum illorum allatos comedere non dubitaverat, contigit, ut propter manducatos hoſce cibos, Deum ſuum abnegarint, ejuſque loco Dæmonio quod mulieres illæ adorabant latriæ cultum velut vero Deo exhibuerint: *Comederunt, & adoraverunt Deos earum.* Num. 25. v. 2. Qua in re ſingulariter obſervandum, quod ſacer textus dicat Hebræos manducando duntaxat ſcelus tam immane & horrendum commiſiſſe. Porrò locus hic primâ facie admodum eſt difficilis & ſpinoſus: Impoſſibile namque videtur Hebræos ſolum manducando, Deum abnegare & adorare Dæmonem, & conſequenter horrendiſſimum omnium ſcelus committere voluiſſe. Ergone homini, ad hoc ut Deum vera & viva fide confiteretur, ſeque in gremio contineret ſanctæ Eccleſiæ, neceſſarium eſſet non manducare, adeoque mortem ſibi, ſe emaciando ultro citroque adſciſcere? Etenim quâ ratione hoc ſubſiſtere bene poſſit, eorum quoque qui vel modiciſſimo rationis lumine præditi ſunt, judicio & conſiderationi æſtimandum relinquo Verum enimverò, quis eſt qui neſciat cibum ſive eſum ordinariam nobis eſſe Deum graviter & enormiter offendendi occaſionem; non quidem de neceſſario, ſed de ſuperfluo hic mihi ſermo eſt, de illo nimirum, cui homines mundani ſeſe oblectandi, non verò corpus nutriendi cauſa quotidie intendunt. Hebræi eo tempore Deum non manducando ſed crapulando negabant, quamvis enim illis ſuus non deeſſet panis, quem pro illorum nutrimento cœlum quotidie depluebat, ipſi tamen ſuas inſuper menſas peregrinis & ſuperfluis epulis onerabant, hâque ratione horrendiſſimum illud ſcelus non dubitabant committere. *Neque enim Iſraelitis neceſſaria deerant,* inquit Oleaſter, *quoniam ſingulis diebus manducabant panem de cœlo miſſum, ſed quia delitiari voluerunt, in peccatum maximum prolapſi ſunt.* Oleaſt. in cap. 25. Num. Porrò vitæ hujus delitiæ adeò ſunt pernitioſæ, ut animam epulantis à divino ſervitio ſeducant, & Dæmonem adorare perſuadeant, eamque à cœlo retrahentes ad infernum præcipitent. Infelix Germania à centenis annis orthodoxam Chriſti fidem non manducando quidem, ſed epulando & delitiando; diebuſque à ſancta Dei Eccleſia prohibitis crapulando deſeruit. Suſpectas habeat Chriſtianus ejuſcemodi delitias, utpotè quæ à Deo & cœlo hominem adeò procul ſeducunt, certoque ſibi perſuadeat æternatum ſe conſolationum eſſe non poſſe participem, niſi in hac vita amaritudinis ad fundum uſque ebiberit poculum. S. Joannes Apoſtolus ante ſedem Dei mare quoddam vidit, fortè ut per hoc innueretur nobis, quod niſi homo Beatificans Dei faciem clarè videndi cupidus, in hoc mare prius ingrediatur, aut quoadusque vivit, non impleatur amaritudine, ad deſiderii ſui adimpletionem nunquam poſſit pertingere. Apoc. 4. v. 6. Divinitas quam adoramus, flos eſt inter ſpinas, unde ut ad illius fruitionem valeamus pertingere, opus nobis eſt, ut in huius vitæ itinere, per medias tranſeuntes ſpinas cruentemur, feriamur, & doleamus. Cant. 2. v. 2. Soli flentes non verò ridentes beati à Chriſto pronuntiantur: lachrymæ non verò riſus Beatorum qui rident & ridebunt in æternum ſocietate nos dignos efficiunt. Matth. 5. v. 5. Non Davidis delitias, ſed lachrymas Deus in cœleſti paradiſo in conſpectu ſuo collocavit. Hæ enim, non verò illæ, ſummum bonum, & infinitam quam in cœlis conſolationem ſperamus, ſolæ merentur. Cælum ab Apoſtolo ſtadium congruentiſſimè dicitur, quia non ſedentibus, dormientibus, manducantibus, attribuitur, ſed iis, qui currunt, laborant, ſudant, Pſal. 55. v. 9. dun-

duntaxat donatur. Quotieſcunque cœleſtis gloriæ imago à pictoribus adumbratur, S. Paulus ſemper enſem, quo caput ejus detruncatum eſt, ferens conſpicitur: Bartholomæus pelle ſuo ornatur: ſanctus Stephanus lapides in gremio ſuo defert, S. Laurentius verò craticulam, S. Joannes Martyrii ſui calicem, quem Diocletiano regnante ebibit. Nullus autem videtur cum aleis & chartis, cum manipulo roſarum aut florum, cum flabello, cum teſtudine aut Cythara, idque ut per hoc intelligamus, homines non per gaudia, ſed per ærumnas felicitatem ſuam nanciſci, eoſdemque non per voluptates, ſed per Pœnitentiam & mortificationes fœlices eſſe atque beatos. Quodſi vita delitioſa non minus quàm ærumnoſa in cœlum nos perduceret, utique dives Epulo ſimul cum Lazaro mendico in Abrahæ aggregatus eſſe cerneretur gremio, cum tamen contrarium factum fuiſſe ſatis conſtet. Sicut enim beatus ille locus apertus eſt in continuis ærumnis vitam ſuam ducenti Lazaro, ita diviti Epuloni clauſus eſt, utpotè ſemper in terra proſpero.

***

SERMO III.

IN DOMINICAM IV. ADVENTVS.

THEMA.

Vox clamantis in deserto. *Lucæ 3.*

ARGVMENTVM.

Sicut magnates hujus mundi, Christum audire nolentes, maximum bonum amittunt, ita quoque maximum est, quod sibi adsciscunt malum.

I. SAnctus Joannes nequaquam se vocem in deserto clamantem, sed potius ejus, qui in deserto clamat, se dicit esse vocem: *Vox clamantis in deserto*, id est, vox Christi, qui clamare solet in deserto. Porrò Christus in deserto clamare dicitur, vel quia eo ipso quo ad corpora clamat ab animabus deserta & derelicta, sive ad animas desertas & derelictas à Deo, utramque utrisque largitur vitam: vel quia tametsi continuo in civitatibus clamet tanta hominum multitudine refertis, quia tamen ab admodum paucis, imò nonnunquam ne ab uno quidem intelligitur, in locis non habitatis, sed ab hominibus desertis, & vacuis loqui videtur. Vel quia ipse est, qui clamando in desertis Ægypti, eadem in speciem transformavit Paradisi, tot illa adimplendo Angelis, àquot eadem inhabitari fecit anachoretis. Aut verò quia ad hoc ut verba ejus intelligantur, & fructum producant speratum & intentum, loca requirantur deserta & solitaria, atque à mundanis rumoribus procul remota. Atque hæc est ratio cur Moyses quamdiu degebat in regia Pharaonis non fuerit locutus, sed tunc pridem loqui cœperit, postquam fuit in deserto Sinæ commoratus. Denique Christus in deserto clamare dicitur, quia eum audiunt, eique obediunt omnia quæ in deserto existunt. Auditur ab animalibus brutis, nam dum quondam leoni cuidam, ut inobedientem dilaceraret Prophetam præciperet, promptam mox ab eodem est obedientiam expertus. Arbores quo- *Psal. 28. v. 5.*
que ei ad primum præceptum accuratissimè obediunt, nam ut David inquit, vox Domini confringentis, id est, cedris ut confringerentur & comminuerentur in partes præcepit, & ab iis expeditissimè ei est obtemperatum. Auditur quoque cum prompta obedientia à saxis & petris, quæ mox ut in deserto iis præceptum fuit, ut divisæ

Luc. 3. v. 4.

divisæ potum darent sitienti populo, morem gesserunt; Porrò Hugo Cardinalis supra hunc locum acutè & ingeniosè observat, quod Joannes se vocem Christi esse dicat clamantis in deserto, non verò in palatio:

Hugo Card. in c. 3. Luc. *Vox clamantis in deserto, non in palatio.* Quia rametsi ei quæ in deserto sunt arbores animalia & saxa prompte obedierint, non tamen eum audierunt homines commorantes in palatio. Loquitur igitur in deserto, quia in deserto auditur; non loquitur in palatio, quia nullam ibi habere audientiam potest. Cùm igitur homo, ubi non auditur, loqui non debeat, utpotè ubi suum frustra sermonem effunderet:

Ecclesiast. 32. v. 6. *Ne effundas sermonem, ubi non est auditus,* ideo mirandum nequaquam est, quod magnatum palatia summi & incredibilis cujusdam boni, cui simile in terra inveniri vix potest, communiter videantur esse experta, & è contra maximo, quod formidari posset malo, undique referta, quia Deum non audiunt. Vos me de bono, quod ejusmodi magnates per surditatem suam perdunt, & malo quod sibi adsciscunt, in præsenti sermone fusius loquentem benignè velim auscultetis.

2. S. Joannes Apostolus Evangelii sui cap. 18. refert, quod postquam Christus Dominus noster à summis Hebræorum sacerdotibus, ut mortis condemnaretur ad Pilati tribunal perductus, ab eodem interrogatus fuisset, num ut communis erat populi & vulgi opinio, verè Rex quidam esset, acciderit ut in responsione Christi, aliqua quoque fieret

Joan. 18. v. 37. mentio veritatis; dicebat enim: *Ego in hoc natus sum, ad hoc veni in mundum ut testimonium perhibeam veritati.* Cui proinde Pilatus audita veritatis nomenclatura mox replicavit, petens, ut quidnam veritas esset, ediceret: *Dicit ei Pilatus: quid est veritas?* Mirares! Ergone Pilatus quid veritas esset, ignorabat? vir talis, qui tanti tamque numerosi populi gubernator & judex erat, cui proinde vel maximè necessaria erat exacta veritatis cognitio, quid veritas sit ignorat? Verùm enimverò idipsum admirari desinite, quia potius id vobis veluti certissimum persuadete, quod Pilatus non solum, quid veritas esset, nunquam intellexerit, verum insuper illâ vel semel nominari audierit, unde hæ primæ vices fuerunt, quibus nomen istud primitus inaudiit. In magnatum namque palatiis, quale erat, domus Palati, quam incolebat, omnia mundi bona abundè inveniuntur, sola excepta veritate. Quidam in regno Galliarum constitutus Archi Episcopus in quadam statuum generalium Parisiensium congregatione Reginæ matri invocando dixit, multos jam elapsos esse annos, à quibus veritas intemerata, per conclavis sui fores non fuisset ingressa. In palatio magnatum aditus non patet illi, qui odium & malevolentiam ex utroque larere comites habet; quotquot enim cum principibus conversantur, gratiam quærunt & ambiunt illorum, non verò indignationem. Veritas quidem die quadam domum ingressa est Herodis albo habitu induta, non quod hic color ejus proprius esset, qualis erat vestis Philostrati in antro Amphiarai, sed hoc erat colore induta, ut illuderetur ei, & velut stulta exploderetur ab omnibus; mundus enim in aulis veritatem palàm enuntiantem stultum & mente captum esse judicat. Zorobabel equidem illam in aulam non solum introducere, verum etiam Dario Regi præferre non est veritus, id ramen fecit quando nox erat, & consequenter videri à nemine aut ab iis, qui illam velut rem odiosissimam ab oculis suis proscripserunt, malè tractari poterat. Magnatis alicujus palatium, ob bonorum, quæ ex omnibus mundi partibus in illud dimanant, abundantiam, paradisus quidam haud immeritò videri quidem posset, veritatem tamen intra limites suos excipere nunquam poterit, utpotè quæ in infernum à Poetis est collocata. Mirum profectò est quod cùm omnes arbores in paradiso locum habuerint, sola in eo Persicus procul abfuerit, idque non aliâ ratione, quam quia arbor folia humanæ linguæ simillima, & juxta ea fructus suos in cordis forma efformatos habens expressum est veritatis hieroglyphicum; Non nascitur illa ubi linguæ adeò sunt procul à corde remotæ, ut ne in una syllaba verbum ore prolatum cum corde consentiat. Apollo Midæ Regi non sine causa, ut Poetæ fabulantur, aures asininas indidit, magna enim est mundanorum Principum stultitia, quorum aures adeò procul sunt à ve-

titate remotæ. Magnum profectò aulæ Principum amisêre ornamentum ; ingens ereptus est ex Principum ærariis thesaurus ; pretiosissima è Regum diademate corona cecidit, pretioso monili spoliatum est eorum pectus, postquam palatia ipsorum fores occluserunt veritati, ne ad ea ipsi ullus pateat aditus; Apud Sisimandrum virtus hæc velut pretiosissima quædam gemma, & torques valoris inæstimabilis, è boni rectoris collo suspensa pependit. *Origenes in Ezech. apud Pier.* *Si me* (verba sunt Adamantii) *postquam justitiæ opus adimplevero, intellectu adornaverit veritatis, tunc mihi ornamentum nuptiale, tunc catena collo decora circumdabor.* Undenam igitur hujus mundi magnates lucrum istud non minus pretiosum quàm necessarium facere poterunt? Certum est, quod illud apud homines comparare sibi minimè possint, cùm sit *omnis homo mendax,* *Psal 113. v.11.* sed à Deo illud sibi comparabunt, cujus labia, utpotè à sponsa duobus venustissimis liliis assimilata, cum omni candore & simplicitate veritatem proponunt. Quodsi hæc lilia, optima principum fortuna, in ipsorum panderêtur palatiis, thesauro utique tanti momenti adeoque spectabili & pretioso privati non essent. Christus, *Ioan. 8. v. 45.* inquit, *veritatem dico vobis,* quasi diceret, quodsi ego non audiar à vobis, ex alio ore veritatem percipere impossibile erit.

3. Pro evidenti signo, quod superbia individua sit humanarum divitiarum comes, S. Paulus Apostolus Timotheo discipulo suo *1. Thim. 6 v. 17.* scribere non dubitavit: *Divitibus hujus sæculi præcipe, non sublimè sapere.* Sciebat namque, quod flumen caput suum nunquâ in altum extollat, aut è suo littore egrediatur, aut vicinam regionẽ devastet, nisi quando multarum aquarum dives est & abundans. Sciebat enim Luciferum ex eo solum quod dotatus tot divitiis, torque gemmis ornatus esset, cum quibus à Propheta fuerat propositus, ei se adæquare præsumpsisse, cui ut æqualis inveniatur, est impossibile. Atque ideo Poetæ Junoni pavonem dedicarunt, per hoc significantes, homini diviti semper adhærere, tanquam familiare illi vitium, superbiam, sicut olim divitiarum Deæ, superbiæ symbolum consecrari & dedicari solebat. Unde divites purpura ignis significatrice circumdari student & gaudent (*induebatur purpura,* dives ille Evangelicus) quasi ob animi sui elationem & fastum in terra in aliorum hominum societate commorari fastidientes, seseque exaltassent à terra, & in sublimissimo omnium elementorum, igne videlicet, commorari decrevissent. Porrò divites ob divitias, quas habent, *aulici* dicuntur, quæ dictio *ab* hoc nomine *auro* suam deducit originem, eo quod divites ex superbiæ suæ cura & vento inflati sunt & tumefacti. Equidem meritò superbi esse censendi sunt, quos in hoc gaudere videmus, quod nimirum in altis editisque ædificiis commorari possint, quæ humilitas, utpotè quæ in submissis habitaculis pauperibusq; tuguriis degere gaudet, valdè habet exosa. Sicuti ergo illi utpotè superbi ingentibus sunt malis subjecti, ita quoque cum humiles non sint, magnis sunt bonis privati. Quod enim malum majus timeri unquam poterit, quam simul cum Lucifero in profundum inferni barathrum detrudi? quodve unquam sperari poterit bonum majus, quàm cum Christo ascendere in cælum? certum autem est, quod sicut superbia hominem ad infernum præcipitat, ita humilitas eundem in cælum usque exaltet. Verum enim verò quis tandem illos à tanto malo liberare, aut ad tanti boni lucrum perducere poterit? Dei utique vox id facere præ valebit. Cùm enim David dicit: *Vox Domini confringentis Cedros:* idem est ac si diceret: vox Dei deprimere & humiliare valet superbiam magnatum hujus mundi, qui veluti cedri, è terra in qua degunt, intra cæli nubes sese videntur abscondere: *Vox Domini confringentis cedros,* inquit Hugo, *id est nobiles & elatos per contritionem à summo malitiæ ejicit, & non solum à sua superbia dejicit, sed usque ad profundum humilitatis trahit.* Veruntamen quia Christus in palatiis non auditur, ideo magnates tanto conspiciuntur malo subjecti, tantoque bono privati. Verbum Dei ignis est, teste Davide qui dicit, *Ignitum eloquium tuum vehementer,* atque ideo mox ut aurem superbi ingreditur, alti supercilii elatique animi cedrum comburens in terram prosternit, eamque in einerem redigit & humiliat.

Luca 16. v. 19.

Psal. 28. v. 5.

Hugo Card. in Psal. 28.

Psal. 118. v. 140.

4. Sponsa cum Christo Domino nostro spon-

Cant. 4. v. 11. ſponſo ſuo loquens dicit: *Mel & lac ſub lingua tua*; quaſi diceret: Quantum ego video, ô dilecte mi, tu in ore tuo mel & lac tenes abſcondita, ita tamen conjuncta, ut unum illorum ab altero in eodem fonte ſeparata cernantur; nunquam enim mel tuum à lacte ſeparatum foras egreditur. Verum enimverò quidnam illam per hoc innuere voluiſſe exiſtimas? nihil profectò aliud, quam quod Chriſto loquente, verba ejus haud ſecus ac ſimul eſſent, ſupra modum ſint dulcia, & munda quaſi lac nive candidius. Quaſi clarius dicere voluiſſet: anima mea tanta frui dulcedine nunquam poteſt, quali tunc illam frui experior, cum tu illam alloquio tuo dignaris; hæc autem dulcedo cum tanta eſt honeſtate & puritate permixta, ut ex ore tuo rivus aliquis ex melle & lacte formatus dimanare videatur, qui per aures eorum, qui te auſcultant, confusè diſcurrit; cujus contrarium experientia in aliis docet, qui eo quod dulcia loqui non poſſunt, niſi turpia ſemper intermiſceant, mel quidem in ore habent, ſed lacte carent. *Bene enim conjungitur mel & lac*, inquit Hugo, *quia frequenter dulcedo collocutionis degenerat in carnalem & immundum affectum: ſit ergo mel cum lacte, id eſt, munditia cum dulcedine.* Aulæ Principum multa equidem ora habent, quæ obſcuras delitias & lepores mel continuè fundunt. Loquitur morio; & placet: laudat adulator, & delectat: canrat merettix & recreat, verum mel iſtud lactis deſtitutum eſt commixtione. Ejuſmodi enim verba, non ſolum chriſtianæ honeſtatis lacte carent, verum etiam turpia, impudica, inhoneſta ſunt, atque ideo coinquinant, defœdant & intoxicant illos, qui ea auſcultant, & baud ſecus ac Syrenatum cantiones ad mortem perducunt æternam. Et quidni intoxicarent verba ſerpentis alicujus lingua formata, maximè verò lingua pernitioſiſſimarum Syrenum aut ſerpentis Arabici, à quo, qui mordetur homo, prius moritur, quam de morſu dolere incipiat. Porrò minus hoc malum futurum eſſet, ſi ſaltem poſt mortem ad minus mortis ſentiretur dolor; talis namque dolor efficaciſſima eſſet pro mortis illius declinatione medicina. Quot cheu ſyrenes cantant & mordent in domibus divitum, & ſine dolore, imò cum ſingulari ipſorum beneplacito quotidie tot animas occidunt? longè pro te melius futurū eſſet ô inſenſate dives, ſi Viyſlem in ſimilibus occaſionibus imitatus, aures tuas talibus vocibus obturares. Quodſi ex hac mortali, imò lethifera muſica aliud nihil, quàm ſolam delectationem quæris, cur tibi non eſt cordi Chriſtum præ aliis libentiſſimè audire loquentem, cujus verba ſimul & delectant, & vitam audienti conferunt ſempiternam? Porrò cum ex aliorum ore mel dimanet, quod veneno inficit & occidit; è Chriſti ore è contra mel egreditur, quod vitam immortalem largitur & æternam. Ex quo S. Petrus per continuam experientiam hoc melle frui-tus fuerat, quod è divino ore continuò ſtillabat ideo audacter Chriſto dicebat: *Domine ad quem ibimus, verba vitæ æternæ habes.* Magnum igitur bonum palatia perdunt, atque mirâ ſe delectatione privant, delectatione inquam tali, quæ non coinquinat, imò potius lavat & mundat. *Ioan. 6. v. 68.*

Hugo Card. in c. 3. Ezech

5. S. Joannes Apoſtolus vice quadam Chriſtum magiſtrum inter ſeptem candelabra aurea vidit veſte ſacerdotali indutum, ſuccinctum ad pectus zona aurea, cujus capilli capitis albi erant ſicut lana alba, oculi ejus ingentem ignis flammam vibrabant; egrediebaturque gladius ex ore ejus, ſicut in camino ignis ardentis habent, loquebatur autem, verba ejus veluti aquæ multæ cum impetu defluebant: *Vidi in medio ſeptem candelabrorum aureorum ſimilem filio hominis veſtitum podere, & præcinctum ad mammillas zona aurea: caput autem ejus & capilli erant candidi tanquam lana alba, & oculi illius tanquam flamma ignis, & pedes ejus ſicut in camino ardenti, & vox illius tanquam vox aquarum multarum.* Porrò Chriſtus Dominus noſter eo tempore inter ſeptem candelabra viſus eſt ſacerdotaliter veſtitus; ut per hoc mundo, ſe Deum ſimul & hominem eſſe innueretur; tanquam homo Deo preces offerebat, & ſacerdotis exequebatur munia: tanquam Deus autem in medio ſtabat candelabrorum cæleſtium, ad eum ferè modum, quo à nobis in altari iuter candelabra adoratur & colitur. Ad mammillas zona præcinctus erat aurea, ad de-

Apocal. 1. v. 12. & ſeqq.

mon-

monstrandum pium erga nos servos suos affectum : zona autem hæc coronæ loco erat, quæ in Regibus subjectam eis gentem significat : Hanc autem non in capite, ut alii, sed in pectore, sive ad mammillas, loco nimirum cordi vicinissimo, gerebat, quia Dominus quidam est, qui subditos suos maximè æstimat, tenetque diligit. Capilli ejus, id est, cogitationes, sicut lana alba erant, ut cuicunque tinctura ad nostrum libitum & optionem servarentur expositæ. Ignis qui ab oculis, veluti duabus fenestris vel animæ spiraculis egrediebatur, invincibile exhibeat summæ charitatis suæ augmentum, adeò ut dici potuerit.

Di furor si legge come dentro auvampa.
Deforis legitur, ut intus ardeat.

Eodem prorsus fine pedes suos in ardenti habebat camino constitutos, veluti moribundum quandam referens Phœnicem, quæ vitam nobis datura æternam, tanto amoris incendio instigata mori temporaliter pro nobis voluit. Gladium non manu, sed ore ferebat, quia tota ejus contra nos obculpas nostras, concepta indignatio & iracundia, per linguam, id est, per verba & comminationes effunditur, difficillimè ad manus exserendas inducitur, invitus admodum petcurit aut vulnerat. Denique verba ejus ob elegantiam & suavitatem, quam spirabant, erant sicut vox aquarum : *Vox illius tanquam vox aquarum multarum.* Verum dic sodes, cur sanctus Apostolus ad id significandum vocem ejus aquis assimulare voluit, cùm illa majori cum proprietate argento comparate potuisset ? Respondeo argentum licet sonorum sit, contactu tamen suo coinquinat & inficit : aqua autem præterquam quod sonora sit, purgat & lavat, atque ideo aquis, non verò argento illa assimilare voluit : *Vox illius tanquam vox aquarum multarum*, inquit S. Thomas, *quia prædicatio Christi, quantum ad communicationem virtutis, habuit virtutem abluitivam.* Heu ! quot hodie domus inveniuntur, quæ Christi verbis lavari & purgari indigent. Quot sunt magnatum palatia, quæ eo quod immundissima sint, stabula potius, quàm Principum habitacula censeri merentur, utpotè à tot quotidie bestiis inhabitata ? Simiæ adulatorum, canes invidorum, simulatorum vulpes, ingratorum muli, pavones superborum, & luxuriosorum equi, alibi quàm in magnatum palatiis nequaquam habitant.

D. Thom. in c. 1. Apoc.

6. Nemo est qui hactenus non viderit, hujus terræ nobiles in palatiis suis psittacis, quas ad sui oblectationem enutriunt, valdè delectari : nostis ne rationem edicere, cur id communiter faciant ? Fortè id fit, quia psittaci aves sunt valdè peregrinæ, nostet enim hic Horizon animalia talia minimè producit, sed à longinquis regionibus, ab Indiarum occidentalium Insulis ad nos deportantur. Etenim ratio isthæc admodum est verisimilis; hodie namque principes peregrinis & cæteris nationibus valdè deditos esse videmus ; longè enim plutis ab illis peregrinus, quam propius subditus, civis, aut compatriota æstimatur; ex quo multorum statuum ruina suam principaliter ducit originem, qui Dominis suis otio & vitæ commoditati ac luxui deditis, exterorum manibus & potestati subjecti sine ullo respectu affliguntur, decoriantur, pessimèque habentur ; id quod eis à compatriota nunquam accidisset, prohibente nimirum omnem tyrannidem, naturali, quo omnes in patriam nostram ferimur, affectu. Fortè etiam ideo psittaci magnatum domibus adeò sunt familiares, quia nimirum per totum corpus viridibus, ut plurimum plumis conteguntur. Ubi enim aves virides aptius morarentur, quam iis in domibus, quæ speretum diversarum, eaque volatili, sunt refertissimæ ? Volatili dico, quia spes quæ in ejusmodi principum domibus fovetur, ut plurimum ex proposito sibi fine nullum prorsus fructum producit. Fortè etiam id fit, quia hæ aves, utpotè manibus carentes, pedibus manuum loco utuntur. Porrò in principum aulis pauci manus, pedes verò habent omnes aulam illam inhabitantes, neque enim hominem aliquem ætumnosum, & ex princi-

pis

pis gratia infeliciter dilapſum, adjuvant, aut ſublevant, aut charitativis ei ſubſidiis ſubveniunt, ſed potius omnes illum pedibus quaſi conculcant. Aut verò quia pſittaci naturam habent ſerpentibus contrariam, ſiquidem caput ſuum pro ſalvandis corporis membris manifeſto vitæ periculo exponunt. Tales pſittaci (ſilere id non poſſum, ut oculi principum ad proprium damnum & exitium præcavendum aperiantur) ſæpe ſunt aulici, qui frequentiſſimè ut privatum ſuum intereſſe promoveant, efficiunt ut caput ſuum, id eſt princeps cui obſequuntur, in manifeſtum conſtituatur periculum odii, contemptus; imò exauthorationis à ſubditorum ſuorum imperio, cujus rei manifeſtum hiſce temporibus habemus exemplum. Denique ſi etiam alia ratio, cur pſittaci in principum aulis continuò commorentur, ad manum non eſſet, quàm quia loquuntur, & tamen quod dicunt non intelligunt, ob hanc ſolam pſittacus in talibus oculis non ſolum degere, ſed & naſci meritò deberet, ſiquidem plerique ex aulicis loquuntur & non intelligunt quod dicunt; multa tibi promittunt, nec tamen promiſſa ſervare intendunt: Laudant te, cùm tamen laudes tuas prædicare minimè intendant, utpotè quem laudibus ſuis indignum eſſe cognoſcunt: & econtra quem contemnunt, illum revera contemptum eſſe nolunt, quin potius æſtimant. Verum enimverò relictis omnibus hiſce rationibus, aliam quandam ex S. Chryſoſtomo adducamus in medium, utpotè propoſito noſtro mirè inſervientem; dicit ergo hic ſanctus Doctor: *Pſittaci eo quod loquuntur ut homines, ſunt nobiles*, quaſi diceret: Pſittaci in principum & nobilium conclavibus in tantum aſſervantur, in quantum ut homines loquuntur. Meritò equidem principes in hiſce avibus delectationem ſuam reponunt, utpotè qui cupidi ſunt audiendi in domibus & aulis ſuis hominem, qui inſtar hominis loquatur. Aulici namque ut plurimum ut ſyrenes, ad delectandum & decipiendum loquuntur: loquuntur, ut canes, ad mordendum & affligendum ſocerum ſuum: loquuntur ut leones, ad ſervien-

D. Chryſ. hom. 8. in Act.

dum vindictæ ſuæ appetitui; & tanquam porci, ad ſeſe locupletandos, & ſaginandos. Cùm igitur pſittacus ob hoc ſolum quod hominis inſtar loquatur, tantæ eſt in aulis principum æſtimationis, quidſi reperiretur aliquis loquens ſicut Angelus, quanti is foret in iiſdem aulis æſtimandus? Quodſi alius quiſpiam reperiretur, qui loqueretur ut Chriſtus, quantoperè talis foret ſuſpiciendus? qui non deferentur tali viro honores? quantum non eveheretur per unicum talem ejus, è qua natus eſſet familia? Verum enimverò dicat aliquis, nunquid homo talis in toto mundo uſpiam reperibilis erit? Imò verò; non unus tantum, ſed centum loco unius, dummodò illos vel ſemel recipere & audire velles; ſuntque illi, qui cum ſint ſalutis animæ promovendæ zeloſiſſimi, humanos ſemper corrigere & emendare ſtudent defectus; hi enim non loquuntur ut homines, ſed ut Chriſtus Angelorum & hominum Dominus. *Si loquaris ad proximorum emendationem*, inquit os aureum Chryſoſtomi, *linguam Chriſto ſimilem habebis.* Verum enimverò quia aula in genuinam ſibi filiam adulationem adoptavit (*ab aula* enim dicitur *adulatio*) ideo eos qui in officio adulationi contrario exercentur, & palpare non norunt, à ſedibus ſuis perpetuò proſcripſit & eliminavit, ſeque ipſam cum æterno damno ſuo, bono quodam adeò neceſſario, quale veritas eſt, deſtituit. Mavult pſittacos, qui ſine ullo ſuo commodo, loquuntur ut homines, quam eos audire homines, quicum incomparabili aulæ utilitate loquuntur ut Chriſtus. Ut verum fatear, aula vel domus ſimilis, inferno mihi deterior eſſe videtur. Orpheo, qui ut Poetæ referunt, ad mœnium Thebanorum fabricam ritè abſolvendam lyræ ſive cythatæ ſuæ dulcedine & virtute, ſaxa trahebat, locoque movebat; infernus ſe ultro aperuit; & domus principum atque nobilium illi non aperientur homini, qui virtute verborum ſuorum, ad perficiendam civitatis cæleſtis gloriæ fabricam, animas trahit & perducit ad cælum.

D. Chryſ. hom. 52. ad Pop.

7. Tametſi omnes homines naturaliter beati eſſe deſiderent, illud tamen deſiderium divites & magnates hujus mundi

plus exercet, quàm alios, utpotè qui se
B. Fulg. Deos esse sibi stulte persuadent: *Dives nascitur à divo, quasi Deus*, quia enim Deus est beatus, ideo quoque ille beatus esse cuperet, ut Deus quidam esset completus & perfectus. Unde quia talis dives Epicuri, Diodori & Possidonii doctrinæ fidem adhibet, atque in sæculatibus divitiis, in delectationibus carnalibus, atque in hujus mundi honoribus beati desiderat, ideo Deus per os Isaiæ Prophetæ eidem dicit:
Isaiæ 3. v. 12. *Qui te dicunt beatum, ipsi te decipiunt.* Talia enim appetitum tuum non solum non satiant, quin potius irritant magis. Quantò tibi plures divitias congregaveris, quantò fueris majoribus fruitus deliciis & voluptatibus, quantò illustriores tibi honores compataris, tanto te miseriorem æstimare debebis. Cui igitur homo ingens hoc & ineffabile beatitudinis bonum inveniendum, fidem securè & tutò adhibere poterit? Ei nimirum qui illum minimè decipit, aut decipere intendit; ac proinde non mendaci Epicuro, sed Christo qui decipere nequit & nescit. Christus illos beatos esse dicit, qui verbum sciunt & audiunt, opere implent. *Beati qui audiunt*
Luc. 11. v. 28. *verbum Dei & custodiunt illud*, inquit ipsemet Christus Lucæ cap. undecimo. Humana enim beatitudo in divina notitia consistit, quam homo divino verbo mediante assequitur, illud namque hominem instruit & docet, quomodo vitam suam in ordine ad tantum bonum post hanc vitam consequendam, instituere debeat, atque ideo divini verbi auscultatores beati
Didacus Stella in c. 11. Luc. dicuntur: *Pendet enim nostra fœlicitas ex notitia Dei, hæc autem fit per verbum Dei, quod ducit nos in Dei notitiam; & hæc ducit nos in operationem, & gloriam, ad quam tendimus & propter quam creati sumus*, inquit Didacus Stella. Quantum igitur divites & hujus terræ magnates bonum perdunt, dum verbum Dei auscultare minimè curant. Perdunt nimirum bonum istud, cujus adeò vehementer sunt cupidi, quodque in nulla re alia qualicunque invenire possunt. Quodsi homini ad famem corporalem pellendam desit panis, defectum hunc supplere per carnem poterit: quodsi caro illi desit, illam poterit supplere fructibus, aut herbis, aut alia quacunque re comestibili. Verum quodsi ad beatitudinis famem & desiderium explendum, homini verbum Dei deficiat, idipsum nulla alia re quacunque supplere poterit, quippe cum nihil sit aliud, quod beatificare illum possit.

8. Quot fuere hactenus in hoc mundo Principes, qui noctu diuque omnem suam operam in id collocarunt, ut se immortales redderent, qui tamen oleum & operam simul cum tempore miserè perdiderunt. Rex Colchorum hac siti ardens, mendaci Medusæ ipsum immortalem facturam se promittenti credens, visus est mortuus, priusquam moriturum se esse credidisset. Fruſtrà sibi Alexander persuasit se utpotè Jovis filium, ficti patris sui participaturum immortalitatem, siquidem in florida adhuc juventute mori coactus fuit. Idipsum quoque, uti refertur, Justiniano Imperatori & Montezumæ Regi Mexici eodem desideratio laborantibus accidit. Num fortè secretum aliquod inveniri poterit, per quod hi pro voto suo immortalitatem sibi adsciscere valeant? Imò verò, tunc videlicet, quando semel adulatoribus suis, qui illos decipiunt, fidem abnuere, Christo autem Domino nostro illos minimè decipienti firmiter credere incipient, tunc enim immortales fieri infallibiliter poterunt. Quando palatii sui fores semel aperient, eoque Christum admittent & introducent, quando verbum Dei sollicitè auscultabunt & custodient, verè immortales erunt, nec mori unquam amplius poterunt. Porrò secretum istud, Christus Dominus noster illis tanta cum veritatis firmitudine promittit, ut bina vice, gravi jurejurando illud *Ioan. 8.* fallere nequaquam posse affirmet: *Amen* *v. 51.* *amen dico vobis, si quis sermonem meum servaverit, mortem non videbit in æternum*, inquit Joannes capite octavo. Et quod plus est, per illa verba non intendit immortalitatem non promittere præsentis vitæ, quæ utpotè cum infinitis malis conjuncta despicienda omninò est & abominanda; sed alterius vitæ immortalitatem, quæ cum

æterna

æterna est beatitudine copulata & connexa, ad quam sola divini verbis observantia & custodia efficaciter perducit, *Consistit vita æternâ in verbo Dei*, inquit sanctus Bernardinus, *quia finaliter perducit ad beatam vitam.* Neque hac de re ullatenus dubitandum est, cum Christus verba sua vitam esse asseveret: *Verba quæ ego loquor spiritus & vita sunt.* Atque ideo ubicunque Dei verba recipiuntur, mors utique intrare cavebit. Dolore super facie terræ prævalente, frigus mox absconditur & fugit, nec comparere audet.

D. Bernardin. p. 3. serm. de desid. art. 1. cap. 3. Ioan. 6. v. 63.

9. Ex quo verba Dei Jerem. 14. capite sicca dicuntur: *Factum est verbum Domini ad Ieremiam de sermonibus siccitatis*, operæ pretium futurum esse existimo rationem investigare, cur scilicet sicca dicantur, potius enim pinguia dicenda fuisse videntur, quàm sicca: Præterea ex quo Propheta teste, verba Dei omni sunt melle sapidiora, certè sicca appellari minimè poterunt, gustus enim vel sapor in humido fit, non verò in sicco. Dicere fortè poteris, verba Dei sicca dici, quia è fornace pectoris alicujus divino amore succensi egrediuntur, quod enim ab igne egreditur, non siccum esse non potest. Unde dum Propheta verba Dei sicca fuisse dicit, idem esse videtur, ac si diceret, sunt ignita aut ardentia. Veruntamen ad præsens propositum congruentius dico, verba Dei sicca appellari, quia cum ipsismet quoque saxis suavia & delectabilia esse debeant (cui enim non saperent verba illius, qui tantoperè nos amat & diligit?) divitum tamen palato sicca sunt & insipida. *Sermo Dei est siccus divitibus*, inquit, hunc scripturæ locum interpretans Abbas Joachimus. Non sapiunt illis verba Dei, quia pompas ipsorum damnant. In die illa qua Christus frondosam & infructiferam ficum sola divinorum verborum suorum virtute exsiccavit; superfluas & superbas divitum pompas damnavit, quæ sine ullo fructu in hoc mundo prævalere videntur, & atque ideo quia divites vanitates istas maximi æstimant, Deus illis nequaquam in verbis suis sapit, sed insipidus illis esse videtur, quando de illis loquitur, easque damnat. Adhæc quia verba Dei impedimenta, quæ animas à Deo seducere solent, è medio tollunt, qualia sunt spes & fiducia in potentia, in amicis, in auro aliisque rebus similibus, in quibus magnatum cogitationes, vanaque consilia fundari solent, ideo eadem illis non solum non sapiunt, verum etiam desipiunt. Quia bonam societatem suadent, malam verò & noxiam prohibent; quia palatia ab hominibus flagitiosis, meretricibus, adulatoribus, parasitis, morionibus & similis farinæ sociis, quorum ipsi conversatione adeò delectantur, evacuari præcipiunt, ita divinæ illis admonitiones mox displicent, & verba Dei sicca esse videntur. *De sermonibus siccitatis.* Atque ideo Christo loquenti non solum aures suas occludunt, verum etiam domus suæ fores obfirmant, ne ullus ei ad loquendum cum illis pateat accessus.

Ierem. 14 v. 1.

Ioachim. Abbas in c. 41. Ier.

10. S. Ambrosius miserabilem Adami casum valdè deplorat & dolet, dum is stultæ atque à serpente delusæ uxori suæ patulas aures præbens, de arboris vetitæ fructibus manducare, Dei præceptum transgredi, & ejus, qui eum condiderat, atque in tantam felicitatem collocaverat, indignationem sibi adscisceret, nequicquam curavit. Suum tamen postea dolorem mitigans consolatur semetipsum, videns nimirum, quod quæsitus à Deo ab eoque vocatus ipsum auscultarit & responderit; quamnam obsecro sanctus hic Doctor de salute Adami consolationem haurire exinde poterat, quod illum verba Dei patienter audire, eique humiliter respondere videret? Nimirum ex hac responsione haud obscurè colligebat, Adamum nondum totaliter perditum esse & desperatum, prouti metuebat, sed magnam adhuc salutis suæ spem superesse, ejusque malum non sine remedio esse, neque longo aut diuturno tempore durare & extendi posse: siquidem quotquot verba Dei auscultant, tametsi gravissimi peccatores essent, firmam tamen salutis suæ spem habere possunt: *Adhuc iis remedium sanitatis est, qui audiunt verbum Dei.* Nullam habet anima

D. Ambr. de Parad. c. 14.

aliqua peccatrix salutis spem aliam, quam ut Dei verbum audiat; quodsi hoc non audierit, perdita est, mortua est, damnata est. Quid igitur de te, ô fatue dives, dicam, cui non minus est fastidiosum verbum Dei audire, quàm gratum & jucundum est homines audire turpes, inhonestos, scurriles, mendaces & malignos? Quamnam de salute tua spem habere potero, cum te uncinum quo salvari poteras remedium respuere & abominari video.

11. Mortuum te reputem, necessum est. Ad hoc quoque propositum verba illa à Christo in deserto ad Dæmonem illi, ut lapides in panes converteret, persuadere volentem pronuntiata auscultari merentur: *Matth. 4. v. 4.* *Non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei.* quasi diceret: Non eo tantum fine homo in has vita degit, ut panem manducet, verum insuper ut nutriatur Dei verbo. Et meritò quidem id Christus dicebat; Quodsi enim verum sit, quod ex his nutrimur, ex quibus constamus, nos autem spiritu seu spiraculo oris divini conditi simus, consequens est, ut si vitam nostram continuare velimus, cibum nostrum ab eodem Dei ore trahere necessum sit. Cùm enim caro ad hoc ut vivat, carne nutriatur, spiritus si suam conservare vitam velit nutrietur spiritu, hoc est pane verbi Dei, quæ spiritus sunt: *Ioan. 6. v. 36.* *Verba quæ ego locutus sum vobis, spiritus & vita sunt;* dicebat Christus Apostolis suis. Unde perspicuè videtur, animam illam mortuam censendam esse, cui hic cibus subtrahitur, sicuti enim mortuum censetur corpus illud, cui panis negatur, sic quoque mortua est anima illa, cui panis verbi Dei minimè ministratur. Audite hac de re pulchrè loquentem *D. Bern. p. 2. ser. 9. in princ.* S. Bernardinum: *Ex eo quod ait Christus: Non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo quod procedit ex ore Dei, sequitur quod qui non vescitur verbo Dei, ille non vivit. Quia sicut corpus humanum non vivit sine terreno cibo, ita & anima vivere non potest sine verbo divino.* Mortuus censendus est homo ille, qui Deum dedignatur audire, imò plusquam mortuus, cùm enim *Ioan. 5. v. 25.* mortui divina verba audiant: *mortui audient vocem filii Dei*, hic tamen illa obstinatus non audit, atque ideo ipsismet mortuis magis mortuus erit. Quapropter ô nobilis, ô dives quisquis, consilium ne spernas, sed prompte amplectaris; E palatio tuo elimines eos, quorum sermones tametsi te oblectent, intoxicant tamen & occidunt, econtra verò Christum in domum tuam susçipito, qui quoniam tecum commorari nequit, quasi exul vivit & habitat in deserto; sic enim voce illa fruetis, in cujus solius virtute vulnerum tuorum remedium & vita mortis tuæ duntaxat consistit.

12. Materiam istam, ponderatione quadam loci cujusdam Isaiæ 53. adhibita feliciter concludamus, ubi Deus aliquid dicit, quod eo quo promiserat modo eveniisse nequaquam videtur, verba promissionis sunt sequentia: *Verbum meum* *Isaiæ 53. v. 11.* *quod egreditur de ore meo, non revertetur ad me vacuum, sed faciet quæcunque volueo;* quasi dicere vellet, rete piscationis quod in hujus mundi mare sum dimissurus, vacuum & inane ab aquis nunquam extrahetur. Id namque impossibile esse videtur; cùm quotidie experiamur contrarium scilicet verbum Dei in amicis duris atque in malo obstinatis inefficax & infructuosum esse. Quoties Christus principibus & Hebræi populi sacerdotibus in vanum & sine fructu prædicavit? Quot Prædicatores tota die clamant, haud secus acsi in deserto clamarent, nec tamen vel unicam duntaxat animam lucrantur. Num fortè semen illud verbi Dei fructificare poterit, quod uti parabola refert, in viam, aut super petram, vel denique inter spinas cecidit? Cur igitur Deus dicit: *Verbum meum non revertetur ad me vacuum,* quando illud toties ac toties sine fructu ullo redire videmus. Deus optimè dixit, veritas enim mentiri nequaquam potest. Verba sua vacua & inania reversa sunt nunquã, semper suum sunt assecuta effectum intentum, sive intellecta fuerint, sive non intellecta, sive opere adimpleta fuerint, sive contemptui habita. Quia sicut quando bene percipiuntur, auscultatori vitam conferunt æternam; ita quando non acceptantur aut respuuntur, perpetuam conciliant dam-

damnationem. Audite Michaelem de Palatio: *Quia verbum Dei prædicatum non credentes damnat, & credentes liberat, ideo nunquam revertitur vacuum.* Sicut illi, qui audiunt verbum Dei, vitam consequuntur æternam, quòd est maximum, quod sperari possit, bonum; ita alii qui idipsum non audiunt, imò aspernantur potius, mortem sibi conciliant æternam, quæ maximum est malum, quod ulla possit ratione timeri. Væ igitur illis, qui audire illud abnuunt.

Michael. Palat. in c. 8. Ioan. Enarr. 2

SERMO I.

IN SOLEMNITATE NATALIS D. N. JESU CHRISTI.

THEMA.

Reclinavit eum in præsepio. *Luc. 2.*

ARGVMENTVM.

Homo peccator bestia potius, quàm homo dici meretur.

I. QUia in Canticis Canticorum ubi nos dilectum animarum nostrarum sponsum dixisse legimus: *Ego flos campi*, alii vertunt: *Ego Rosa campi*; ideo verba hæc ab eo pro illo tempore data videntur, quo in hunc mundum secundùm carnem natus est, oculisq; nostris in terra primitus apparuit, quando toti mundo haud secus ac pulcherrima & odorifera quædam Rosa apparuit. Tales enim tantæque erant ejus jam nascentis elegantiæ & venustates, ut è cœli sedibus beatos Angelos, & è tuguriis suis Pastores, bestias quoque & pecora è campis ad se impe-

Cant. 2. v. 1.

riosè & potestativè quasi attraxerit, ut insolitum hoc tantæ jucunditatis spectaculum viderent, eoque perfrui possent. Credo equidem quod dum Angeli illum rubeo colore tinctum viderunt, quem alias superiori tempore alto, imò candido viderant colore imbutum (unde & à sapiente ipsissima albedo sive candor appellatus fuit: *Candor lucis æternæ*) valdè fuerint admirati, imò attoniti. Etenim si ob nimium ex hac novitate conceptum stuporem, in hæc fortè verba prorupissent: *Quarum rubrum est indumentum tuum?* illis utique Jesulus noster natus hunc fuisset in modum respondsurus: vulnus pedis, non lascivæ veneris, de quo fabulantur Poetæ, sed nimii erga ambitam à prima muliere deitatem affectus

Sap. 7. v. 26.

Isaiæ 63. v. 2.

hoc me colore perfudit. Fuit igitur Deus noster hoc tempore in specie jucundissimæ cujusdam rosæ exhibitus, quia lætus jucundusque erat cæli nuntius ad nos eo præcipuè fine missus, ut nobis rigidam humanarum turbulentiarum hyemem transisse, tempus autem ad colligendum desideratos vitæ fructus præ foribus esse nuntiaret, ac proinde tacitè dicere poterat: *Iam enim hyems transiit, imber abiit & recessit.* Cant. 1. v. 11. Portò sponsa olim capillos, imò caput ejus aureum fuisse describebat, ut hâc ratione insinuaret, ipsum Nativitatis suæ tempore alias in capite suo non versasse cogitationes, nec alia machinatum fuisse consilia, quam qua meliori ratione & modo nos thesauris, quos è cælesti patria sua secum adduxerat, locupletare posset. Nec poterat non peregrinus esse odor ille, quem ex corporis sui membris passim fragrabat, utpotè à Paradiso derivatus, quia amor quo ardebat, totum beatissimæ divinæ mensæ nectar in ipsum effudit, ut tanto nobis esset amabilior, nosque cum illis sibi attraheret, quæ dicebant: Cant. 1. v. 4. *Curremus in odorem unguentorum tuorum: Oleum effusum nomen tuum.* Veruntamen ex altera parte non minus compassione dignum, quam lætum esse poterat hoc Jesuli recens nati spectaculum, dum illum spinis istis cernimus esse circumdatum, quas propter primi hominis peccatum, terra veluti in promeritum supplicium progerminatura erat. Paupertas [illegible], nuditas, frigus, loci horror & centena alia incommoda, spinæ erant hanc rosam pungentes & affligentes, atque ideo purissimo videbatur rore conspersa, quem è cœlo vultus sui plorando effudit; qui ipsum nobis amabiliorem reddebat, dum ipsum inter hasce miseriarum spinas, nostra mala deflere videbamur. Hinc igitur perspicuè summa Virginis Matris suæ dignitas colligitur, quin cum aliæ mulieres vulgares & ignobiles filiorum suorum flores in suum sibi sinum decerpant, ipsa ex concesso eidem particulario privilegio atque favore in virginale gremium suum æternam Dei sapientiam florum omnium Reginam decerpsisse noscitur. Verum enimverò prætereundum minimè est, quod subitò ut cælis hæc Rosa in terris nata appatuit, à virginea Matre in vilissimo quodam præsepio reposita fuerit: *Peperit filium suum primogenitum, & pannis eum involvit, & reclinavit eum in præsepio,* Luc. 2. v. 7. scribit S. Lucas. Id quod B Virgo fecit, quia ipsum in hunc mundum velut in quoddam animalium stabulum venisse intellexit, eorum inquam animalium, quæ cùm homines essent, per peccatum suum in bestias degeneraverant, ut divini hujus floris pabulo denuò transformarentur in homines, bestiæque deinceps esse desinerent: *Quod eum in præsepio reclinavit, in mysterio factum est,* Iansen. Concor. cap. 8. inquit Jansenius, *ut designaretur mundum hunc, in quem peregrinari pro redemptione nostra venerat, factum præsepe hominum, qui irrationabilibus similes facti erant animalibus, ipsumque ad hoc venisse, ut cibus hominum factus eos ab irrationabilitate liberaret.* Hæc rosa non est ficta illa Apuleii rosa, solum restituens veram hominis imaginem, quam peccator & consequenter bestia factus perdiderat. Quam igitur horrendum est peccatum, quod dum committitur, formâ hominis homini adimit, eundemque in bestiam transformat? ut igitur unusquisque illud verè abhorreat, & recognoscat præstitam à cælo gratiam, animos vestros ad veritatem istam capessendam disponite, quam in præsenti discursu adeò distinctè enucleabo, ut eã oculis videre & manibus palpare possitis.

2. Multi curiosè investigant, qui fiat, quod cùm Deus facultatem dederit hominibus suam è fructibus arborum colligendi victus annonam: *De omni ligno paradisi comedes,* Gen. 2. v. 16. inquit Deus, primo homini, mox ut eum creavit: illi è contra alimoniam suam in herbis quærant, prospicientes sibi de frumento aliisque leguminibus similibus, è quibus panem facere consuevimus? Num fortè victus à Deo nobis datus cum majori est labore conjunctus, quam sit ille de quo nos nobismetipsis prospicimus, ut proinde ne nimiis nos laboribus conficiamus, illo relicto hunc consectemur? Quantum ego quidem capere possum, majorem homo fructum subit pascendo se herbis, quam si arborum nutriretur fructibus: Non enim fructus, uti frumenta & legumina mola opus habent & furno, centeniisque laboribus aliis, ad quos seminando, metendo, occan-

cando, quovis anno ex neceſſitate conſtringimur. Cur igitur cum fructibus paſci, vitamque adeò laboriosam declinare potuiſſemus, herbis & frumentis paſci, tantumque nobis laborem ultrò conciliare voluimus? Quodſi nos fructibus, uti antea fiebat, nos paſcere poſſemus: prouti nutrimur leguminibus & frumentis, utique illam vivendi rationem, quam non minori cum fœlicitate quam facilitate arbores nobis ſubminiſtrant, pro quacunque excogitabili herba, tametſi ipſamet foret ambroſia, nequaquam relicturi eſſemus, verum id nunc facere non poſſumus. Fructuum cibus in ſolo innocentiæ ſtatu promiſſus fuit & permiſſus quando homines in ſtatu veri hominis perſeverantes, rectaque ſtatura in cœlum erecti, in ſublimè ſe extendere, ſuamque vitæ annonam carpere poterant. Poſtquam verò peccarunt; & per peccatum in terram extenſi, atq; ex hominibus beſtiæ facti fuere, ac proinde de terra ſe ut antea erigere, manuſque ſuas in arborem extendere non poſſunt, coacti ſunt ut haud ſecus ac reliquæ beſtiæ, quæ de terra rectos in cælum vultus tollere & erigere non poſſunt, ſuum ex herbis nutrimentum conquirerent. Andite hac de re loquentem Novatianum: *Cibus primis hominibus ſolus arborum fuit fœtus & fructus; nam à pomis uſum poſtea ad fruges contulit culpa: conditionem conſcientia ipſo ſitu corporis approbante: nam & innocentia decerpturos alimenta ex arboribus ſibi bene conſcios homines ad ſuperna ſubvexit, & commiſſum delictum ad conquirenda frumenta homines terra ſoloque dejecit.* Panis igitur, ô chare frater peccator, quem manducas, te non hominem, ſed beſtiam eſſe docet, cum veluti beſtia prono in terram vultu manduces. Progrediamur ulterius.

Novat. de cibis Ind.

3. Poſtquam perfidus Cain innocentem Abelum fratrem ſuum occidit, adeoque horrendū committere ſcelus præſumpſit, Deus ipſum, ut Moyſes inquit, non ſolum ab oculis ſuis abjecit, verum etiam è communi progenitorum ſuorum converſatione ſemovit & excluſit, id namque ex ſcelerati iſtius hominis verbis facilè colligitur: *Ecce ejicis me hodie à facie terræ, & à facie tua abſcondar, & ero vagus & profugus in terra.* Verum dicat aliquis, quamobrem illum Deus non ſolum ab oculis ſuis procul removit, verum etiam ex propria parentum ſuorum domo, in qua natus & educatus fuerat, proſcripſit? Nimirum quia propter illud commiſſi fratricidii flagitium in beſtiam degeneraverat. Non enim beſtiæ cum hominibus, ſed cum beſtiis degere debent. Quomodo enim hominibus cohabitare potuiſſet, qui ex homine lupus, urſus, Leo, truculentiſſima Tygris factus fuerat? Non eſt æqua & bona beſtias inter & homines ſocietas, nec conveniens conſortium. Hunc in modum hac de re ſanctus diſcurrit Ambroſius: *Repulit eum Deus à facie ſua, & à parentibus abdicatum, ſeparata habitationis quodam relegavit exilio, eo quod ab humana manſuetudine tranſiſſet ad ſævitiam beſtiarum.* Cùm igitur *homo* uti communiter dicitur *ſit animal ſociabile*, Cain autem poſt commiſſum fratricidium ſociabilis non fuerit, utpotè qui aliis ſe hominibus, prohibente Deo, aggregare non poterat, non utique homo, ſed truculentiſſima quædam beſtia humana converſatione indigna eſſe debebat.

Geneſ. 4. v. 14.

D. Ambr. de Abel & Cain lib. 1 cap. 10.

Atque hæc eſt cauſa cur nonnulli homines facinoroſi à legibus in inſulas deſertas & inhabitatas, cum feris deinceps victuri relegantur, quod videlicet ob ſcelera ſua in beſtias degenerarint: ideo ſicut illis ſocietas conceſſa eſt beſtiarum, ita eiſdem converſatio hominum eſt denegata: *Omnis caro ad ſimilem ſibi conjungetur.* Veridicus veritatis hujus teſtis eſt Nabuchodonoſor, cui quamdiu homo permanſit, inter homines ſtare permiſſum fuit, poſtquam autem per ſuperbiam ſuam transformatus in beſtiam fuit, ab hominibus ejectus eſt, ut cum ſylvarum montiumque beſtiis vitam traduceret.

Eccleſiaſtici 13. v. 20.

4. Jam Adam pariter & Eva conjux ejus inobedientiæ peccatum commiſerat, præceptum Domini de fructu arboris ſcientiæ boni & mali, prævaricando, quando Deus nudos illos videns, duabus illos pellibus pecorinis contegere voluit: *Fecit Dominus Deus Adæ & uxori ejus, tunicas pelliceas & induit eos*, inquit Moyſes. Quia verò Deus utrumque prothoparentem noſtrum pellibus hiſce duplici modo veſtire poterat,

Geneſ. 3. v. 21.

rat, scilicet vel lana conversa ad carnem, vel lana extrove sa ad autam, ad eum modum quo in ovibus vellere sua nondum excitis videtur. Quisnam nobis dicet, utro ex his modis Deus illos vestierit? S. Vincentius Deum illos lana non introrsum, sed extrorsum versa vestivisse existimat, idque ut per hoc illis tacitus insinuaret, illos non homines, ut ante, sed bestias esse, utpotè qui per commissum peccatum ex hominibus in bestias transformati erant: *Pelles ibant versus carnem & lana ad extra*, inquit S. Doctor, *ad innuendum, quod homo ex peccato effectus est similis bestiis.* Porrò Adam se exterius bestiæ cuidam simile cernens, ex hoc bestiam se interius esse colligere, atque hunc in modum ratiocinari secum poterat: Nisi ego quoad animam bestia essem, tali utique veste foris amictus non essem, siquidem *intus existens perhibet extraneum*, & quod talis sim intus, qualem me foris esse conspicio. Subjungere etiam poterat: Quodsi, ut communiter dicitur: *Quilibet ex habitu suo judicatus*, non homo sed bestia æstimari merebor, utpotè qui non humana, sed bestiali veste contegor.

D. Vincentius serm. 3. Dom. 3. Advent.

Abul. in cap. 31. Gen.

5. Ex prodigiis illis quæ excellens quodvis obstupescere faciunt ingenium, unum est, idemque non exiguum, quod unus homo alium hominem timeat, verbi causa, quod subditus timeat superiorem. Quodsi enim rationi locum dare & conformiter ad illam loqui volumus, homines non ab aliis hominibus, sed à bestiis timeri debent. Divinum illud quod Noemi filio tumque ejus tempore palam audiebatur, oraculum, non homines sed bestias hominum timori atq; formidini subjecit: *Terror vester atque tremor sit super cuncta animalia terræ &c.* Cùm igitur manifestè Deus hominibus dicat: illos à bestiis, non verò ab hominibus formidandos esse, cur unũ hominem ab alio timeri videmus? Ratio hujus est, quia homines per peccatum à se commissum, homines esse desinentes, bestiæ fiunt, atque ideo tanquam bestiæ, non verò tanquam homines alios homines formidant, iisque visis expavescunt. *In eo enim*, inquit Gregorius Magnus de superioribus loquens: *quod metum sibi à perversè viventibus exigunt, quasi non hominibus, sed animalibus dominantur, quia videlicet ex qua parte bestiales sunt subditi, ex ea debent etiam formidini jacere substrati.* Homo namque non peccans, atque inesse hominis sese conservans, alium hominem nequaquã timet, cùm tamen è contra is, qui Deum offendit, & esse hominis relicto in bestiam transformatur, alterius hominis pavore & formidine sit semper obnoxius. Unde quotiescunque homines videtis alios humanæ suæ speciei consortes formidantes, hos bestias & non homines esse dubitare nolite, utpote qui offensæ Divinæ veneficio in bestias sunt transformati. Martyres etenim coram sævissimis Tyrannis & mundi hujus Regibus constituti, tametsi diræ illis verberum, plagarum, equuleorum, ignis & ensis comminationes intentarentur, nullo tamen prorsus conspiciebantur timore pavidi, homines enim erant, atque ideo alios homines timere minimè noverant.

Gen. 9. v. 2.

D. Greg. Reg. Past. p. 2. c. 6.

6. Considerationè dignissima sunt verba illa quæ homini dicuntur Jeremiæ cap. 15. *si separaveris pretiosum à vili, quasi os meum eris.* Circa quæ observandum, Deum in iisdem, dum homini faciei suæ similitudinem promittit, nihil videri promittere. Cùm enim faciẽ qua homo præditus est sit quasi facies Dei, utpotè quem Deus *ad imaginem & similitudinem suam* formavit, videtur quod suam illi faciem promittendo, hominis faciem illi promittat, adeoque homini promittere videtur quod habet, quod idem est ac si vivo vita, sanitas sano, aut videnti visus promitteretur. Etenim fatendum est quod nodus hic fortiter stringeret, si homo in eodem fuisset statu conservatus, in quo conditus à Deo fuerat. Tunc enim si Deus ipsi humanam faciem promisisset, id fuisset pollicitus, cujus utpotè jam habiti nullam haberet necessitatem: Quia verò peccando & Deum offendendo, faciem hominis nec non & divinam similitudinem ob peccatum suum amisit, econtra verò animalis irrationalis faciem assumpsit, ideo cum Deus suam illi faciem promittit, verè quod non habebat & quo maximè opus habebat, illi promisisse censetur, dicens: *si separaveris pretiosum à vili, quasi os meum eris*, quasi diceret: si animam tuam utpotè pretiosissimo Christi

Ierem. 15. v. 19.

Gen. 1. v. 27.

san-

ſanguine redemptam, adeoque omnium quæ in mundo ſunt pretioſiſſimam, à peccati reatu adeo ignominioſo & vili ſeparaveris, mox beſtiali ſimilitudine depoſita, humanam denuò reacquires, ideo quaſi os meum iterum eris. Quamdiu autem in hanc ſeparationem conſentire nolueris, faciem Divino vultui ſimilem minimè habebis, nec homo eſſe videberis, cui ſoli Deus faciei ſuæ ſimilitudinem impreſſit, ſed animal quoddam rationis impos.

7. Non eſt mihi hoc loco prætereundus locus aliquis Geneſeos, in quo ſacra ſcriptura Noëmum Patriarcham laudatura, illum ſecundùm lectionem ſeptuaginta, hominem vocat: *Hæ ſunt generationes Noë, Noë homo*; Et Portò videamus num encomium iſtud dignum ſit, quod è divinæ columbæ calamo, in talis amici Dei, qualis hic Patriarcha erat, laudes dimanet. Et primò quidem intuitu non tale quid eſſe quod in ejus, quem laudare intendit, reſultare præconium poſſit, cum eſſe hominem omnibus, & hominibus commune. Sicut ſi aliquem laudaturus Principem, ipſum hominem eſſe diceretem, nihil profectò quod in ejus cedere præconium poſſet, enuntiarem. *Laudes enim ex propriis actibus petenda ſunt*, ut vult Ariſtoteles. Quodſi enim Princeps aliquis aliud nihil haberet laude dignum, quam hominem eſſe, cuivis utique viliſſimo ſubdito ſuo futurus eſſet æqualis. Qua igitur ratione Noë per hoc nomen homo illi attributum laudare poterat, cum tempore ejus innumerabiles extiterint homines, quibus eadem laus æque propriè indifferenter convenire potuiſſet. Imo tametſi eodem tempore præter Noëmum unus tantum homo fuiſſet in univerſo mundo & non plures, Spiritus ſanctus hunc ſervum ſuum hominis nomine laudare minimè potuiſſet. Reſpondeo igitur, Noëmum cum particulari ſua gloria hominem appellatum eſſe, eo quod Noë ſuo tempore inter innumeros, qui in terra erant homines, ſolus verè homo fuerit, cum omnes alii homines propter peccata ſua in beſtias transformati eſſent. *Noë homo*, Audite os aureum Chryſoſtomi: *Commune nomen pro laude juſti ſurpat; non cæteri ob carnales voluptates, quibus immerſi erant, amiſerant eſſe hominis, iſte inquit, in tanto populo imaginem hominis ſervavit.* Firmiter mihi perſuaſum habeo, quodſi tunc Diogenes vixiſſet, ſuamque in clare meridie ad inveniendum hominem adhibuiſſet lucernam, ſolo Noëmo excepto, ne vel unicum in toto mundo hominem inveniſſet. Quando Diogenes, inquit B. Thomas, in luculentiſſima meridie adhibita lucerna ſua per media platearum Athenienſium compita, hominibus undique refertiſſima hominem quærebat, nec tamen inveniebat; *cæteros quaſi beſtias reputabat*, ſiquidem homines vitioſi & peccatores, non homines, ſed beſtiæ ſunt. Deus igitur omnes illius temporis homines in beſtias transformatos eſſe animadvertens, Aquas diluvii ſuper faciem univerſæ terræ ruptis Aquarum catarractis emanare meritò fecit. Quia cum univerſa terra, utpote tot referta beſtiis, quot ſuper faciem terræ morabantur homines, in ſtabulum quoddam fœtidiſſimum converſa eſſet, hinc velut alter Hercules ſtabulum Augiæ ſqualidum illud mundi ſtabulum adhibitis aquis non ex Alpheo, ſed è cœlo, terra mari manantibus, expurgare voluit, utpote quod tantò erat graveolentius, quantò, quæ illud ſordibus ſuis defædabant, beſtiæ horribiliores erant.

8. Audiatis velim, quanta cum dexteritate David certos quoſdam homines affatus, propoſitionem iſtam confirmet, dum inquit: *Filii hominum uſquequo gravi corde? ut quid diligitis vanitatem & quæritis mendacium?* Obſervandum autem in hiſce verbis, quod licet David per ea hominibus loquatur, eoſdem tamen nos homines, ſed filios hominum appellet: *Filii hominum*. Cur autem hunc in modum illum locutum eſſe exiſtimas. Quia nimirum illos nequaquam homines eſſe intelligebat; Quodſi enim illos homines eſſe agnoviſſet, proprio utique illos nomine appellaſſet, eo videlicet quo alii homines vocari ſolent, ipſos igitur beſtias ab hominibus procreatas eſſe inſinuare volebat. Nobiſcum tunc Propheta loquebatur, inquit S. Vincentius, qui tamètſi ab hominibus virtuoſis & ſanctis qui veri homines ſunt, deſcendamus, ob pecca-

Gen. 6. v. 9. Transl. ſeptuag.

Ariſt. 1. Rhet. c. 23

D. Chryſoſt. hom. 24. in Gen

B. Thom. à Villa nova Dom. 5. Adv.

Pſ. 4. v. 2.

ra tamen noſtra non homines, ſed beſtiæ ſumus, atque ideo non homines, ſed filios hominum appellavit: *Filios hominum vocat nos, quia nos moraliter loquendo ſumus beſtiæ, & filii hominum, non homines: quia homo eſt animal rationale, homines ratione utentes fuerunt noſtri Patres.* Quia igitur David Rex vidit, quod inter nos mutuò traſcamur, veluti leones, devoremus ut lupi, latremus ut canes, mordeamus ut ſerpentes, decipiamus ut vulpes, ineptè ſibi viſum eſt ſe facturum, ſi homines nos vocaret, qui beſtias moribus noſtris referimus, ideoque filios nos hominum appellavit, filios ſanctorum, qui ſpiritualiter nos genuerunt, partus monſtroſos, noſtrisque parentibus valdè diſſimiles atque degeneres.

D. Vincē. Vitius ſer. 3. Dom. 23. Trin.

9. Mirum profectò eſt, qua ratione fiat, quod homines una ex parte ſe hominum filios videntes, ex altera verò parte ſe beſtias, non verò homines eſſe conſiderantes, ex hac ipſorum miſeria non erubeſcant, maximè cum id non ex naturali neceſſitate, ſed ex perverſa ipſorum voluntate procedat? Et quod magis mirandum eſt, quod de hac ipſorum ignominia non ſolum non erubeſcant, verum inſuper de illa ſibi quoque congratulentur, feſtivaque gaudia inſtituant: lætantur cum malè fecerint, & exultant in rebus peſſimis? Hæc utique inverecundia evidens nobis argumentum miniſtrat, è quo illos beſtias, & non homines amplius eſſe intelligere poſſumus. Homini namque adeò proprium eſt de eo, quod turpe & vitioſum eſt, erubeſcere, ut aliorum animalium nulli poſſit attribui. *Vna de proprietatibus hominis, ſecundum id quod eſt homo, verecundari eſt, de turpi perpetrato, quod non convenit alteri animali niſi homini,* inquit Albertus. Nullum aliud animal præter ſolum Adamum à Deo è rubra terra formatū eſt, eò quod ſoli homines inter omnia alia viventia, de operibus verecundia dignis erubeſcere & verecundari debent. Unde ſi contingat eorum aliquos de ſimilibus actionibus minimè erubeſcere ex hoc evidenter ſatis ſe beſtias & non homines eſſe probant; Hunc in modum hic Doctor concludit: *Inverecundi mutati ſunt à rationis honore, pecorinæ naturæ aſſumentes irrationabilitatē.*

Albert. Anim. lib. 22. c. 5.

10. S. Bernardinus curiosè cauſam inveſtigat, cur vir & mulier in ſpecie humana, quos Deus ſine cauda creavit, hodie caudati eſſe videantur, vir namque loco caudæ enſem, mulier verò caudam, eamque valdè ſinuoſam in veſte portat? Quiſnam illis dedit, quod Deus dum illos crearet, dare noluit? Et reſpondet Dæmonem harum fuiſſe caudarum authorem, ut hac ratione homines eſſe deſinerent, & transformarentur in beſtias. Deus, qui omni cauda carer, homines ad ſui ſimilitudinem producens, eoſdemque quoque nullam habere caudam voluit: Diabolus econtra ut illos transformaret, & tam Deo diſſimiles, quàm ſimiles ſibi faceret, qui inſtar horridæ alicujus beſtiæ longam poſt ſe caudam ducit, per quam tertiam cœleſtium ſtellarum partem in ruinam & confuſionem redegit, caudas illis addere voluit. Ut proindè viri & mulieres hodie non tam mares & fœminæ in ſpecie humana, quam veræ beſtiæ quibus ſolis natura caudas addidit, eſſe videantur. En ipſiſſima ſancti hujus Doctoris verba: *Cum enim Deus ſine cauda eſſe perhibetur, formans hominem de limo terræ ad imaginem ſuam & ſimilitudinem Chriſti formavit illum. Diabolus autem cum ſit caudatus, eo quod cauda ſua traxit tertiam partem ſtellarum cœli ſuper terram: ideo ſibi hominem & mulierem nititur in toto corde conformare, quod jam fecit, homini enſem pro cauda, atq; mulieri in veſte caudam elongando. Vt verificetur, quod de hoc propheta ait: Homo cum in honore eſſet non intellexit, comparatus eſt jumentis inſipientibus & ſimilis factus eſt illis.* Dæmon haud dubie author eſt caudæ illius, quæ hodie in hominibus eſſe cernitur: In regione Cæphalæ Indiarum occidentalium, ubi Dæmon cultu latreutico adoritur & colitur, homines ſylveſtrium beſtiarum ſive ferarum pellibus paſſim veſtiuntur: ii autem qui honoratiores inter eos exiſtunt, pellem portant pendulam poſt tergum habentem caudam, eandemque magnificentiæ & faſtus cauſam per terram poſt ſe trahunt. Quia igitur Dæmon ejuſmodi metamorphoſin abſque interveniente ex parte homi-

D. Bernardin. ſp. 2. ſer. 47. Art. 2. c. 4.

Odoardus Barboſa.

hominis peccato facere aut instituere non poterat ; ideo sicut ad adaptandam viro caudam ita usus est & appetitu vindictæ ad quem virum instigat , ita ad faciendam mulieri caudam instrumentum adhibuit lasciviæ. Per caudam ensis ex viro equum fecit , per hanc enim caudam , veluti equus muscas pellit, id est, æmulos & infestatores abigit. Nisi enim equus , sed bonus Christianus esset, injurias utique facillimè condonaret , neque adeo esset ad litigandum cum proximo pronus atque propensus. Quale autem animal mulier caudata repræsentet , equidem nescio : Dum enim una ex parte , naturam omnibus aliis bestiis caudam necessitatis causa dedisse considero , pro contegendis nimirum verecundis corporis partibus ; ex altera verò parte caudam muliebrem è fimbria vestis prodire suisque membris ad nullum prorsus usum necessariam esse video , utpote quæ in veste supervacanea prorsus est & inutilis, imaginari mihi prorsus non valeo quodnam illa , ex omnibus animal repræsentet. Quodsi dicere velimus illam novum quoddam ac monstruosum animal formare, à vero non procul abetrabimus , ingens enim est monstrositas, tot pro panno aliquo comparando prodigere denarios , qui tot pauperibus nudis vestiendis & obtegendis sufficeret , idque non alio fine aut in aliam utilitatem , quam ut caudam illam per lutum & sordes trahat , indeque excitato pulvere aliorum se insequentium oculos miro cum fastidio & offensa diverset.

11. Vultisne causam dicam vobis , cur homo recens natus quatuor quasi pedibus nixus ambulet aut repat , paulò post duobus , denique in senectute eodem modo quo puerulus quatuor iterum pedibus suffultus gradiatur, aut saltem baculo tertii pedis loco innitatur? Ideo nimirum quia homo peccatum in utero matris suæ contrahendo peccator nascitur, eoque peccato in bestiam degeneravit. Mox ut natus est, velut bestia quædam quatuor pedibus graditur : Quia verò postea sacri baptismatis virtute & efficacia peccatum deletur , ipseque baptizatus è bestia denuo in hominem transformatur , denuo , ut alii quoque homines , bipes incedit ; Ita tamen ut postea senex & decrepitus factus ob peccata post innocentiam baptismalem commissa , quatuor iterum pedibus ambulare cogatur, nisi pœnitentiæ baculus ipsum denuo in hominem convertens nonnihil sustentaret.

12. Sacri Canones sanxerunt , ut si clericus aliquis de peccati innominabilis reatu juridicè convictus fuerit, in rigido & squalido detineatur carcere , ferreis vinctus compedibus , tribusque per septimanam diebus pane vescatur hordeaceo? Cur o secro hujus peccati reus clericus pane hordeaceo , non verò alio cibo nutriendus esse decernitur? Ex quo enim homo est, tritico pane , qui hominibus convenit , non verò hordeo , quo bestiæ pascuntur , nutriendus esse videtur? Imo verò optime dicitur, quod si homo sit, inquit Petrus Damianus, panis illi hominum sit porrigendus, nunc verò hordeaceus, id est, bestiarum panis proponitur , quia bestia est , & non homo : *Quia qui factus est sicut equus & mulus , congruè non cibo reficitur hominum, sed annona pascitur jumentorum.* Peccatum hominem in bestiam transformare adeo verum est, ut quasi bestiæ, non verò hominis corpus haberet , idem illi quod bestiis & jumentis nutrimentum donetur. Væ clericis illis, qui , licet illis bestialiter viventibus, meritò denegatur panis hominum , inaudita tamen cum præsumptione & temeritate pane quotidie nutriuntur Angelorum. Hi sunt canes & porci illi , de quibus Salvator ait : *Nolite dare sanctum canibus , neque margaritas vestras ante porcos.*

Petr. Damian. Opusc. 7. 15.

Matth. 7. v. 6.

13. Ex quo universam terram à tot peccatoribus plenam & inhabitatam esse conspicio , mundum vastam quandam sylvam totidem simiis plenam appellare non dubito , quippe cum homo perversus vera quidem sit simia ; tum quia simia quædam aliorum sceleratorum actiones æmulata, & imitata , in extensos sibi à Dæmone laqueos incidit : tum etiam, quia de sceleribus suis haud secus gloriatur , ac simi-

lia de deformibus catulis seu filiis suis : vel quia discretionis naribus caret ; utpote qui bonum à malo, virtutem à vitio discernere vel nescit, vel sciens facere renuit, vivensque centenis millenisque defectibus obnoxius, sibi tamen quod laudabiliter & prouti obligatus est, vivat persuadere non erubescit. Denique quia ad instar simiæ extrinsecus quidem hominis formam refert, cum tamen vera intus bestia esse noscatur. *In simia illi denotantur*, inquit Guilielmus Parisiensis, *qui homines videntur quidem exterius in figura corporis, interius autem hoc est, in vita & moribus bruti sunt : Intus Nero, foris Cato.* Quotiescunque igitur in peccatorem aliquem, quod sæpè fieri solet, incideris, nonillum tibi persuadeas hominem esse, uti quidem exterius esse apparet, nam si hominem illum esse existimaveris, erroneum profectò erit tuum judicium. Tametsi enim homo exterius esse appareat, secundum interiora tamen, ex quibus tamen solis hominem aliquem esse censere debemus, non homo, sed bestia potius censendus est. Qui sunt ejusmodi, inquit Joannes Gerson, *sunt bellua vel pecora in effigie hominis*, & quasi simiæ figuram hominis habent exterius, cum interius bestiæ sint.

Guilielm. Par De vitiis c. 9.

Gerson super Magnif. Tract. 9. p. 3.

14. Quodsi Poëtæ lascivum & adulterum describere Jovem volentes, fingere potuissent ipsum alterius cujusdam Dei vel Deæ, vel alicujus illustris cœli incolæ imaginem apprehendisse, prouti ipsorum fabulæ nonnunquam aliis accidisse referunt, cur ipsum tauri alicujus effigiem sibi assumpsisse fingunt. Certè exigua cum reverentia de illo locuti fuisse videntur, utpote cui ob virtutum excellentiam cœlum pro domicilio & beati regni imperium attribuerunt. Verum quantum hac in re intelligere, aliter facere non potuerunt : sicut enim illum in quantum vitiosum, Deorum omnium maximum esse, cœlique regiam incolere finxerunt, ita quoque eundem in quantum sceleratum & adulterum veluti animalem Tauri effigiem refetre tradiderunt. *Quem bonitas super cœlos extrahit*, inquit Valerius Episcopus, *fœmina brutis comparavit.* Non minor est pulchritudo virtutis, quam vitii turpitudo atque deformitas ; atque ideo sicut illa hominem ad cœlos usque extollit & Deum facit ; ita hoc eundem in terram prosternit, & bestiam constituit. Vitium Deum aliquem de cœlo præcipitare, atque eundem ex Deo in taurum aliquem post mulierculam mugientem convertere prævaler. Quin virtus hominem in Deum, vitium verò eundem in bestiam convertere possit, nequaquam est dubitandum, inquit Gerson ibid. *Sicut de voluptuosis brutalibus concludit Philosophia apud Boetium, quod deformantur in belluas, ita de sapientibus elicit, quod in Deum transformantur: Denique sicut priores sunt bellua in effigie corporis hominis, ita de secundis rectè dicimus, quod sunt Dii sub humana specie transformati.* Num fortè olim Jovi displicuit quod fictæ Deitatis fuerit purpura spoliatus, postquam se taurina pelle horridè vestitum esse conspexit ? Minimè gentium, nam quod si idipsum ei displicuisset, Taurum utique ad perpetuum sceleris sui commissi trophæum in cœlo minimè collocasset. Magnum quidem malum hominem in bestiam commutari, verum quod in hanc miseriam lapsus postea bonum quod turpiter amisit, & malum in quod infeliciter cecidit non intelligat, sed de vitio potius gloretur, quam doleat, hoc certè omnium pessimum est. Ex altera equidem parte compassione dignus esse videtur, utpote qui miseriam, in quam lapsus est, intelligere nequit, utpote qui in bestiam transformatus intellectum amisit. *Ratio à delectatione carnali absorbetur, quod impossibile est, ut aliquid intelligat*, inquit S. Augustinus.

Valerius Epist. 49. Tom. ult. S. Hieron.

Gerson, ib.

D. Augustin apud D. Bernardin. Tom. 2. de desid. A. 3. c. 2. Ps. 31. v. 4.

15. Ex quo peccatum hominem ratione destituit, atque ex homine in bestiam convertit, David proinde rectè unumquemque nostrum bene monere cœpit : *Nolite fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus*, quasi diceret : Peccator verè equus est, aut mulus, utpote intellectu & ratione orbatus, non homo, sed bestia est. *Sicut equus & mulus* De hoc nullum prorsus est dubium. Docent universim Philosophi, essentiam cujuslibet rei ab ejus forma dependere, in tantum culter est culter, in quantum habet formam cultri, qua deficiente, mox culter esse desinens fit ferrum. Quis est, qui formas se, sicut numeros habere nesciat ? sicuti enim si numerum augeas vel diminuas, ipsorum quoque speciem necessariò

fario mutas, & in alia ſpecie eſſe incipiunt, ac antea fuerunt. Exempli gratiâ: ſi numero binario adhuc unam addideris unitatẽ, mox ex binario ternarium conſtitues; Item ſi è ternario numero unam ſuſtuleris unitatem, non tria, ſed duo manebunt, & ſic deinceps per omnes alios numeros diſcurrendo invenies numeros additione vel ſubtractione unius duntaxat unitatis mutari ab ea ſpecie, in qua antea erant. Idem quoque formis accidit. Sic enim ſaxum verbi cauſa formã duntaxat unicam habet, planta duas, beſtia tres, homo deniq; quatuor habet. Unde ſicut ſi ad formam ſaxi, animam adjunxeris vegetativam, non jam ſaxum amplius, ſed planta erit: ſimiliter ſi plantæ addideris formam ſenſitivam, non jam planta, ſed beſtia erit: Denique ſi formæ bruti, formam adjunxeris animæ rationalis, non ampliùs beſtia, ſed homo erit: Sic quoque ſi plantæ formam à planta ſuſtuleris, non jam planta, ſed ſaxum erit: ſi in beſtia formam adimas beſtiæ, non beſtia, ſed planta erit: Denique ſi ab homine formam aufferas hominis, id eſt, rationem & intellectum, non jam amplius homo, ſed beſtia erit, ſeu ut David inquit, Equus, Aſinus, aut mulus, intellectus & rationis omnis expers. Unde quia peccatum hominem rationis uſu deſtituit, tollendo ei rationem, formam quoque hominis, ut ita dicam, eidem adimis, & beſtiam efficis. Hoc eſt, quod S. Bernardinus dicere volebat, dum ait: *Ablata ratione remanet in homine, quod eſt beſtiale.*

D. Bernardin. ſerm. de deſid. verit. A 3. c. 2. Tom. 2.

16. Quoniam Poëtis impoſſibile eſſe videbatur aliquam in terris inveniri beſtiam, caput leoninum, ventrem & pectus caprinum, caudam verò ſerpentinã habentem, ideò fictam hanc beſtiam velut ingens quoddam monſtrum chymæram appellârunt, id eſt, beſtiam aliquam non à natura, ſed ab intellectu ſolo formatam, quæ nullum extra mentem humanam locum habet. Verum enimverò, quod ſi hi Poetæ vitioſum quendam vidiſſent, benèque conſideraſſent hominem, ad cujus formationem, non jam tres tantùm beſtiæ, uti ad conſtituendã chymæram, ſed omnes beſtiæ univerſæ terræ quaſi concurrunt, quarum quælibet de ſuo ad illius eſſe conſtituendum contribuit, aliâ utique mentem & opinionem induiſſent, quippe cùm non ſit ingenii, inventio ſive figmentum, quod cernitur oculis & manibus palpatur. Novum autem monſtrum quoddam eſt talis homo, qui ſimul & ſemel eſt aſinus, taurus, equus, urſus, mulus, camelus, lupus, ſerpens & vapes. Ab aſino habet quod recalcitret, quod luxurietur à tauro & equo, ab urſo, quod crapuletur, quod ſaginetur à mulo, à camelo propenſionem in vindictam, à lupo prædandi artem, iracundiam à ſerpente, à vulpe peritiam deludendi & decipiendi proximum. Audi quid ſimili cuidam monſtro S. dicat Chryſoſtomus: *Non enim es homo, ſi manifeſtè poſſum videre. Cùm namq; tanquàm aſinus recalcitres, laſcivias autem ut taurus, tanquàm equus verè poſt mulieres hinnias, ventri tanquàm urſus indulgeas, & ut mulus carnem impingues, malum memoriæ teneas velut camelus, porrò rapias quidem ut lupus, at ut ſerpens iraſcaris, feriasut ſcorpius ſis ſubdolus ut vulpes.* O quam terribilis igitur beſtia eſt peccator! omnes etenim aliæ beſtiæ terræ unico tantùm laborant defectu, hic autem omnes aliarum beſtiarum defectus ſimul in ſe complectitur, adeoque fœda quædam factus eſt ſentina, in quam omnes aliorum animalium fœces concurrunt; Et haud ſecùs ac Aſtrologi animæ ſuæ cœlum in ſtabulum quoddam, à tot inhabitatum feris, convertit. Denique quaſi arca quædam diluvii, omnia in ſe terræ bruta congregata habet, unum quoddam monſtroſiſſimum brutum hactenus non ſolùm nunquàm viſum, ſed ne chymærizatum conſtituentia, idque non ad illam à diluvii aquis ſalvandam, ſed potiùs ad eandem cum tanto majori velocitate perdendam & deſtruendam.

D. Chryſ. hom. 29. ad popul.

17. Porrò longè melior & fortunatior ſors eſt beſtiæ, quàm hominis alicujus in beſtiã converſi, beſtia namque talis eſt per naturã, homo autem fit beſtia per electionem, & id quod in beſtia innoxium eſt & culpâ carens, tranſit ſine ſupplicio in homine, culpa eſt, ac proinde ſeverè à Deo tum per ſempiternum à cœlo exilium, tum per æternum Inferni carcerem caſtigabitur. In Geneſi Deus die quâdam omnia irrationalia animalia in paradiſum introduxiſſe, & coràm Adamo ſtatuiſſe legitur, tum ut illum veluti Principem ſuum recognoſcerent, tum ut quodlibet ex eis ſuũ ab illo ſortiretur nomen. *Formatis* *Gen. 2. v. 10.*

matis igiur Dominus Deus de limo terræ cunctis animantibus terræ, & universis volatilibus cœli adduxit ea ad Adam, ut videret, quid vocaret ea. Omnia inquam animalia in Paradisum introducta fuisse leguntur, verum an post receptum à singulis proprium nomen, factamque Principi suo congruam reverentiam è delitioso illo loco egressa ad sylvas, unde egressa fuerant, denuò redierint, minimè in scriptura legitur. Præsumptio tamen est, quod cum de eorum in Paradisum ingressu constet, non vero de egressu, de facto adhuc in eodem Paradiso commorentur, è delitioso illo viridario deinceps nunquàm egressura. Verum inquies, quod si id verum est, quâ igitur ratione fit, quod Adam factus jam bestia à Paradiso incolatu subito fuerit ejectus, eidemque cum aliis bestiis in eodem loco commorari minimè fuerit permissum? Quia nimirùm peccando, Deumq; offendendo, bestia facta fuerat per electionem, non verò, ut alia, per naturam. Audite ad præsens propositum aptissimè loquentem Anastas. *Serpens enim, aspis, scorpius, & canis in hodiernum usque diem fruuntur omni fructu, & omni ligno super universam terram in Paradiso: non enim exierunt, ex quo ingressa sunt bestiæ ad Adamum in Paradiso, sed intus manserunt, illo egresso ut quæ non fuerunt expulsa propter delictum.* Quasi longè Adamo melius fuisset, si bestia fuisset per naturam, quam per electionem & offensam divinam, sic enim una cum aliis bestiis paradiso frui potuisset, nec fuisset factus tot miseriarum & calamitatum scopus, quales nunc in hac vita tolerantur, & quæ post mortem in Inferno ulterius perpetienda timentur. Magna equidem juvenis illius prodigi infelicitas, quando ab optimi Patris sui domo procul cõstituti, servis & mercenariis Patris sui, ipsorũm felicitatem invidebat: verùm lõgè major est Adami infelicitas, utpotè qui extra Paradisum in mediis mundi miseriis constitutus, non hominibus, ut juvenis ille prodigus, sed bestiis suam invidere felicitatem poterat. Quod si persuadere mihi possem Philosophos veteres veritatis hujusce, quam nos profitemur, intelligentiam assequi potuisse, dicerem utiq; illos Leonẽ, Taurum, arietem, scorpionem, pleraque animalia alia nullo alio fine in cœlo collocasse, homine solo in terra relicto, quam ut hoccere proponerent mysterium, & peccatoris alicujus miseriam evidenter declamarent.

Anast. Synaital. 7. Hexam.

18. Neque tamen homini bestiali ideò desperandum est, utpotè qui imaginem bestiæ ab anima sua, si vult, delere & homo denuò fieri, atque ad comparandum cœlestis præmii lucrum in Paradisum introduci facili negotio potest, siquidem nullo alio fine divinus Infantulus parvulus ille Jesulus in mundum hodie natus fuit. Evangelicus Propheta de tempore Nativitatis Christi loquens dicit: *Populus, qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam.* Quisnam obsecro erat hic per tenebras oberrans & gradiens populus? Non hominum, sed bestiarum turba quædam erat: populus inquam erat ex ejusmodi constans hominibus, qui non humano, sed bestiali modo vivebant; solæ enim bestiæ, non verò homines sub nocturnis tenebris obambulant. *Non est hominum ambulare in tenebris*, inquit Paulus de Palatio: *dictum est enim: Posuisti tenebras & facta est nox, in ipsa pertransibunt omnes bestiæ sylvæ: Ortus est Sol, & exibit homo ad operationem suam: intellexit populum bestialiter viventem, non humanè.* Hic ex bestiis conflatus populus Sole justitiæ ex oriente, id est, nato Verbo Dei incarnato vidit lucem magnam, id est, ex bestiis transformatus est in hominum turbam. Nato enim Christo non jam ampliùs bestiarum more in tenebris ambulant, sed more hominum gradiuntur ad lucem; atque divini hujus Infantuli exemplum imitando tantum sibi bonum comparant, ut de eo Christus loquens dicat: Qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ. Postquam homo peccator divinarum inspirationum radiis illustratus, se Deum offendisse, atque ideò in bestiam transformatum esse doluerit, Christi deinceps exemplum consectatus, pristinæque formæ denuò restitutus, vitam aget homine vero dignam.

Isaiæ 9. v. 1.

Paulus de Palat. in cap. 4. Matth.

SERMO

SERMO II.

IN SOLEMNITATE NATALIS DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI.

THEMA.

Custodientes vigilias noctis. *Luc. 2.*

ARGUMENTUM.

Mundus de bono nihil habet aliud, quàm solam exteriorem boni superficiem & apparentiam, in qua mundani homines tantoperè delectantur.

1. CHristus nocturno tempore natus est, eo nimirùm tempore, quo ut S. Lucas refert. *Pastores erant vigilantes & custodientes vigilias noctis.* Christus equidem utpotè dici & noctis Dominus, de die nasci poterat, sicut natus fuit de nocte, verum tamen noctu nasci prælegit, utpotè veluti ros quidam pro refrigerio ignis illius, quo tot jam annis mundus totus conflagrarat, in hunc mundum de cælis descendere voluit. Noctu etenim non verò interdiu ros cœlestis de cælo descendit, terram refrigerat. Adhæc quia nox sapientiæ est dedicata (Athenienses siquidem Minervæ tanquam Deæ & antistitiæ sapientiæ, noctuam sive bubonem noctis symbolum dedicârunt) opus quoque erat, ut divina sapientia in hoc nostro mundo noctu nasceretur, utpotè quæ ignorantiæ tenebras à nobis depulsura adveniebat. Noctu quoque nasci voluit, quia ad instar armati cujusdam militis, ut magnum illum famosumque latronem, qui in peccati nocte optimis quibusque bonis homines exuebat, caperet atque ligaret, ad nos venit, ideoque noctu nasci debebat, ut latronem illum non nisi in tali nocte in publica latrocinia prodeuntem invenire, capere atque vincire posset. Præterea, quia uti in fabulis comminiscuntur Poëtæ, non solam matrem habet, non verò patrem, unde qui è matre sine patre nasciturus erat, meliori quam nocturno tempore ad nos venire non poterat. Insuper quia omnia quæ nativitatem Domini contingebant, miraculosa erant, ideò noctu nasci voluit, ut miraculum hac ratione jungeretur miraculo, in cœlo præsepis constituti solis præsentia stillati cælo comparerent & viderentur lumina. Denique quia Deus tantus est vanæ ostentationis & gloriæ inimicus, suasque divitias ab aliorum oculis

tanto cum artificio cælare ſtudet, particularis eſt noctis amicus. Unde cùm in die mortis ſuæ infinitum pretioſiſſimi ſanguinis ſui theſaurum ſumma cum liberalitate effuſurus eſſet, ut per ejus pretium mundum ſervile illud Dæmonis mancipium comparare ſibi poſſet, meridiem in noctem convertit, ut à nemine videretur. Ob eandem igitur rationem de cœlo hodie in terram veniens, omneſque ingentis regni ſui ampliſſimas ſecum portans divitias, de nocte naſci voluit, ut per hanc nativitatis ſuæ circumſtantiam, hominum mundanorum oſtentationes, veluti vaniſſimas, nulliuſque frugis nugas tacitus condemnaret. *Nocte voluit Chriſtus naſci*, inquit ſanctus & mellifluus Bernardus, *ubi ſunt, qui jam impudenter oſtentare geſtiunt ſemetipſos*? Verùm inquies fortaſſe, quamobrem mundus, Deo in omnibus adverſarius, tantus eſt oſtentationis bonorum ſuorum amicus, ut ad nihil aliud, quàm ad illam, eſſe videatur intentus? Quia nimirùm nullum habet aliud bonum. Omnia namque mundi bona in ſola apparentia, & ſuperficie exteriori conſiſtunt, & præter hanc nihil habet aliud, unde niſi hanc jactaret, paupertatem utique & inopiam ſuam palàm eſſet manifeſtaturus, nec tot jam decipere homines poſſet, quot illam quotidiè decipere videmus.

2. Regius Propheta David ab erroribus & peccatis ſuis reſipiſcens, dum jam perpetuo ſe Dei ſervitio conſecraturus, extremum mundo vale diceret, ait: nunc cæpi. Pro quorum verborum intelligentia ſciendum eſt, quod Ly *cæpi*, non ſolùm à verbo *incipio*, verùm etiam à verbo *capio* naſci poſſit, ideoque idem illud verbum *cæpi* duas habeat ſignificationes, vel enim idem ſignificat quod incepi, vel quod cæpi ſeu comprehendi. Porrò, quod ſi nos cæpi illud in ſecundo ſignificato acciperе volumus, David dicere voluiſſe videtur: tametſi tot & tot retrò annis mundo ſervierim, omneſque vitæ meæ dies in mundi negotiis agitandis applicuerim & trivерim, exindè tamen nihil unquam utilitatis cæpi: Nunc autem poſtquam ab errore meo, cui renaciter hactenus inhæſi, reſipiſcens mutato Domino & mundo relicto, in familiam ingreſſus ſum Dei, diviniſque me obſequiis & ſervitiis mancipavi, plurima mihi lucra comparavi: *nunc cæpi*. Non equidem dubito, quia hic Davidis ſermo à multis exiſtimandus ſit veritati parùm admodum conſentaneus, cùm ſatis clarè conſtet, Davidem eo tempore, quo mundo aſſiduè inſervivit, tantùm cæpiſſe, quantum ſuo tempore nemo alius. Quia igitur cum veritate ſe nihil cœpiſſe dicere potuit, cùm imprimis tantam ſibi inde acquiſierit gloriam, ut omnibus eſſet mundi Regibus inviſus? An non Regis filiam in uxorem accepit, licet ipſe vilis quidam paſtor tantum antea fuiſſet? an non incredibilem auri & argenti quantitatem totque alias immenſas, quibus abundavit, cæpit divitias? An non tot ſibi Principum amicitiam comparavit? An non ampliſſimi Judæorum regni cæpit nobilem coronam? Quomodò igitur, qui tanta cæperat, ut plura capere non poſſet, ſe nihil cæpiſſe, conſtanter affirmat? Portòtametſi negari nequeat, quin David mundo deſerviens hæc omnia iiſque longè majora alia cœperit, nihilominùs dum ſe nihil cœpiſſe dicit, adeò verè dixit, ut majori cum veritate loqui minimè potuerit. Nihil enim aliud per omnes ſuos adhibitos labores & induſtrias cœperat, præterquam bona quædam temporalia & mundana, quæ tametſi aliquid eſſe videantur, verè tamen ſola quædam umbra & nihil ſunt. Verè nihil ſe cæpiſſe dicit, qui nihilum, id eſt, ne hilum accepit. Audite S. Bernardinum: *Dicit, nunc cæpi à capio, capis, id eſt, nunc primò accepi: quia antequàm homo convertatur ad Dominũ, non capit quidquam: licet enim antea temporalia capiant, nihil tamen capiunt, eo quod illa ſunt umbra.* Mundanus, qui relicto Deo, mundo inſervit, tantundem capit, quantum canis ille apud Æſopum cæperat, qui ut carnis captaret umbram, realem dimiſerat carnem; Rem ipſam enim dimittit, ut rei capere apparentiam poſſit, quam tametſi acceperit, nihil cœpiſſe dicetur. Eadem quoque verba Apoſtoli ad Chriſtum dixerunt, quando mundo relicto, mundi ſecuti ſunt Dominum ac Redemptorem: *Magiſter per totam noctem laborantes, nihil cepimus.* Quotieſcunque igitur divitem aliquem, poſt tot in mundi obſequium annos adhibitos, vacuis

Pſal. 76. v. 11.

D. Bern. de conviv. peccat. p. 2. c. 2.

Luc. 5. v. 5.

vacuis ex hac vita manibus discedere videris, certè nihil ipsum cæpisse dicere cogeris; aut si tibi is multum cæpisse dicere videatur, utique deceperis, nihil enim cæpit, qui in fine vitæ suæ nihil in manu sua invenit, umbras tantum fugaces, bonaque apparentia & falsa cæpit, quorum esse in sola quadam consistit apparentia, cæterùm verò nihil prorsùs sunt.

3. S. Paulus in Epistola prima ad Corinthios mundum fugam appellat: *Præterit enim figura hujus mundi.* Quænam obsecro est hujusce nomenclaturæ ratio? hoc nomine appellatur, non solùm quia figuram in se rotundam refert, omnisque quietis expers, in continuo semper motu persistit; nec ideò tantùm quod mundus pictura quædam sit diversis adornata coloribus, quæ ut hominibus arrideat, & ingentem post se amatorum turbam trahat, summo cum studio fingitur & pingitur: verùm etiam & præcipuè quidem, quia quicquid in se boni habet, id totum in exteriori cortice seu intima superficie consistit. En Theodoretum perspicuè hisce verbis explicantem: *Figuram appellavit mundum, commuefaciens omnes hujus mundi res oculos tanquàm attingere, oculorumque pabulum esse, atque superficiem quandam fluxam.* Quicquid mundus habet, & in se videndum exhibet, mera id figura est & apparentia, solidi verò nihil in se continet. Unde nihil differt ab illo à Parrhasio depicto uvæ racemo, in quo advolantes & pabulum sperantes aviculæ, dum gustare moliebantur, nihil invenerunt. Similum figurarum plena sunt intus & foris magnifica magnatum mundi hujus palatia, superbæque regiorum ministrorum domus, quicquid enim ad invidiam usque in iisdem conspicimus, bonum tantum apparens est, vanitas est, mendacium est, figura est. *Figuram appellavit mundum.*

1. Cor. 7. v. 31.

Theod. in c. 7. 1. ad Cor.

4. Audite Davidem Regem ad idem propositum Psal. 39. aptissimè loquentem: *Beatus vir, cujus est nomen Domini spes ejus, & non respexit in vanitates & insanias falsas.* Ecquidnam eo in loco Prophera regius per mundi vanitates intelligi volebat? mundi dignitates. *Vanitates, id est dignitates seculares,* inquit locum istum explicans Hugo. Mundi autem dignitates, vanitates ideò vocantur, quia vanæ, id est, ab omni bono inanes sunt & vacuæ, tametsi illud extetius in hominum oculis videantur promittere; nec quicquam in se prætet externam apparentiam continent, cùm tamen in seipsis & revera nihil sint. Id quod adeò verum est, ut ab ipsomet quoque mundano homine nonnunquam ejus veritas comprobata fuerit. De Gelimero namque historiæ referunt, quod cùm à Belisario in prælio captus, in urbem Constantinopolitanam in triumpho ad Justinianum Imperatorem adduceretur, mox ut Imperatorem in throno suo regio magna cum majestate considentem conspexit, in præsentis fortunæ lapsu pristinæ quoque magnificentiæ suæ memor, illa Sapientis verba replicavit: *vanitas vanitatum.* Veræ vanitates sunt sæculi hujus dignitates, vacuæ inquam & superficiales apparentiæ; ac proindè sedibus illis simillimæ, quas convivantibus secum amicis suis solebat adparare Heliogabalus, quæ vento plenæ sessores quos in alto exceperant, vento insidentium pondere expirante, in terram paulatim dimittebant. Vanitates sunt, nihil in se vetitatis continentes.

Hugo Card. in Psal. 39.

Psal. 39. v. 5.

Boccat. l. 2. de bello Vandal.

5. Inter ea quæ in sactæ scripturæ lectione in maximam admirationem legentem rapiunt, recenseri quoque meretur vilis, quam Elias de potentissimo Achabeo Rege habebat, æstimatio; hic namque magnus Dei Propheta Regem illum, qui non solum à statibus suis, verùm à Principibus quoque exteris honorabatur & formidabatur plurimùm, tanta cum libertate injuriis & reprehensionibus acerrimis lacessebat, ut verisimile vix esse videretur. Aperto ore & generoso pectore illum sceleratissimum virum, homicidam, Regem injustum, bonorum alienorum publicum latronem dicere & appellare, ipsique quod ob commissa scelera sua intra paucos dies miserè esset moriturus, rigidè comminari non formidabat. Unde obsecro viro huic tanta audacia? Cur dignitatem viri hujus majestatemque regiam non reverebatur?

cur posteà coràm illo constitutus throno, qui tot balbutire fecit Oratores, tot confudit Vates audaces, non steterunt comæ, & vox faucibus hæsit? Dicere quidem possem, factum id esse, eò quod Elias Propheta vir Dei sanctus erat, quia autem Sancti plus Deum, quàm quemcunque mundi Regem aut Imperatorem verentur & timent, ideò cùm Elias ad Regem illum in hunc finem à Deo missus fuerit, ut cum illo tractaret, eundemque de commissis sceleribus suis reprehenderet, Deum potius timere, ejusque imperia exequi voluit quàm admittere, ut aliquâ cor ejus tangeretur Regis illius formidine, aut per aliquem interjectum obicem in divina illa legatione sua impediretur. Verùm omissâ hâc ratione, respondebo cum Sancto Joanne Chrysostomo, causam, cur Elias coràm Rege illo nequidquàm formidaverit, hanc præcipuè fuisse, quia probè nimis intelligebat, excellentiam & majestatem ejus, uti & cujusliber alterius terreni hominis superficialem tantùm esse, & similem ei, quam in iis, qui in scena aliqua recitant, videre solemus, quam proindè minimi fecit, eamque non solùm non est veneratus, aut in nulla consideratione habuit, verùm etiam contempsit: *Non enim spectabat diadema & exteriorem apparatum, sed animam sordibus indutam, squalentem, sordidam, & omni reo miseriùs affectam, & ipsum interius captum esse & vitiorum servum: etenim tanquàm in scena, sed non in veritate Regem cernere videbatur.* Quoniam Elias nihil in eo regium esse sciebat, præter solium, coronam, sceptrum & purpuram extrinsecùs duntaxat splendescentia, cùm tamen in anima sua vilis, probrosus, vitiis onustus & peccati servus esset; ideò nullâ tangebatur majestatis suæ formidine, utpotè quæ non vera, sed apparens tantùm erat, sicut & quævis alia hujus mundi bona, quæ in sola consistunt extrinseca apparentia, similia proindè illis infelicis Sodomæ fructibus, qui solâ cortice exteriori inexpertos decipiunt, cùm intus præter terram carbonem & leviſſimum cinerem nihil contineant.

D. Chrys. hom. 8. ad pop.

6. Idemmet S. Chrysostomus alibi vitam præsentem mundi hujus fabulæ alicui comparat, dicens: *Fabula quædam est vita.* Estque analogia hæc vitam præsentem inter & fabulam aptissima. Quisquis enim prudentum & sapientum attentè eandem considerat, eandem verè fabulam & comœdiam quandam risu dignam, imò tragœdiam, melius esse affirmabit, ac deplorandum miseriarum, dolorum, lachrymarum ac mortis subjectum. Personæ hujus fabulæ sunt omnes mundani, quotquot hodie vivunt, atque ab omnibus suspiciuntur, & in veneratione habentur. Potrò quod si rationem à me exquisieritis, cur mundani homines scenicis actoribus seu comœdiis à me dicantur esse similes, unica hæc vobis in promptu à me dabitur ratio, quod videlicet totum ipsorum bonum in exteriori tantum apparentia consistat. Etenim quod si comœdiæ alicui causaliter assistens in ea Regem videres vel Reginam aliquam, illum quidem in throno quodam sublimi omnique majestate pleno, purpura conspicuum, aureoque diademate redimitum, condentem leges, administrantem justitiam, suaque regna magnificè gubernantem: hanc verò videres auro gemmisque onustam, lunâ pulchriorem, nec non à plurimis nobilissimis domicellis stipatam & circumdatam, tibi utramque hanc personam regiam omnibus hisce ornamentis spoliare firmiter proponeres, utique utrumque regiis suis ornamentis exuendo clarè videres, omnem illorum majestatem & maiuetudinem in sola quadam larva, id est, in sola quadam apparentia, non verò in solido aliquo bono consistere: cùm neuter actorum Rex verus, aut vera Regina sit, sed viles forsasse & ignobiles personæ. Tale quid est, quicquid reperitur in hoc mundo, qui nobis Monarchæ esse videntur, Reges & Reginæ sunt scenicæ, nec quicquam in se pulchri continent, præter vestem exteriorem; neque enim tales sunt: interius, quales foris apparent, sed ex meris sunt mendaciis, falsitatibus & fictionibus conficti: mox verò ubi larvam sustuleris, omne id, quod foris apparet, intus verè nihil esse videbis. *Horum, qui felices*

D. Chrys. hom. 55. ad pop. Ant.

Seneca epist. 81.

felices vocantur, inquit Seneca, *hilaritas ficta est, omnium istorum personata felicitas est, contemnes ipsos, si despoliaveris.* Foris pulchri, intus verò turpes sunt & fœdi, divites existimantur, cùm verè sint pauperes, læti quidem foris à nobis censentur, animam tamen habent mille angustiis transfixam & cruciatam: velut Domini à nobis suspiciuntur, cùm peccati, Dæmonis & inferni servi existant. *Contemnes ipsos, si despoliaveris.*

Apoph. Ald. Man.

7. Socrates olim virum quendam auro, argento, & gemmis superbè vestitum cernens, ad discipulos suos conversus dixit: *Hic equus est argento circumtectus.* Cur equum nominat eum, quem evidenter hominem, non verò equum esse videbat? Quia ipsum non humano, sed equino more vivere sciebat. Licet enim equus extra stabulum suum foras eductus, aureis argenteisque phaleris sit superbè indutus, domi tamen vili abjectoque strato sive amiculo induitur, paleis tantùm vescitur & hordeo, nudæ terræ & stercori insternitur, prouti divitum, magnatumque stabula ingredientibus ad oculum patet. Eodem prorsus modo persæpè aliquos suprà facultates suas superbè vestitos videbis, cùm tamen sub serico & auro, quo teguntur & ornantur, ne camisiam quidem integram habeant, stratum quoque, cui indormiunt, cum Eremitico quoad duritiem decertare possit, pane denique nigro, mucidoque veluti canes pascantur, & utinam ad satietatem. Quicquid ejusmodi habent aut habere possunt, soli corporis superficiei adhibent, de reliquo vero, ne tantillum quidem loci proprium habent, in quo ut in proverbio communiter dicitur, occumbere aut mori possint.

Joannes Bapt. Mansus in vita Torquati carm. 231.

8. Veritatis hujusce optimè conscius erat Torquatus Tassus, qui à magno Florentiæ Duce causam interrogatus, ob quam Pavo à Poëtis Junoni fuerit attributus, id factum esse respondit, quia nimirùm Juno quædam sit divitiarum Dea, cui proindè hæc avis optimè convenit, utpotè per quam conditiones divitum aptissimè explicantur. Pavo vocem habet valde sonoram, sed ingratam & fastidiosam: divites quoque magnum quidem nomen circumferunt, sed minimè glorioſum. Pavo alta semper quærit tectorum fastigia: divites prima semper & ubique usurpant loca. Pavo sicut in pennis valde est decora, ita in pedibus valde est turpis & fœda: divites pulchram quidem foris apparentiam referunt, sub qua tamen vitiosos interius affectus recondunt. Quales & quantas homines erga te affectuum simulationes & apparentias mentiuntur, ut suum exterius erga te confingant amorem, cum odio te prosequantur Vatiniano? Unde quotiescunque aliqua sui ergà te amoris argumenta mendaciter produnt, ne fidem iis adhibeas, si decipi aut falli nolis. Amor, quem mentiuntur, non erga te, sed ergà seipsos dirigitur; quoad ad te fictus est, simulatus, & apparens tantum. Porrò res hujus mundi in sola apparentia exteriori consistere adeò verum est, ut ipsimet quoque interiores hominis affectus, qui non nisi magna cum facultate fingi possunt, ficti sunt & superficiales, nec quicquam veri in se contineant.

9. Quidnam obsecro Sapiens dicere voluit, quando ait: *Extrema gaudii luctus occupat?* Nihil profectò aliud, quam quod lætitia mundana non sit ejusmodi, qualis à nobis judicatur, aut qualis in oculis nostris esse videtur, sed quædam sit simulatæ lætitiæ superficies, seu potius certus quidam dolor fictæ lætitiæ larvâ coopertus in extremis, sive in extrinseco duntaxat lætitia quædam esse videtur, cùm verus lateat in extrinseco dolor. In hac veritate jam dicta, sequens fundatur apologus. Jupiter enim quondam voluptati, ut in cœlum se quantocius reciperet, seriò præcepit, neque enim in terram libenter desiderabat, siquidem magnum hominum ergà se amorem experta fuerat, ingentemque se ambientium turbam videbat perpetuò se consectantem. Tandem verò divino præcepto obedire volens, ut purior sursum in cœlos ascenderet, suis sese exuit vestimentis. Dolor igitur qui quoadusque voluptas in terra moram traxerat, fugatus ab omnibus erat, hæc voluptatis vestimenta inveniens, iisdem sese contexit,

ideoque vestibus hisce amictus per mundum oberrans, omnibus communiter hominibus sub ementita seu personata lætitiæ specie apparuit, cum cæterotquin hujus mundi gaudia nihil sint aliud, quam dolores modica quadam gaudii specie seu tegumento palliati. Quotquot in mundo vides homines, quos lætos arbitraris atque felices, verè jucundos esse existimes, illorum namque risus apparens tantum est, intus autem mœrore, multipli isque doloris toxico pleni existunt. *Sepè accidit*, inquit Cajetanus, *ut quis exterius ridens atque ovans, intus doleat, ita ut dolori suo risum & lætitiam simulatoriè obtendat.* Id quod hisce temporibus nostris perspicuè cernitur. Ejusmodi gaudium mihi quidam cygni cantus, aut risus quidam Sardonicus esse videtur, sub quo mortis dolor communiter serpit.

Cajetanus apud Salazar Prov. 13.

10. Nabuchodonosor Rex nocte quadam dormiens se arborem quandam vidisse somniabat in medio terræ plantatam, cujus altitudo tanta erat, ut ad cœlum usque pertingeret, foliaque in ea non minus pulchra, quàm copiosi cernebantur fructus, ad hanc autem arborem cuncta terræ animantia, nec non & cœli volucres turmatim accurrebant & advolabant, ut pastum sibi in ea conquirerent. Sed quidnam arborem istam significasse existimas? utique Regis hujus majestatem atque divitias, innuebat. In medio namque terræ apparuit, ut Nabuchodonosorem universæ terræ Monarcham significaret, altitudo ejus ad cælos usque pertingebat, eo quod dominium ejus omnibus mundi coronis superemineret. Et sic consequenter per alias hujus arboris circumstantias discurrendo evidenter patebit arborem hanc regiam hujusce Principis dignitatem minutim significasse. Verum circa hoc somnium pulchrum mihi dubium nascitur, videlicet quam ob causam Deus Nabuchodonosori regiam suam dignitatem majestatem atque splendorem in somnio quodam exhibere voluerit, cum ipsemet Rex quotidie eandem oboculos positam habuerit, ideoque eandem nequaquam potuerit ignorare? Fecit id Deus, ut ei hanc, de qua loquimur vertiatem inculcaret innueretque, Regnum ejus, omnemque ejus majestatem, splendorem, divitias, atque potentiam somnium quoddam esse, umbram esse & non veritatem, sicut & cuncta alia, quæ mundi circulo comprehenduntur: S. Hieronymus circa hunc locum idem confirmat, cum dicit Deum Nabuchodonosori regnum suum in somnio ostendisse, ut per hoc innueret: *Omnia quæ in hoc mundo habere videtur, umbram & somnium esse.* Imperium quoque Cyri Astyagi patruo suo, per vitem è filiæ ventre natam, atque per totum mundum extensam in somnio quodam exhibitum fuit. Xerxes quoque in somnio regnum suum in Oliva totam terram contegente conspexit. Imperium pariter Octavi Imperatoris mater in somnio exhibitum fuit per viscera sua, quæ per totum mundum effundi vidit. Omnis igitur humana gloria, omnes dignitates terrenæ, omnes divitiæ, honores, & quævis alia similia bona, quibus nobis hic in terra frui conceditur umbra sunt & somnus, deque verò nihil prorsus obtinent. Divitiisque proinde ac felicitati Micesli simillima, qui ut Lucianus refert, nocte quadam se opulentissimum esse somnians, mox & Galli cantu expergefactus, pauperem se esse deprehendit & miserabilem.

Dan. 4. v. 8.

D. Hier. in Dan. c. 4.

Alex. ab Alexand. Dier. Gē. l. 3. c. 26.

Lucianus

11. Vigilabat non verò dormiebat quondam Rex alter, cum dicebat: *Factus est Dominus refugium pauperi, adjutor in opportunitatibus in tribulatione.* Quisnam obsecro erat pauper ille, de quo David hoc loco loquitur? Ipsemet David erat, inquit Chrysostomus. Verum inquies quomodo David pauperem se agnoscere & vocare potuit, qui adeo se opulentum esse sciebat & divitem? ut enim suas æstimare divitias posset, scire illi sufficiebat, quod Rex esset, & Rex quidem regni alicujus adeo vasti & potentis, quale suum erat. Quando igitur is, qui dives est, pauperem se nominat, quomodo qui verè pauper est, appellari debebit? Quodsi mare siccum appelletur & aridum, quo nomine terram vocabimus, nunquam humectatam? Porrò tamersi David opulentissimus fuerit, inquit S. hic Doctor, tamq; ampla in manu sua bona habuerit,

Ps. 9. v. 10

habuerit, quanta ne decem quidem noſtri temporis poſſidere poſſent, pauperem ſe tamen & egenum eſſe reputabat, quia terrenas divitias umbræ ſimiles eſſe ſciebat, quæ nullum præter ſolam apparentiam bonum habent, & quaſi folia extrinſecus duntaxat apparentia. *Vocat ſeipſum pauperem & mendicum, licet regiam teneret; ſciebat enim, & clarè ſciebat omnia humana eſſe umbra imbecilliora, & ſimilia foliis extrinſecus appoſitis.* Mundanorum divitiæ horti ſunt Tantali, quæ præter aſpectum exteriorem nihil habent: & ideo mundani divites æſtimantur, cum tales verè non ſint.

D. Chryſoſt. in Pſ. 9.

12. Ad idem propoſitum quendam ex cap. 13. Geneſeos locum velim conſideretis, ubi Moyſes de mitis Abrahæ Patriarchæ divitiis loquens dicit: *Erat autem dives valde in poſſeſſione auri & argenti.* Moneta Abrahæ numerari non poterat, incredibilem enim habeat auri argentique quantitatem. Quia verò ubi nos legimus, *Erat dives valde*, alii vertunt: *Erat ponderoſus nimis*, ſubindicari mihi videtur, Abrahamum ex valdè divite factum eſſe pauperem valde. Illa namque verba, ponderoſus nimis, idem ſignificant, quod ære erat alieno admodum onuſtus, ingentis cujuſdam ſummæ debitor erat, multam debebat pecuniam, gravi obſtrictus erat debito. Ita Gloſſa hunc ſcripturæ locum explicat. Eſtque ſenſus ille valdè veriſimilis: quia enim Abraham extra domum ſuam multo fuerat tempore commoratus, prolixaque itinera fecerat, facilè fieri poterat, ut ingentem ſibi pecuniæ vim mutuare debuerit, cujus proinde debito ſuis erat amicis obſtrictus *Abraham erat gravis & onuſtus debitis, & non divitiis, quia illi, qui peregrinantur, plura expendunt, quam in terra ſua manentes.* Divitiæ igitur Abrahæ, non tam divitiæ erant, quam debita, erant pecuniæ hujus & illius boni viri, cui illas velut mutuum debebat, apparenter dives, verè autem pauper & inops erat. Tales etiamnum hodie ut plurimum ſunt hujus mundi divites; communiter enim pomposè quidem ſed pecunia veſtiuntur aliena; De alieno ære palatia fabricant, & ipſismet principibus lautius atque ſplendidius vivunt. Unde ſi ſolvendum illis eſſet, quod juſto titulo debent, tum ex mutuo, tum ex injuſtè acquiſitis & rapinis, eidem cum cornicula exponerentur deriſui, quandoque alienis erat plumis contecta, ad eaſdem reddendas coacta inops manſit & nuda. Talis aliquis dives, non uti communi hominum opinione quidem æſtimatur, dives eſt, ſed quovis egeno & mendico pauperior & egentior. In apparentia & falſa vulgi æſtimatione dives eſt, cæteroquin ipſomet Ito exiſtens pauperior.

Gen. 13. v. 2.

Alia Tranſlatio.

Gloſſa.

Abulenſ. in c. 13. Geneſ.

Gen. 9. v. 1.

13. Et tamen quantum eheu mundani homines ad vanas ejuſmodi oſtentationes faciendas proclives ſunt & proni, quantum prodigunt, quanta perdunt. Ad egeſtatem ſe reduci nihili æſtimant, dummodo divites ſe atque potentes eſſe probent, id quod tamen coram ſapientum oculis difficulter admodum facere poterunt, utpote qui ex immenſis & facultates ſuas longè ſuperantibus ſumptibus ſuis, in cognitionem non quidem divitiarum, ſed paupertatis eorum facilè deveniunt. Quis enim divitem hominem illum æſtimabit, qui pro celebrandis nuptiis ſuis, pro inſtantando ſolemni aliquo haſtiludio, pro ſuperbo quodam fabricando palatio, pro formata quadam & ſplendida aula inſtituenda & conſervanda, omnem facultatem ſuam prodegit & perdidit. Quodſi is in levitates haſce omnia ſua expendit, quomodo deinceps dives vocari poterit, cum ipſi ad ulteriores faciendos ſumptus nihil ſuperſit. Ignis cui fovendo ligna nulla amplius ſuppetunt, tametſi luculentus ſit, valdeque reſplendeat, à prudente tamen cenſetur extinctus. Corpus aliquod calore naturali totaliter conſumpto, ab omnibus habetur pro mortuo. Torrens, ſi poſt omnes aquas ſuas quaqua verſum diſperſas, à fonte fuerit præciſus, aridus & ſiccus fiat neceſſum eſt. Optimè igitur Seneca, Taperem aliquem in cujusfacturam Nero Imperator ingentem expenderat pecuniæ ſummam, coram ſe expoſitum cernens, Neroni dicere non dubitavit: *Oſtendiſti te eſſe pauperem*, ut ſcribit Plutarchus.

Plutarchus.

14. Ejuſcemodi homines ſe non paupertes tantum, ſed & ſtultos & inanis cerebri eſſe evidenter nimis manifeſtant. Audite Chryſoſtomum ex eorum numero nonneminem alloquentem: *Habes divitias, ne*

D. Chryſoſt in Act. Hom. 23.

plantes salices, ne plantes populum, nec tibiã. Cur obsecro diviti cavendum esse dicit, ne ejusmodi in horto suo arbores plantet? Quia nimirum licet arbores illæ, una ex parte pulchræ sint, ex parte tamen altera inutiles sunt & infructuosæ, inquit S. Doctor: *sunt pulchræ aspectu, cæterum inutiles.* Ad hortos principium moderni temporis respexisse videtur, qui in hortis & viridariis alias infructiferas arbores minimè plantant. Tametsi arbores istæ oculis nostris pulchræ esse videantur, attamen quia nullum ex se fructum producunt, & inutiles sunt, nec in hortis deinceps sunt tolerandæ: quasi dicere vellet; Cum quo judicio aut prudentia, omnia quæcunque habes in solam ostentationem & exteriorem apparentiam expendis & erogas? Ergone depauperaberis, teque debitis, furtis, atque peccatis onerabis, ut divitem te atque magnificum jactes, nec tamen ullum ex hisce laboribus tuis fructum elicies? Stulti utique & imprudentis viri judicium de te prodes clarissimum, talemque te coram quovis mediocriter sapiente verè esse testaberis. Desine igitur à vanis ejusmodi ostentationibus, utilibus intendas, & studeas fructuosis. *Ne plantes salices, ne plantes populum, nec tibiam.*

15. Et meritò quidem stultus æstimabitur vir ille, quisquis tandem sit. An non stultum esse dices, quem non de fructibus, sed de foliis gaudentem videbis? qui id æstimari cupit, quod non est? Asinus ne quod verè erat, scili. et Asinus æstimaretur ab omnibus, leonis sese cooperuit exuviis. Homo sapiens esse potius vult quod esse debet, quam tantum videri, propè sciens, quod velle nos videri, quod non sumus, mera vanitas sit & venti pastus, qui stomacho nihil esset utilis; potius esse vult doctus quàm doctus censeri & non esse. *Homini sapienti sufficit esse quod est, & non est necessarium ei apparere, quod non est.* Potius opulẽtam eliget domum vili frontispicio adornatam, quam opulentam & elegans frontispicium & domum pauperem. Certus quidam author de Michaële Angelo Buonarota, famosissimo pictore refert, quod opulentissimę Ennii Senecæ domus in qua optimæ totius mundi reperiebantur commoditates & divitiæ, decopiaverit, frontispicium fœnili alicui ruinoso & multorum vel Agasonum stabulo persimile. Pietius Valerianus valdè admiratus quod eminens atque famosus adeo Architectus, tempus & operam suam in ejusmodi vili & turpi domuncula depingenda prodigeret, rationemque rei hujus ab eo expolcens, hoc ab illo responsum retulit, scilicet certum quendam Ducem hanc sibi commisisse operam, nonnullis certi alicujus regni magnatibus sive viris illustribus transmittendam, quibus utpote stulta hac apparendi quod non sunt vanitate infatuati, necessum erat, ut in hoc frontispicio ad oculum viderent, qual iter eligantur sapientum hominum fabricæ, qui sunt, quod non apparent.

Imperf. hom. 5.

19. Postquam Deus Moysen docuisset modum faciendi & simul conjungendi tabulas, unde constituendum erat Tabernaculum, & qualiter ad fabricandam interiorem Tabernaculi partem, bases tabularum fabricandæ essent ex argento, tandem Columnis ante portam Tabernaculi collocandis bases æneas substernendas esse subjunxit. Quem Dei ordinem Oleaster attendens dicit: videtur quod Deus tabernaculi sui fabricam hoc modo non bene ordinet & disponat; potius præcipere debuisset ut tabulæ bases æneas, columnæ autem aureas bases haberent. Tabulæ namque in interiori Tabernaculi parte collocandæ erant, columnæ autem erant exterius omnium oculis exponendæ. Perditi & supervacanei sumptus esse videntur, si argentum ab aspicientium oculis ita abscondatur interius, ut non nisi semel in anno à summo sacerdote videatur, dum in illud ingreditur. Meritò Deus hac in re se Magnatum mundi hujus consuetudini conformare debebat, qui quicquid pretiosi habent, in publicum exponunt, ut conspici ab omnibus possit, abscondunt autem quicquid vile est, aut pretio caret. Verum enim vero dum idem Doctissimus Oleaster postea, quantum inter se voluntas Dei & voluntas hominum differant, penitius considerat, dubium istud mox resolvendo subjungit: *Separata sunt à nostris opera Domini: consueverunt filii Adæ quid quid pretiosũ aut pulchrũ habent, in ingressu domus suæ collocare, ut qui personam ignorãt, cognos-* *Exodi 26. v. 29. & 37.*

Oleaster in cap. 26. Exodi.

cognoscant ejus vanitatem. Non sic autem Dominus tuus, sed pretiosa ponit in occulto, vilia in ingressu. Nempè abhorret Deus nostras ostentationes, displicent ei vanitates nostræ, non decipit homines, more apud homines recepto, qui cum non sint divites, sed pauperes, divites tamen ab aliis videri, suamque miseriam argento obtegere volunt. Deus sapiens est, imo ipsissima sapientia increata; Ostentationes autem non ad viros sapientes pertinent, sed ad stultas & ignorantes.

17. Toties utique in cap. 22. Genes. legistis, quod Deus Abrahæ Patriarchæ unigenitum suum Isaac in monte, quem ei monstraturus erat, immolare & sacrificare sibi præceperit: *Tolle filium tuum unigenitum, quem diligis Isaac, & vade in terram visionis, atque ibi offeres eum in holocaustum, super unum montium, quem monstravero tibi.* Num fortè cupidi estis rationem sciendi, cur Deus insolitum ejusmodi sacrificium à servo suo poposcerit, & hunc Patrem unicum filium suum, quem ipsissimet oculis suis tèerius amabat propriis suis occidere manibus coegerit? Absit ut vobis persuadeatis Deum id sine pregnanti quadam ratione ita præcepisse. Ratio autem præcepti illius, ex mente S. Chrysostomi hæc est, quia Deus gratias, quas facere aut elargiri hominibus consuevit, nequaquam ab hominibus videri cupit. Porrò Deus post multos annos unigenitum filium suum, ut homines ab æterna damnatione redimeret, in Crucis ligno sacrificaturus erat, ut igitur toti mundo perspicuè declararet, beneficium humanæ redemptionis, tametsi ingentem in sese favorem & gratiam contineat, non tamen gratiam esse, sed obligationem & debitum, dum scilicet id quod ab homine semel acceperat, eidem denuo restituit, hominem suum prius filium Deo sacrificare voluit: *Deus gratificari vult, & tamen gratificari non vult videri: largiturus erat pro nobis filium suum, sed ne videretur gratis illum largiri, sed eum nobis ita debere, præcepit Abrahæ ut filium suum daret, ut cum nobis magnum quid faceret, nihil magnum quid fecisse videretur.* Deus apparentias exteriores ad quas homines tantopere inclinant adeo exosas habet, ut summam quandam nobis facturus gratiam, illam pallio quodam debiti contegere voluerit, ut sic ab oculis nostris occultata remaneret. Et per hoc hominibus suam ob oculos posuit vanitatem & ignorantiam, qui quod ostentationis sint studiosissimi, econtra id quod verè debitum est, quadam gratiæ larva solent obtegere. Hodie in omnibus aulis stipendium servitoribus pro obsequiis præstitis jure meritissimo debitum gratia vocatur? At verò quodsi stipendium serviendo promeritum debitum est liquidissimum, cur illius solutio gratia appellatur? vere valdè imprudentes sunt homines, dum esse volunt quod non sunt, & chamæleonti simillimi, qui aura pascitur & vento. Tametsi illos tandem pro hujus discursus felici coronide excusandos nonnihil putare possim, cum enim in hoc mundo sint, ille autem nihil sit aliud quàm exterior quædam figura, ideo aliis in hoc mundo illis frui non licet, quàm extrinsecis tantum figuris, speciebus, apparentiis, simulationibus, figmentis, & ostentationibus.

Gen. 22. v. 2.

D. Chrys. hom. 2. in 1. ad Thes. salon.

SER-

SERMO III.

IN SOLEMNITATE NATALIS D. N. IESV CHRISTI.

THEMA.

Omnes qui audierunt mirati sunt de his, quæ dicta erant à Pastoribus. *Luc. 2.*

ARGUMENTUM.

Mundus in Natali die Domini nostri nova & inaudita vidit miracula.

CHRISTUM Dominum nostrum in sacratissimo suo Natali ardentissimum se probasse generis nostri amatorem certissimum nobis esse debet, qui eum hodierna die in nos videmus transformatum: tales namque transformationes à Solis derivantur amoris ardoribus. Tenellus etenim & nobilissimus hic infantulus asperum duræ hyemis frigus tanta cum lætitia nunquam toleraturus fuisset, nisi ardentem quendam in sinu suo ignem secum de cœlo tulisset. Verum quoque est Christum in natali die suo pium se nobis exhibuisse, atque benignum; manus namque pedesque suos pauperculis fasciis sibi stringi, atque ligari permisit; ne ensem Justitiæ adversum nos stringere, nosque ad Infernum usque per tormenta æterna, in condignum gravissimorum errorum nostrorum supplicium persequi posset. Quodnam enim ab illo supplicium timere possumus, qui arcum divinæ indignationis suæ versus innocentissimæ carnis suæ cœlum indicibili cum violentia convertit, & ne nobis aliqua ratione molestus esset, semetipsum afflixit? Neque enim non benignus, aut non pius esse poterat, qui ipsissimam pietatem in matrem habebat. Adhæc verum est, quod in die natali suo extremè se erga nos liberalem exhibuerit, qui eo quod omnia quæ in sua habebat facultate erogasset, in præsepio pauper omninò videtur & nudus. Neque enim ulla potuisset ratione liberaliorem se exhibere, quam dum erogatis omnibus nihil quod ulterius daret habebat, semetipsum nobis donavit. Illemet Asinus qui juxta præsepium illum recens

natum

natum adorabat admirabilem ejus postea testatus est prodigalitatem, quando ipsum ad eum usque locum portavit, ubi non contentus quod vivum se nobis dedisset, se quoque mortuum nobis dare voluit, ut morte sua nostram nobis vitam compararet. Insuper verum est quod in die natali suo humillimum sese exhibuerit; Major namque fuit Dei humilitas, dum factus est homo, quam futura fuisset nostra, si vermes fieremus, siquidem major est inter Deum & hominem distantia, quam sit inter hominem & vermem. Neque tamen per talem humilitatis excessum integrè sibi satisfactum fuisset, nisi factus jam homo, hominum quoque imo servorum suorum factus fuisset servus. Quam utique humilitatem à matre simul cum materno lactè imbibit, quæ jam Dei mater effecta ancillam se appellare non erubuit: *Partus sequitur ventrem*, juxta legistas. Verissimum inquam est, Christum se hodierna die his aliisque modis mundo exhibuisse; super omnia tamen hac die plus quam in omnibus aliis se admirabilem declaravit, magnumque novorum insolitorumque prodigiorum artificem. Miracula quæ angustissimus cælorum Rex jam recens natus, atque in præsepii cunis intra fasces constrictus patravit, recenseri ad sufficientiam minimè possunt; illa namque S. Thomas considerans exclamavit: *O mirabilem infantem! O prodigiosum puerum! O unicum omnium miraculorum, & prodigiorum potentissimum & maximum.* Porrò soli Pastores talia ac tanta se vidisse miracula referebant, ut totum quasi mundum in stuporem adegerint: *Omnes, qui audierunt, mirati sunt de his, quæ dicta erant à Pastoribus*, inquit S. Lucas. Ad majorem igitur Dei incarnati hodie in lucem editi gloriam, tantorum miraculorum & prodigiorum ingrediamur theatrum, eademque quantum nostra poterit sustinere capacitas simul cum Pastoribus exponamus & dilucidemus.

S. Thom. Villanova Conc. 3. Nativit.

Luc. 2. v. 18.

2. Omnibus jam constat cœlestis Paradisi Regem nocturno tempore nasci in hunc mundum voluisse, & quidem ut sapiens ait, parte noctis obscuriori & intempesta: *Cum enim quietum silentium continerent omnia, & nox in suo cursu medium iter haberet; omnipotens sermo tuus à regalibus sedibus in terram prosilivit.* Verum cur Nativitati suæ noctem elegit? Quia de cœlo veniens Dæmoni occultus esse volebat, ne Divina ejus persona videri aut cognosci posset, non solum à virgine conjugata, verum etiam nocte intempesta nasci voluit. Vel quia Deus filium hominibus eodem tempore dare voluit, quo primogenita Ægypti occiderat. Quasi Deus hominibus ob primogenitorum suorum stragem & mortem de se quærulantibus & lamentantibus, ad majorem ipsorum satisfactionem eodem prorsus quo primogenita ipsorum occiderat tempore, suum quoque filium ad occidendum dare voluisset. Vel etiam de nocte natus fuisse dicendus est, ut nobis innueret, miserias, ærumnas, & labores suos causam futuros esse nostræ perpetuæ quietis. Ideo enim noctis tempore nasci & in mare ærumnarum mundi hujus ingredi voluit, quia eo tempore homines vel maximè requiescunt. Etenim hæc omnia aptissimè & optimè dicuntur; Veruntamen quænam causa est, quod cum verè natus sit de nocte, Angelus tamen Pastoribus de nativitatis suæ tempore loquens, illum diurno tempore natum esse dicat? Dicit enim. *Natus est vobis hodie salvator mundi.* Quodsi juxta verba Angeli natus est de die, impossibile est ipsum natum esse de nocte. Extra omne tamen dubium est, ipsum nocturno fuisse tempore natum; noctu non vero interdiu ipsum castissima peperit virgo Maria. Quod vero Angelus Pastoribus ipsum de die natum fuisse dixerit, ideo id fortè factum, quia in proprio suo idiomate illis locutus fuit, unde quia in cœlis quorum ipse incola & civis erat, continuus dies est sine ulla noctis successione, illudque tempus quod nobis nox esse dicitur, in cœlis clarissima dies est, hinc noctem in qua natus est Jesus, Angelus diem vocavit. Etenim melius adhuc responderi posse existimo, quod licet tunc verè nox fuerit, extensæque fuerint super universam terræ faciem tenebræ, lumen tamen quod nocte illa

Sap. 18. v. 14.

hic in terris apparuit, tale ac tantum fuit, ut non nox sed clarissimus & luminosissimus visus fuerit esse dies. Ab hujus namque cœlestis infantuli facie lumen quoddam egrediebatur adeo novum & admirabile, ut depulsis noctis tenebris, cœlum pariter & terram tam immensa luce illustrarit, ut nox illa non jam nox visa fuerit, sed luminosissimus dies. *Dicit noctem* inquit Lyranus, *quia nox illa ex claritate divina fuit illuminata, ac si esset dies clarissima.* Lumen enim noctis illius adeo ingens fuit, ut non solum totum illustrarit orientem, in quo Bethlehem situata erat, verum & occidentem universum. Illa namque nocte Hispania, splendidissimam quandam vidit nubeculam, quæ pulsis obscuræ noctis tenebris, sereniſſimum ei diem advexit. Hæc est nox illa sacratissima, de qua locutus est David dicens: *Et nox sicut dies illuminabitur, sicut tenebræ ejus, ita & lumen ejus.* Neque enim nox esse aut appellari merebatur, in qua Sol mundo nasciturus erat. Quia cum solis præsentia diem constituat, nox utique in qua Sol increatus, solis hujus creator in terra fuit, dies, non vero nox appellari debebat. Porrò noctem à sole illustrari posse Poëtis olim adeo visum est esse impossibile, ut exinde nata sit vetus illa ab eis quondam de Phaëte (quo nomine solem intelligebant) conficta fabula, qui dum noctem amans insequeretur, hæc ne unquam ab eo inveniri posset, in Infernum se abscondit. Verum summus sol justitiæ illam non solum per novum miraculum invenit, & in sua Nativitate illustravit, verum etiam post mortem Infernum noctem ibi reconditam quæsiturus & illuminaturus se recepit. Primum igitur miraculum quod cœlestis hic puerulus, postquam natus est, fuit operatus in terra, fuit hæc jam dicta noctis in diem transformatio, inaudita hactenus neque unquam visa in terris.

Lyran. in c. 2. Luc.

Psal 38. v. 12.

3. Imò vero noctem hanc miraculosè illustrari necessarium fuit, siquidem eadem Natalis Domini nocte alia quædam nox, quæ longè difficilius illustrationem aliquam admittit, lumen accepit. An non enim ad divina mysteria capienda quavis nocte obscurior fuit animalis alicujus irrationalis sensus? Et tamen nox ista licet sit quavis alia nocte longè obscurior, ita fuit mirabiliter illustrata, ut lumen quoddam rationis indultum ei fuisse videatur; Ita enim quodammodo ex eo dicendum videtur, siquidem Divinus hic puerulus a bove & asino in quorum medio natus fuerat, summa fuit cum reverentia adoratus, atque eorundem habitu ab aëris circumstantis frigore mirabiliter defensus, haud secus ac si intellexissent, eum à cujus calore, ut Prophetæ ait, nemo se abscondere potest, aliquo indiguisse caloris fomento? *Bos & asinus flexis genibus posuerunt ora super præsepium, flantes per nares, ac si ratione utentes cognoscerent, quod puer sit pauperrime contectus, calefactione tempore tanti frigoris indigeret*, inquit sanctus Bonaventura. Tunc certè adimpletum est Prophetæ Evangelici vaticinium, dicentis: *Cognovit bos possessorem suum, & asinus præsepe Domini sui.* O miraculum certè inauditum!

D. Bonaventura, vit. & Christi cap. 7.

4. Celebratissima olim Memnonis statua fuit, in saxo quondam nigro, in quem Memnonem ab Achille occisum transformatum fuisse Poëtæ fabulantur exsculpta; Porrò statua isthæc ab oriente in Æthiopiam erecta, talique artificio facta erat, ut nascente sole, eoque radios suos in os ejus immittente loqui articulatim, & veluti solis natalem mundo gaudens annuntiare videretur: *Vocali significatione adesse Deum annuntiabat*, inquit Pierius. Verum enimvero quomodo sol saxum aliquod loqui, natalisque sui præconem facere poterat, cum tamen illud ipsum à tot annis quibus illud irradiavit, candore aliquo radiis suis imbuere, & nigredinem ab eo pellere non potuerit. Quodsi sol nascens, aves sub auroram cantillantes, obmutescere facit, quomodo igitur vocem saxo dare, imo illud loqui facere poterit? Miraculum certè istud obstupescendum Christi veri solis natali reservavit. Quid enim gentes aliud sunt quam saxa? Ipsomet S. Joanne Baptista dicente: *Potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ.* Ubi per saxa gentiles intelligebat, & meritò; hi enim quia saxa adorabant, in saxa conversi erant: *Similes illis fiant, qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis*, inquit

Pierius lib. 52.

Matth. 3. v. 9.

quit Psalmista, unum è saxis istis in Natalis Christi die miraculosè locutum est, & solis Justitiæ natalem velut præco cœlestis annuntiavit. Referunt enim Historici, quod cum Augusto Imperatori valde displiceret honor à senatu Romano eidem decretus, utpote qui illum veluti Deum adorare & latreutico cultu honorare statuerant, acciderit ut ipsomet, quo Christus in hunc mundum natus erat, die, bonam nactus sit occasionem cum Sybilla Tiburtina muliere gentili, de hac sibi decreta adoratione plenius conferendi; qui miraculosè à Deo illuminata, postquam Imperatori ex suamet camera sive conclavi solem in sole conspiciendum exhibuisset, mox ad prædicandas pueruli hujus recens nati excellentias, magnificè locuta est. Audite id claris verbis referentem Historiam Lombardicam: *Cum Sybilla in die Nativitatis in camera Imperatoris oraculis insisteret, in die media circulus aureus apparuit circa solem, & in medio circuli virgo pulchrrrima stans super aram puerum gestans in gremio. Dixitque Imperatori sybilla: Hic puer major te est.* Porrò opus esse videbatur, ut in natali Christi saxa miraculosè loquerentur, quæ in ejusdem Passione præ dolore concussa & scissa fuerunt ad Judæorum ipsis etiam saxis duriorum majorem confusionem, qui sicut in ejus natali nec credere in illum, nec illum recipere, ita etiam in Passione de tantis ejus tormentis contristari minimè voluere.

Psal. 113. v. 16.

Hist. Lombardica cap. 6.

5. Nostisne causam, cur anni dies post Christi natalem longiores sint, quam antea fuerint? utique respondebitis id fieri, quia Christus post æquinoctium Hyemale natus fuit, quando cursu solis paulatim crescente, dies etiam quotidie magis magisque augeri incipiunt: sicut in æquinoctio semper deficiunt, ob solem nimirum post illud tempus brevius paulatim iter in nostro Hemisphærio conficientem. Veruntamen iterum quæro, quænam sit causa, quod sol ab illo tempore plus viæ conficere, longioresque dies facere incipiat, non vero in alio quovis anni tempore? Vera hujus ratio subtiliter à Sancto Ambrosio in medium adfertur, & inaudito cuidam quod in natalis Christi die acciderat, attribuitur miraculo. Sol enim, inquit Sanctus Doctor, haud secus ac si horam natalis Domini sui sciviſset, atque ad Dei sui obsequium præsens esse voluisset, lumine & decore solito majori adornatus, gressusque suos præter solitum morem velocius acceleravit, citiusque ad illam cœli patrem pervenit, quam aliàs oriri aut pervenire solent, id est, eo tempore, quo nox adhuc continuari debebat. Id quod piè credi potest, subdit idem S. Archi-Episcopus quandoquidem si stellæ ad Dei recens nati obsequium apparuerunt de die, uti in illa videmus, quæ Magos Orientales in Bethlehem usque perduxit: sol quoque ut sua Christo recens nato puerulo obsequia præsens exhiberet, de nocte nasci potuit. Verba ejus sunt quæ sequuntur: *Quare non credamus quod nascente Christo sol ad obsequium lucidior venerit, cum Magos ad inditium clarior stella præcesserit? & si stella per diem alieni temporis officium ministraverit, cur non credamus quod sol quoque nocturnis horis aliquantulum adventu maturiori decerpserit? Ex eo denique factum est, ut non decresceret, dum sol festinus ad Dominicæ Nativitatis obsequium ante mundo lumen protulit, quam nox cursum sui temporis consummaret.* Quodsi Pastores ad quærendum divinum puerulum, eidem promptissimè deserviturі accurrerint; meritò sol quoque (qui à Poëtis Pastor Admetis fingitur) eodem fine solito velocius cursum suum acceleratè debuit. Tunc etenim sol fontem omnis luminis & pulchritudinis, unde lumen suum & pulchritudo procedit, primitus ad oculum conspicere potuit. Tunc utique sol verè non autem fabulosè in corvum transformatus fuit, siquidem directè ex oppositо divini luminis è pueruli divino vultu emicantis constitutus, non obscurari & non niger videri non poterat. Tunc meritò nequaquam sol, id est, super omnia lucens, appellari debebat, eò quod tunc aliud in mundo lumen comparuerit, quod in comparabiliter solis lumen præcellebat.

D. Ambr. Conc. 2. de Nativ.

Portò in hoc miraculo Deus mundo palam contestatum fecit, eum qui inter fascias istas restrictus jacebat, eundemmet esse, qui ad Josue preces solis cursum retardavit & sistere fecit. Ipse enim, utpote qui planetæ hujus habenas in sua potestate habebat, proque arbitrio suo moderabatur, sicut eundem semel retardavit, ita cursum ejus altera vice velociorem reddidit, dum illum pro libitu suo regit & gubernat, tanquam absolutissimus ejusdem planetæ moderator & Dominus. Etenim si sol illo tempore alicujus fuisset admirationis capax, in mirum ex viso illo spectaculo, rapi stuporem, atque intra semetipsum dicere potuisset; Quomodo nunc Deum meum in utero virginis cujusdam collocatum video, qui olim ex summa benignitate sua tabernaculum suum in sphæra mea dignatus est collocare? *In sole posuit tabernaculum suum.* Veruntamen quantum pro mea tenuitate intelligo, nullam mihi ob id injuriam fecit, quia dum inter hujus virginis dulcissima brachia, quievit, haud secus ac in vero quodam sole consistit, utpote quæ velut sol pulchra esse deprædicatur, *Electa ut sol.* Dicere insuper potuisset. Quondam nonnemo duos in mundo soles dari impossibilibile esse pronuntiavit, sed falso, cum de facto tres in eodem mundo soles esse videam, quorum unus in cœlo est, duo autē in terra consistunt; Et fortasse hoc fine paulo ante hunc natalis diem tres in cœlo soles apparuerunt, quia videlicet hodie tres in mundo soles apparere debebant. Verum enimvero cum ego ideo sol ab omnibus appeller, quia *sursum omnia levo*, qui fit, quod hic sol omnia trahat deorsum, Angelos, stellas, & humilitatis suæ exemplo ambitiosos & elatos? O quam ingens est solis istius lumen! Portò lumen meum ex unius parvæ nubeculæ tegumento absconditur, & obscuratur, lumen autem solis hujus increati, licet humanæ carnis nubecula contegatur, vehementissimè tamen emicare ac resplendere non desinit.

Psal. 18. v. 6.

Cant. 9. v. 9.

6. Per alia miracula quæso ulterius progrediamur, & locum quendam Geneseos cap. 28. diligenter observemus, ubi refertur, quod Jacob Patriarcha absoluto pedestri longo & laborioso quodam itinere, superveniente nocte ad restauranda membra corporis valde defatigata somnum aliquantulum capturus, multos acceperit lapides, eosdemque cervicalis loco capiti suo subjecerit: *Tulit de lapidibus, qui jacebant, & supposuit capiti suo.* Quia vero Deus ei noctu apparuerat, & familiariter cum eo colloquens plurimas illi dederat promissiones & gratias: subdit sacer textus, subito ut illucescente die evigilavit, de terra surgens tulit lapidem, quem præcedente vesperi capiti suo supposuerat, indeque pro promissis favoribus in titulum gratitudinis altare quoddam erexit: *Surgens mane Jacob tulit lapidem, quem supposuerat capiti suo, & erexit in titulum.* Verum attendendum est benè, quod cum prius dictum sit Jacob vesperi multos capiti suo subjecisse lapides, postea tamen subjungatur, illum mane tulisse lapidem, quem supposuerat capiti suo. Quidnam hic mysterii latet? Quodsi vesperi capiti suo multos lapides subjecit, cur mane non multos, sed unum tantum lapidem invenit? E Rabinis nonnulli difficultatem hanc excitarunt, eandemque tandem resolvunt, dicendo, quod licet Jacob capturus somnum multos vesperi lapides tulerit, attamen quia lapides illi tota nocte inter se mutuo concertarunt, quippe singulæ contendebant sancti hujus viri caput immediatè sustinere atque contingere, factum esse, quod lapides isti adeo inter se fuerint compressi, compacti, seque mutuo fortiter adeo strinxerint, ut ex multis lapidibus factus sit unus lapis, atque ideo S. Patriarcha, qui vesperi tres capiti suo supposuerat, mane unicum tantum invenit: *Quando vigilavit, invenit, quod illi tres lapides facti erant unus lapis*, inquit Hebræorum expositionem allegans Nicolaus de Lyra. Num fortè hoc quoque miraculum, in præsepii lapidibus, in quibus Deus jacuit incarnatus, accidere potuit? poterit utique, neque enim impossibile fuit; quodsi enim lapides quos Jacob capiti suo supposuerat, ut caput alicujus servi Dei sustentarent atque contingerent, adeo fortiter sese mutuo constrinxerunt, ut unus ex illis lapis sit factus, quanto magis lapides præsepii,

Gen. 28. v. 11.

Gen. ibid. v. 18.

N. col. Lyr. in cap. 28. Genes.

præsepii, ut caput non cujusdam servi Dei, sed ipsiusmet Dei, Dei Jacob & totius universi merentur sustentare, & proximè contingere, inter se mutuo concertare & contendere, adeoque interse condensari, comprimi atque constringi debuerunt, ut unicus dumtaxat ex pluribus lapis fieret: Christus, non Jacob, *fecit utraque unum*, inquit Apostolus. Et quidem tametsi hoc ipsum in lapidibus præsepii factum non sit, aut fieri non potuerit, illud tamen in cordibus Principum illo tempore mundum gubernantium factum fuisse scimus, qui tametsi tempore præterito ipsismet fuerint saxis duriores, in eo tamen Christi nascentis tempore, ut terra Christi præpararetur adventui, qui pedem suum nullibi, ubi par non viget, figere solet, miraculosè in unionem animorum admirabilem, & pacis constantem unitatem coaluerunt. Majori autem cum stupore uniuntur sibi mutuo corda discordia, quam durissima saxa.

Ad Ephes. 2. v. 14.

7. Non David dumtaxat, verum etiam Isaias beatissimam virginem verbi incarnati matrem, terram appellavit. Sicut enim David ait: *Terra nostra dabit fructum suum*, ita quoque Isaias inquit: *Aperiatur terra & germinet Salvatorem.* Cur autem illam terram ab illis appellatam fuisse existimatis? Quia ipsam humillimam esse cognoverunt, sicut enim terra omnium infimum est elementum, ita quoque illam se infimam & humillimam omnium mulierum reputaturam esse sciebant. Intellexerunt etiam ipsam eorum qui casuri erant, ne desperando sese perderent, unicum futurum esse sustentaculum & fulcrum. Aut verò terra ab illis appellatur, quoniam ipsam omnium virtutum floribus vestitam & ornatam esse conspexerunt, vel quia ad instar terræ posita in medio est inter nos & infernum, ut damnationis per illam pericula evadamus. Multæ quoque aliæ analogiæ hujus rationes adduci in medium possent, quas tamen, ne prolixus sim nimis, brevitatis causa libens omitto. Unica duntaxat ratione in præsenti contentus, utpote quæ præ cæteris proposito meo optimè quadrat. Terra igitur beata virgo dicitur, quia unigenitum Dei filium parere potuit. Christi namque utpote gygantis cujusdam magnitudo excessive magna fuit: *Gygas est iste filius hominis*, inquit S. Bernardus, *cælum enim sedes est, terra scabellum pedum ejus*; ideò cum illum à muliere quadam gigni impossibile censerent, virginem Christum parientem non mulierem, sed terram appellarunt; seu Christum de terra nasciturum dixerunt. Sicut enim Poetæ gygantes de terra natos esse finxerunt, quia nimirum iis incredibile videbatur, corpora adeo vasta, & immensa ab aliqua nasci muliere posse. *Gygantes* inquit Abulensis, *à Græcis dicti sunt Age, quod est terra, quod à terra geniti essent. Sic enim Poetarum vulgavit authoritas, quasi mulier tantos viros gignere non posset.* Miraculum partus virginei adeò fuit stupendum & ingens, dum per hunc tantæ vastitatis & molis hominem pariendo in lucem protulit, ut mutato proprii sexus nomine non mulier, sed terra appellari debuerit: *Terra nostra dabit fructum suum*, impossibile enim credebatur tantum gigantem à muliere quadam nasci potuisse, prout vere à tali natus est. Ob eandem quoque rationem beatissima Virgo cælum appellata fuit. Christus enim, ut innotesceret panem esse, qui ab ea procederet, è cælo se procedere dixit: *Ego sum panis vivus, qui de cælo descendi*, per cælum sanctissimam matrem suam intelligendo, juxta S. Ambrosii expositionem. Hoc autem nomine à Christo vocabatur ad immensam ejus magnitudinem significandam, gigas non nisi à tali corpore nasci poterat, quod cæli magnitudinem & vastitatem adæquaret.

D. Bern. serm. de nativ. S. Ioan. Bap.

Abulensis q. 11. in c. 7. Genes.

Ps. 84. v. 13.

Isaia 45. v. 8.

Ioan. 6. v. 42.

D. Ambr. de sacram. lib. 5. c. 1.

8. Porrò cum de facto circa hunc Davidis locum commentando versemur, minimè illum dimittendum esse duxi, nisi bene prius ponderato verbo quodam, quo Spiritus sanctus in hac sententia utitur, siquidem ad præsentis propositi considerationem haud parum conducit. Observandum igitur quod non dicat: *Terra nostra reddet*, sed *terra nostra dabit fructum suum.* Verum quæ causa est, quod non dicat, reddet, sed dabit, cum potius reddet dicendum fuisse videatur, quam dabit? Cum enim Dei para, uti ex mox dictis audivimus, terra dicatur; terra autem fructum suum non debet

ſed reddat (ſic enim dici communiter ſolet, terra iſta tantum annuè reddit; unde & nomen redditus derivatur) cur beata Virgo unigeniti filii ſui fructum non reddere, ſed donare dicitur? Reſpondeo quod tametſi glorioſiſſima virgo una ex parte quia vaſtum & immenſum ſanctiſſimi ventris ſui partum verè produxit, terra dicatur; qui tamen hunc talem partum contra naturam terræ produxit, ideò illum non tam reddidiſſe quam dediſſe dicitur. Cum enim terra non niſi poſt ſuſceptum ſemen fructum producat: beata virgo econtra ſine humano ſemine, ſolius Spiritus ſancti opera intervenientè, filium Dei incarnatum miraculosè produxit, ideò fructum ſuum dediſſe, non vero reddidiſſe dicitur: *Notabiliter dicitur: dabit. Terra enim humano ſemine ſeminata, non dicitur propriè dare, ſed reddere fructum ſibi commiſſum: ſed Maria quæ concepit non ex virili ſemine, ſed myſtico ſpiramine, id eſt Spiritus ſancti opera, propriè dedit fructum ſuum.* Miraculum iſtud Romæ intelligi haud quaquam potuit, capere enim non potuerunt, quomodo virgo illæſa manente virginea corporis integritate parere poſſet. Dicunt enim hiſtorici, Romanos conſummata ingenti & magnifica illa templi pacis fabrica, oraculum de tempore, quo templum illud recenter erectum duraturum erat, interrogaſſe, iiſdemque reſponſi loco dictum fuiſſe: *Quouſque virgo pareret.* Unde talem templi illius frontiſpicio inſcripſerunt epigraphen: *Templum pacis in æternum*; innuentes per hoc, quod ſicut impoſſibilis eſt virginis alicujus partus, ſiquidem mulier reddit, non vero donat fructum ſuum: ita quoque impoſſibilem fore templi illius ruinam, utpote quod in æternum uſque perſeveraturum & duraturum eſſet. Verum deceptos ſe poſtea videntes ſui fuerunt erronei ſenſus commoniti, quando eodemmet tempore quo beatiſſima virgo Chriſtum miraculoſe peperit, templum iſtud, quod credebatur æternum, collapſum & ſolo æquatum fuit.

Richard. S. Laur. de laud. B.V. lib. 8.

9. Ex glorioſo illo Angelorum exercitu, qui ad decantandam & feſtivè concelebrandam incarnati Dei ſui nativitatem è cælo turmatim deſcenderant, unus ad paſtores Judeæ miſſus ſuit, ut eoſdem novæ hujus faceret lætitiæ participes, eoſque ad dulcis hujus ſpectaculi invitaret fruitionem, quos proinde vultu jucundiſſimo hunc in modum eſt allocutus: *Ecce enim evangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo, quia natus eſt vobis hodie Salvator mundi, qui eſt Chriſtus Dominus in civitate David.* Quibus in verbis præcipuè hoc loco obſervandum eſt quod dicat: *Natus eſt vobis*, non vero *natus eſt nobis*; cum tamen illum contrarium dicere debuiſſe videatur, ſcilicet: *Natus eſt nobis*, non vero *natus eſt vobis*. Chriſtus enim non ſolum venit ut gaudium eſſet hominum, ſed etiam futurus erat gaudium Angelorum. Glorioſo iſthoc ſpectaculo non ſolum homines fruituri erant, ad quos mittebatur, verum etiam eodem perfrui debebant ſimul cum hominibus Angeli. Cur igitur non dixit: *natus eſt nobis*, ſed *natus eſt vobis*. Quia nimirum Chriſtus in terra natus non ad fruitionem Angelorum, ſed hominum, ideo non Angelis, ſed hominibus natus fuiſſe dicendus eſt, atque ideo Angelus non dixit, *natus eſt nobis*, ſed *vobis*. Cum enim ipſi, ut Albertus Magnus dicit, eodemmet tempore Chriſtum viderent magnum in cælis, opus illis non erat, ut eundem aſpicerent parvum in terris. Atque ideò cum ad ſolam fruitionem hominum natus fuerit, non vero Angelorum, ipſum conſequenter non Angelis, ſed hominibus natum fuiſſe dicere debebat: *Natus eſt nobis, nobis inquam, non Angelis, qui cum magnum haberent, parvum non requirebant*; inquit hic Doctor. Ad hoc myſterium ſe reflectit ſancta mater Eccleſia, quando inquit: *nobis datus, nobis natus ex intacta virgine.* Unde ex hoc aliud ingens quoddam ſe prodit hujus Dei miraculum, quia ex hoc intelligimus Chriſtum uno eodemque tempore in terra ſimul & in cælo fuiſſe, in cælo magnus, in terra parvus; adeò in cælo agnus, ut cæli eum capere minimè potuerint, adeo quoque in terra parvus, ut modicum præſepium illum in ſe concluſerit. Is qui univerſum mundum unico tantùm pugno ſuo claudebat, in minima videbatur mundi parte incluſus. Æque ſe exhibebat admirabilem in cælo ac in terra,

Luc. 2. v. 10.

Alb. Mag. ſupermiſſus eſt c. 253.

ra, utpote qui non minus in cælo ſtupendus erat, ob immenſam ejus magnitudinem, quam in terra admirabilis erat ob incredibilem ſui brevitatem : *Ibi miraris magnitudinem, hic miraris parvitatem*; inquit Hugo. Unde ſicut Plinius Coloſſum Rhodium ſoli dedicatum, velut unum ex ſeptem orbis miraculis celebrat, non ſolùm prout erecto corpore conſiſtebat in pedibus, verum etiam poſtquam illum per certum quendam terræ motum in terra proſtratum vidit : *Iacens quoque miraculo eſt.* Ita quoque hic mihi Deum admirari licebit, tam ob immenſitatem ſuam, ſecundùm quam eſt ſtupendus in cælis, quam ob incredibilem parvitatem ſuam, ob quam ſumme admirandus eſt jacens in terris. Imò longe eſt admirabilior dum adeò parvus in præſepio conſpicitur, quam dum in tanta videtur magnitudine in cælis; inquit S. Zeno : *Deus noſter, fratres, humilis corde eſt, & ineffabilis ejus illa ſapientia ac virtutis poteſtas intra hominem ſuſceptum ; jacet magis admirabilior quia tantus eſt ac talis.*

Hugo de opere ſex dierum.

Plin. l. 34. c. 7.

D. Zeno ſerm. 1. in Pſ. 130.

10. Potrò ſignum per quod Angelus divinum hunc infantem à Paſtoribus inveniri, atque veluti Deum adorari & coli volebat, miſeri fuere panni, quibus ſanctiſſimus Jeſulus erat involutus : *Hoc vobis ſignum, invenietis infantem pannis involutum*; quaſi diceret : panniculi, quibus divinum hunc infantulum reperietis involutum, ſignum vobis ſunto, è quo colligere poteritis, quod quem hiſce infaſciatum & involutum videritis, is Deus ſit incarnatus, qui pro humana redemptione de cælo in terram deſcendit, ipſe enim eſt, & non alius, hunc confidenter & reverenter veluti Deum vivum & verum adorate, & Deo dignos honores exſolvite. Quodnam obſecro erat ſignum iſtud, quod cælorum Regem hominem factum eſſe demonſtrabat, eumque ab aliis hominibus diſtinguebat ? Iſidorus Clarius dicit, ſignum illud ab Angelo datum, non faſcias, ſed faſciarum paupertatem fuiſſe : cum enim alii infantes, quantumvis ſint pauperes, hyberno tempore, præter faſcias, aliam adhuc cooperturam, ſi non plures habere ſolent, ut defendantur à frigore ; ſanctiſſimus Jeſulus econtra adeo erat pauper & inops, ut præter faſcias nihil haberet aliud, per quod acerbum à tenello corpuſculo ſuo frigus arcere poſſet. *Opinor hoc ab Angelo additum, quia præter faſcias nulla præterea re opertus eſſet, cum alii, etiam non admodum divites, habeant aliqua alia, quibus infantes operiunt.* Cum igitur ſignum in ſermone latino miraculum ſignificet, hæ faſciæ non ſolum erunt nati & incarnati Dei ſignum, verum etiam miraculum quoddam erunt. Quodnam obſecro majus in mundo miraculum videri poterit, quam eum, qui terram floribus, arbores frondibus, pecora lanæ velleribus, aves pennis, ſtellas denique veſtit ſplendoribus, qui in ſummo cæleſtis gloriæ ſolio incomprehenſibili ſplendore amictus cernitur, pauperem adeo videre & modicarum viliumque veſtium inopem maximeque egenum, atque à frigore plurimum patientem. Portò ſicut mulieris illius viſio; quæ uti S. Joannes videre meruit, de terra ad cælum ſublimata, atque pretioſiſſima ſolis chlamyde contecta erat, magnum quoddam fuit miraculum : *Signum magnum apparuit in cælo, mulier amicta ſole.* Ita quoque magnum quoddam miraculum fuit videre Deum, de cælo in terram deſcendentem & paupertimis faſciis contectum & involutum. Illa viſio ſignum, id eſt, miraculum erat, quæ in ea quæ pellibus induenda erat, induebatur lumine, ergo & hæc quoque non minus dici meretur miraculum, quia qui lucem inhabitare debebat inacceſſibilem, vilibus tegebatur pellibus.

Iſid. Clar. orat. 9 in Lucam.

Luc. 2. v. 12.

Apoc. 12. v. 1.

11. Tres Reges orientales novæ cujuſdam ſtellæ præeunte ducatu Jeroſolymam ingreſſi, locum in quo natus eſſet Rex Judæorum, ſollicite inveſtigantes dicebant : *Ubi eſt, qui natus eſt Rex Iudæorum ? vidimus enim ſtellam ejus in oriente, & venimus adorare eum.* Quaſi dicere voluiſſent ; locum quæſumus nobis oſtendite, monſtrate in quo natus eſt Rex veſter hoſpitium, huc namque ſtella ejus duce e longinquis regionibus perducti ſumus, ut illum veluti Deum ac Dominum noſtrum veneraremur & adoraremus. S. Petrus Chryſologus horum Regum verba accuratius perpendens dicit : qua ratione vos ô Reges unicam tantum Regis ſtellam vos vidiſſe dicitis, cum omnes ſtellæ ſuæ ſint, quas in cælo continuo

Matth. 2. v. 2.

nuo resplendere videtis. Ipse etenim Rex ille est, qui in stellato sedet solio, omnes stellæ sunt manunm suarum opera, suæ sunt & non alterius. Quodsi autem omnes cæli stellæ suæ sunt, quomodo vos eum unicam tantum habere dicere potestis ? tandem vero post maturam considerationem eos meritò ita locutos esse deprehendit; siquidem postquam Deus factus est homo, in tantam redactus est paupertatem, ut cum prius omnes cæli stellas, & quicquid supra & subtus cælum continetur, in sua haberet potestate constitutas, postea ex omibus quæ in cælo effulgent, stellis vix unam possideat : *Vere sicut dixit Apostolus, cum esset dives, pauper factus est ; cum esset in Deitate sua dives, nostra sit pauper in carne ; & habere capit stellam unam, totam qui fecit, habet , & continet creaturam.* Qua in re aliud quoddam in natali Christi patratum sese prodit miraculum, dum videmus quod Magi licet suæ essent paupertatis optime conscii , ad eum tamen accesserint adorandum & latreuticè colendum. Quisnam ita rerum inexpertus est, ut eam mundo solemnem consuetudinem esse ignoret , quod reverentiam non pauperibus, sed divitibus deferre soleat. In tantum Poetæ reverentiam Plutonis , qui divitiarum Deus est, filiam esse finxerunt, in quantum divites soli communiter reverentia digni existimantur, & reipsa magna ubique in veneratione habentur. Quod vero nonnunquam etiam è paupetibus aliqui honore & reverentia afficiantur , extraordinarium & insolitum id est, imò miraculosum, quicquid enim vel nunquam vel rarissime fieri solet, id si tandem fieri videamus, magni miraculi loco habere solemus.

D. Chryss. ser. 156.

12. Isaias utique ad sacratissimum filii Dei natalem respiciebat, cum diceret : *Puer natus est nobis , & vocabitur nomen ejus admirabilis. Deus fortis, pater futuri sæculi, princeps pacis.* Porrò quia verba hæc non minus sunt ad capiendum difficilia, quam in semetipsis sublimia & mystica , quilibet mediocris ingenii discursum istum, haud immeritò paradoxum censens, dicere poterit, infantem aliquem recens natum valde admirabilem esse non videtur possibile , cum miserabilis potius esse videatur , consiliarius enim esse non poterit , cum alieno adhuc consilio & instructione indigens, nec fortis, cum infirmus sit & debilis, nec pater, cum vix ab hora factus sit filius, denique nec princeps, cum alterius subjaceat nutui & imperio. Veruntamen tametsi dubitatio isthæc alicujus forte foret ponderis & momenti, si hoc loco de infante aliquo vulgari, & communibus tantum humanæ conditionis miseriis subjecto sermo esset , utpote quibus adducta ab Evangelico Propheta pueri illius attributa appropriari minime possent ; attamen verba illa de infante seu puero illo , de quo Propheta loqui intendit, tanta cum veritate dici possunt, ut nemo illi vel verbulo aliquo contradicere possit. Tametsi enim omnes alii infantes, tunc cum nascuntur, miserabiles, consilii inopes, infirmi, aliorumque imperio subjecti sint filii. Hic tamen sanctissimus Jesulus, mox ut natus est, admirabilis, consiliarius, fortis, pater, & princeps fuit, idque non solum in quantum Deus, verum etiam in quantum homo , imò & in ætate infantuli. *Non putes* , inquit doctissimus Oleaster, *eum ideo dici admirabilem , quia Deus est, quoniam Deus semper admirabilis est : sed hoc te voluit admirari ; quod scilicet puer esset, & admirabilis; quod puer sit & cõsiliarius; quod puer sit & fortis; quod puer & princeps futuri sæculi. Non solent alii pueri esse admirabiles, sed miserabiles ; non à consiliis adhiberi, sed consiliis indigere ; imbecilles etiam non fortes ; non patres, sed filii ; neque principes, sed principum & parentum gubernatione indigere.* Porrò quia sub gloriosi hujus infantis natali, non unum vel duo, sed potius centum, imò mille contigerunt miracula, ideò meritò sanctissimus Jesulus primo omnium loco admirabilis dicitur, adeò namque ab ipsa nativitate prodigiosus apparuit , ut jure meritissimo admirabilis appellari mereretur. *Vocabitur nomen ejus admirabilis.*

Isaiæ. 9. v. 9.

Oleast. in c. 9.

13. Quando Christus redemptor noster cum Hebræis differens, sese panem de cælo descendentem appellavit : *Ego sum panis vivus qui de cælo descendi* , sub mannæ typo sese insinuare, & manna appellare voluit, solum namque manna panis erat de cælo descendens : unde Salomon de manna loquens dicebat, panem de cælo præstitisti eis. Unde quia manna & panis de cælo descendens erat,

erat, congrueatissime in Bethlehem, id est, in domo panis nascitur. Verum enim vero cur illum se manna appellare voluisse existimamatis? quia nimirum mox ut de cælo descendens in hominum conspectu apparuit, haud secus ac manna è cælo in terram lapsum, omnibus stupori & admirationi fuit. Manna appellari voluit, quia quando de cælo descendens, in uterum dilapsus est virgineæ suæ matris, noviterque apparuit, velut prodigium quoddam, universalis factus est omnium hominum stupor. Tanta namque in sacratissimo natali suo accidêre miracula, & stupenda prodigia, ut veluti manna jam de cælo lapsum appellari potuerit. Man hu, id est; *Quid est hoc?* *Dominus*, inquit Theophylactus, *factus homo, filius Dei, ipse est manna, quod stupefacit omnes, ita ut dicant quid est hoc?*

Theophyl. in c. 6. Ioan.

Isaiæ 6. v. 3.

14. Ex quo duo illi Seraphini, qui, ut Isaias narrat, circa thronum Dei stabant, versis ad se invicem vultibus, fixis se mutuo oculis aspiciebant, satis inde colligitur, illos quoddam habuisse ob oculos suos positum spectaculum, summa ipsorum admiratione dignum. Verum inquies quodnam fortasse erat istud spectaculum, quod cælestes illi spiritus adeo obstupescebant? nimirum spectaculum istud aliud non erat, quam Dei, facti jam hominis mortalis sacratissimus dies natalitius. *Mirabantur ad invicem*, inquit S. Hieronymus, *quod Dominus Sabaoth, in forma Dei Patris positus, formam servi acceperit, & humiliaverit se usque ad mortem, mortem autem crucis*, quasi diceret, unigenitum Dei filium incarnatum ob oculos positum habebant, dumque illum è tanta sublimitate in tantam humilitatem & submissionem profundatam esse vident, utpote qui passibilis factus erat & mortalis, ut ad instar latronis crucifigeretur & moreretur, versa erat præ stupore facies unius ad alterum, & velut attoniti obstupescebant. *Mirabantur ad invicem.* Talia ac tanta fuerunt à Deo patrata miracula, quando homo factus in infantili specie hominibus apparuit, ut non solum homines, sed & ipsos etiam cælestis curiæ Angelos in stupotem adegerint.

D. Hier. in c. 6. Isaiæ.

SERMO I.

IN DOMINICAM INFRA OCTAV. NATIVITATIS D.N. JESU CHRISTI.

THEMA.

Positus est in ruinam & in resurrectionem multorum. *Luc. 2.*

ARGUMENTUM.

Cum Deus non minus justus quam misericors esse credatur, certè valde miserè decipitur homo ille, qui justitiæ oblitus, in Dei misericordia nimium confidit.

OB singularem delectationem, quacum David divinæ misericordiæ dulcedinem toties, atque in tam variis occasionibus gustaverat, non dubitavit : *Suavis est misericordia tua.* Quasi dicere voluisset ; ut tibi ô Domine verum fatear. Nihil hactenus in vita mea unquam gustavi, quod misericordia tua dulcius sit aut suavius. Id quod extra omnem controversiam, tanquam quid verissimum versatur. Summam namque & ineffabilem divinæ misericordiæ in se suavitatem continet. Quicquid enim suavitatis Angeli, aliique electi Dei in cælestis Paradisi mensa degustant, meta est misericordia. Ipsa quoddam cæli empyrei nectar est, siquidem postquam ab hominibus gustatur, mox eosdem ex mortalibus immortales facit, eosque à morte transfert in vitam æternam. Porrò sicut vinum olim Gallos cum manifesto vitæ discrimine in Italiam pellexit, ita divinæ misericordiæ suavitas animas nostras cum vitæ corporalis periculo in cælum quotidie pertrahit. Maria Magdalena hujusce suavitatis cupida, quasi stulta & insana mulier ad eam in suo fonte, qui eo tempore de cælo in terram dimanabat gustandam cucurrit. Porrò adeo ingens est cœlestis hujus ferculi dulcedo, ut in ipsa natalis Dominici nocte ad exsatiandum homines in præsepio collocatum, suavitatem suam ad ipsos usque cælos diffuderit, eosdemque mellea quadam dulcedine imbuerit. Unde Ecclesia eo die canit : *Hodie melliflui facti sunt cæli* ; quia enim Deus illa die opulentissimos misericordiæ suæ thesauros aperuit, ideò cælos mox inde omni gaudio, jubilo, & exaltatione adimplevit. Ete-

Psal. 108. v. 21.

Vrbanus IV. in Ps. 50.

nim cùm *misericordia*, ut vult Urbanus IV. idem sit quasi *miserorum corda*, adeò vere dicere possumus, quod nisi Deus hanc nobis chordam donasset, nosque ex summa miseria, in summam attraxisset felicitatem, quilibet nostrum ad mortem usque miseria & amaritudine plenus foret. Quod si spes quam Poetæ in fundo dolii Pandoræ consistere fingunt, quæque surculus est divinæ misericordiæ, si inquam inter tot quæ in terra nos affligunt, mala, nobis deficeret spes divinæ pietatis, mundus utique omni esset solatio destitutus. Ad quem peccator in divinæ justitiæ tribunali ad mortem condemnatus appellaturus esset, si divinæ misericordiæ curia fores suas occlusisset? fiducialis ille peccatoris à Deo irato ad Deum misericordem recursus dulcissima quædam pæna peccatoris pœnitentis est ambrosia. Communiter equidem mellis guttula in mare quoddam felleum instillata perdita esse censetur; veruntamen si vel unica tantum misericordiæ guttula in infernum, qui vastissimum felleæ amaritudinis mare in se complectitur instillari posset, totus utique infernus dulcesceret. Divinæ misericordiæ gustus Davidi regi tantopere placebat, ut sine illa ne vel unico tantum momento se esse non posse existimans, illam in ore saltem æternaliter habere posset, rogatit cum dicebat: *Misericordias Domini in æternum cantabo.* Vivus & mortuus, imò in favillam & cinerem jam redactus in ore illam habere optabat; ipsimet namque cineri etiam divina misericordia dulcissimè sapit, se namque tandem aliquando æternæ beatitudinis consequendæ una cum anima sperat fore participem. Verum enimvero benè advertendum, quod pastus hujus edulii moderatus esse debeat, non vero nimius. Sicut enim mel in nimia quantitate comestum damnosum est; ita quoque divina misericordia damnosa est peccatori, nimium in eam confidenti. Neque enim is qui Deum offendit, sperare tantum debet in divinam misericordiam, verum insuper timenda est ei etiam divina justitia; Deus namque non minus justus est, quam misericors. Peccatores Christus, Simeone teste non tantum absolvit, verum etiam condemnat: *Positus est in ruinam & resurrectionem multorum.* Huic igitur veritati, peccatores, si consultum sibi bene velint, attentas erigant aures.

Psal. 88. v. 1.

Luc. 2. v. 34.

2. Interpreres in contextu Scripturæ sacræ observant, Deum in illa nunc hominē, nunc feram vocari. In Evangelio S. Lucæ homo appellatur: *Homo quidam fecit cænam magnam.* Econtra vero in prophetia Oseæ ursus appellatur: *Occurram eis quasi ursa raptis catulis.* Quodsi nonnemo vestrum sciens quod sicut Deus unus est, ita quoque sit simplex, hanc nominum Deo impositorum diversitatem considerans, & præ admiratione dubitans diceret: Quod si Deus unus idemque, & simplex est, imò simplicissimus & ipsissima simplicitas, quomodo duæ simul naturæ adeo inter semetipsas diversæ & contrariæ, quales sunt feræ & homines, de ipso dici poterunt? huic vos respondebitis dicendo: verum quidem esse quod Deus sit unus, nec minus verum esse ipsum esse simplicem: non tamen se semper unum eundemque demonstrare, sed modò in una, modò in alia longè à priori diversa sese exhibere; nunc enim se hominem demonstrat, qui mox se monstraturus est esse feram. Per unam agendi rationem se homini humano, per aliam vero ferino modo sese demonstrat, semper mutari solitus, juxta eorum quibuscum tractare solet, diversitatem. Sicut igitur scriptura, inquit Theophylactus, quando Deum velut pium & misericordem proponit, hominem illum appellat, ita dum illum iratum & furibundum introducit, feram ipsum terribilem nominat, *Quando enim vindicativam Dei virtutem scriptura significat, pantheram ursum, & pardum Deum appellat: quando autem misericordiam vult insinuare, hominem inducit.* Scriptura namque Deum haud aliter proponere videtur, quam proponi solebat à sacerdotibus Ægyptiis, apud quos singulare Dei hieroglyphicum sphinx erat; figuræ namque talis, quæ tam hominem, quam feram participat. Hoc autem hieroglyphico utebantur, ut per hoc Deum non solum amandum, sed etiam timendum esse innuerent, utpote qui sicut est homo, id est, benignus, pius, misericors, ita quoque truculenta nonnunquam fera est, iracundus & vindicativus. Sic præmittat o-

Luc. 14. v. 16. Oseæ 3. v. 8.

Theophyl. in c. 14. Luc.

opera bona, sicut castigat scelera; non minus sanctos perducit ad cælum, quam sceleratos pertrahit ad infernum. *Ægypsii in sacris ponunt sphinges*, inquit Clemens Alexandrinus, *forte autem quod Deum oportet amare & timere: amare quidem, ut sanctis benignum & propitium: timere autem, ut qui sit impiis justus & inexorabilis: fera enim simul & hominis imaginem sphinx significat.* Sicut peccator, ex eo quod Deus est benignus, de animæ suæ salute non debet desperare, ita quoque cum justus sit, severus & rigidus, is non debet nimium sperare, sed damnationis suæ semper timere periculum; siquidem ipsi cum Deo tale negotium intercedit, qui una ex parte humanas imperfectiones suffert, tolerat, & ignoscit, easdem vero ex altera parte reprehendit & castigat, sperare igitur & timere simul debet, cum Deus non minus fera, quam homo sit.

Clemens Alex. strō. l. 5 pag. mihi 156.

3. S. Ambrosius de judicii universalis spectaculo tractare volens, hunc in modum exorditur: *Tibi ante faciem adducam futuri judicii Dei formas.* Hisce autem verbis S. Doctor ideò utitur, quia sciebat, quod Deus in illa die, non in uno duntaxat vultu, sed in multis exhibiturus esset; verum inquies, num igitur sanctus hic Archi-Episcopus Deum alterum quendam Neptunum seu Protheum quendam esse sibi persuadebat, qui nunc se homines, mox feras, nunc aquam, nunc ignem, nunc in una, mox in altera se specie repræsentant? Respondeo igitur, Deum quidem minime Protheum quendam esse, cum verus & non fabulosus quidam Deus sit: verumtamen ad instar Prothei cujusdam in horrendo illo die, quando hominibus apparebit, talis futurus erit, quales futuræ sunt judicandorum conscientiæ. Justis vultum quendam exhibebit dulcem atque benignum: peccatoribus autem commonstrabit vultum alium omninò contrarium, vultum enim ei ob oculos adducet truculentum, & terribilem. Illa erit effigies ejus naturalis & propria, hæc verò extraordinaria atque à culpis nobis efformata. *Omnipotens Deus*, inquit S. Gregorius, *& blandus justis, & terribilis apparebit injustis.* In illo die non minus se feram esse demonstrabit, quam hominem, non minus se terribilem esse probabit, quam mansuetum atque benignum. Cum enim facies ejus erga sanctos suos, dum illos in regnum suum recipit, dulcis sit & benigna, erga reprobos tamen, dum illi ad mortem condemnabuntur æternam, terribilis erit & truculenta. Ex eo igitur, quod in illa die videbitur, manifestè significatur, Deum non misericordem tantum, sed etiam justum esse; & quod sicut peccatores ob suam misericordiam ab ipso sperare debent peccatorum suorum remissionem & consecutionem æternæ salutis suæ, ita quoque ob divinam suam justitiam timere debeant, tremendam sceleribusque suis dignam sententiam.

D. Ambr. Dom. 8. post Penthec.

D. Greg.

4. Regius Propheta David indicaturus, quod nonnulli peccatores operibus suis testentur, quod Christum hominem tantum, non vero Deum fuisse credant, de iis ita loquitur. *In circuitu impii ambulant.* Pro hujus doctrinæ intelligentia, imaginari vobis debetis, Deum incarnatum circulum quendam esse, cujus partes sunt centrum, & circumferentia. Centrum autem circuli hujus esse divinitatem, humanitatem vero circumferentiam esse. Sicut enim centrum, utpote ab immobili Circini pede formatum, divinitatem nulli prorsus motui subjectam significat: ita circumferentia, quia ab alio Circini pede mobili atque volubili formata est, humanitatem modis adeo multiplicibus & variis mobilem insinuat. De qua S. Job inquit: *Nunquam in eodem statu permanet.* Circulus iste à Christianis tam sanctis quam peccatoribus frequentatur, cum hac tamen differentia, quod cum sancti per circumferentiam pariter & centrum transeant, peccatores econtra à circumferentia nunquam recedant; illi credunt Christum Deum pariter esse & hominem, hi vero operibus suis ostendunt, quod Christum hominem tantum, non vero Deum esse credant. Nequaquam ad divinitatis centrum considerandum ingrediuntur, sed foris circa humanitatis circumferentiam permanendo, circulariter ambulant. *In circuitu impii ambulant.* Ita hunc locum S. Bonaventura Doctor Seraphicus explicat: *Deus humanitus dicitur esse circulus, ut circumferentia humanitas, centrum autem dicatur divinitas. Impii in circuitu ambu-*

Ps. 11. v. 9.

Iob 14. v. 2.

D. Bonav. in Psal. 11.

ambulant, quia humanitatem, non divinitatem credunt. Verum inquies, quidnam Prophetæ dicendo peccatores Christum non credere Deum esse, sed hominem, innuere voluit. Nimium indicare contendit, illos nimium in divina pietate confidere. Credunt quidem Christum hominem esse, id est, ipsum benignum & misericordem esse, qui eorum imperfectiones libenter & patienter sustinet & condonet; ideoque in ejus clementiam fortiter & generosè sperant: aliam vero considerationem non ingrediuntur, neque cogitant quod Deus, id est, timor sit, non timent illum, neque quod justus sit, eosque, qui peccant & Deum offendunt castiget, considerant, solum enim sperant in Deum, non vero timent Deum. Porrò turpiter hi in opinione sua falluntur, cum Christus circulus quidam sit, qui tam circumferentia constat, quam centro, id est, tam Deus est quam homo, ideo tam in ejus debent pietate sperare, quam de sua justitia formidare: verum quidem est, quod peccatores patienter sustineat, eisque peccata sua condonet, cum rigore tamen maximo eadem quoque castigare consuevit.

5. Tres quondam devotissimæ Christoque addictissimæ Mariæ, mox ut sepulchro Christi propinquiores factæ, glorioriosam magistri sui resurrectionem ab Angelo audivissent, lætæ & jucundæ ad Apostolos revertebantur, quicquid vidissent & audissent iisdem relaturæ, cum ecce Dominus in via glorioſus & beatus, prout ab Angelo intellexerant, iisdem apparuit, coram quo in genua subito provolutæ, apprehensis pedibus ejus, eum profunde adoraruntr *Illa autem*, inquit S. Matthæus, *accesserunt & tenuerunt pedes ejus, & adoraverunt eum.* Quibus in verbis singulariter attendendum, quod scriptura non dicat Marias tenuisse pedem Christi, sed pedes, utrumque enim Christi pedem apprehenderunt. An non sufficiebat illis si unum Christi pedem tenere illis concederetur, ut proinde utrumque dextrum scilicet & sinistrum tenere petierint? nequaquam id illis sufficiebat, hoc enim si satis illis fuisset, non utique utrumque tenuissent. Cum enim duo Dei pedes misericordiam significent & justitiam (*Duo sunt pedes Dei, misericordia & justitia*, inquit S. Bernardus) peccatori nequaquam sufficere debet, solum apprehendisse pedem justitiæ, atque hac ratione desperare, sicut etiam non sufficit solum apprehendere pedem misericordiæ, nimiumque in Deum sperare. Sicut enim peccator valde malè facit, dum solum ad divinam attendens justitiam, peccatorum suorum desperat remissionem: ita quoque pessimè facit, dum nimium in divinam confisus pietatem atque clementiam, in perversa vita sua perseverat. Atque ideo opus est utrumque tenere pedem, scilicet & sperando in divinam misericordiam, & divinam timendo justitiam, & peccatorum suorum condignam castigationem, si alias salvati velimus. *Pia fœmina*, inquit Paulus de Palatio, *non unum pedem Domini tenent, sed utrumq; uter q; pes est apprehendendus, & justitia aspectus misericordia confidentiam moderetur, & misericordia consideratio justitia timorem emolliat.* Deus non solum pluit, sed etiam fulgurat, non solum terram fœcundat, ut nobis vitæ nostræ subsidia porrigat, verum etiam sæpè nos percutit & vita privat, non minus est justus, quam misericors & benignus, vultque ut adeo confidenter in ipsum speremus, ut tamen eum ob peccata nostra timere non obliviscamur.

D. Bern. serm. 54.

Paul. Pa. in cap. 28. Matth.

6. Cur obsecro Deus hominem postquam creatus erat, super faciem terræ collocare voluit, medium quasi inter cælum & infernum? Dici equidem potest id factum esse, ad hoc ut homo quoadusque vivit, nec totaliter miser esset, nec totaliter beatus, sed potius tam de miseria, quam beatitudine æqualiter participaret. Cum enim Deus felicitatem in cælo, in inferno autem miseriam collocarit, terræ autem superficies in medio inter cælum & infernum sit constitutra, participat de felitate unius & alterius infelicitate, quia medium de extremis æqualiter participat. Atque ideo homines quamdiu hic in terra degunt, nunc sunt afflicti, mox consolati, uno tempore sunt felices, infeliceſque in in alio? nunc cum Angelis rident, paulò post

Matt. 28. v. 9.

Ploraturi cum damnatis, jam in cœlo esse videntur qui paulò post in inferno se constituros esse credent. An non vobis homo ille vicissitudine aliqua nunc in cælo, postea in inferno esse videtur, qui hoc tempore dives, in alio pauper esse videtur? nunc honoratus est, & postea contemptus abjicitur? nunc ad crepedinem usque satiatur, deinceps vero præ fame mori cogitur? Quia etenim Deus nec vult ut homo superbia extollatur, nec ut deprimatur ex nimia pusillanimitate, ideo eundem nec in cœlum nec in Infernum collocavit, sed inter cælum & Infernum medium potius eum esse voluit, in loco nimirum tali, ubi prosperitates continuo succedunt miseriis, & miseriæ prosperitatibus. Optima equidem est hæc ratio, veruntamen Hugo à S. Victore aliam huic nostro proposito accommodatiorem magisque congruam rationem adducit; dicit enim Deum collocasse hominem super faciem terræ, medium inter cœlum & Infernum, ut hac ratione tam infernum quam cœlum aspiciens, unum illorum speraret, & timeret alterum, speraret scil. salutem, timeret autem damnationem. Quia vero facies terræ inferno propinquior est, quam cœlo, plus damnari timeret, quam speraret salvari, maximè cum majus quoque sit damnationis periculum, quam sit pro speranda salute meritum nostrum. Audite ipsissima jam citati Doctoris verba: *Summus omnium locus plenam habet lætitiam, infimus solam tristitiam: in medio janè summa speranda, sed nihilominus infima sunt timenda; & ideo nobis jam eo amplioris timoris causa, quam spei, quo viciniores iisdem infimis, in ipsa dejecti degimus umbra mortis.* Portò Eminentissimi Cardinales illi, qui quondam B. Ægidium Seraphici Patris mei sodalem visitando, ejusdem se orationibus recommendabant, in hac terra minimè commorari fisse videntur, siquidem à B. Ægidio iisdem responsum fuit, eos suis orationibus maximè indigere, utpote qui licet in tanta viverent divitiarum abundantia, in tot delitiis & honoribus, adeo se tamen de sua se putabant æterna beatitudine securos, ut infernum minimè timerent. Quisquis hic in terris vivit, & medius inter cœlum & infernum est constitutus, non solum debet ex divina misericordia moti æternam sperare beatitudinem, verum etiam ex justitiæ consideratione æternam timere damnationem.

Hugo de S. Vict. lib. 2. de Anima cap. 31.

7. Isaiæ cap. 66. Deus de gentilibus pro eo tempore loquens, quo relictis Idolis Dei vivi & veri Majestatem adoraturi, & in S. Ecclesiæ gremium ingressuri erant, dicit: *Veniet omnis caro, ut adorent coram facie mea, & egredientur, & videbunt cadavera virorum, qui prævaricati sunt in me: vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur*; quasi diceret: Eodem prorsus tempore, quo gentiles relicta idolatria in me sunt credituri, quoque jam in gratiam recepti me adorabant, ponam ante oculos eorum spectaculum pœnarum & mortis æternæ reproborum & transgressorum legum mearum, clareque videbunt ignem qui nunquam extinguetur, sed ardebit æternum. Cur obsecro Deus in primo Gentilium in domum suam ingressu, iisdem res adeo terribiles & horrendas demonstrare decrevit, cùm potius illos delitiarum & divitiarum domus suæ lætificare, quam contristari debuisset? Quotiescunque Princeps aliquis virum aliquem illustrem extraneum in domum suam recipit, in more positum est apud omnes, ut sicut eidem pro sua recreatione divitias atque domus suæ raritates atque delitias videndas exhibet, ita quoque recondat & ab oculis subducat, quicquid eundem conturbare valet. Prouti Regem Ochoziam Regis Babyloniæ fecisse legimus. Enimvero modus agendi Dei longè est diversus à nostro; Deus enim ad illud magis attendit, quod hominibus est utile, quam quod delectabile illis est, ideoque mox ut pedem suum in ejus domum inferunt, subito illis inferni pœnas demonstrat; Eorum namque oculis, qui mundo relicto, Dei se servitio consecrant, majorem utilitatem adfert visio pœnarum, quas in inferno patiuntur damnati, quam spectaculum præmiorum, quibus sancti fruuntur in gloria Paradisi; siquidem quotidiana in hominibus experientia constat, magis timore inferni, quam cœlestis spe præmii à peccatis Deique offensis coerceri. Unde quisquis

Isaiæ 66. v. 24.

salvari

salvari desiderat, opus ei est, ut unum oculorum elevet in cœlum, alterum vero demittat ad contemplandum infernum, magisque pœnam timeat, quam speret præmium; cum in homine bestialiter vivente plus baculus prævaleat, quam panis. Simul quoque consideret, quod Deus non solum in quantum benignus & misericors ad cœli gloriam homines perducat, verum etiam tanquam justus eosdem, si id mereantur, ad infernum dejiciat.

8. Audite Ezechiam Regem Isaiæ 38. capite satis aptè ad propositum prælens loquentem. Sic enim ait: *Ego dixi in dimidio dierum meorum, vadam ad portas inferi.* Ubi bene advertendum, quod non dicat: Ego dixi in tota vita mea, sed in dimidio dierum meorum, vadam ad portas inferi. Num igitur alia dierum suorum medietate mutus extitit & nihil prorsus locutus fuit? Nequaquam, inquit Hugo Cardinalis, sed is, qui uno dimidio dierum dixerat, vadam ad portas inferi: reliqua vitæ suæ medietate dixit: vadam ad portas Paradisi: *Dixi in dimidio dierum meorum, vadam ad portas inferi: & alio dimidio dixi, vadam ad portas cæli.* Nunc dicebat: Valde metuo ne damner, mox vero alio tempore subjungebat: spero ut salver; uno die sperabat, altero vero timebat: una hora sibi Deum ob oculos ponebat, ut misericordem & benignum, alia vero ut iracundum & ut judicem severum. Illum non tantum sub Agni figura sibi repræsentabat, verum etiam nonnunquam sub specie leonis. Rex ille non immeritò cœlestibus hodie gaudiis in cœlo perfruitur; cœlum enim non tam est destinatum illis, qui nimium in divina misericordia confidunt, quam potius pro aliis, qui sic in Dei misericordia confidunt & sperant, ut tamen etiam justitiam Dei pertimescant, eodemque tempore, quo salvari sperant, damnari quoque metuunt, & per hunc damnationis timorem coercentur, ne Deum offendant.

Isaiæ 38. v. 10.

Hugo Car. in c. 10. sup

9. S. Joannes Apostolus in Apocalypsi cap. 10. Angelum quendam vidit, qui in facie solem referens, & veste è nube contexta indutus descendebat cœlo, mox autem ut in terra appulit, pedem suum dextrum super mare, sinistrum vero in terram reposuit: *Posuit pedem suum dextrum super mare, sinistrum autem super terram.* Ubi advertendum est, quod non utrumque pedem super mare aut super terram posuerit, sed unum tantum super mare, & alium super terram collocarit: Et quod vel maximè observari meretur, est, quod dextrum pedem super mare, sinistrum autem super terram posuerit. Quidnam obsecro Angelus hic pedes suos adeo mirabiliter distribuendo & ordinando significare nobis voluit? Nimirum quod nimia in divinam misericordiam spes & fiducia, magnum adferat peccatori malum. Sciendum itaque est, quod sicut per Angelum Christus significatur, utpote qui Angelus dicitur testamenti; per pedem autem dextrum misericordia, per sinistrum vero justitia innuitur, uti mox ex D. Bernardino dicemus: ita per mare illi significentur, qui ob peccatorum suorum reminiscentiam, haud secus ac mare in amaritudine & inquietudine animæ suæ vitam degunt, qui per timorem pœnæ quam merentur, quæque illis ob oculos semper versatur, in evidenti sunt desperationis periculo, per terram vero significentur alii, qui in pessima vita sua immobiles persistunt, quiescunt, & dormiunt, ex nimia in Dei misericordiam concepta fiducia, promittentes sibi peccatorum suorum veniam, & acquisitionem Paradisi securissimam. Quia igitur Christus tanquam pientissimus Pater omnes vult salvos fieri, ideo in cor illorum ne desperent, misericordiæ suæ pedem figit, illos consolando, confortando, animando: in horum autem corda, ne nimiū confidant, pedem ponit justitiæ, & nimiam illorum fiduciam, per gehennæ timorem moderatur & stringit, atque hæc est ratio, cur pedem dextrum super mare, sinistrum vero super terram visus sit figere. Audite locum ad præsens propositum nostrum explicantem S. Bernardinum, *Congruè Angelus iste dexterum pedem super mare ponit, qui quoslibet de Dei misericordia desperantes spe divinæ misericordiæ consolatur: pedem vero sinistrum super terram constituit, qui de divina misericordia præsumentes timore divinæ justitiæ moderatur.* Ambo, scilicet tam qui desperant, quā qui

Apocal. 10 v. 2.

D. Bernardin. p. 3. A. 3.

Matt. 24. v. 10.

qui de divina pietate nimium sperant, turpiter decipiuntur, quia nec desperare, nec sperare nimium peccatori bene convenit, sperandum igitur est, pariter & timendum, sperandum in Dei misericordiam, & justitia quoque ejus timenda.

10. Inter alia quibus Christus Apostolos suos Matthæi 24. cap. alloquebatur, registrata quoque reperiuntur sequentia: *Orate autem ut non fiat fuga vestra hyeme vel Sabbatho*, quasi clarius dicere voluisset: tametsi à Deo fugere quovis tempore vel die malum sit, fugere tamen in hyeme vel Sabbatho longè pessimum est. Idemmet Bernardinus, etiâ citata verba exponens dicit: Fortè ex me scisciatabimini, quidnam Christus hoc loco per hyemem vel Sabbathum intelligat? Ideoque breviter id vobis exponam. Per hyemem igitur quæ frigida est, timorem intellexit & trepidationem, quo peccator ex divina justitia percellitur. Per Sabbathum vero festis & quieti destinatum, confidentia & quies ejusdem peccatoris, divinæ pietati innixa à Christo, innuitur. Tam is, qui ob divinæ justitiæ timorem de Dei misericordia desperat, quam is, qui nimium confidit, miserè perditur: *Hyeme quidem à Deo fugit*, inquit S. Doctor, *qui considerata severitate justitiæ suæ nimio terrore concutitur, in desperationis barathrum ruit. Fugit autem Sabbatho, qui nimis de Dei bonitate præsumit* Tam Cain à Deo fugit seque miserè perdidit, de divina pietate desperando, quam fugit & perditus est traditor Judas, nimium, ut Theophylactus inquit, de eximia traditi Magistri pietate nimium confidendo. De certo quodam viro divite S. Antoninus refert, qui dum morti vicinus esset, eaque quæ per iniqua lucra & rapinas sibi acquisierat, per debitam restitutionem ut relueret moneretur à Confessario, imo ipsimet quoque filii ejus eum, ut ab iniquè partis se expediret, rogarent, miserabilis vir ille, utpote cor saxeum in pectore suo gerens, nihil eorum, quæ ab eis, qui verè illum diligebant, ei dicebantur, præstare potuit, ideoque respondit: *Nescitis quid petatis; oportet vos ire ad hospitale, si cuncta vellem restituere, malè ablata, melius est committere se misericordiæ Dei, quam misericordiæ hominum.* Atque hac ratione, infelix dives iste in Dei misericordiam nimium confidendo, damnatus est. Manna quod in arca asservabatur inclusum infelix ille respexit, & virgam juxta manna positam non vidit, sub quam æternaliter deinceps percutiendus miserè incidit.

D. Bernardin.

Theophylactus.

D. Antonin. p. 4. tit. 14. c. 5.

11. Porrò sponsa naturæ dilecti sui optimè conscia Cant. cap. 5. manus suas cœli stellis similes esse dicebat: Nam ubi nos in vulgata legimus: *Manus illius tornatiles*, a Cant. 5, v. 14. alii vertunt: *Manus illius orbes aurei*, id est, sunt stellæ cœlestes, qui ob splendorem quo micant, aurei esse videntur. Quidnam autem ipsam per hanc metaphoram significare voluisse existimatis? Idipsum videlicet, quod in præsenti discursu docere contendimus. Dicere namque volebat, quod sicut stellæ diversos aspectus habent, ita quoque dilecti sui manus diversis sint præditæ figuris. Nunc enim patris manus sunt, mox vero manus sunt judicis; Nunc panem exhibent, mox exhibituræ baculum; nunc consolantur, mox vero conturbant & infestant; hosce in cœlos exaltant, illos vero in infernum præcipitant. Stellæ ut docent Astrologi lætorum funestorumque eventuum causæ existunt: conferunt & eripiunt sanitatem; panem donant & famem, pacem introducunt & bellum; manus quoque Dei pariter percutiunt & sanant, vivificant & occidunt, affligunt & consolantur; nunc sunt armatæ, mox inermes esse videntur. Stellæ quidem non videntur moveri (unde *à stando stellæ* dicuntur) cum tamen præ omnibus aliis, quæ in mundo sunt, rebus velocissimè moveantur, currant, volent. Haud secus manus Dei veræ stellæ sunt, *orbes aurei*. Dum enim homo sibi illas ob divinam pietatem, languidas, otiosas, & pigras esse persuadet, ideoque Deum offendere & peccare non intermittit, nec pœnitentiæ faciendæ curam habet, miserè decipitur, illæ namque mox ut peccator prævaricatur, castigaturæ, mox ensem arripiunt, & more Regum Persarum acuunt, ut propter misericordiæ divinæ abusum, plagam seu vulnus animæ suæ inferant magis lethiferum; teste Sapiente qui dicit; *Acuit duram*

Cant. 5, v. 14.

Alia Translatio

duram iram in lanceam. Unde quiſquis cerebro pollet, plus miſericordem, quam iratum Deum veretur; ſapiens expertuſque viator non flumina murmurantia, ſed quieta & tranquilla, utpotè profundiora quàm maximè timet.

12. Hieronymus Oleaſter exiſtimat, verba illa quæ Deus Iſaiæ cap. 63. loquitur, dicens: *Dies ultionis in corde meo, annus redemptionis meæ venit,* meritò pertertefacere debere quemlibet peccatorem, eundemque ad concipiendam de erroribus pœnitudinem exſtimulare. Verum verba illa bene inſpicienti mihi videtur, illum malè opinatum eſſe, ſiquidem verba illa talia minimè eſſe videantur. Imò ſi peccator dicta verba benè ruminet, potius inde animabitur ad tanto pertinacius in peſſimo vitæ ſuæ ſtatu perſeverandum, quam quod ex illis ad deſerenda peccata, agendamque pœnitentiam ſit promovendus. Ex quo enim Deus gratiarum ſuarum tempus adveniſſe dicit: *Annus redemptionis meæ venit,* Ex quo furorem juſtitiæ ſuæ, ex congenitæ ſibi pietatis inſtinctu ſe ſiſtere, atque intra cordis ſui mœnia occludere & coercere velle promittit, ut hac ratione iis, qui ſupplicio digni ſunt, non caſtigentur, & ſumenda de eis vindicta differatur magiſque tardetur (hoc namque inſinuare videntur verba illa: *Dies ultionis in corde meo*) utique peccator ex una parte ſe divinæ gratiæ donis perfrui conſpiciens, ex parte verò altera Dei iram furoris ſui in corde ſuo refrænare & coercere advertens, nullam prorſus occaſionem habet malum aliquod pertimeſcendi, imò potius animo lætoatque ſecuto vivendi, nec non in peccato ſuo perſeverandi, cauſam non modicam habebit. Verum enimverò, quodſi peccator, inquit præno minatus Doctor, hanc ſcripturam audiens, in haſce aut ſimiles cogitationes deſcendat, ſemetipſum gravitet deludit & decipit: Audiens enim peccator, quod Deus iram & furorem Juſtitiæ ſuæ in corde ſuo coerceat, ad magis timendum ac trepidandum exſtimulati debet, quàm ſi iram ſuam non comprimeret, ſed laxatis habenis in caſtigandum peccatorem pleniſſimè effunderet. Quantò enim Deus juſtam iram ſuam effundere, humanaque ſcelera caſtigare diutius differt, tantò crudelior & inſanabiliot p'aga erit, quam tandem in fine eſt illaturus. Sicut enim aqua quæ eſt in canali ſuo, minimè ſiſtitur, ſine ulla violentia aut impetu manare videtur, cum tamen ſi curſus ejus aliquo interjecto fuerit obice impeditus aut coercitus, ſublato obice ſummo cum impetu & vehementia laxare & exonerare ſe ſoleat; ita quoque furor Dei non eſt peccatori adeò damnoſus, dum à divina pietate minimè coercetur, quam ſi poſtquam diu ſuſpenſus fuit, tandem pleno furoris impetu effundatur. *Non ideo peccando putes,* inquit hic Doctor, *quoniam ſervata in corde ira ſolet majori impetu effundi: ſi aquam ſuis meatibus & rivis aſſuetis ire ſcitis, vix impetum curſus ejus deprehendis, ſed cum eam reprimas, quis poſtmodum ejus robur ſuſtinebit?* Abulus divinæ pietatis, & patientiæ illius contemptus, quacum Deus enſem vindictæ, ad pœnitentiam te exſpectans, ſuſpendit, majoris mali tui cauſa erit. Tonitru quod intra nubes multo tempore emiſſo jam fulmine coercetur, majori cum impetu erumpit, & mala majora facere conſuevit. Quantò magis enſis poſt tergum retrahitur, tantò validior per eum ictus infertur. *Punit tantò acrius,* inquit B. Laurentius Juſtinianus, de Deo loquens, *quanto magis patienter tolerat, nam gravitatem ſupplicii longanimitatis expectatione compenſat.*

Iſaiæ 63.

Oleaſter in c. 63. Iſaiæ.

Laur. Juſtin. ſerm. exhortat. ad Conv.

13. Tandem pro diſcurſus hujus coronide locum quendam è Pſalmo ſeptimo deſumptum nonnihil ponderemus, ubi Regius Propheta de Deo loquens dicit: *Arcum tetendit & paravit illum, & in eo paravit vaſa mortis.* Notandum igitur Davidem quidem dicere, quod Deus arcum ſuum tetenderit, non tamen enucleatè dicere, cum quo vel quali eum inſtrumento tetenderit? Et certe quantum aſſequi poſſum, illum inſtrumento chordæ miſericordiæ ſuæ tetendiſſe videtur. Nunquid enim ſuperius me dicentem audiſtis, ly *miſericordia,* idem ſignificare, quod *miſerorum chorda?* ſicut enim ſagittarius per chordam in arcus brachiis extenſam, lignum arcus tendit & flectit prout vult: Ita Deus miſericordiæ ſuæ virtute, juſtitiæ ſuæ rigorem

Pſal. 7. v. 13.

flectit, ne ad scelera nostra castiganda exsolvatur, dum emendationem nostram interea patienter præstolatur. Quia verò arcus, quantò magis tensus videtur, tantò majorem ictum facit, dum chorda exsolvitur; ita quoque tantò asperius vulnus erit, quod divina justitia infliget, quantò magis tensa & suspensa fuerit à divina misericordia. Est hic conceptus S. Antonini Archiepiscopi Florentini: *Divina misericordia, inquit, quodammodo flectit severitatem divinæ Iustitiæ, ut expectet diu peccatores, & non puniat, ut merentur: sed relaxata chorda, lignum revertitur ad suum rigorem, & quantò magis chorda flexit lignum, tantò magis reflexit in eum, in quem mittitur.* Hinc igitur ô frater peccator perspicuè intelliges, qualiter divinæ pietatis abusus, qua Deus te ad vitæ tuæ emendationem præstolatur, tibi non solum nequaquam futura sit utilis, quin potius, majora mala & damna animæ tuæ sit illatura. Deus quidem benignus & misericors est, prout quotidie experieris, verum insuper quoque justus est, prout suo tempore cum incomparabili damno tuo experieris, nisi à stultitia tua resipiscere incipias. Ipse namque sicut justos exaltat & erigit, sic deprimit peccatores: *Positus est in ruinam & resurrectionem multorum.*

D. Antonin. p. 4. tit 5. c. 14 §. 2.

***

SERMO

SERMO II.

IN DOMINICAM INFRA OCTAV. NATIV. D. N. JESU CHRISTI.

THEMA.

Positus est in signum, cui contradicetur.
Luc. 2.

ARGVMENTVM.

Quia homines virtuosi, qui de illatis sibi injuriis vindicare se nolunt, ab hoc mundo velut fatui contemnuntur & malè tractantur, ideo Deus pro eis summo cum rigore vindictam sumit.

QUodsi à nonnemine quidnam mundus sit interrogati fueritis, aptè respondebitis, si mundum stultum & fatuum esse dicatis. Verè enim stultus est, quia ridet dum flendum sibi potius erat, siquidem de damno tuo lætatur & gaudet, & è contra dum ridendum sibi esset, plorat, quia proprium ei bonum suum displicet. Pennis carens volare contendit, destitutus meritis in cœlum evehi & salvari cupit. Atque ideo Deum illum veluti delirum & fatuum in hospitali terræ hujus collocavit, ubi innumerabilium afflictionum virga & baculo tamdiu graviter ad livorem usque percutitur, donec à morbo suo purgatus & sanatus resipiscat. Tanquam stultus totidem veluti catenis jacet onustus & vinctus, quod terrenis obligationibus stultè cernitur esse obstrictus, propter quas impeditur, ne manus admovere possit operibus virtuosis, aut pedes suos dirigere in viam salutis. Tanquam stultus cum verè ignorans sit, sapiens sibi esse videtur, divitè se reputat cùm sit pauper, cùm infirmus sit milleniisque morbis obnoxius, fortem, sanum & vegetum se esse arbitratur. Quia stultus est, Medico suo indignatur & irascitur, qui illum tot modis saluti pristinæ restituere, atque ad sanam mentem revocare contendit. Tanquam stultus velut alter quidam Vlysses salem seminat, dum

in omnibus negotiis ſuis oleum & operam perdit Quia ſtultus eſt, ideo quem non debet amare diligit, odit verò quem minimè debebat odiſſe; amat vitioſum omni prorſus amore indignum, virtuoſum econtra ſui minimè merentem irreconciliabiliter odit. Ad hanc ſe ſtultitiam & amentiam ſapiens reflectebat Simeon, quando Chriſtum Deum noſtrum & Dominum virtutum beatis brachiis ſuis ſtringens, ipſum humanarum contradictionum & oppoſitionum metam & ſignum futurum eſſe virgineæ matri ſuæ
Luc. 2. v. 34. longè ante prædixit, dicens: *Poſitus eſt in ſignum, cui contradicetur.* Atque ideo omnem hominem virtuoſum quamdiu eſt in terra & in hoc mundo vivit, una cum Domino ſuo contradictiones & perſecutiones pati & ſuſtinere communiter videmus Mundus enim quia virum juſtum quantumvis percuſſum & humiliatum, veluti ſaxum quoddam perſecutiones non perſentiſcere, nec adverſus percuſſorem indignari, nec malum pro malo, ſed potius pro malo bonum rependere videt, omne malum eidem inferre non deſinit; Imò quia ſtultus eſt, ſe de malo alteri illato impunem manſurum eſſe firmiter credit, minimè attendens, quod Deus ſervorum ſuorum offenſas & illatas injurias ſummo cum rigore vindicare, eorumq; perſecutores inauditis ſuppliciis caſtigare & punire conſueverit. Id quod præſenti diſcurſu enucleatius Deo dante dilucidabimus.

2. Huc igitur optimè in primis mihi locus quidam ex libri Geneſeos capite trigeſimo nono inſervire poterit, ubi Sacer Chroniſta refert, quod ſceleratiſſima illa mulier, Putipharis incontinentiſſima conjux, poſtquam omnibus modis & adhibitis inventionibus in hoc contendiſſet, ut caſtiſſimus Joſeph in hoc condeſcenderet conſentiendo, quod ab eo fuerat illicitè poſtulatum, vere cundumque hunc juvenem ingens ſcelus iſtud nullo modo ſecum committere volentem, quin potius exhorreſcentem vidiſſet & execrantem, mox amore in odium converſo, ex amante inimica facta, omnem ſuam culpam cum inaudita quadam temeritate ſuper eum apud maritum exonerare decrevit, dixitque marito: *Ingreſſus eſt ad me ſervus Hebræus, quem adduxiſti, ut illuderet*
Geneſ. 39. v. 17. *mihi, cumque vidiſſet me clamare, reliquit pallium quod tenebam, & fugit foras.* Imprudens autem Putiphar, quia facilem nimis ſalaci & mendaci uxori ſuæ fidem adhibuit, ipſum apprehendi, ligari, perque multos annos in ſqualido carcere careuis onuſtum, peſſimè tractari præcepit. Obſervat hanc rem pro more ſuo, ingeniosè admodum S. Ambroſius, qui proinde mulierem iſtam ad hanc mendacii adverſus Joſephum excogitati fabricam ſtultè ſe reſolviſſe exiſtimat, utpotè quæ conſideratè prævidere, & timere prius debuiſſet, ne Joſeph falſo accuſatus, pro ſui defenſione juſta, caſum ſicut in veritate acciderat, marito explicaret, ſuamque culpam palam detegeret, hacque ratione omne damnum in ipſam recideret: ſic namque maritus utique re bene expoſitâ & intellectâ, ipſam velut turpe ſcortum non ſolum repudiaſſet, verum etiam pœna turpiſſimæ mortis in eandem animadverſiſſet, eo videlicet ſupplicii genere, quo ſecundùm leges caſtigari adulteræ ſolent. Tandem verò ſancto huic Patri Joſephum hunc, juvenem virtuoſum, integerrimumque honeſtatis & pudicitiæ ſpeculum eſſe, conſideranti, viſum eſt dicere *Juſtus accuſare non novit, ideo impunè hoc impudica faciebat.* Quaſi clarius dicere voluiſſet, quia perfida hæc mulier per continuam cum Joſepho converſationem Joſephum noverat virum eſſe virtuoſum & bonum, neque aliquam ab illo inſidiatum illatarum vindictam aut viciſſitudinem metuebat. ideo nihil ab illo mali ſibi timens, peſſimè illum affligere, deq; illo quicquid habebat mendaciter dicere ſtatuit, certò ſibi futurum perſuadens, quod Joſephus ſe apud maritum nequaquam defenderet, aut illam tanquam adulteram accuſaret, aut caſum ipſum ſeu facti ſpeciem, ſicuti contigerat, palam ediceret. Quodſi aſtutiſſima hæc mulier ſibi cum homine aliquo mundano, vitioſo, vindicativum negotium intercedere ſciviſſet, qui, ut mundus dicere ſolet, ſanguinem defert in oculis, aut muſcam in naribus diu infidere non permittit, nec mordetur à cane, quin illum depilet, utique illum falsò accuſare, eoq; quo fecerat, modo, crudeliter tractare minimè auſa fuiſſet. In tantum igitur mundus hominem aliquem

D. Ambr. de Joſeph. cap. 5.

vir-

virtuosum & probum duritet tractat, in quantum illum se non defendere, aut offendentem offendere notat.

3. Proverbiorum cap. 1. nonnulli scelerati homines hæc inter se invicem verba dixisse leguntur. *Insidiemur sanguini, abscondamus tendicula contra insontem frustrà, deglutiamus eum sicut infernus viventem*; quasi apertius dicere voluissent: cur vitum virtuosum & probum decipere & deglutire tardamus? quidnam nos à proposito nobis facinore impedit? unanimiter in ejus nos accingamus pernitiem, quia nihil est, quod impedire nos valet. *Prov. 1. v. 11.* Observandum est autem, quod dum inter se de inferendis homini virtuoso & bono injuriis & damnis, consilia agitant, non dicant masticemus eum, sed deglutiamus eum; quasi non homines essent, qui cibum, antequam deglutiant, masticare prius solent, sed vel lupi, vel balenæ, quæ quod manducant, non masticant, sed deglutiunt; cur igitur qui homines erant, illum prius masticando non terunt, donec deglutiant? quia nimirum securi erant, quod nulla in hoc facinore eis obventura difficultas esset. In tantum enim cibus deglutiendus masticatur, in quantum se sine periculo aut difficultate deglutire non permittit; sic enim aqua, vinum, aut alius qualiscunque liquidus potus, qui facillimè absorbetur, non masticatur. Ita quoque quando perversi illi homines intelligunt, quod aliquis ipsis non multum absimilis, offensas aut injurias sibi irrogari non facilè permittat, videatque quod mala tali accersendo, variæ illis occurrere possint difficultates, priusquam illum deglutiant, bene & minutim illum prius masticant, omnibus utuntur artibus, omne studium adhibent, atque ut conceptum felici eventu terminetur facinus, antequam illud ordiantur, oculos suos bene & sollicitè aperiunt, & quaquaversum circumspiciunt. Econtra dum hominem virtuosum affligere volentes, utpotè qui ab injuriis sibi illatis se defendere aut ulcisci, aut se offendentes offendere nescit, nullum in proposito sibi facinore inveniunt, quæ illos impedire valeat, difficultatem, huuc non prius masticant ut deglutiant, sed sepositа omni graviori cogitatione & metu oculis quasi clausis pro libitu & arbitrio suo pessimè illum affligunt & vexant.

4. Psal. 52. Deus de nonnullis scelera-tis perversisque hominibus plurimum lamentabatur, quod videlicet hi tales populum suum haud secus ac panem manducarent: *Devorant plebem meam, ut cibum panis.* *Psal. 52. v. 5.* Quo in loco Deus per plebem suam homines intelligebat bonos & virtuosos; sicut enim homines scelerati & impii Dæmonis plebem constituunt, ita virtuosi plebs Dei dici merentur. Porrò causam scire percuperem, cur scelerati homines plebem Dei sicut panem manducent, non verò sicut carnem aut pisces, qui etiam alias non ingratus sunt hominum cibus? inprimis dici posset, Deum id dixisse, ut per hoc nobis innuat, quod homines virtuosi & boni à toto mundo molestentur & offendantur; panis etenim universalis est omnium hominum cibus, cum econtra multi reperiantur homines, qui pisces non manducant, multi etiam qui carnes comedere nauseant, vel quia infirmi sunt, vel quia ex alia causa id iis accidat, nullus attamen reperitur, qui panem non comedat. Homo virtuosus panis est, qui ab omnibus scelera-tis comeditur & devoratur, à parvis & magnis, à potentibus & debilibus, à viris & fœminis, quilibet pro suo libitu, cum devorat, quilibet affligit & molestat. Præter hanc portò rationem alia superest non contemnenda, quam gravis quidam ex Doctoribus modernus adfert, scilicet Deum hominem virtuosum nec carni, nec piscibus assimilare voluisse, sed pani; eo quod panis ossa non habeat sicut caro; nec spinas, uti pisces, qui proinde non absque metu & timore manducantur; sic enim nemo quoque est qui timeat quod homo virtuosus & justus de acceptis injuriis sese sit vindicaturus, utpotè qui omnia mala patienter tolerat & recipit: *Non dicit sicut carnes, quæ habent ossa & resistentiam nec sicut escam piscium, qui habent spinas, sed sicut escam panis, qui est suavis & mollis, in quo non reperitur resistentia ad manducandum, & devorandum, non enim habet ossa & spinas.* *Philippus Diez tom. 1. par. 1. Dom. in Ramis.* Porrò homo aliquis virtuosus, dum in hoc mundo vi-

vivit, asinæ Hierosolymitanæ similis esse videtur, quæ ab unoquoque oneratur, vexatur, agitatur.

5. Idemmet conceptus in Psalm. 82. depromitur, ubi Prophetа hunc cum Deo sermonem miscet: *Super populum tuum malignaverunt consilium, & cogitaverunt adversus sanctos tuos. Dixerunt: venite & disperdamus eos de gente, & nomen Israel non memoresur amplius. Quoniam cogitaverunt unanimiter simul adversum te testamentum disposuerunt tabernacula Idumæorum & Ismaelitæ, Moab & Agareni, Gebal, & Ammon, & Amalec, alienigenæ cum habitantibus Tyrum. Etenim Assur venit cum illis, facti sunt in adjutorium filiis Loth.* Omnes homines, omnes mundi nationes, & quotquot terra gentes habet communi consensu convenerunt in unum, & juncto fœdere conjuraruntadversus sanctos Dei, omnes ad inferendum illis bellum armati sunt, & in aciem prodierunt. Quodsi verò cupidi sitis sciendi causam, quæ universum mundum ad bellum sanctis intentandum permovit? En illam in promptu habetis; id namque fit quia se ab eis à quibus infestantur nec defendere volunt nec offendentes moliuntur offendere. Acutè Oleastet hoc loco notat, quod ubi nos legimus *adversus sanctos tuos*, alii vertant: *adversus absconditos tuos; & dicit: vides adversus quos bellum est? nempe adversus absconditos, totus ferè orbis adversus bonos conjurasse videtur.* Scit namque mundus sanctos suis in latibulis abscondi, dum offenduntur: terga inimicis suis obvertunt non faciem, cedunt cuivis bellum illis moventi, atque inde impiis animus crescit, eosdem molestandi, divexandi, damnificandi. Quodsi non se absconderent, sed potius adversus sibi insultantes sese defenderent, & armati proderent in publicum, qui armati eos aggrediuntur, quilibet illos molestare aut divexare metueret.

Psal. 82. & seq.

Oleast. in 6. 3. Gen.

6. S. Lucas refert, quod quia Pilatus interrogando Christum, ipsum Galilæum esse intellexit, Galilæa autem eo tempore non suo, sed dominio subesset Herodis, qui eo tempore pro honore festorum Paschalium Hierosolymis commorabatur, hinc Christum ad illum Regem, veluti ad naturalem Dominum suum remittere voluerit, ut causa ejus à proprio suo judice cognita dirimeretur. Herodes autem cælorum Regem coram se constitutum, veluti stultum & fatuum hominem contemnens & deridens, post multas subsannationes ad Pilatum remisit, à quo demum mortis condemnatus fuit. Id quod S. Evangelista teste, occasio quædam fuit, ut duo hi Principes mutuas sibi dexteras darent, & integerrimi iterum amici fierent, qui hactenus infensissimi hostes extiterant: *Facti sunt amici Herodes & Pilatus in ipsa die, nam antea inimici erant ad invicem.* Etenim amici facti sunt, quia in unam eandemque rem consenserunt; uterque communi consensu Christo ad mortem usque molestus fuit, nulla fuit hac in re inter illos differentia aut discrepantia. Verum enimverò, quod in hac utriusque hujus Principis amicitia, quam maximè mirandum est, est magna facilitas quacum hi duo Principes pacificati sunt, & in eundem animi sensum coaluere. Notum etenim est, quod ad hoc ut duo magnates potentes in mutuam pacem & animorum concordiam coalescant, multi sæpe menses, imò multi anni transeant, eunt & redeunt legati, mittuntur & remittuntur mediatores ex utraque parte missi; multæ exiguntur conditiones, varia proponuntur capitulationis capita, magnis sæpè studiis ad superandas difficultates obvias franguntur capita, hac in pace viri magnæ authoritatis in multam usque noctem laborant & intermediant, & tamen quæ sperabatur pax sæpè non concluditur. Quomodo igitur hæc pax tanta cum celeritate concludi, & in effectum sine ulla difficultate redigi potuit? Nemo id miretur, inquit Joannes Gerson, quando hac in pace totum negotium agitabatur contra Christum *Facilè duo lupi, conveniunt ad capiendam unam ovem.* Eo ipso quo consilia agitabantur de infestando & occidendo Christo, de affligendo homine aliquo innocente, facile duo scelerati homines ad invicē consentire poterant. *Duo lupi ad capiendam*

Luc. 23. v. 12.

Ioan. Ger son. ser. de passione.

dam unam ovem, quæ nulla ad ſui defenſionem arma habet, facilè conveniunt. Longè difficilius duo lupi adverſus alium lupum, vel adverſus canem aliquem, aut contra leonem, qui vendicare & defendere ſe generosè poterant, conſenſuti fuiſſent, ſic quoque mundani ad inferenda alicui ſcelerato damna difficulter convenient, licet ad ſanctum aliquem affligendum concordare indilatè & ſine ulla difficultate poſſint: duo lupi facilè conveniunt ad capiendam unam ovem. Huc quoque ſpectat lepidus ille apud Æſopum apologus, in quo refertur, quod dum canis corniculam ovis dorſo inſidentem, eandemque roſtro & unguibus ſine ullo reſpectu divexantem cernens, corniculæ diceret, certus ſum quodſi tergo meo inſideres, neutiquam præſumeres facere quod pauperculæ huic ovi facis; eidem à cornicula reſponſum fuerit: *Scio quibus inſultem*, quaſi dicere voluiſſet, niſi mihi cognita eſſet beſtiæ hujus natura, non utique facerem quod modò facio; ſcio quia cùm ove mihi res eſt, quæ ob congenitam ſibi manſuetudinem, facere me ſinit, quod volo, neque ab illa ullam timeo de injuria ei illata vindictam. Sic quoque mundus quia ſcit quod quantumvis hominem aliquem virtuoſum affligat, nullam tamen ob id habent veteri vindictam, ideo illum pro ſuo libitu moleſtare, nec quicquam dubitat. *Scio quibus inſultem.*

Æſopus.

Pſal. 16. v. 4.

7. Locus ille Pſalmi 16. *Propter verba labiorum tuorum, ego cuſtodivi vias duras*, hunc mihi ſenſum habere videtur: Ex quo tu mihi, ô Deus meus, præcepiſti ut eos diligam qui me oderunt, iis, qui me calumniantur, non reſpondeam, benefaciam malefacientibus mihi, vitam profectò admodum duram pariter & laborioſam agere debeo, moleſtum & laborioſum cælum verſus iter perficio. Quaſi tacitus ſubjungere voluiſſet, ex hoc enim præcepto mundus occaſionem capit me abſque ulla formidine variis exercendi & affligendi ærumnis; cùm enim non ignoret, quam ſim exactus & ſollicitus, ne in præceptorum tuorum obſervantia negligens inveniar, ideo cùm nequaquam meam de injuriis acceptis timere habeat vindictam, nullam me affligendi, meque in omni loco calumniandi occaſionem negligit. Et certè ſi hunc in modum locus iſte exponatur, veriſſimam tangit & aſſignat ærumnarum, quibus veri ſervi Dei exercentur, rationem. Mundus ejuſmodi virum nunquam perſecuturus eſſet, ſi ſciret quod offenſus aut læſus ſeſe defenſurus eſſet, aut vindicaturus. Serpens uti fabulatur Æſopus, omnium pedibus conculcatus, de hac ſibi paſſim in omnibus locis ab hominibus illata injuria coram Jovis ſolio lamentata, ab eo hoc reſponſum tulit: *Si quis prior conculcavit, pupugiſſes, nequaquam id facere ſecundus aggreſſus fuiſſet.* Ex quo ſervi Dei neminem, eorum qui eos divexant & infeſtant, offendere volunt, hinc ad illos moleſtandos & tribulandos cuilibet animus creſcit. Quodſi dum primitus offendebantur, ſuis ſeſe æmulis oppoſuiſſent, juſtamque pro illatis injuriis rependiſſent vindictam, nullus eos iterato offendere, aut moleſtus eis eſſe præſumpſiſſet. Viliſſimus & abjectiſſimus eſt mundus iſte, & vulturi perſimilis, qui nulli moleſtus eſt animali vivo, quod ſeſe defendere poſſe novit, ſed mortuis tantum inſidiatur animalibus, quæ ſe abſque ulla reſiſtentia dilacerari atque diſcerpi permittunt. Quiſquis virtuoſus eſt, mortuus eſt, qui nullum habet in bonis temporalibus ſenſum, dummodò non amittat æterna.

8. Numerorum capite duodecimo invenietis, quod Spiritus Sanctus de Moyſe exercitus Dei generalis Duce & Archiſtratego, excellentiſſimum prorſus edat encomium, dum ſcilicet illum manſuetiſſimum hominem eſſe dicit, quem mundus unquam vidit: *Erat enim Moyſes vir manſuetiſſimus ſuper omnes homines, qui morabantur in terra.* Etenim quoniam credibile non eſt hanc laudem magno huic viro meritè accidentaliter & fortuitò datam fuiſſe, ſed ex certa quadam occurrente occaſione de illo fuiſſe pronuntiatam, ideo meritò quænam fuerit hujus de Moyſe editæ laudis occaſio inveſtigandum erit. Toſtatus exiſtimat, occaſionem laudis iſtius fuiſſe:

Num. 12. v. 3.

fuisse detractionem Aaronis & Mariæ contra Moysen, ut hâc ratione innueret nobis, quidnam illos ad male de tam illustri viro loquendum permoverit; rametsi enim temerarii murmuratores isti, inquit hic Doctor, ex una parte sciverint Moysen virum esse valde potentem, miræque authoritatis in populo, qui tot sub suo Dominio armatos habebat, idcoque detractiones ab istis contra se factas facillimo negotio vindicare, & detrahentes sibi debito posse supplicio castigare, atque ob id à murmurationibus continere se debuissent: quia tamen ex parte altera sciebant, quod agnus esset supra modum mansuetus, qui proinde ob hanc mansuetudinem suam nullam de malefactoribus suis vindictam sumpturus, neque malum pro malo iisdem redditurus esset, ideo nihil sibi ab ipso mali formidantes audacter illum offendere, & contra illum murmurare non dubitarunt. *Hoc ponitur*, inquit hic Doctor, *ad ostendendum quomodo Maria & Aaron ausi fuerunt murmurare contra Moysen; quia timere debebant, quod Moyses redderet eis vices maledicendo illis, aut cum esset princeps populi, inferendo eis pœnam, & tamen non timuerunt: quia cum Moyses esset vir mitissimus, neque malediceret neque murmuratores puniret si tamen scirent eum non esse mitem, non auderent murmurare contra ipsum timentes vicissitudinem.* Natura mundanorum hominum è diametro est naturæ tonitrui contrariæ; cum enim tonitru id solum offendat, quod illi resistit, ei verò quod illi cedit, minimè nocet, consumit ensem quia ob duritiam suam illi resistentiam facit, & non tangit vaginam, quæ utpotè mollis ei cedit: mundus è contra vexat & infestat eos, qui illi cedunt, qui verò illi resistunt, nequaquam attingit. Est veluti alter quidam crocodilus, qui sequitur fugientem, & sequentem fugiendo declinat.

9. David Propheta in psalmo vigesimo primo de semetipso loquens dicebat: *Ego autem sum vermis & non homo.* Verum cur vermem se & non hominem esse dicit, cum certum sit ipsum verum hominem & non vermem fuisse? Quantum assequi possum, id dicere voluit ad insinuandam nobis admirabilem eius mansuetudinem, propter quam sicut ab omnibus sui temporis celebrabatur, ita quoque infestabatur & contemnebatur à multis, ab ipsismet etiam propriis filiis suis. Quodcunque aliud animal, dum se offendi, lædi, aut injurias pati videt, vel se tuetur & defendit, vel etiam reoffendit eum à quo offensam patitur, solus vermis offensus aut læsus, nec se defendit, nec offendit alios. Homo igitur mansuetudinis virtute præditus vermis appellandus est & non homo; si enim homo esset, lupus futurus esset inimicis suis, terribilesque adversus illas meditaturus vindictas: *homo homini lupus*, inquit Prov. Quia igitur homo virtuosus vermis est, quia affligi se impunè permittit, quia non meditatur aut cogitat vindictam, ideo mundus quodvis illi damnum inferre minimè timet. Si fias ovis, dicitur in vulgari axiomate, manducabit te lupus. Non utique manducaretur à lupo, si non in ovem, sed in lupum se converteret: lupus enim non insidiatur aut nocet lupo, sed ovi, illis nimirum, qui nullos, quo se tueantur aut defendant, dentes habent. Vermiculus quidem lignum mordet & perdit, quia sine ulla reoffensa sui offensoris, morde i & corrodi se permittit, non tamen ausus est mordere ferrum, quod non solum se morderi non permittit, verum insuper ei, à quo mordetur, dentes contundit & perdit. Piscis magnus minorem devorat, quia devorari se patitur, non verò majorem, qui devoraret, ne devoraretur. Vulpes non aquilam, sed gallinam prosequitur: hæc enim nec offensivis nec defensivis est armis munita, cùm tamen aquila unguibus & rostro offendat eos, qui eam lacessere præsumunt.

Psal. 21. v. 7.

10. Consideratione dignissimus est locus iste Genes. 45. capite, ubi dicitur quod Joseph Patriarcha cum fratribus suis jam manifestatus esset, illos fuerit peramanter amplexatus & osculatus. *Osculatus est Joseph omnes fratres suos.* Cur obsecro amplexibus & osculis dignatur eos, quos vulnerare potius & occidere debebat? Verum quidem ipsos fratres ejus fuisse, verum capitalissimi etiam ejus fuerant inimici. Annis namque superioribus ob irreconciliabile, quo erga eum ferebantur odium pessimè eum fuerant persecuti: quando in domo patris sui cum illis erat, vita ipsum exuere decreverant,

Gen. 45. v. 15.

rant, cumque & fratricidio isthoc committendo impediterentur, ipsum veluti infame quoddam mancipium Ismaelitis vendebant. Hi certè perfidi & impii fratres, non fratres, sed crudelissimi potius dici merentur inimici; unde pessima ipsorum circa Josephum fratrem suum facta proposita alia merebantur responsa quam amplexus & oscula. Nec dicere possumus ipsum fictè eos osculatum fuisse, eo quod dissimulare debuerit, quando aliter facere non poterat. Jam enim absolutus Ægypti Prorex & Dominus erat, qui proinde ad vindictam de iis sumendam convenientius tempus, aut commodiorem occasionem nanciscì non poterat, si aliquam fuisset vindictam meditatus. Jam enim magnæ illius aulæ regiæ supremus moderator & Dominus erat, ideoque illos pro suo libitu in carceres conjicere, scorpionibus cædere, denique occidere potuisset; aut verò si minus malum illis voluisset irrogatum, eosdem veluti mancipia & servos emptitios vendere potuisset, prouti ipsi eum adhuc juvenem Ismaelitis vendiderant. Cur igitur in illorum corruit amplexus & oscula? Oleaster id S. Patriarcham fecisse dicit, ut illis per hæc oscula malum redderet, quod ab eis acceperat, prouti omnes alii servi Dei facere solent: *Ecce quomodo solvunt sancti mala* *Oleast. in c. 49. Gen* *sibi à fratribus illata*; quasi dicere voluisset. Nolite mirari, quod tantis offensis & injuriis acceptis per amplexus & oscula amanter correspondent, quia homo sanctus & virtuosus erat: sic enim & non aliter sancti tractare solent eos, à quibus offenduntur & injurias accipiunt: Nesciunt enim reddere malum pro malo, sed bonum pro malo rependunt, amplexibus & osculis deliniunt eos, qui ipsos ira prosequuntur & odio. Ecce igitur synceram rationem ob quam tantus fuerit à pessimis fratribus suis injuriis & miseriis affectus. Jam enim probè noverant, quis & qualis esset is, quem infestabant; sciebant eum quocunque tandem modo, & quantumcunque ab iis offendere-

tur, ipsum tamen non solum nullam cogitaturum esse adversus eos vindictam, verum etiam post acceptas & perpessas offensas futurum beneficium, atque ideo non timebant eum affligere, angustiari, prouti fecerant. Sciebant eum columbam esse sine felle, quæ rostrum ad osculandum tantum haberet, non verò ad molestandum eos, qui ipsum molestaverant.

11. S. Chrysostomus perversæ Dalilæ tradimentum, quod Samsoni marito suo ordiebatur considerans, præ admiratione obstupescit & dicit: Quidnam sceleratissimam hanc mulierem ad tantum damnum ipsissimæ carni suæ inferendum instigavit? Num fortè Samson vir aliquis turpis & deformis, debilis & infirmus, aut malignus & vitiosus erat, quod propter ejusmodi defectus illum adeò exitiosè oderit, & ne videre eum diutius cogeretur, illum manibus inimicorum suorum occidendum tradiderit? Porrò id minimè dici poterant, quia Samson vir pulcherrimus erat, cui fortè suo tempore similem mundus non habebat, utpotè qui eo quod non aliter ac sol quidam præ omnibus aliis hominibus pulcher esset & decorus, Samson est appellatus, quod nomen idem significat, ac *Sol ejus*. Erat idem fortissimus qui videri inter omnes homines poterat; cum eadem quippe facilitate apprehensum declarabat leonem quacum agnum occisurus fuisset, qui proinde solis armis maxillæ mortui alicujus jumenti munitus mille vicit & prostravit Philistheos. Denique adeò sanctus erat, ut multis esset miraculis illustris, prouti saxum ab eo sitiente percussum & aquas manans, & multa alia testantur. Cùm igitur Dalila maritum habuerit pulcherrimum, fortissimum, & præ omnibus sui temporis sanctissimum, quem proinde viscerosissimè & ardenter amare, magnique facere debebat, quidnam ipsam ad tantam Samsoni irrogandam injuriam & probrosam mortem inferendam instigavit? Tandem verò ipsam tum à pervesa sua voluntate; tum à sancti illius viri simplicitate & bonitate instigatam fuisse respondet. *Mulier tam*

D. Chryſ. hom. 15. in Matth. in diverſ. *forti viro prævaluit ex ingenita illius ſimplicitatis bonitate, & ſuæ malitiæ calliditate.* Quia enim ipſa una ex parte ſceleratæ erat & maligna, ex parte verò altera mariti ſui bonitatem & ſanctitatem noverat; propter quam illum irrogatas ſibi injurias non tanti æſtimaturum neque etiamſi poſſet, vindicaturum eſſe præſumebat, ideo ipſius necem machinati, eumque in manus inimicorum ſuorum tradere non dubitavit, nec quicquam timuit. Homo namque probus & bonus meta & ſignum eſt offenſarum omnium hominum, etiam quas mulierculæ irrogare poſſunt, quæ alias ob debilitatem & puſillanimitatem ne ad vermem quidem occidendum manus ſuas levare poſſunt.

Cant. 8. v. 14. 12. Salomon in Canticis Dei ſervum capreæ ſimilem eſſe dicit: *Aſſimilare capra.* Eſtque comparatio Dei ſervum inter & capream aptiſſima valdeque idonea. Ipſe namque haud ſecus ac caprea quædam, relicta hujus mundi planitie in cœli montibus, ut plurimum habitat; dicitque cum Apoſtolo: *Ad Phil. 3. v. 20.* *noſtra autem converſatio in cœlis eſt.* Acutiſſimo etiam eſt viſu præditus, utpotè qui venatores infernales qui eum ad vulnerandum & occidendum venantur procul à ſe conſtitutos videt & prævidet. Tanta quoque velocitate currit, ut eodemmet tempore, quo in terra conſpicitur, in cælo quoque videatur, ubi ab inſidiatorum ſuorum ſagittis abſconditur & defenſatur. Dulcem præterea ac teneram carnem habet, cùm ſit indole præditus adeò amabili & compaſſiva, ut ipſa quoque ſaxa eum amore proſequi videantur. Et quia caprea, quia non ſicut aper dentes habet, nec cornua ut cervus, ideo quoque à nemine timetur, & præda ſit omnium venatorum. Unde

Martialis

Dente timetur aper, defendunt cornua cervum,
Imbelles damæ quid niſi præda ſumus.

Inquiunt capreæ apud Martialem: eodem prorſus modo probus & juſtus, quia ob manſuetudinem & bonitatem ſuam neſcit iraſci, nec de receptis offenſis meditari vindictam, ideo quoque à nemine timetur, ab omnibus pati ærumnas cogitur, moleſtatur ab omnibus, omnium fit præda, & ſcopus eſt in quem omnes mundi perſecutiones collimant. De quo ipſe quoque non ſolum non dolet, verum intimè lætatur, ſibique complacet, non ignorans, quod perſecutiones patienter toleratæ, monetæ ſint, quibus regnum comparatur viventium, ſiquidem Deus vitam beatam non confert alteri, quam iis duntaxat, qui in hoc mundo vitam traduxere miſeram. Atque hinc eſt, quod ſæpe ærumnas & labores quærat imò comparet, firmiterque ſibi perſuadeat, quod dum mundus eum affligit, non tam moleſtet, quàm ad ſummum bonum conſequendum, eum auxilietur & promoveat.

13. Pulchram refert author operis imperfecti ſententiam, quæ attentionem à nobis meretur, dum hom. 13. in hunc modum breviter ſed nervosè loquitur: *Dives per patientiam non poteſt tentari*; quaſi dicere vellet: tentari quidem poteſt in liberalitate, in humilitate, in abſtinentia, cum divitias ut plurimum avaritia, ſuperbia, & gula conſectari ſoleant, in patientia verò tentari nullarenus poteſt. Cur obſecro dives tentari nequit in virtute patientiæ? *Quia nemo illicito violentiam facit*, reſpondet hic Doctor. Rari ſunt, qui divites affligere audeant; quodſi tamen nonnemo eſſet, qui illos offendere præſumeret, is communiter tamen prius bene quid facere prætendat, conſiderat, conſiliumque ſuum nequaquam præcipitat, neque manibus ſuis temerè in divitem involat, utpotè cum id ſæpe mille habeat difficultatum impedimenta, *nemo illicito violentiam facit.* Non enim ignorat, quid ſit aggredi hominem, qui dentes habet & cornua, qui non timeri poteſt, qui ob modicam aliquam offenſam, veluti ob ſacrilegium quoddam pertinaciter ardet in vindictam. Nullus illi movere litem præſumit, utpotè qui pecuniis & opibus ſuis ſeſe tueri, facilique negotio in ſuum favorvm obtinere ſententiam *Auth. Op. Imp. hom. 13.*

am potest. Latro ipsum spoliando aggredi formidat, utpotè metuens ne parum lucretur & multum disperdat. Nemo uxorem ejus aspicere audet, utpotè qui ex unico solum in conjugem suam directo obtutu suspicatur, turbatur, & meditatur vindictam. Omnes sciunt ipsum leonem esse, ac proinde irritandum non esse; serpentem esse, atque ideo minimè impunè calcati, ignem esse ac proinde è longinquo aspiciendum. Solus pauper in patientia tentatur, soli pauperi lites moventur, & modi cum quod habet eidem auffertur. Illius duntaxat honor & reputatio contemnitur, cum omnibus constet ipsum ut patiens maneat & virtuosus, sive vel non posse vel non velle defendere.

14. Veruntamen non ob id mundus hominem virtuosum injuriis & opprobriis afficere deberet, sed potius meminisse, tum quod homo talis verus sit Dei servus, tum quod ingens illis damnum immineat; Deus enim offensas & injurias, quibus servi sui in hoc mundo afficiuntur & molestantur, summo cum rigore & austeritate in cautelam & exemplum aliorum vindicare & castigare consuevit. Nescio profectò, an Christianos appellare debeam illos Christi fideles, qui omnis timoris Dei oblíti tanta cum temeritate servos Dei ærumnis & miseriis divexant. Imò barbari ejusmodi homines non Christiani, sed Judæi, Turcæ Idololatræ Christum minimè cognoscentes appellari merentur. Etenim cum Christus Dominus Joan. 16. pluribus cum discipulis suis de ærumnis & miseriis illis egisset, quas ipsi post suum ex hoc mundo discessum in mundo passuri erant, tandem subjunxit: *Hæc facient vobis, quia non noverunt patrem neque me,* quasi diceret: in tantum vos mundus iis, de quibus dixi, miseriis afficiet, in quantum nec me, nec patrem meum agnoverunt. Verum quidnam Christum per hæc verba insinuare voluisse existimatis? Ergone mundus Apostolos aliosque electos Dei amicos persecuturus minimè fuisset, si perfectam habuisset Christi Domini nostri notitiam? ita est; nequaquam enim gentiles servos Dei tantis affeciſſent injuriis & opprobriis, si Dei fuissent notitia imbuti, ideo enim Christianorum fuere persecutores, quia Christi fuerunt ignorantes: *Vt ergo discipuli*, inquit Oleaster, *mitius ferrent injurias suas, consolatur eos; quodsi injuria sint affecti, meminerint injurias, cujus servi essent, ignorasse, & ideo eos injuria affecisse.* Si Nero, Diocletianus, Maxentius torque alii servorum Dei carnifices Christum cognovissent, Christianos utique adeò crudeliter & barbarè minimè vexassent & occidissent. Quia verò Christiani non erant, sed infideles, fideique & notitiæ Christi expertes, ideo quoque Christi fuerunt persecutores. Quæ cum ita se verissimè habeant, quid de iis dicemus Christianis, qui Christi servos tot tamque variis modis persequuntur & molestant, qui tot viros bonos sanctos & religiosos probris & injuriis afficiunt? utique illos vel Christum non cognoscere, vel veros, tametsi videri velint, Christianos non esse dicere oportet. Quomodo enim Christianos illos dicere aut appellare audebimus, qui non Christianorum sed paganorum, sed infidelium actiones & mores exercent & exhibent? Pagani enim Christum non cognoscunt, bene tamen illum cognoscunt Christiani. Potuit adhæc Christus Dominus verba hæc dicere, idem significare volens, quod olim Græcorum Imperator Iphicrates; qui videns hostes suos ad aggrediendum milites exercitus sui sese accingere & præparare, dixit: *Vereor, ne hostes non nossent Iphicratem*; quasi clarius dicere voluisset; quia hostem se ad aggrediendum & invadendum militem meum disponere video, manifestè inde conjicio, eum me exercitus mei strenuum atque pervigilem Imperatorem esse ignorare, nescire inquam quod tantam de meorum salute curam gero, quod ab aliorum illatis aut inferendis injuriis exercitum meum acriter defendo, & vindico, denique quod milites pro honore & obsequio coronæ meæ strenuè pugnantes in oculis meis gero. Quodsi enim id ali-

Oleast. in c. 14. Isa.

Apoph. l. 5.

Joan. 16. v. 3.

qua ratione nossent, utique à proposito sibi consillo & machinis desisterent. Idipsum inquam Christus dicere voluisse videtur cum ait: *Hæc facient vobis, quia non noverunt Patrem neque me*; quasi dicere voluisset: quodsi impii homines illi, qui tot vobis ærumnas parant & miserias, quis aut qualis ego sim Dominus vester scirent, utique à sua in vos barbarie & crudelitate desinerent; sic enim iis perspicuum esset, quod vos tenerrimè diligam, quod eandem de vobis ac de salute vestra veluti propriorum filiorum meorum, quam de pupilla oculi mei curam habeam, vestrasque injurias summo cum rigore vindicem & puniam, ne pilum quidem vobis lædere præsumerent.

15. Ad propositum præsens attendatis velim aliquod à Deo Hebræis impositum præceptum quod sacer Chronista Moyses Exodi 21 capite hisce ipsissimis verbis recenset: *Si bos cornupeta fuerit ab heri & nudius tertius, & contestati sunt Dominum ejus, nec concluserit eum; & filium ejus & filiam cornupercussérit, Dominum ejus occident. Si servum ancillamque invaserit, triginta Siclos argenti Domino dabit.* Circa quem locum S. Cyrillus Alexandrinus meritò dubitans dicit: Quænam est causa, quod Deus pro vindicanda hominum liberorum morte mortis pœnam statuat: pro morte autem servorum & ancillarum vindicanda pœnam decernat pecuniariam? quodsi apud Deum, ut Apostolus ait: *Non est servus neque liber*, utique servi eodem sunt modo tractandi, quàm liberi, eademque districtione punienda erunt filiorum delicta, quo mancipiorum crimina. Cur igitur filiorum mortem tam gravi pœna vindicat, in mancipiorum verò mortem pœna adeò levi animadvertat? Tandem verò per filios sanctos, per mancipia autem sive servos peccatores intelligendos esse respondet. Sicut enim illi ob suas virtutes & merita filiorum loco apud Deum habentur; ita hi ob errores & defectus suos pro servis habentur. Portò tametsi Deus offensas tam quæ sanctis, quàm quæ peccatoribus irrogantur acriter castiget, quia tamen illos filiorum loco habet, majoris quoque illorum damna æstimat, eademque majori cum rigore & acerbitate vindicat. Audite ipsissima sancti Doctoris verba: *Non est par injuria in sanctos ac in peccatores facta, neque eadem mensura plectuntur peccata in utrosque commissa. Nam esse quidem tum hos, tum illos natura fratres, omnibus liquet, sed tamen sanctorum conditio est spirituali excellentia & virtutum sublimitate superior, & Deo adeò chari sunt, ut in filii, & filiæ loco habeantur, & humanum servilemque mensuram transibunt.* Undehi indomiti & truculenti tauri, unicuique probo homini damnosi & exitiosi, id sibi firmiter persuasum habere meritò debeant, quod quotiescunque homini alicui virtuoso molestias inferunt, adoptivum quendam Dei filium injuriis afficiant, quodque talem illaram molestiam, valdè rigorosum & tremendum maneat supplicium; sicut enim patres filiorum suorũ damna acerbius ferunt, ita quoque vehementius ulciscuntur & vindicant.

16. Multoties utique de crudelissima illa fame, quæ in Genesi refertur audivistis, quæ integros septem annos continuavit, quæque in Ægyptum duntaxat, verum etiam omnia mundi regna gravissimè afflixit: *Transactis septem ubertatis annis, cœperunt venire septem anni inopiæ, & in universo orbe fames prævaluit.* Portò cùm extra omne dubium positum sit, flagellum istud ob mundanorum hominum peccatum à Deo immissum esse *(propter peccata veniunt adversa)* meritò inquirendum hoc loco venit, quodnam peccatum illud fuerit, quod Deum ad tantam iram commovit, ut totum mundum simili tribulatione & flagello voluerit castigare? author operis imperfecti existimat flagelli istius causam esse Josepho Patriarchæ injustè illatam captivitatem & vincula. Quia enim Joseph, uti paulò ante audistis illicitæ lascivæ mulieris illius sollicitationi aures præbere noluit, mulier autem illa proprium flagitium in humeros servi Dei nequiter excussit, ideo à dictæ mulieris marito injusto fuit carceri mancipatus, in cujus delicti vindictam & condignum supplicium, Deus totum hunc flagello subdidit universum: *In unius pueri vindictam totus mundus fame flagellatus est*, inquit

Exodi 21. v. 28.

Galath. 3 v. 28.

D. Cyrill. Alexandr de adorat. lib. 7.

Gen. 41. v. 53.

Auth. Operis imp. hom. 23.

inquit hic citatus author. Deus igitur injuriam hanc virtuoso huic juveni illatam tam acerbè tulit, ut illam damno toti mundo illato vindicare voluerit: neque ad sumendam pro servo suo condignam vindictam, eastantùm civitates & regnum illud, in quo servus suus fuit offensus, afflixit, verum etiam alias civitates & regna, quæ nullam habuere criminis hujus conscientiam. Unde Deus majorem videtur habere curam vindicandi servorum suorum injurias, quam animadvertendi in crudelitatem unigenito suo Redemptori nostro illatam, cùm enim propter acerbam mortem filio suo illatam solam everterit Jerosolymam, pro injuriis servis suis illatis, totum mundum tam acerbo flagello subjecit.

SERMO III.

IN DOMINICAM INFRA OCTAV. NATIV. D. N. JESU CHRISTI.

THEMA.

Et hæc vidua erat. *Luc.* 2.

ARGVMENTVM.

Pessimè sibi mulier illa consulit, quæ primo marito suo per mortem amisso, secundùm superinducere meditatur.

I. STultus meritò & fatuus censeri meretur homo ille, qui malo aliquo iterum vult irretiri, cui paulò ante subjacuit. Immeritò de mari cõqueritur inquiũt Græci, qui in eodem secunda vel iterata vice vult naufragati, ut stultior appareat. Quodsi stultus per primitivi mali experientiam prudens evadit: *stultus cum mala accipit, sapit,* ut est in Proverbio. Stulto insanior, imò bruto deterior, & insipientior erit, qui semel commissum errorem reiterat. Vulpes semel duntaxat in laqueum incidit. Mus non facilè reingreditur muscipulam, quam semel evasit, & in qua de vita periclitatus fuit Asinus locum illum, in quo semel lapsum se esse meminit, invitus valdè transit. Homo prudens frigidam aquam declinat, cùm semel læsus est à calida. Vires omnium Gigantum unitæ, ut Poetæ fabulantur, Jovem de cœlo in terram trahere nequaquam valuerunt, postquam terræ ærumnas evasit, seque à tot malis liberum & immunem in cælis vidit; violen-

tet se sursum continuit, ne primas & sæpius degustatas & experimento comprobatas sustinere cogeretur miserias. Christi lachrymis Lazarus dignus fuit, quia in præsentis vitæ miserias quas moriens semel evaserat, ipse denuò redire debuit. Postquam Maria Magdalena à peccato suo semel resipuit, virorum vultus respicere deinceps timuit, ne in malum illud iterum miserè laberetur, quod viros in faciem temerè respiciendo semel infeliciter magno animæ suæ damno admiserat. Quodsi hominem facere debent aliena pericula cautum, an non stultus erit, quem propria quæ reipsa expertus est, pericula, cautum non reddunt? Porrò cùm hactenus dicta sint verissima, manifestè inde consequitur, quod sicut Anna Prophetissa sapientem se mulierem esse probavit, dum primo marito mortuo, alteri iterum nubere marito nequaquam voluit: *Nam vidua erat usque ad annos octoginta quatuor*, ut de ea S. Lucas Evangelista scribit: ita stultas se esse testantur mulieres aliæ, quæ postquam matrimonii incommoda, & viduitatis utilitates semel expertæ sunt, alteri denuò viro nubere ambiunt, non quidem quasi hoc non sit illis licitum atque permissum, sed quia viduitatis honorem magnopere æstimari, dignissimam suo in pretio habere, & ne tranactas quibus tot annis durantis prioris matrimonii subjacuere ærumnas & miserias denuò reincidant, cavere summa cum sollicitudine debent; Id quod præsenti discursu multis in hanc rem adhibitis argumentis declarabo.

Luc. 2. v. 37.

2. Et quidem audite inprimis de virginibus & viduis præclarè loquentem S. Ignatium Episcopum & Martyrem: *eas*, inquit, *quæ in virginitate degunt, in pretio habere, velut Christi sacerdotes: viduas in pudicitia manentes, velut altare Dei.* Non est hic locus, aut tempus quærendi rationes, cur virgines sacerdotibus assimilentur, sed potius inquirendi in mysterium, quod sub alia latet analogia, qua viduæ altari Dei comparantur, hic enim non de virginibus, sed de viduis tractamus. Inprimis igitur S. Martyr ideo virgines altari comparate videtur, quia per hanc comparationem status viduitatis sublimitatem manifestare voluit. Altare namque ob sui sublimitatem & altitudinem altare, quasi alta res dici videtur. Altare adeò sublime de terra in cœlum erigitur, ut ipsum Dei thronum attingere, indeque Dei unigenitum filium apprehensum in terram adducere, nobisque panis fasciis sacramentalibus involutum donare videatur. Vidua altare quoddam est, quia cum mulier cum marito suo degens humilis sit, in terra, imò in infirma mundi parte terrenarum immunditiarũ luto involuta degat; è contra ea, quæ vidua est, maritoque orbata, de terra, in qua prius hærebat, adeò sublimè erigitur, ut non jam amplius mulier quædam terræ incola, sed Angelus quidam & cœli civis & indigena esse videatur, cùm enim caste vivat, Angelus potius, quàm mulier censeri meretur: *In carne præter carnem vivere non terrena vita est, sed cælestis*, inquit Petrus Chrysologus. Aliam huic adde rationem priori haud multum absimilem; Nam in altari Dei ignis de cœlo lapsus continuò ardebat; vidua igitur Dei altare quoddam est, quia ea quæ marito vivente igne ardebat mundano, vidua demũ facta igne illo priori sopito atque extincto igne ardescit amoris Divini, atque quæ hominis amatrix extiterat, ardens facta est Theophila, id est, Dei amatrix. Unde si prius in terra erat amando eum, qui in terris secum in conjugali thoro vivebat, postea in cœlum transferri videtur, dum vehementi, erga Deũ qui in cœlis est, amore exardescit: *Anima enim magis est, ubi amat, quàm ubi animat*, & per viduitatem de terra in cœlum extollitur, atque ex muliere terræ advena fit Angelus, & cœlorum verus indigena.

D. Ignat. Epist. 7.

D. Chrysol. serm. 143.

3. Porrò cum vidua, ut diximus, Altare quoddam sit Dei, ex lignis quoque Sethim unde altare Dei fieri debet, ipsa quoque fabricata sit oportet. *Facies altare de lignis Sethim*, inquit Deus Moysi. Quia sicut hæc ligna comburi aut corrumpi non poterant: Ita quoque bona quædam & honorata mulier vidua carnem corporis adeò debet rigidè castigare & affligere, eandemque tot jejuniis, vigiliis & pœnitentiis mortificare, ut incorruptibilis & insensibilis tandem evadere possit, nec turpi luxuriæ igne aduri, aut per carnalẽ spurcitiam corrumpi aliqua

Exodi 22. v. 1.

quatione valeat. Sciendum est insuper, quod Deus ad iaretia altaris sui nullas plantari arbores permiserit, ut videri est Deuteronomii 16. cap. quia nullam juxta altare suum umbram fieri tolerabat: *Nullus enim lucus, nullus nervus, nulla umbra, debet esse juxta altare*, inquit Petrus Berchorius. Id quod fortasse ideò præcepit, ut per hoc innueret, quod vidua non solùm sine vitio, verum etiam sine umbra aut suspicione vitii vivere debeat; talisque sit conversatio ejus in oculis mundi hujus, ut à quolibet tanquam casta, honesta, & in qualibet actionum suarum virtuosa censeatur & honoretur. Denique altare appellatur, quia haud secus ac altare quoddam res sacra est, utpote Deo dedicata, unde quia viduitas res sacra est, nihil credo in terra adeò pretiosum reperiri posse, quocum commutari aut comparari dignè possit, utpotè cujus pretium æstimari nequit: *Res sacra non accipit æstimationem*, dicunt leges. Status vidualis adeò est pretiosus; adeoque gratus, ut cum quovis statu mundano quantumvis alto & magno commutari aut comparari minimè possit.

Deuteron 16.

Pet. Berchorius v. Altare.

De senat. lib. 9.

4. Utique in officio Ecclesiastico sæpius observastis quod S. Mater Ecclesia non virgines tantum, verum etiam viduas sponsas Christi appellet, quia tam viduæ quàm virgini dicit: *Veni sponsa Christi, accipe coronam, &c.* Cur obsecro Ecclesia viduam quoque Christi sponsam vocat, cum hic gloriosus titulus solis videatur virginibus convenire? Quia nimirum non solum virgo propter virginitatem, sed etiam propter viduitatem vidua vera est Christi sponsa: *Vidua Christum sponsum habet perinde ac virgo*; inquit Theophylactus. Unde appareat quàm altus & nobilis sit viduitatis status, vidua namque quæ hactenus viri cujusdam sive hominis conjunx extitit, mortuo viro sponsa sit Dei. Unde in viduitate adeò illustratur & nobilitatur, ut sublimius nequeat exaltari. Sicut enim nulla potest reperiri persona nobilior & illustrior Christo, ita quoque melior illo sponsus inveniri nequit, quam ipsa acceperit. Quænam Regina repetiri poterit tanta gratiositate & excellentia prædita, quali vidua ex eo pollet, quia Christi facta est sponsa? Omnes equidem Reginæ hujus mundi matitum habent mortalem, hæc autem immortali sponso gaudet. Quænam mulier quantumvis etiam illustris sit & magna, coram muliere quadam adeò magnificata & illustrata comparere non erubesceret? De stellis Hyadibus, quæ uti Poetæ dicunt, septem fuêre sorores, Astrologi referunt ultimam earum minimam esse inter omnes, & Meropen nominari, eamque inter alias verè quidem esse, non tamen apparere; unde ut Hyginus dicit, *conjicitur erubescere, quia mortalem virum acceperit, cum cæteræ Deos habeant*. Quia aliæ sorores Deos immortales in maritos sibi adsciverant, Meropen verò mortali se viro junxerat, ideo misella hæc inter alias adeò dignificatas & illustratas sorores publicè comparere verecundata, absconditur & comparere non audet. Id quod Meropi huic accidit, idem quoque aliis mulieribus mortalium maritorum sponsis evenire censetur, si hæ comparentur ad viduam Dei immortalis sponsam. Quàm igitur vidua aliqua stulta foret, si Christi Dei immortalis sponsa esse fastidiens aut contemnens, Christo relicto & spreto, sponsum sibi ejus loco mortalem acciperet? Tantam nobilitatem pro tanta ignobilitate dimitteret, utique ejusmodi stulta mulier Gallo apud Æsopum multum videretur similis futura, qui gemmam quandam pretiosam fortuitò à se inventam stultè contempsisse, & sub fimetum sepeliviss̃e, ejus vero loco hordei granum præelegisse scribitur.

Theophyl. 1. ad Tim. 5.

Hygin. c. 192.

5. S. Bernardus illustrissimæ cuidam viduæ Hierosolymorum Reginæ scribens hunc in modum eandem alloquitur: *Puto quod & gloria tibi est, inter Christianos, non minus vivere viduam, quàm Reginam.* Posset etenim hæc sententia nonnullis viduis valdè paradoxa videri, utpote quæ cum lætitia & promptitudine cordis statum suum vidualem perlibenter desererent, ut Reginæ fieri possent, longè digniorem Reginæ gradum præ viduitatis honore ac dignitate æstimantes. Verum quæcunque viduæ hujus sunt mentis, rem de qua loquimur minimè intelligunt? Quis enim est qui nesciat viduam aliquam veram esse Reginam? Regina secundum legem Justinianam Regis matiti sui legibus minimè censetur

D Bern. Epist. 289

esse

esse subjecta. Vidua quoque secundùm Apostolum à mariti sui legibus censetur absoluta: *Libera est à lege viri.* Illa Regnum suum gubernat: hæc sibimetipsi principatur, Regno videlicet majori & nobiliori Regina in capite aureo diademate redimitur, vidua castitatis per aurum significatæ corona decoratur. Adhæc gloria viduæ non solum pari passu currit cum gloria Reginæ, sed eandem adhuc longe sublimius supergreditur. Regina, uti audistis, conjunx est Regis terreni. Vidua sponsa est Regis cœlestis & immortalis, cui omnes Reges obediunt, & serviunt, qui proinde dicitur *Rex Regum, & Dominus Dominantium.* Regis Regum nuptias deferere, ut cum Rege mundi conjungi mulier aliqua possit, ob prægnantes rationes permitti quidem posset, id tamen rationabiliter fieri nequaquam deberet.

Roman. 7 v. 3.

Apoc. 19. v. 16.

6. Portò cum vidua honorata verè sit quædam Christi sponsa, liberè dicere possumus ad illam enuntiata esse illa sponsa ad sponsam verba cap. 6. Canticorum. *Pulchra ut luna:* omnis mulier quæ cum marito suo vivit, spiritualis quædam luna. Sicut enim luna ex mente S. Isidori, *luna*, dicitur *quasi luminum una.* Ita quoque è duobus domum illustrantibus luminibus, ipsa unum est, maritus alterum. Hanc lunam S. Joannes sub Ecclesiæ pedibus prostratam vidit: *Luna sub pedibus ejus*, quia mulier dum maritata est infimum & humillimum est status Ecclesiæ membrum. Corpus talis mulieris, haud secus ac corpus lunare vocari potest *corpus gibbosum*, prout illud nominat Richardus à S. Laurentio ob gravia matrimonii onera, quæ quamdiu vir ejus vivit, sustinere & portare cogitur. Conjugata luna quidem est, sed non pulchra erit, ubi marito suo mortuo vidua facta fuerit. Sicut luna soli vicina turpis est, pulchra autem si fuerit procul à sole remota. Ita quoque mulier quamdiu cum marito suo vivit, utpotè in luto degens turpis erit, ab illo autem per mortem à viro suo sequestrata, atque priori ex luto resurgens pulchra fiet & decora. Cùm igitur mulier una ex parte pulchritudinem tanti æstimet, altera verò ex parte viduitatis statu mediante ex turpi formosa fiat, valdè utique stultra futura esset, si ad pristinam Matrimonii servitutem redire, alterique marito denuò jungi, sicque acquisitam sibi pulchritudinem denuò perdere, nuperaque se deformitate denuò deturpare vellet. Erubescere meritò deberet, si quæ mundo se semel viduam & consequenter pulchram exhibuerat, se denuò præsentaret maritatam & deformem; luna etenim postquam semel se coram totius mundi oculis pulchram splendoreque plenam exhibuit, postea cum se de novo cum sole conjungit, & iterum obscuratur, quasi ob tantæ pulchritudinis jactaram verecunda, per aliquod tempus absconditur & non apparet.

Cant. 6. v. 9.

Apoc. 12. v. 1.

Richard. à S. Laur. de laud. B. Mariæ lib. 7.

7. Portò ex quo Deus virum & mulierem creare dignatus est, faciem ejus suæ faciei similimam impressit: *Creavit Deus hominem ad imaginem suam, ad imaginem Dei creavit illum; masculum & fœminam creavit eos.* Sequitur inde, quod viri & mulieres pulchriores esse creaturæ non possint, quam de facto sint; unaquæque enim creatura in tantum est pulchra, in quantum Deo omnis pulchritudinis fonti appropinquat & assimilatur. Unde Ecclesiasticus communem mulierum ignorantiam atque stultitiam, quam in eo palam faciunt, quod ut sese pulchras reddant, tot unguentis & coloribus, tantisque liquoribus & pigmentis deliniant, faciemque suam depingunt, attendens, dicit: *Ne assumas faciem adversus faciem tuam*, id est, inquit Hugo, *adversus faciem Dei*, quasi dicere vellet; stultitia tua describi sufficienter nequit, quam in eo prodis, quod tibi persuadeas fore, ut hisce colorum, unguentorum aliorumque liquorum pretiosorum pigmentis pulchriorem, quam Deus te fecerit, reddere te possis, & quomodo istud possibile erit? Portò sicut dum similis Deo existis, pulchrior esse aut fieri nequis; ita deformior reddi non poteris, quàm si divina figura in te deleta aut subducta, subintroduxeris aliam. Solent autem id communiter mulieres, tunc quam maximè facere, quando in maritorum suorum societate vivunt: ut enim magis maritis suis, ut dicunt, placeant, expoliunt, aut ut melius dicam cerussa & stibio facies suas deturpant, ut jam non amplius illas referant, quas Deus illis concreavit, sed Venerem

Gen. 1. v. 27.

Ecclesiastici 4. v. 26. Hugo Card. in c. 4. Eccles.

rem quandam luxuriæ Dæmonem repræsentent. Quia vero postquam ad viduitatis statum sunt redactæ, lachrymarum aquis, quas in matriti sui morte effundunt, similes faciei suæ turpitudines & deformitates diluunt, ut Hieronymus ad Salvinam viduam scribit: *Litam purpurisso & cerussa faciem super feretrum mariti lachrymis diluisti*, faciem à Deo illis concessam denuo recuperantes, pristinam quoq; suam recipiunt pulchritudinem. Et quam inexcusabilis foret illarum insania & dementia, si post recuperatam per viduitatis statum pristinam suam pulchritudinem, iterata vice novum sibi maritum ducere, faciem suam denuò sordidare, seque ut olim deformem iterum reddere vellent. Certè eo ipso quo post recuperatam Dei faciem, ad resumendam Dæmonis seu Veneris imaginem denuò revertuntur, se Dæmone pejores esse manifestè testantur. Cum enim Dæmon qui turpis est, pulchrum se facere studeat, quia ut scriptura ait: *Transfigurat se in Angelum lucis*, hæ econtra pulcherrimo vultu à Deo prædita, illum sordidare & deturpare nituntur.

D. Hieron ad Salvinam Epist. 9.

2. Cor. 11. v. 14.

8. Quis ex vobis rationem mihi declarabit, cur mulieres mortuis maritis suis, nigris se vestibus tegant & vestiant? omnino id ideo fieri mihi persuadeo, nimirum ad ostentationem pulchritudinis & specie animæ suæ, qua pollent dum castè vivunt, siquidem niger color juxta nonnullorum opinionem omnium est colorum pulcherrimus. Sponsa enim in tantum se pulchram esse deprædicabat, in quantum nigra erat: *Nigra sum, sed formosa* dicebat in lib. Canticorum cap. 1. Ex quo color niger apud Æthiopes pulcherrimus esse censetur, ideo Christus, Beata Virgo & cœlestes Angeli nigri, & Dæmones infernales albi apud eosdem censentur. In certa quadam Indiarum Orientalium regione solemnis hic mos est, ut dum totus populus in corpore rubeo colore tingitur & depingitur, solus Princeps nigro veluti omnium pulcherrimo colore depingatur. Id quod etiam Virgilius significare voluit, quando dixit:

Cant. 1. v. 4.

Alba ligustra cadunt, vaccinia nigra leguntur.

Pertus Martyr.

Fidelis Adventuale.

Porrò etiam nigro se colore viduæ vestiunt, ut se cum maritis suis quoque mortuas esse demonstrent, inter illos namque obscuros colores non videntur aliorum viventium more, luce mundi hujus frui, sed intra sepulchri tenebras abscondita delitescere. Hoc modo S. Elisabeth Regina Lusitaniæ & illustrissima sacri ordinis mei Patrona mortuo Henrico marito suo, se quoque mortuam esse intellexit, quando in conclave seu cameram interiorem se subduxit, ibidemque præcisis capillis suis, habitu se sacræ Religionis meæ vestivit, & reversa ad locum, ubi maritus mortuus in lecto doloris regaliter ornato publicè expositus jacebat, ad circumstantes se convertit, illosque voce mœsta & lugubri, hunc in modum est alloqura; nolite mirari Domini mei in hoc, quod vestes regias in humilem hunc habitum transmutarim, & quod regii diadematis loco simplici hoc velo caput meum cinxerim, Ita enim vobis persuadere debetis, una cum Rege mortuam pariter esse Reginam, mortemque unico eodemque ictu & me & Regium conjugem meum sustulisse, subque eundem lapidem recondidisse.

Fortè etiam vidua ideo nigro se colore vestit, ut per hunc eidem significetur, non bene convenire si in illo statu mentem suam in tot tamque varia negotia distrahat, ut præcedenti tempore facere solita erat, sed congregandas simulque uniendas nunc esse omnes cogitationes, in illasque duntaxat res dirigendas esse, quæ ad servitium Divinum, & animæ suæ salutem pertinere dignoscuntur. *Nigredo enim est spiritus vitalis aggregativa.* Porro omnes hæ adductæ rationes optimæ sunt; veruntamen Pierius Valerianus existimat, viduas nigro colore indui, ut per hoc instruatur mulier, quod post primi mariti mortem, secundas cum alio marito nuptias, tametsi hæ eidem permissæ sint, ambire non debeat. Dicit igitur hic Author, sacerdotes Ægyptios, pro symbolo bonæ alicujus viduæ, nigram quandam columbam pingere solitos fuisse, in Columba nimirum castitatem expsicantes, in nigro verò Columbæ illius colore firmam in illo statu perseverantiam; niger enim color in alium colorem se transmutari non patitur.

Pierius Valerianus.

colos quidem viridis, cæruleus, albus in alios colores mutari possunt, niger autem color alius, quàm niger esse nequit, quasi vidua postquam semel in viduitatis statum à Deo per mariti mortem est posita, alium inire statum, etsi possit, nequaquam tamen debeat, aut conveniat. Imò ipsemet quoque mundus capitalissimus virtutis virtuosarumque personarum inimicus, dum viduam nigro colore contegit, firmam in honorifico viduitatatis statu perseverantiam consulit & persuadit.

5. S. Ignatius Martyr mulieribus præcipit, ut maritos suos propriis ipsorum vocare nominibus omninò caveant: *Mulieres honorent viros suos, ut propriam carnem, nec ex nomine eos appellare audeant.* Verum dicat aliquis: Qua igitur ratione maritos suos vocabunt, si ex proprio eorum nomine ipsos vocare prohibeantur? Dominos appellent maritos suos, inquit S. Ambrosius: *Bona conjux virum suum Dominum vocat.* Quodsi ergo uxores maritos suos Dominos appellare jubeantur, sunt ipsi ipsæ maritorum suorum servæ vel ancillæ. Tales quidem factæ sunt, postquam Deus Evæ dixit: *Sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui*; omnis igitur mulier quædam est mariti sui serva. Potrò servitus isthæc admirabilis simul est & miserabilis. Admirabilis quidem, quia cum quilibet alteri serviens suum habeat determinatum stipendium & remunerationem: solæ mulieres non solum sine stipendio aut mercede pacta aut solvenda serviunt. Verum etiam ingentes maritis suis pecuniarum summas in dotem solvunt. Verum quidem est quod nullus libertatis suæ jacturam facere debeat pro quantocunque auri lucro:

D. Ignat. Epist. 12.

D. Amb in cap. 31. Prov. c. 3. in fin.

Gen. 3. v. 16.

Non bene pro toto libertas venditur auro.

Mulieres attamen libertatem suam dum maritis se subjiciunt, non solum alteri donant & sibi amittunt, verum insuper ut illam amittant, omnes facultates, pecunias, possessiones, & quicquid in sua habent propriterate simul prodigunt. Est quoque hæc mulierum sub maritis suis servitus valdè miserabilis, quia nonnunquam, imò frequenter in crudelem quendam maritum & Dominum incidunt, qui instar feræ alicujus omnis humanitatis & compassionis expers, iisdem non solum necessariam, & quam iis dare obstringitur, denegat alimoniam, & ne essatiorum vestimentorum provisionem, verum insuper quotidianis illas onerat verberibus, fustigationibus, quod ne vili alicui mancipio facturus esset; Mancipio namque sæpè parcit, quia veretur ne dum illud adeo barbarè percutit mortem ei vel inferat vel acceleret, sicque erogati pro mancipio comparando pretii jacturam faciat: uxorem autem suam tantò facilius & truculentius verberibus quotidianis onerat, quia sperat, ut si fortè moreretur, promissas sibi dotes acquirere, easdemque per aliud matrimonium cum insigni lucro multiplicare possit. Cum igitur vidua ab hac mirabili & miserabili servitute sit immunis & libera, ingens profectò stultitia & delirium erit, si de novo se vincire & ligare, acquisitam semel libertatem iterum amittere, seque Dominio alicui, sub quo tot annis ingemuit & suspiravit, temerè & inconsideratè subjicere velit.

10. Postquam Regius Propheta cum Deo de Beatissima De Genitrice loquens, celebrem quocum in cœlum ad unigeniti filii sui dexteram producta & ingressa est, triumphum descripsisset, mox subjunxit: *Adducentur Regi virgines post eam, proximæ ejus adducentur tibi.* quasi diceret: Deus Angelos de cœlo emittit, ad dandum virginibus comitatum in cœlos, & ad portandum illuc quoque viduas, quas omnes nuptiarum suarum facit esse participes. Per Proximas enim intelligendæ sunt viduæ, quæ ex eo quod caste vivant, virginum proximæ esse dicuntur. Ubi ulterius quoque observandum, Psalmistam quidem de Virginibus dicere, quod Angeli illas associabunt & comitabuntur, de viduis autem illas ab Angelis ad portandas seu adferendas esse asserit. De virginibus dicit: *Adducentur*: De viduis verò *Afferentur*. Quasi innuere vellet, virgines propriis pedibus suis innixas cœlum adire aut ingredi posse viduas autem ad cœlum se viribus propriis recipere aut evehere minimè posse, ideoque bajulis seu portitoribus opus habere. Verum inquiet aliquis,

Ps. 44. v. 15.

aliquis, unde hoc venit quod virgines propriis pedibus cœlum adire & ingredi possunt, cum tamen viduæ in cœlum portari & ferri debeant? Ratio illius est, inquit Paschasius, quia virgines fortes sunt & generosæ: viduæ autem ob labores Matrimonii infirmæ sunt & debiles: *Virgines dicuntur adduci, quia corporis integritate robustiores sunt: vidua verò afferri, quæ plerumq; fracta diversis multisq; molestiis, multa jam corporis imbecillitate fatigantur.* Ærumnæ & laborum molestiæ, quas matitis suis convivendo, pauperculæ viduæ sustinuerunt, adeo sunt magnæ & graves, ut in cœli semitam pedes suos dirigere non possint, nisi per sanctos Angelos specialiter hoc fine adjuventur & in cœlum deportentur. Tantis sunt laboribus & Matrimonii molestiis fractæ & debilitatæ, utpote quæ ad maritos suos magis quam ad Deum corde suo fuerunt inclinatæ, ut pro salute sua acquirenda efficacibus & extraordinariis auxiliis indigeant. Magna igitur erit illius fatuitas & imprudentia, quæ dum grave quoddam iter factura, infirmam se esse experitur & debilem, data tamen opera & studio novam quærere sese magis magisque debilitandi & infirmandi occasionem. Stulta item & imprudens erit vidua illa, quæ dum se ex primi matrimonii laboribus & molestiis infirmam experitur & debilem, matrimonium reiterare, seque ad acquirendam animæ suæ salutem magis magisque debilem, infirmam, & impotentem reddere non dubitaret.

Paschas. in Ps. 44. lib. 3.

11. Nescio num aliquando observaveritis, quod quando Deus mundum, & quicquid toto mundo clauditur creavit, omnibus habdomadis illius diebus benedixerit, se undo die duntaxat excepto. Cum enim Moyses de quolibet prædictorum dierum dicat: *Vidit Deus quod esset bonum.* De secundo tamen nihil tale dixit. Quamobrem? Num fortè dies secundus minus bonus fuit quam primus, tertius, quartus, & alii sequentes, ut proinde Deus illi benedicere, eumque tanquam bonum approbare noluerit? utique æque bonus dies ille secundus fuit, ac omnes alii (neque enim à summæ bonitatis manibus aliud præterquam bonum emanare seu prodire potest.) Deus tamen illum veluti bonum approbare aut laudare non voluit, quia eò ipso quo secundus fuit, & consequenter alius à primo & ab uno, unitatem divisit. fuitque expressum quoddam discordiæ & divisionis signum: *Sacramentum aliquod hic commendatur*, inquit Magister sententiarum, *ideo enim fortasse non hoc dicit, quod tamen in aliis factum est, quia binarius principium est alteritatis, & signum divisionis ab unitate.* Fortè etiam Moyses in hac scriptura respexit tam ad statum mulieris conjugatæ, quam viduæ. Nam sicut juxta Rabanum per numerum binarium nuptiæ intelliguntur, quæ inter duos homines consistunt, ita per unitatem status intelligitur vidualis, quando scilicet conjugum alterutro mortuo fit ex duobus resolutio in unum. *Vidua* enim est nomen compositum *à va, quod est, sine, & duo, seu duitate, quasi sine duitate*, inquiunt Doctores. Etenim nuptias bonas & sanctas esse, negari haud quaquam potest, cum à Deo introductæ sint & approbatæ, uti alibi dicemus. comparatæ tamen cum statu vidualis certo quodam modo de iis illas non esse bonas nec laudabiles dici posse videtur, utpote quæ dividunt unitatem: idque non solum ex eo quod mulier dum cum marito suo degit, divisam semper mentem habet, utpote cui cura simul esse debet de marito & Deo, de mundo & cœlo: verum etiam quia raro inter utrumque conjugem pax esse videtur & concordia. Tametsi enim maritus & uxor ejus una sint caro, nonnunquam tamen adeo sibi mutuo adversari & contrariari videntur, ut in continuis vivant differentiis & litibus, sine ulla spe concilandæ inter utrumque pacis. Idque adeo verum est, ut firma & stabilis inter maritum & uxorem pax & concordia inter vera numerari miracula possit. Id quod lepidum quoddam ingenium significare voluit, dum sepulchro duorum conjugum sequentia verba Epitaphii loco insculpi fecit: *Heus viator! Miraculum; Hic vir & uxor non litigant.* Talis equidem vita in continuis miseriis traducta, mihi non vita, sed continua quædam mors esse videtur.

Mag. sent. in 2. dist. 14.

Rabanus.

Gen. 1. v. 31.

Iovian. Pontanus de Obed.

12. Pro cujus meliori intelligentia quendam præsentis Evangelii locum maturius consideremus, ubi S. Lucas de S. Anna

dua loquens dicit: *Hæc processerat à diebus multis, & vixerat cum viro suo annis septem à virginitate sua.* Circa hunc namque locum quæri non immeritò potest, quænam sit causa quod cum S. Evangelista dicere potuisset, fuit cum marito suo septem annis, ita tamen locutus non sit, sed potius dixerit: vix erat cũ marito suo septẽ annis? Cui quæstioni aliud in præsentiarum respondendum non occurrit, quam id eo fine factum esse, ut nimirum hoc loquendi modo innueretur, ipsam toto tempore stantis matrimonii, stabilem cum marito suo habuisse pacem & concordiam, nec ullas unquam inter ipsam & maritum ejus intercessisse lites, rumores, aut discordias. Quodsi illa, uti inter alios conjuges frequenti videmus experientia, in continuis cum marito suo jurgiis, litibus & pugnis vixisset, utique Evangelista dicturus minimè fuisset: *Vixerat cum viro suo*; siquidem talis inter discordias & jurgia ducta vita, non vita sed mors appellari meretur. *Iure quidem dicit*, inquit Didacus Stella: *quod vixerat cum viro suo: in quo innuitur, habuisse erga illum pacificam conversationem: nam si non fuisset erga eos concordia & pax, non fuisset vita, imò potius mors.* Quod cum ita se habeat, nescio profectò num mulier alia, quæ semel ex particulari Dei gratia ab hac continua morte resuscitata, & ex tam horrido sepulchro vix egressa, mox iterata vice simili mortis & vivæ sepulturæ genere mori & sepeliri vellet, sapiens æstimari, deque sua deliberatione & proposito laudari ab ullo homine posset? O infelix mulier, quæ tot annis mare adeò turbulentum tanto cum fastidio, nausea, & corporis animæque periculo enavigasti, absque eo quod vel unius horæ frui tranquillitate posses, qua fronte, qua audacia eidem mari iisdemque turbulentiis te iterum jactandam expones? Jam jam de morte ad vitam translata fuisti & tibi iterato mori placebit?

Didacus Stella in c. 2. Luc.

13. Sacerdotes Ægyptii, uti superius dicebamus, viduam Columbæ comparabant, tam eam, quæ castè vivere decrevit, quam aliam, quæ ad secundas transire nuptias desiderat. Cum hac tamen differentia, ut illa prædita sit corde, altera verò eodem careat. Hæc ultima est vidua illa, de qua Propheta loquitur dicens: *Quasi columba seducta non habens cor.* Cur autem hæc corde carere dicitur? Nimirum quia si vidua illa cor haberet, utpote post probatos semel per experientiam labores, onera, lites & discordias è Matrimonio oriundas, in quibus haud secus ac si mortua fuisset, tot vitæ annos traduxit, nunquam se illas de novo patiendi periculo ultro citroque exponeret. Unde tali viduæ idem dicere licebit, quod Rusticus ille ab Æsopo in Apologum introductus, apro quondam dixisse fingitur; Hic enim cum aprum quemdam non obstante, quot nuper tot in agris suis vulnera ab eo accepisset, in iisdem denuò agris cum periculo vitæ pascentem videret, ipsum cordis omninò expertem esse dixit, cujus hanc rationem subjunxit: *Nam si cor habuisset, nunquam in pœnam suam ad meas segetes rediisset.* Talis etenim vidua corde quoque est destitura, caret judicio, & ut stulta desipit omninò. *Quasi columba seducta, non habens cor.*

Osee. 7. v. 11.

SERMO I.

IN FESTO CIRCUMCISIONIS DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI.

THEMA.

Ut circumcideretur Puer, *Luc.* 2.

ARGUMENTUM.

Parentes ſollicitam habere debent filiorum ſuorum curam, ne defectus à filiis commiſſi, illis attribuantur.

1. BEatiſſimæ Virgini Mariæ, nec non lectiſſimo & caſtiſſimo ejus ſponſo Joſepho diverſis ex rationibus unigenitum Dei Filium incarnatum, paulò poſtquàm in lucem editus eſſet, circumcidere placuit; tum ad dandam nobis redemptionis noſtræ arrham, noſque aſſecurandos de prezio, quod ſuo tempore divinæ juſtitiæ in collyriſtica crucis menſa in completam graviſſimorum debitorum noſtrorum ſatisfactionem exſoluturus erat. Tum etiam quia ipſum vitem quandam in crucis ulmo ſuo tempore exaltandam eſſe ſciebant, quæ eas producturа uvas eſſet, quibus in cœleſti menſa omnes inebriandi eſſent Angeli aliique cœlites. Aut verò quia ſpecimen aliquod illius rheſauri nobis proponere volebant, quod pro paupertatis noſtræ ſubſidio & relevamine verbum incarnatum de cælo ſecum attulerat. Dici quoque poteſt ad illos feciſſe, ne fortè mundus judicaret Verbum incarnatum utpotè verum Deum, impaſſibilem eſſe, nec pati poſſe, cùm Deus naturaliter ſit impaſſibilis, unde ut mundum hunc de futuris ſuis laboribus, è quibus noſtra naſcitura requies erat, certiorem redderet, illum circumciſionis vulneri, licet ſummo ſuo cum dolore ſubjicere voluerunt, ut hâc ratione non ſolùm per extrinſecam hominis formam, verùm etiam per hominis paſſibilitatem & vulnera homo eſſe probaretur. Inſuper per hanc Filio ſuo adhibitam circumciſionem innuere voluerunt, qualis & quantus eſſet ejus verſus humilitatem affectus, utpotè qui licet ſanctus ſanctorum eſſet, ipſiſque Angelis incomparabiliter purior, quaſi peccator aliquis in publicum prodire, peccatorumque remedium in carne ſua recipere gaudebat. Ipſum quoque eo præcipuè fine ve-

nisse intelligebant, ut circumcisione suâ finem daret legali circumcisioni, atque ideo circumcisionis cultrum ipsi adhibebant, ut pretiosissimi sanguinis sui effusione, effusioni sanguinis nostri finem imponeret. Denique pulchrum patribus & matribus omnibus documentum morale dare voluerunt, ut nimirum filios quoque suos circumcidere non omitterent, non quidem circumcisione legali, ut Hebræi faciebant, sed morali circumcisione, prouti quilibet probus pater facere tenetur, qui scire debent, quod ex solo defectu hujus à parentibus omissæ vel neglectæ circumcisionis, filii sui vitiosi & perversi homines evadant; ut proindè filiorum defectus attribui parentibus debeant, utpotè qui dum illos emendare & circumcidere poterant, eosdem emendare aut circumcidere neglexerunt. Quod igitur Beata Virgo unà cum sanctissimo Patriarcha Josepho in hac actione sua tacitus insinuare voluerunt, ego in præsenti discursu rationibus declarare conabor.

2. Et quidem primo mihi loco, locus quidam è libro Numerorum considerandus occurrit, ubi refertur, quod cùm populus Hebræus cum mulieribus Madianitis & Moabitis, juxtà pessimam perversi Balaami inventionem fornicati fuissent & idolis immolasset, Deus de tam immani scelere commisso, tantâ fuerit iracundia accensus, ut scelus illud vindicare volens, Moysi coram se vocato dixit: *Tolle cunctos Principes populi, & suspende eos contra solem in patibulis, ut avertatur furor meus contra Israel.* Num. 25. v. 4. Circa quem locum observandum est, Deum non dixisse: tolle omnes reos & suspende illos, sed tolle omnes Principes, & suspende eos. Cur ita in solos ira Dei Principes debacchatur? num fortè soli delictum istud commisêre Principes, ut hi soli cum tanta sua ignominia castigari & occidi mereantur? imò verò populus non verò Principes peccaverant. Ecquà igitur ratione vel justitiâ castigari jubentur, qui insontes sunt & innoxii? supplicia reis, non verò insontibus debentur. Respondeo igitur, quod si Principes innocentes essent, Deus utique illos minimè castigaturus fuisset, utpote in cujus tribunali æquissimo, sicut reis decernuntur supplicia, ita quoque ab iisdem absolvuntur insontes: cùm igitur Principes castigati fuerint, dubitandum non est, quin in augustissima Dei curia, quæ errare nequit, verè rei fuerint declarati. Porrò mundi rectoribus subditorum suorum imputantur delicta, dum enim culpas ipsorum videntes, easdem non reprehenderunt, non castigârunt, neque pro ratione obligationis suæ castigare curârunt, adeò ob hanc omissionem delictorum à subditis suis commissorum rei esse æstimantur, ut haud secùs ac si propria essent, eidem subjacere debeant supplicio. Unde quia Hebræi populi principes delictorum, quæ populus meditabatur committere, claram habuêre notitiam, iisdemque pro debiti sui exigentia oportunum adhibere remedium noluerunt, earundemmet culparum facti sunt rei, pœnaque subditis suis decernenda meruerunt castigari. *Populus peccat*, inquit Origines, *& principes ostentantur contra solem? vides quæ sit conditio Principum populi; non solùm pro suis propriis arguuntur delictis, sed etiam pro populi peccatis coguntur reddere rationem, ne ipsorum sit culpa quod populus deliquerit, ne fortè non docuerint; ne fortè non monuerint; neque solliciti fuerint arguere eos, qui initium culpæ dederint, ut ne contagio dispergeretur in plures.* Origenes hom. 20. in Num. Cùm igitur regimen parentum in domibus suis, Principum in regnum suum imperio prorsus est simile: nam *quæ patri est cum liberis societas, regalis potestatis formam obtinet*; ut inquit Aristoteles, ideo sicut culpa populi per Principis negligentiam commissa, imputatur Principi, ita quoque à filiis per parentum negligentiam aut simulationem commissa peccata parentibus imputantur. Aristot. lib. 8. Ethic. cap. 10. Quia fur ille à negligente vel dissimulante matre, ut Æsopus fingit, in primo furto à se commisso non fuerat reprehensus aut emendatus, ideò dum ad patibulum raperetur, accepta à judicibus pro solemni talium more, matrem suam amplexandi licentia, eidem inter amplexus ultimos in conspectu totius populi aurem dentibus suis mordendo detruncavit, hacque ratione illam eorundem delictorum suorum ream, eâdemque simul pœnâ dignam esse ostendit. Æsopus fab. 33.

3. Vera

3. Vera causa ob quam Heli summus Sacerdos, cum suis pariter successoribus, summo fuerit sacerdotio privatus, atque repentinâ morte è vivis sublatus, filiorum suorum peccata fuerunt, qui effræni libidine perciti, cum mulieribus in templo commorantibus epulando & luxuriando, à consuetorum sacrificiorum oblatione populum pravo suo exemplo divertebant. Peccabant filii, proque illorum peccatis castigatus est pater. Ecquisnam est hic procedendi modus? quod si in tribunali divino reus, non verò innocens castigari soleat, cur obsecro Sacerdos iste, qui ab hisce culpis innocuus erat & mundus, à Deo veluti culpabilis castigatus fuit? verùm enimverò, nequaquam uti nobis quidem videtur innocens, imò certo quodam modo peccatorum à filiis suis commissorum maximè reus erat: qui ut Abulensis ait: *Diligebat nimis filios, & noluit eos duru verbis affligere.* Quia filios suos tenerrimè & viscerosissimè amabat, ideoque eos reprehendere & contristari metuebat; ideò scelera eorum sufferendo eorundem scelerum reus, pœnâque exemplari in aliorum patrentum cautelam punitus fuit. *Pater* ut vult Petrus Berchorius, hoc nomine appellatur *à patiendo*, idque non solum quia nutriendo filios multis subjectus est curis, multosque pati & sustinere labores & ærumnas patitur, verùm etiam quia ob amorem, quo ergà filios fertur, eorundem defectus, quantumvis graves sæpè patienter sustinere & pati solet, nec punit, eosdemque hoc modo sustinendo & dissimulando suos facit. *Amici vitia, si feras, facis tua*, inquit Seneca.

Abul. in 1. Reg. c. 2

Berch. v. Pater.

Seneca.

4. Porrò quia filii è parentum lumbis seu latere generantur, imò cum nati & in lucem editi ad parentum latera semper assistunt. Isaia teste, qui ait: *filia tua de latere surgent*, idque non minus dum parvuli adhuc pusiones sunt, ut promptum habeant patris auxilium, quo maximè egent, quàm diu jam adultiores facti in altum excreverunt, ut parentibus, ubi opus habent, reciprocum referant auxilium, ideò sub lateris symbolo in scriptura sacra persæpè intelliguntur. Atque hinc est, quod Abraham ad hoc, ut servus suus impositum sibi de procurandis unigeniti sui Isaac nuptiis præceptum fideliter exequeretur, voluerit is manum suam ponere super femur suum, per femur istud Christum Deum & filium suum, qui è fæmore suo temporaliter processurus & nasciturus erat, intelligens. Inde quoque fit, quod dolor de filiis excessivè sit magnus, quia dolor est lateris sive fæmoris, qui ex iis doloribus, quos homo in corporis sui membris pati potest, omnium est maximus. Hoc igitur supposito dicite sodes, existimatisne sanum esse posse hominem illum, cui latera dolent? utique id impossibile esse dicetis: *Ne te dixeris sanum dolentem latere*, inquit Bernardus ad Eugenium. Quisquis igitur parentum filium habuerit impium ac sceleratum, tametsi ipse quidem quoad sceleratius in seipso sit innocens, coram Deo tamen insons minimè habetur, sed ejusdemmet culpæ filii sui maximè reus, utpotè qui cum poterat, illum non reprehendit aut emendavit, sed potius paterno affectu instigante cum illo in imperfectionibus, vitiis, pervetisisq; moribus suis plus nimium dissimulavit. Ne te dixeris sanum dolentem latere.

Isaia 60. v. 4.

D. Bern. lib. 4. de consid.

5. Porrò pater aliquis, idem, nisi fallar, in domo sua munus obire videtur, quo stomachus fungitur in domo corporis. Ideo namque *pater* dicitur *à pascendo*, quia nimirum est veluti familiæ suæ stomachus, sicut enim stomachus omnia corporis sui membra pascit & nutrit: ita quoque pater omnibus filiis suis alimenta submini strat. Verum enimverò, scitisne causam cur medici, dum quis ex capite, pede, manu aut alio quovis corporis membro infirmatur, non caput, aut aliud quodvis corporis membrum languidum curet, sed stomachum, quasi non alia membra, sed ille tantum langueret, & medicinâ opus haberet? Ideò id fit, quia nimirùm malum in aliis infirmis partibus apparens, à solo stomacho procedit, adeò ut curato stomacho omnes quoque aliæ corporis partes fututæ sint incolumes & sanæ, atque ideo in omnium membrorum exurgentibus morbis, solius semper ratio habetur stomachi. Cùm igitur pater quidam sit filiorum suorum stomachus, omnia filiorum vitia & scelera patri eorundem tanquàm primæ causæ & originario,

rio fonti, unde ſive per negligentiam, ſive per imitationem, ſive ob inſtructionis neceſſariæ defectum ſunt derivata in filios, ſine dubio imputabuntur. Unde meritò Diogenes olim, dum puerum quendam nobilem inciviliter & inhoneſtè in publico comedentē videret, durum pædagogo colaphum impegit. Non pædagogus, ſed puer erraverat, & tamen pædagogus, non verò puer caſtigabatur; utpotè cujus munus erat, puerum illum docere & corrigere; qui proindè id ipſum ſua culpa omittens, majorem in culpa pueri reatum habebat, quam puer ipſemet. *Scite admodum*, inquit hac de re loquens Plutarchus, *ei qui non doceret, non illi qui nihil didicerat, peccatum imputans.* *Plut. de doct. vir.*

6. Quando Iſaias Propheta Deum noſtrum eſſe patrem, nos autem filios ſuos lutum ejus eſſe dixit: *Domine, Pater noſter es, nos verò lutum*, iis verbis innuere nobis voluiſſe videtur, quod ſicut patres figuli ſunt, ita filii ſint lutum, quos proindè Deus in manu dominii ipſorum repoſuit, ut eoſdem dum adhuc tenelli ſunt, in ſpectabilem virtuoſæ vitæ formam reducant, quippe qui poſtquàm excreverunt, ſicut adulriores, ita quoque duriores & rigidiores facti, emendari, prout oportet, nequaquàm poſſunt. *Iſaiæ 64. v. 8.*

Si inter manus figuli paſta vitium laſionis incurrit, niſi præſto corrigitur, poſtquàm ad inſtar lapidis obduruerit, non medetur; inquit ad præſens propoſitum noſtrum congruentiſſimè loquens Petrus Damianus. Unde ſicut defectus, quem vas in ſui formatione contrahit, non vaſi, ſed figulo imputatur: ita filiorum defectus patribus imputabuntur, utpote qui vitia illa in eis dum adhuc tenelli & pueri erant, corrigere & emendare neglexerunt, minori quam urſa, cui natura omne prorsùs judicium negavit, pollentes judicio. De urſa ſcribunt Naturaliſtæ, quod dum ſe informem quandam carnis maſſam peperiſſe videt, natura magiſtra & doctrice eo inducatur, ut eidem maſſæ, dum adhuc recens eſt & tenera, linguæ ſuæ veluti limæ cujuſdam inſtrumento, ejuſdem quam ipſa habet formæ ſimilitudinem adſciſcat. Verùm enimverò, quâ ratione nonnulli patres filios ſuos virtuoſi cujuſdam hominis forma imbuere poſſunt, quam *Petr. Damian. opuſc. 13. c. 21.*

ipſimet non habent? *Nemo dat quod non habet.* Verè ita ſe res habet; nequaquam ejuſmodi impii patres bonos educabunt filios (nam Ariſtotele teſte: *Generans ſi aliud generat, oportet quod habeat formam geniti.*) qui formā potiùs beſtiæ, quàm hominum præ ſe ferunt, utpotè qui iracundi ſunt ad inſtar leonum, luxurioſi ut equi, guloſi ut porci; aſinis ſtolidiores, atque præ talpis avari magis & cupidi? potius igitur beſtias & bruta, quàm homines educabunt, debebitque hæc filiorum beſtialitas imputari parentibus, utpote qui cùm beſtiæ eſſent, filios quoque ſuos beſtiali reliquere vitæ forma imbutos. *Ariſt. lib. 2. de generat. c. 1.*

7. Porrò filius in manu patris poſitus eſt veluti charta quædam alba, in qua nihil adhuc ſive ſcriptum, ſive pictum eſſe comperitur. Unde communiter dici ſolet: *Puer eſt tanquàm tabula raſa, in qua nihil eſt depictum.* Eſt veluti ſpeculum quoddam, quod omnia ſibi objecta & præſentata in ſemetipſo exprimit & demonſtrat. Denique eſt veluti quædam patris ſimia, quæ quicquid ab illo audit, aut in eo videt, imitatur. Carnis ſuæ teneritudo, teneritudinem mentis ſuæ indicat, quæ quaſi liquida ceta, ejus ſigilli ſpeciem refert, cui primitùs imprimitur. Exemplum genitoris ſui eſt veluti radix quædam viridis, quæ in corde plantatur ad producendos deinceps, ſive bonorum, ſive malorum operum fructus, quos proinde pro ratione viſi in genitore ſuo exempli demum eſt producturus. Unde quia Chryſoſtomus dicit: *Qui radicem præbuit, utique & fructuum author eſt*; ideò ſicuti bono patri attribuendæ ſunt operationes bonæ, ita quoque malo imputanda ſunt filiorum ſuorum ſcelera; defectus enim & bonitas fructus ab arbore producti, à radice velut à propria cauſa procedit. *D. Chryſ. hom. 20. ad pop.*

8. Cùm Patriarcha Jacob, uti Moyſes Dei Chroniſta refert, ultimum aſſecutus eſſet vitæ ſuæ diem, ſpiritum Deo redditurus, Ephraim & Manaſſen nepotes ſuos coràm ſe comparere juſſit, eiſdemque patre ipſorum Joſepho aſſiſtente, benedixit. Porrò quia ubi nos in vulgata legimus: *Benedixit Iacob filios Ioſeph.* Pagninus vertit: *Benedixit Iacob ipſi Ioſeph*; ideò Jacob patrem, non verò filios benedixiſſe videtur. Cur autem loco filiorum S. Patriarcha Joſephum patrem *Gen. 48. v. 15. Transl. Pagnini.*

patrem benedixisse dicitur? Imò nequaquam patrem, sed filios, ut vulgata benè legit, benedixit. Quod autem littera Pagnini, Patriarcham Jacob patrem benedixisse dicat, per hoc clarè innuitur nobis, benedictionem filiorum patres potiùs spectare quàm filios. Quando enim filii boni sunt & virtuosi, virtus & bonitas in iis videtur parentum, utpotè à quibus nata est; qui proindè ob filiorum virtutes magis honorari merentur, quam ipsimet filii: sicut & propter filiorum defectus & vitia majori digni sunt probro & contumeliâ. Perfectio & defectus operis artifici potius quàm operi attribuitur. Pulchra imago pictorem suum honorat, deformis verò eundem vituperat, pulchritudo enim & deformitas utriusque artifici imputatur. Quando David Psal. 143, dicebat *Filiæ eorum compositæ & circumornatæ ut similitudo templi*, dicere voluisse videtur: filii aut filiæ in domibus paternis sunt ficut picturæ in Ecclesiis: sicut enim si picturæ illæ ab aliquo Alberto Dutero, vel alio quopiam excellentissimo pictore artificiose fuerint delineatæ, artifex illarum summis laudibus extollitur, è contra verò artifex ille sive pictor contemnitur & vituperatur, qui picturas suas vel ex defectu peritiæ sive artis, vel ex defectu industriæ illas ruditer & inconcinnè efformavit. Ita quoque patres & matres in filiis & filiabus, prout benè vel malè educatæ fuerint, vel laudari vel vituperari conspicimus. Bonus vel malus sagittæ jactus non sagittæ, sed manui attribuitur ejaculantis: Ita quoque bonus vel malus vitæ filiorum exitus in parentes, non verò in filios, devolvitur. Sicut enim filii sagittæ sunt, ita manus paterna, manus est ejaculantis: *sicut sagittæ in manu potentis, ita filii excussorum*, inquit Psalmista. Veritatis istius S. Marcella optimè conscia erat, quando tot in Christo eximias virtutes conspiciens, non Christum, sed sanctissimam matrem magnificavit, & laudibus extulit, utpotè quæ illum ex arcu ventris sui ad æternam Dæmonis & inferni ruinam *sicut sagittam electam* in terras emisit. Unde quando Isaac in famoso illo sacrificio Deo oblato plus quàm Abraham pater suus obtulerat (Isaac namque vitam propriam obtulit, Abraham autem vitam immolare decreverat alienam) Abraham non verò Isaac celebratus ab omnibus fuit. Dum vitis bonum generosumque vinum produxit, non tam vitis, quàm terra, quæ vitem produxerat, à quolibet laudatur: *Patrum institutio nobis applicatur: quicquid laudis in clara prole conceditur*, inquit Cassiodorus. Et Nazianzenus: *liberorum Christi recta facta parentibus adscribere, summa est æquitatis.*

Psal. 143. v. 12.

Psal. 126. v. 4.

Isaiæ 43. v. 2.

Cassiod. lib. 12. var. c. 3. D. Greg. Nazianz. orat. 32.

9. Ex quo Tobias filium suum ad certam quandam pecuniam à Gabelo Medigena repetendam dimittere decreverat, ideò ut eidem fidum in itinere faciendo comitem curarent, virum aliquem honestum & probum in foro perquisierunt, quem ei velut viæ ducem tutò jungere possent; cùm ecce juvenis quidam incognitus, nec in illis partibus unquam hactenus visus, ultrò citroque se eis obtulit, quem quod se certi cujusdam Ananiæ, Tobiæ optimè noti filium esse diceret, libenter receperunt & in filii sui dimiserunt societate, utpote virum virtuosum & probum, de quo proindè postea Tobias uxori suæ dixit: *satis fidelis est vir, cum quo misimus eum*, quasi dixisset: meliorem filio nostro socium invenire minimè potuimus, quàm juvenem istum. Porrò tametsi personatus hic juvenis verè S. Raphael Angelus humanam figuram indutus fuerit, ideoque reverà meliorem filio suo socium adinvenire non potuerint, meritò tamen inquiri potest, quomodo illum virum virtuosum & probum esse scire potuerint, quem utpotè prorsus peregrinum omninò non cognoscebant, nec homine credebant quicquam esse majorem? Hugo respondet, illos in virtutis & bonitatis suæ notitiam devenisse, ex bonitate & probitate Patris sui illis optimè noti. *Hoc præsumebat Tobias, quod dixerat ei Angelus esse filium Ananiæ: probabile est de bono patre, bonum esse filium.* Filii namque specula sunt, parentes suos claræ repræsentantia; nec fieri aliter potest, quin bonus sit juvenis, ante cujus oculos continuò resplendet sanctum exemplum parentis. Sicut è contrario vitiosum utique hunc juvenem judicaturus fuisset, quod si servisset illum fuisse vitiosi patris. Ex patre velut ex fonte nascitur virtus & vitium filii; illique

Tob. 6. c. 6.

Hugo Card. in cap. 10. lib.

imputandum est bonum vel malum, quod in rivo è tali fonte promanante esse deprehenditur.

10. Eo tempore quo Moyses Deum attentâ aure auscultabat exponentem modum, quo fabricandum erat tabernaculi candelabrum, & apparatum mensæ propositionis, contigit, ut idem Moyses ad sceleratum quendam & blasphemum judicandū & condignè puniendum evocaretur; & quia hactenus pœnam tali delicto castigando debitam, utpotè à Deo nondum decretam, ignoraverat, præcepit, ut reus iste in carcerem conjectus asservaretur, donec divinæ majestatis super hoc delicto puniendo consuluisset oraculum; cùmque illum lapidandum esse à Deo intellexisset, mox eundem sub denso quodam saxorum imbre enecari curavit. Verùm enimverò observandum, quod scriptura de hoc viro loquens, eundem non proprio nomine, sed nomine tantùm matris appellet: *Egressus est filius mulieris Israelitis; vocabatur autem mater ejus Sunamith filia Dabri, de tribu Dan.* Cur obsecro scriptura matris potiùs nomen, quam nomen filii, qui scelus istud insolenter commiserat, expressit? Ad illam tanto magis vituperandam & diffamandam, quasi peccatum illud matris potius quam filii delictum fuisset, eo quod in ejus fuisset educatione & institutione segnis nimium & negligens: *Solent Parentes,* inquit Oleaster, *propter impios filios malè audire & justè; ut qui sua negligentia, eos non bene instituerent, propter eos in populo notentur.* Filius castigatur pœnâ mortis, mater autem infamiæ pœnâ plectitur, quasi ambo ejusdem essent delicti rei; ille velut qui commiserat, hæc verò quia nimis blandè & indulgenter illum educaverat & erudierat, ob bonæ educationis defectum, matri meritò imputatur filii peccatum.

Levit. 24. v. 11.

Oleast. in c. 24. Levit.

11. Gravi admodum obligatione obstringuntur parentes, ut liberos suos apertis oculis sagaciter considerent, eosdem omni cum possibili cura educent. Non sunt tradendi oblivioni, sed magnâ debent sollicitudine educari & eruditi, ne aliquando tum pro propriis, tum etiam pro filiorum suorum peccatis à Deo castigentur. In libro Numerorum capite 2. præcepit Deus, ut quotiescunque exercitus castrametaturus esset, semper vexilla & turmæ collocarentur per circuitum tabernaculi, in quo Deus residebat: *singuli per turmas, signa atque vexilla, & domus cognationum suarum castrametabuntur filii Israel per gyrum tabernaculi fœderis.* Deus haud secus ac si Imperator fuisset illius exercitus, quotiescunque milites castrametabantur, in medio gentis armatæ esse voluit. Imperatores exercituum, quotiescunque acies firmatur exercitus, à suis circumdari militibus solent, ut per arma illorum à suis defenderentur inimicis, & à quovis, quod accidere illis posset, essent malo protecti. Verùm quærat aliquis: quid erat Deo opus, ut hoc modo à suis cingeretur & defenderetur militibus? quid omnipotentia æterna, defensione opus habebat humanâ, utpotè cui illam circumdantes semper Angelorum exercitus continuò adsistebant? quid Deo conferre poterat custodia & protectio hominum, quem nec in cælo, nec in terra, nec in inferni abysso nihil potest offendere? Oleaster respondet, Deum quidem non ideò tabernaculum suum ab Hebræa gente circumdari voluisse, ut armis illorum custodiretur & defenderetur, sed potiùs ut illos semper ob oculos obversantes haberet, ad instar boni alicujus & prudentis patris, qui filios suos ante oculos suos semper constitutos esse cupit. Audite igitur quibus hic Doctor verbis Deum alloquatur: *scio quare eos voluerit è regione tui tabernacula figere, ut veluti pius ac providus pater in filios prospiceres. Diligebas eos, & hac de causa volebas eos propè te semper habere.* Quilibet bonus & prudens pater, qui filios suos virtuosos reddere desiderat, illos ante oculos suos continuò constituros habere cupit. Unde quia virtuosus vir ille, de quo in Psal. 129. mentio fit, filios in circuitu mensæ suæ assidentes habebat, ideò eidem sibi olivæ videbantur esse similes: *Filii tui sicut novellæ olivarum in circuitu mensæ tuæ.* Laudabilesque & virtute eximios producebant fructus. Cujus contrarium accidit dissoluto illi juveni prodigo, qui mox ut se è domo patris & à

Num. 2. v. 2.

Oleast. in c. 2. Num.

Psal. 127. v. 3.

& à progenitorum ſuorum oculis ſe protripuit. Quid mali accidere non poterit ei, qui odit diem, ſolem fugit & per tenebras ſemper palpando & ceſpitando obambulat? In quodnam talis homo præcipitium caſurus eſſe non præſumitur? *Dies eſt aſpectus matris*, inquit Chryſologus, *ſol patris rutilat in vultu.* Quod ſi accidat, quod parentes ob inertiam & imprudentiam ſuam obſcurentur, & oculos ſtudii & ſollicitudinis ſuæ claudant, neque ad filiorum ſuorum greſſus & mores attendant, neceſſum eſt, ut miſerabiles eorum filii neceſſario lumine deſtituti, in tot incidant errorum & criminum abyſſos, quot infelicibus hiſce temporibus noſtris invaleſcere dolenter conſpicimus. *Nolite me conſiderare quod fuſca ſim, quia decoloravit me Sol*, dicebat ſponſa: qua ſi dicere voluiſſet, Quia ſol ejus, qui me genuit, oculorum ſuorum radios ſuper me, prout obligabatur, non direxit, ideo obſcura facta ſum & tenebroſa, quæ aliàs pulchra utique & virtuoſa futura fuiſſem, ſi debita cum ſollicitudine ad me attendendo, educatione & eruditione conveniente me illuſtraſſet. Parentes proinde ſtruthionibus ſimiles eſſe debent, qui oculorum ſuorum radiis pullos ſuos generare dicuntur.

D. Chryſ. ſerm. 1.

12. Quod maledictus Cham, Noë Patriarcham, Patrem nudum & ebrium deprehendens, eundem deriſerit, & fratrum ſuorum ad patris ſui majorem ignominiam, ſpectaculum facere voluerit, ſi eadem cum eo fuiſſent indole imbuti, idque admiſiſſent, in hoc ſcelus quoddam adeò grave & immane commiſit, ut perpetuam non ſibi tantum, ſed & filiis ac nepotibus ſuis maledictionem infeliciter acceſſiverit. Quomodò adeò omnem exuere verecundiam potuit, ut tantum temerè committeret ſcelus, qui non minus ſancti & virtuoſi, quàm ſapientis & prudentis viri filius erat? Sanctus Ambroſius ſomnum patris tanti mali cauſam eſſe dicit: *Dormiebat juſtus, cùm erraret filius.* Niſi pater dormiſſet, aut ſi apertos ſemper oculos continuiſſet, Cham utique tantum nunquàm commiſiſſet errorem. In tantum filii mali evadunt, in quantum parentes eorum dormiunt. Quia illi dormiunt, quibuſcum filius converſetur non reſpiciunt, non reſpicit; non videt inquam, quod cum perſonis infamibus, luſoribus, furibus, bibonibus & luxurioſis commercia & familiaritatem habeat, ideò factus eſt vitioſus, totique familiæ, imò Reipublicæ pernitioſiſſimus. Pater oculis ſemper apertis ſuper filio ſuo vigilare continuò debet, ſi ad bonam illum velit frugem perducere. Quod ſi pro unius duntaxat vaccæ cuſtodia & directione, ut Poëtæ fabulantur, quidam deputatus eſt Argus, vir nimirùm centum oculis præditus, quot aperiri debebunt oculi pro fideli boni alicujus filii cuſtodia? modicum foret damnum unius tantùm beſtiæ jactura, magnum autem & incomparabile damnum foret, ſi amitteretur vel unica tantùm anima, cujus ſtrictiſſima aliquando ab eo, qui ejus curam haber, eſt ratio reddenda. Utique pro commiſſi ſibi filii culpa ob ſuam negligentiam & curam, quam illius habet modicam commiſſa, haud ſecùs ac ſi propria, & à ſeipſo commiſſa eſſet, merebitur puniri.

D. Ambr. de arca cap. 11.

13. Quod ſi verba ab Eva poſtquam Cainum peperit, prolata, benè attendamus, nimirùm: *Poſſedi hominem per Deum*, facilè filios parentum unicam poſſeſſionem eſſe inde intelligemus. Cur autem filii parentum poſſeſſio appellantur? Reſpondeti inprimis poſſet, id fieri, quia ſunt ipſorum ſervi. Apud Perſas namque filii parentum ſervi erant. Servus à legibus poſſeſſio animata dicitur. Servi *à ſerviendo* dicuntur, vel quia parentes in filiis ſuis veluti immortales conſervantur: vel quia tantus eſt ad conſervandam ipſorum vitam affectus, ut ante ipſos mori & pauciores præ illis dies habere ſuperſtites deſiderent. Dici quoque poterit, quod filii dicantur parentum poſſeſſio, quaſi *pedum poſitio*, eò quod parentes filios ſuos haud ſecus ac poſſeſſionem quàndam æſtimare, & ſub pedibus ſuis ſubjectos habere continuò debeant.

Gen. 4. v. 1.

Id quod illos præcipuè arguit, qui filios suos super caput suum, imò super ipsummet Deum suum æstimant, & dummodo illos ampliùs onerare divitiis, & magnificè sublimari possint, Deum offendere, nullam legum suarum rationem habere, suasque animas in æternùm damnare nihili curant, id quod quotidiè etiamnum in multis videmus & amarè deploramus. Tandem illos parentum possessionem ideò dici existimo, quia ut filii optatos producant virtutum fructus continuò cultivari, præscindi, à malis inclinationibus expurgari, denique optimo Christianæ institutionis semine imbui debent; secùs enim aliud nihil, præterquam diversarum imperfectionum & vitiorum spinas producent. Verùm enimverò, inquit Beatus Chrysostomus, parentes hodie quidem inanimatas possessiones continuò cultivare, summaque cum diligentia & industria seminare student, de filiis autem quavis terrena possessione charioribus & pretiosioribus modicam admodum curam gerunt: *Nam ut fundus sit optimè cultus, cuncta molimur, eumque fideli viro magno cum studio tradimus. Cæterùm quod nobis charissimum est, omninò negligimus, neque curamus, quo pacto filium nostrum fideli cuipiam viro præmittamus, qui ipsius tueri ac servare pudicitiam posset. Et certè nulla nobis possessio, nullus fundus æquè nobis gratus ac charus esse debet; quippe his filiis omnia quæruntur. Igitur major nobis possessionum cura est, quàm eorum, quorum gratia illa comparatur.* Unde sicut possessionis alicujus possessio, nulli præterquàm negligentiæ aut socordiæ Domini imputatur, ita defectus virtutum in filiis, soli attribuendus est negligentiæ aut nimiæ clementiæ patris, utpotè qui continuò dormit, suosque filios ab imperfectionum foliis in animabus illorum succrescentibus expurgare, aut benignarum admonitionum actumve correctionum aratro sulcare, Christianæ denique doctrinæ, nec non boni exempli semine fœcundare minimè curat.

D. Chrys. hom. 9. in 1. ad Tim.

14. Denique filii benè dicuntur parentum possessio, id est, *pedum positio*, ut diximus, quia à parentibus sub pedibus contineri, id est, ad humilitatem & subjectionem coërceri semper debent, secùs enim steriles & infructuosi, ne dicam pernitiosi, evadent. Legite caput vigesimum quintum Geneseos, ubi refertur, quod Rebecca Patriarchæ Isaac lectissima conjux, duos utero suo filios gestârit, qui inter se mutuò cum tanto miseræ matris dolore atque molestia, in materno utero concertabant & luctabantur, ut mater pœnitentiâ ducta fuerit, quod Deum ut se matrem fieri permitteret, precibus suis requisivisset: *Collidebantur in utero ejus parvuli, qua ait: si sic mihi futurum erat, quid necesse erat concipere?* Quia verò ubi nos legimus: *collidebantur in utero ejus parvuli*, Simmachus vertit: *Ferebantur in similitudinem navis carentis legitimo pondere*, ut Abulensis notat. Ideò dum seriò mecum deliberarem, quidnam in filiorum navigiis Saburræ vel legitimi ponderis loco servire posset, ob cujus defectum miseri & infelices filii in continuo vivant naufragandi periculo, per pondus istud humilitatem meritò intelligendam esse deprehendi, utpotè quæ inter alias virtutes à vitiorum naufragio communiter salvat. Bonus igitur & sollicitus pater, si filios suos videre vult virtuosos, eosdem ita educare debet, ut eosdem sub dominio suo humiles semper habeat atque subjectos, secùs enim infallibiliter naufragabuntur, & vitiosissimi evadent. Mox ut filius prodigus à paterna se potestate exemit & liberum reddidit, hoc illi pondus verè defuit, ideò quot mare ventis infestatur, tot ferè vitiis factus est obnoxius, miserrimèque tandem est naufragatus. Nisi Dædalus Icaro filio suo alas addidisset, in mari, quod ab ipso nomen suum postea accepit, submersus nunquàm fuisset. Sagitta, quæ sine plumbo volat, in platearum compitis decidit, neque ad metam pertingit. Ædificium fundamento carens, subitò corruit. Similes sunt

Gen. 25. v. 22. Transl. Symmachi Abul. in c. 25. Gen.

pueri

pueri ei, quem ventus utiquè ambulantem in aëra levasset, nisi pedibus ejus à Patre adfixum fuisset plumbum. Porrò ex quo satis vulgata similitudine. Homo arbori compatatur, spiritualiter utique crescere nunquam poterit, si radice destitus fuerit humilitatis. Sicut enim Deus æstui & impetui maris arenam objecit; ita quoque Parentes impetui & ardori juvenili apponere debent humilitatem, ut continuò mortificetur & subprimatur, nec ullas sibi vires acquirat. Ubi igitur nunc sunt illi, qui ex superabundantia & irrationabili affectu instigati, in tanta filios suos libertate & licentia enutriunt, ut servi potius filiorum suorum quam Patres videri possent. Hujusmodi Patres filios suos ad implendos carceres, ad Galearum remigia ad patibuli infame suspendium, ad infernum, denique ad perpetuam suam confusionem & infamiam educant, cum enim ex fructu arbor cognoscatur, ex malo filio malus & vitiosus Pater perspicuè cognoscitur.

SERMO II.

IN FESTO CIRCVMCISIONIS D. N. IESV CHRISTI.

THEMA.

Vocatum est nomen ejus IESUS.
Luc. 2.

ARGUMENTUM.

Turpè est homini, si vocetur, & non sit Christianus.

1. ROsa hoc nomine appellatur, quia rosa, id est, rubea est, nisi rosa esset, Rosæque quoque nomen nō obtineret. Leo hoc nomine vocatur, quia Rex est animalium; nisi enim Rex esset, nomen quoq; Regis non haberet. Sol ita dicitur, quia in nostro Hemisphærio existens, suiq; splendoris excessu cuncta alia luminaria occultans solus in cœlo resplendet; quodsi ipso in cœlo præsente vel unica alia stella fulgeret, tali quoque nomine mox destituendus esset. Nomen enim rei nominatæ omnimodè respondere debet, aut si non correspondeat dimitti, & aliud ejus loco nomen assumi debet. Quoniam Jacob ex luctatore factus fuerat Dei comprehensor, ideoque nomen Jacob eidem non satis aptè quadraret, mutato nomine vocatus est *Israël*, id est, *videns Deum*. Cum Alexander magnus duos equites clarum scilicet & Alexandrum, pro certi cujusdam prægnantis negotii expeditione nonnullorum militum suorum Capitaneos seu centuriones creasset, mox singulos eorum sui officii strenuè commonuit. & sicut Clarum multis est rationibus exhortatus, ut clarum se, id est famosum & celebrē & fortem exhiberet, ita quoq; *Alexandrum nominis, quod sibi cum eo commune erat admonuit*, quasi eidem dicere voluisset: cum tu *Alexandri*, id est, *fortissimi* nomine sis insignitus, dignū quoq; est, ut tuo correspondens nomini, fortissimum quoq; te esse probes. Ipsemet quoq; Salvator noster suū effundere pretiosissimum sanguinem, vitamq; suam in infami quodam crucis trunco prodigere eo tantum fine voluit, ut hac ratione imposito sibi de cœlo in circumcisione sua proprio nomini perfectissimè correspondaret; conveniebat enim, ut quia in circumcisione sua *vocatum est nomen ejus IESVS*, quod idem quod *Salvator* significat, Jesus quoq; reipsa esset, magnoque huic nomini arduo illo redemptionis humanæ opere correspondaret. Porrò cum Christianæ vitæ professio,

Quint. Curt. lib. 2.

Luc. 2. v. 21.

fessio, perfecta quædam sit Christi imitatio, hinc est quod cum Christianus nomen Christi portet, Christum quoque sequi, & juxta nomen suum, quo Deus illum nobilitavit & dignum reddidi operari meritò debeat; cum nihil sit turpius aut probrosius, quam dici & non esse Christianum. Id quod in præsenti discursu plenius videbimus & demonstrabimus.

1. Non dubito quin sæpius audieritis, quod quoties è scriptoribus gentilibus nonnulli de Christo mentionem faciunt, illum non Christum, uti nos: sed Chrestum appellent. Sic Suetonius Tranquillus, de quodam inter Judæos enato tumultu scribens, eundem, quid scribat ignorans Christo attribuit, dum illum excitatum esse dicit: *impulsore Chresto* Fuitque nomen istud non solum à Fidei nostræ inimicis: Christo, verum etiam David Patri ejus attributū, ubi enim nos *Psalmo 33.* legimus: *Gustate & videte, quoniam suavis est Dominus.* Procopius legit: *Gustate & videte, quoniam Chrestus est Dominus.* Idem quoque accidit Apostolorum Principi S. Petro Vicario suo, cujus verba cap. 2. Epistolæ suæ primæ: *si tamen gustastis, quoniam dulcis est Dominus,* è Græco vertuntur: *Quoniam Chrestus est Dominus.* Quonam mysterio Christus ab aliis *Chrestus* appellatur? Quia nimirum Christus in latino sermone interpretatur *utilis* vel *commodus.* Unde quia Homo nec in hoc, nec in alio mundo commodiorem, & pro suis emolumēris utiliorem Christo haud quaquam habuit, ideo Christus Chrestus est appellatus, id est, utilis. Cum igitur Christianus quilibet Christi nomen in professionis suæ nomine portet, æquum omnino est, ut suo quoque nomini correspondeat, suoque proximo utilis sit & commodus. Unde liquidò apparet, quam ineptè nobile hoc nomen cupido & avaro Christiano conveniat, qui pro rei suæ familiaris augmento, bona quoque invadit aliena. Quomodo tibi ò Christiane nomen Christi quadrabit, qui tanta cura & sollicitudine, imò violentia rapere niteris bona proximi, eique pernitiosus esse, cui commodus potius esse debebas & utilis. Cum enim non censeatur Christianus, qui proximo non est proficuus, satis apparet nomen tuum operibus minimè correspondere. Nomen istud haud aptius tibi congruit, quam lupo nomen conveniat agni, umbræ nomen luci, aut cupido nomen liberalis & munifici. Porrò de certis quibusdam Indiarum occidentalium populis scribitur, quod quia de nonnullis Christianis noverant eosdem suos miraculosè sanasse infirmos, ideo eosdem credere nequaquam voluisse, certos quosdam Gallos, qui ingentibus post se damnis regionibus illis illatis per omnes illas regiones discurrerant, verè Christianos esse. Dicebant enim Christiani infirmos sanant, hi sanos occidunt & mactant. Etenim tametsi homines isti barbari essent, illis tamen non immerito Christiani nomen ineptè convenire judicabant, quem proximo sæpè experti fuerant damnosum.

Suetonius.

Ps. 33. 9. Transl. Procopii.

1. Pet. 2. v. 3.

Relatis ab Alvarez, Nunnez.

3. Christiani etenim ab Apostolo in Epistola ad Philippenses stellæ seu cœli luminaria sunt appellati: *In medio nationis pravæ lucetis, sicut luminaria in mundo,* dicebat ad Philippenses. Cur obsecro luminaria vocantur? Nimirum tum quia ad instar stellarum Ecclesiæ cœlum ornant & expoliunt, atque in cunctis actionibus suis à Deo summo bono ad summum beatitudinis æternæ bonum sibi comparandum continuò sine ulla resistentia gubernantur: tum etiam quia quantumvis sæpè moveantur, atque ex uno labore in alium perpetuo quasi itineris cursu devolvantur, in his tamen omnibus, admirabilem quandam conservantes constantiam & animi firmitudinem, veræ quædam stellæ esse videntur, ita à stando dictæ, eò quod in continuo motu immobiles tamen semper persistant. Stellæ etiam dici poterunt, quia haud secus ac stellæ in mortis occasu majores repræsentantur, quam in ordinatro vitæ suæ cursu esse apparuerint, utpote quos Deus quamdiu in hac vita degunt, humiles vult esse & parvulos, mox verò ut mortui fuerint exaltat, illustrat, & glorificat. Stellæ insuper dicuntur, quia Deus in illis sedet, ut inquit sapiens: *Anima justi sedes est sapientiæ.* Deus namque ut Ecclesia canit: *stellato sedet solio.* Adhæc meritò Christiani stellæ appellantur, quia sicut stellæ virtute meritorum suorum, & orationum suarum efficacia, mun-

Ad Philip. 2. v. 15.

mundum, ne in ruinam præceps devolvatur, conservant & sustentant; nisi hæ stellæ essent, jam dudum mundus interiisset. Denique Christiani stellæ sunt, quia utiles & profi cui sunt omnibus. Stellæ à Deo conditæ sunt, non ut lumine ipsis congenito semetipsas, sed alios potius illustrent. *Idcirco Paulus*, inquit Chrysostomus, *fideles homines luminaria appellat, ex ipsa appellatione manifestans oportere fideles cæteris usui esse. Luminare quippe quamdiu seipsum tantummodo illuminat, luminare non est.* Christiani aliis necessariò utiles esse debent, nisi enim utiles sint aliis, stellæ non erunt, nec luminatia dici merebuntur. S. Augustinus utilitatem proximi veram vult esse notam, unde dignoscatur verus Christianus, cum dicit: *Ille verè Christianus est, qui omnibus misericordiam facit, qui nullâ omninò movetur injuria; qui alienum dolorem tanquam proprium sentit, cujus mensam nullus pauper ignorat, qui opprimi pauperem se præsente non patitur, qui miseris subvenit, &c.* Christianus qui secus fecerit, & proximo suo non utilis, sed damnosus fuerit, non versus sed falsus Christianus erit; nomen habebit, non verò opera, ad ea, quæ nomine suo promittit nequaquam se reflectit; sed mendax erit, falsarius erit, mundi denique dolosus impostor erit.

D. Chrys. li. 3 ad v. vitup. vitæ Monasticæ.

D. Aug. lib. de vita Christiana.

4. Porrò S. Joannem Baptistam Christi præcursorem, & Beatissimam Virginem Deiparam à Christo Domino nostro verè baptizatos esse certò constat; cum tamen ex alia parte nec Christus hisce ambobus Baptismum ministrare, nec hi illum à Christo petere aut recipere debuisse videantur; utpote qui illo minimè indigebant; siquidem S. Joannes Baptista ab originali macula in ventre matris suæ, dum eam B. Virgo visitavit sanctificata & purificata fuit: B. Virgo autem ab eadem culpa nunquam coinquinata, sed præservata semper permansit. Etenim si Baptisma lavacrum quoddam est, quonam fine illa lavabitur anima, in qua nullum est inquinamenti alicujus aut fœditatis vestigium. Et tamen tametsi id verum sit, baptizari tamen B. Virgo voluit, ne charactere, qui in baptismo imprimitur, destitueretur. Theologi namque existimant, characterem, qui in baptismo animæ baptizati imprimitur, splendidissimam stellam quandam esse; quæ postquam homo sacris fuit undis immersus, & oleo Spiritus sancti inunctus est, in baptizati fronte invisibiliter resplendet. *Doctrina est in sancta Theologia*, inquit S. Vincentius, *quod in baptismo datur quoddam signum in anima, quod à sanctis Doctoribus dicitur character, pulchrum signum ad instar stellæ in fronte. Ideo Ioannes Baptista & Virgo Maria voluerunt baptizari à Christo, licet fuissent baptizati in utero matris, ut haberent signum characteris.* Merito igitur Christianus resplendere dicitur, utpote qui oleo, quod splendorem parit, unctus est atque ornatus; Ex eo enim, quod unctus *Christianus*, id est, *unctus*, appellatur. Nisi igitur resplendeat, nomen Christiani in vacuum portabit; nisi enim lux luceret, nemo illam lucem appellare præsumeret, sicut enim quia *aurum ab aura*, id est, à splendore nomen habet, ut vult Isidorus, ideo deficiente in hoc metallo splendore, illud lutum potius quam aurum appellaretur.

D. Vincent. ser. Fer. 6. post Iudic.

D. Isidorus.

Si reprieveris, nec nomen habere mereris, inquiunt Legistæ.

Unde quisquis Christianorum hoc virtutum lumine sorbatus est, obscurisque peccatorum tenebris involutus tenetur, splendido hoc Christiani hominis nomine indignus censetur; neque enim benè conveniunt nomen illustre & homo obscurus & tenebrosus.

5. Christus ab Apostolis suis rogatus, ut illis orationem quandam dignaretur concinnare, qua Deum suis possent in necessitatibus implorare, iis confestim acquiescens hanc illis precatiunculam dictavit, cujus hoc exordium: *Pater noster qui es in cœlis.* Quasi illos monere voluisset, & dicere: Primum quod in orationibus vestris in medium adducere debetis, est ut Deum, fateamini Patrem vestrum, eundemque in cœlis esse. Scio equidem hanc Christi Doctrinam nonnullis fortasse primo intuitu non satis videri solidam esse, dum Deum in cœlo esse dicit, Nemo enim est qui nesciat, Deum in nulla determinata mundi parte esse, utpote qui in omnibus mundi partibus & locis existere noscitur, tam in terra & in infer-

Matth. 6 v. 9.

inferno, quam in cœlo; Neque enim Deus immensus aut omnipotens esset, si non in omnibus mundi locis, sed in uno tantum loco existeret. Veruntamen, ut S. Petrus Chrysologus inquit, tametsi verum sit Deũ, tam in terra, quam in cœlo, imo in toto mundo, & omnibus mundi partibus præsentem esse: Christus tamen cœlestis Magister noster vult omnino ut eum in cœlis esse dicamus, ut hac ratione eum magni illius Regni cognoscamus esse Regem, ipseque Christianus, dum ex una parte Deum patrem suum appellat: *Pater noster*, ex altera vero parte hunc Patrem suum Regem in supremo illò cœlestium luminum regno residentem esse contestatur dicens: *Qui es in cælis*, se in suis actionibus tanto Patre non probaret esse degenerem, sed tam sibi ne peccatorum obscuraretur tenebris caveret, quam virtutum ornamentis se illustrem & præcellentem reddere contenderet. Verba sancti hujus Doctoris sunt hæc sequentia: *Non sic accipias, quasi Deus sit loco clausus, qui claudit omnia, sed intellige esse tibi genus è cælo, cujus pater habetur è cælo, & age ut vivendo sanctè sancto respondeas patri. Dei filium ille se probat, qui vitio non obscuratur hominis, qui divinis virtutibus claresc it.* Christianus obscurus & tenebrosus, potius principis terrarum filium se esse probat, quam ejus qui Pater est luminum, is namque luminosus & virtutibus debet esse illustris, hoc enim character significat, qui homini eo ipso, quo in Baptismo filius sit Dei, imprimitur. Hic namque signum quoddam est, unde homo continuo monetur, ut animam suam à vitiorum tenebris (si fortè hæ illam obscurarunt) expurget, & illustret glorioso lumine virtutum. Denique eo ipso, quo unctus est, lucere tenetur. *Lucet oleum*, inquit S. Bernardus. Nullus unquam nomine illustri & splendido dignus erit, qui in vita & conversatione obscurus fuerit & tenebrosus. Nomen enim lucis non nisi luci aut lucido convenit, non vero obscuro.

S. Chrysol. serm. 67.

D. Bernardus.

6. S. Hieronymus de semetipso refert, se aliquando in spiritu raptum coram Divino tribunali fuisse præsentatum, cumque de sua professione à Deo interrogatus, Christianum se esse respondisset, confestim is qui tribunali præerat, eum mendacii arguebat, utpote qui Ciceronianus potius quam Christianus esset: *Interrogatus de conditione, Christianum me esse respondi, & ille qui præsidebat. Mentiris ait, Ciceronianus es, non Christianus.* Dicat hic aliquis: Ergone S. Hieronymus hoc cùm id sibi accidit, Christianus non fuit; Nunquid baptizatus. Imo verus Christianus erat, & baptizatus erat. Eccur igitur Deus illum tunc Ciceronianum, non vero Christianum esse dixit? Quia nimirum non imitabatur Christum prout obligabatur, eo ipso quo Christianus erat, sed Ciceronem potius consectabatur, utpote cujus delectabatur styli & dictionis elegantia. Quia igitur sanctus hic Doctor Christum non imitabatur, quod est Christiani hominis officium, ideo quoque Christiani nomine censebatur indignus, utpote quod solis convenit Christi imitatoribus. *Christiani nomen*, inquit S. Augustinus, *ille frustra sortitur, qui Christum minimè imitatur. Quid enim sibi prodest vocari quod non es, & nomen usurpare alienum. Sed si Christianum te esse delectat, qua Christianitatis sunt gere, & meritò tibi nomen assume.* Meritò Deus S. Hieronymo Christiani nomenclaturam abstulit, & Ciceroniani nomen imposuit, quando non Christum sed Ciceronem imitabatur. O quod sunt hodie Christiani qui quod alia quam Christum consectentur, Christiani præclaro nomine indignos se constituunt. Quid enim tibi videtur? num fortè Christiani nomen bene adaptabitur illi Principi, qui Christum imitari erubescens, vel Alexandrum, vel Cæsarem, vel Augustum, aut alium quemvis famosum ac celebrem mundi Principem imitatur, qui Christum non cognovit, sed occidit, qui Christum non veneratus, sed persecutus? Num Christianos appellabimus alios, qui præcepta legis Christi, secundum quæ vitam suam moderari debet verus Christianus, dedignati, Cornelium Tacitum legunt quotidie & pervolvunt, ut res suas juxta Diabolicas rationes status dirigant & gubernent; utique ejusmodi scioli & nugivenduli Tacitistæ potius quam Christiani appellari merentur.

D. Hier. ad Eustoch. Epist. 22.

D. Aug. ibid.

7. Noëmi mulier illustris & sancta post diuturnam in longinquis & cæteris regio-

nibus moram, in patriam ſuam reverſa, dum ſe à patriotis ſuis proprio & vulgari nomine ſuo appellari audiſſet, adeo idipſum ei diſplicuit, ut continere ſe nequaquam potuerit, quin diceret: *Ne vocetis me Noemi*, quaſi diceret: obſecro vos, ut ſi me diligatis, & ſi inveni gratiam coram vobis, ab hoc Noëmi nomine deinceps abſtineatis, utpote quod abſque faſtidio & dolore audire nequeo. Dic ſodes, cur ſancta hæc mulier proprio ſuo nomine noluit appellari, & quidem nomine adeo pulchro? *Noemi* enim in lingua Hebraica idem ſignificat, quod *pulchra*, vel *decora*, in lingua latina. Ideo nimirum nomen iſtud exoſum ei fuit, quia licet annis ſuperioribus pulchra fuiſſet, tunc tamen pulchra nequaquam erat. Deus enim continuis ærumnis & afflictionibus ei immiſſis vultum ejus prorſus dejecerat & deformarat, prout ſubſequentibus verbis haud obſcurè innuebat: *Quia amaritudine replevit me omnipotens*; Et propter hanc experpeſſis ærumnis ſuis in vultu contractam deformitatem, Noëmi, id eſt pulchræ nomen ei magnopere diſplicuit. Probè namque ſciebat, pulchræ nomen ſibi adeo in vultu deformatæ peſſimè convenire, & derisorium ſui potius quam ſibi honorificum eſſe. Optatem equidem, ut ex hac doctrina mali Chriſtiani ediſcerent, quam illis ſanctum hoc & laudabile Chriſtiani nomen turpe ſit & probroſum. Quodſi enim ly *Chriſtianus*, ut diximus, idem ſignificat quod *unctus* id eſt, lucidus & odoriferus, quomodo nomen iſtud tam excellens convenire poterit homini alicui, qui in tenebris & in tam intolerabili tot enormitatum & ſcelerum fœtore & pœdore vitam degit, ut potius inferni fœcibus immerſus vivere, quam præſentis vitæ luce frui dici poſſit? Peſſima eſt inter bonum odorem & fœtentem vitam ſocietas atque commercium.

Ruth. 1. *v.* 20.

8. S. Apoſtolus in titulo Epiſtolæ quam ad Romanos ſcripſit, dicit ſe literam certis quibuſdam Romanis incolis ſcribere vocatis ſanctis: *Omnibus, qui Romæ ſunt dilectis Dei vocatis ſanctis.* Quinam erant hi vocati ſancti, ad quos S. Paulus hanc exarabat Epiſtolam? Erantne fortaſſe Martyres, Confeſſores, aut Virgines? Reſpondet Nicolaus de Lyra, per vocatos ſanctos omnes in univerſum intelligebat Chriſtianos, qui tunc Romam incolebant: *ſanctis*, id eſt *Chriſtianis*, inquit. Lyranus Loco hujus nominis Chriſtianis, ſcribit ſanctis, inſinuans omnes quotquot in Chriſtum credebant, ſanctos eſſe. Unde colligere licet, nomen Chriſtiani & nomen ſancti, velut unum & idem ſignificantia inter ſe confundi. Chriſtiani appellantur ſancti, quia ex omnibus terram in habitantibus hominibus ſelecti ſunt, & ab illis pro comparanda ſibi gloriæ corona ſeparati: *Sanctus* enim idem eſt quod *ſeparatus*. Aut quia ſunt ſine terra: Agyos enim, id eſt, *ſanctus*, interpretatur *ſine terra*; Aliis ſiquidem hominibus permiſti ſunt terreni affectus, qui tamen Chriſtianis veluti hominibus Angelicis minimè conveniunt; illos namque ſoli decent cæleſtes, ſpirituales, atque ab omni humana imperfectione expurgati affectus. Fortè etiam ſancti dicuntur ob ſingularem fidei firmitatem, hanc enim ly *ſanctus* inter alia ſua ſignificata quoque recenſet. Chriſtiani enim in conſervanda & confitenda ſua profeſſione ad talem ac tantam obligati ſunt firmitatem, ut ſanguinem potius cum vita fundere & prodigere parati eſſe debeant, quam ab ejus quam à Chriſto edocti ſunt fidei confeſſione deſiſtere. His adde quod cum Chriſtianus velut princeps aliquis ſit purpuratus, & Chriſti Redemptoris ſui *ſanguine tinctus*, ideo dici mereatur ſanctus, id eſt, *ſanguine tinctus*. Denique Chriſtiani appellantur ſancti, quia vita ipſorum pura & ſancta eſſe debet, atque ab omni peccati turpitudine & impuritate expurgari. Nomen igitur Chriſtiani illi convenire non poterit, cui ſancti nomen non convenit; Ergo peccator aliquis tot culpis coinquinatus vocari Chriſtianus non poterit, eum ſanctus appellari non poſſit; imo nomen Chriſtiani adeo ineptè in illum quadrabit, ut puritatis nomen impuritati, pulchritudinis nomen turpitudini, nigrum albo ineptius quadrare non poſſit.

Ad Rom. 1. *v.* 7.

Nicolaus Lyran. in cap. 1. *Ad Rom.*

9. Ad idem propoſitum non eſt ſine ſpeciali attentione prætereundus locus quidam ex cap. 28. S. Matthæi deſumptus, ubi Evangeliſta de ſepulchro in quo Redemptoris noſtri corpus poſitum erat, loquens

quens dicit: *Vespere autem Sabbathi, quæ lucescit in prima Sabbathi, venit Maria Magdalena, & altera Maria videre sepulchrum.* Quibus verbis facet Evangelista jam de una, mox de duabus Mariis tractare seu loqui videtur. Inprimis enim loquitur quasi de una, cum dicit: *Venit.* Si enim de pluribus loqui voluisset, dixisset utique *venerunt*, & non *venit*, Deinde etiam de duabus videtur disserere, dicendo; *Venit Maria & altera Maria.* Maria & altera Maria sunt duæ, non vero una Maria. De quot igitur Mariis eum hic loqui existimas? De una an vero de duabus? De una sola loquitur, non vero de duabus Mariis, ideest, de Maria Magdalena, quam bis nominat, dum illam alteram Mariam appellat, quia quando venit ad sepulchrum, fuit una, & quando à sepulchro rediit, fuit altera Maria à se ptiori longe diversa. Quia quando ad sepulchrum primitus accessit, expers erat fidei Christi; quando vero à sepulchro rediit, fidelis erat, atque ideo illam velut à seipsis diversam proponit, tametsi in rei veritate ipsissima & non altera mulier esset. Ita hunc difficultatis nodum S. Petrus Chrysologus solvit, dicens: *Venit Maria, & altera Maria: quo & una in duabus nominu unitas figuraret, & mutatā fœminam diversitas pāderet personarum. Venit enim non venerunt; & cum dicit alia, in utraque eandem mystico designat affatu, ut aliam venisse ante fidem, aliam post fidem redituram esse monstraret.* Per hunc autem loquendi modum, Divinus Evangelista innuere nobis voluit: Christianum longè alium valdeque diversum esse ab eo, qui antea erat, dum Christianus nondum esset. Sicut Maria Magdalena alia post fidem facta, à semetipsa ut erat priusquam fide recta credere inciperet. S. Augustinus post sui ad fidem orthodoxam conversionem alius fuit à seipso, qui erat dum Manichæus adhuc esset. S. Cyprianus alius & valde diversus fuit postquam est baptizatus à se ipso adhuc idololatra & gentile existente. Gentilibus non cognoscere aut credere in Christum, multæque aliæ imperfectiones, non censebantur peccata, non verò idem à Christianis censetur, Gentiles luxuriam, vindictam, usuram, ambitionem, & alios centenos defectus humanos velut non peccamiMatt. 28. v. 1.

D. Chrysol serm. 76.

nosos permittrebant, quæ tamen Christus in suis damnat & prohibet, dum illis præcipit ut casti sint, liberales, mansueti, humiles, aliisque centenis virtutibus conspicui & præcellentes. Atque ideo nescio profectò, qua ratione homo ille Christianus dici possit, qui Gentilium adhuc defectibus vivit coinquinatus, cum tamen si verè Christianus esset, alius esse deberet ab eo, qui fuit. Quia enim ad baptismum velut ad sepulchrum accedimus, quasi mundo & mundi vitiis omnino mortui, ideo in regressu à Baptismo, id est, in reliquo vel residuo vitæ nostræ, sanctæ hujus mulieris exemplo esse debemus alii ab illis, qui antea fueramus, exhibendo nos tantò justiores, quantò superiori tempore majores eramus peccatores; Hac enim ratione, & non aliter sanctorum & Christianorum nomine digni essemus.

10. Nemini equidem ignotum esse credo, adeo præcellentem esse hominis Christiani dignitatem, ut non homo, sed Angelus appellari mereatur. Unde quotiescunque olim gentiles Christianum aliquem conspiciebant, præ stupore dicere solebant, inquit Chrysostomus; *Verè magnus Christianorum Deus, quales constituit homines? quales è qualibus fecit? Angelos ex hominibus ipsos reddidit.* Atque hinc fit, quod Christianus sæpè non Christianus, sed Angelus appelletur. Verba namque Psalmi 77. *Panem Angelorum manducavit homo*; apud S. Augustinum hunc sensum obtinent: *Panu, quem Angelorum appellat, manna est, ut quod tunc factum est, ejus rei, quæ nunc in Ecclesia offertur, figura fuisse existimetur: ut Christiani populi, quos in Angelu significavit scriptura, panem manducarent homines, id est, Iudæi, quos homines dixit.* Quasi dicere vellet: Quando David dixit; Panem Angelorum manducavit homo, idem est, ac si dixisset: Panem Christianorum, id est sanctissimam Eucharistiam manducavit Hebræus, qui manna manducans, Eucharistiam in figura sūpsisse censebatur; ubi vides, quod Hebræus populus per hominē, per Angelos vero Christiani intelligantur, quasi qui ob summam conditionis & professionis suæ dignitatem Angeli potius sunt, quam homines. Jure meritò autē Christianus Angelus vocatur, quia

D. Chrysost. Hom. 9. ad Pop. Psal. 77. v. 19. D. Aug. q. 19. ex vet. Test.

ejus patria, non terra quæ hominum est patria, sed cœlum est, patria nimirum Angelorum. Christianus est admirabilis ille Scotiæ fructus, qui in sancti baptismatis aquas incidens, in avem confestim transmutatur, in spiritum quendam transformatur aligerum, fit Angelus, & recta in cælum volat, ut ibidem velut in propria patria sua æternam sibi habitationem figat. Cum igitur Christianus Angelus aliquis esse censeatur, Angelicam quoque vitam ducat, oportet, ne sublimi hoc nomine indignus esse comperiatur. Item quantum fieri potest, tam in vestimentis, quam in cibis, aliisque terrenis necessitatibus modico contentus vivere, pacem cum proximo servare, & aliorum quoque hominum profectui studere debet, hæc enim Angelis potius quàm hominibus conveniunt. Econtra vero malè nomen istud iis conveniet hominibus, qui mundanis bonis nunquam satiari videntur, qui in continuis litibus & discordiis vitam suam traducunt, qui denique ob vitiorum aliorum enormitates Dæmones potius quam homines censeri merentur. Sceleratus namque Christianus nihil est aliud quam Dæmon quidam, utpote qui Dæmonis faciem vivacissimè refert, inquit Paulus de Palatio: *Revera impii facies, facies est Dæmonis.* Perverso Christiano non minus turpiter Angeli nomen convenit, quam Dæmoni turpe est, quod ex Angelo factus sit Dæmon, nunquam iterum Angelus futurus, aut ad pristinam felicitatem nunquam revocandus.

Paul. Palat. in cap. 4. Matth.

Gonzalez de Oviedo sum. Ind. cap. 9.

11. Ex quo Indorum populi eodem prorsus nomine, quo Dæmonem quem adorabant, appellare solent, Christianos vocant, id quod ut dicit Author hujus Historiæ, Barbari quidem faciebant, ut hoc nomine Christianos honorarent, utpote quibus nomen Dei sui imponebant; nomen tamen illud Christianorum nonnullis adeo aptè conveniebat, ut aptius illis imponi nequivisset. Verum dicat aliquis, qua ratione possibile erit, nomen Dæmonis Christiano alicui aptè convenire, qui adeo contrarius est Christianis. Respondet idem Author, quandoquidem ejuscemodi impii homines vitam non agebant Christiano dignam, sed Dæmoniacam, sed scandalosam, sed turpem, ideo adeo erant in regnis illis crudeles & exitiosi, ut Dæmones potius quam Christiani esse viderentur. Haud secus ac si Dæmones fuissent gentem illam pessimis actionibus & exemplis suis malè tractabant, eamque à fide Christi recipienda magnopere impediebant. Christianus qui alienæ saluti noxius est, non Christianus, sed Dæmon dici meretur, utpote qui Dæmonis officium exerceat. Eo ipso quo Judas sceleratis actionibus adeo pernitiosus erat, à Christo non Christianus, qualis per baptismum erat, sed Dæmon vocatus fuit: *Ex vobis unus Diabolus est*, dicebat Christus Apostolis suis, de pessimo hoc Christiano loquens.

Ioan. 6. v. 70.

12. Nescio profectò qua ratione fieri possit, ut homo, quem Deus per Baptismum in Angelum quasi transformavit, tantam dignitatem cognoscere nolens, sed spernens, peccator fieri, inferni vias ingredi, nomenque & personam Dæmonis in se assumere eligat. O stultitia vere deploranda! Tali peccatori utique dici poterit, quod Demades orator Philippo Macedonum Regi dixisse fertur, quando illum ebrium, suæ dignitatis prorsus oblitum, cum servorum turba viliter stulteque ludentem vidit: *Cum ô Rex fortuna tibi Agamemnonis personam imposuerit, non pudet te factu agere Thersitem?* Qualis est hæc tua stultitia ô Christiane, quod cum Deus tibi ex rara & insolita gratia sua Angeli personam imposuerit, teque cæli Empyrei Principum nomine dignum effecerit, tu econtra per opera tua criminosa atque perversa à tanta dignitate degenerare, atque in Dæmonem te transformare volueris, idque effeceris, ut sicut nomen aliquod adeo magnificum & illustre amisisti, ita contra aliud tibi probrosum, adeoque exosum, quantum prius illud, quod imprudenter amiseras, amabile erat infeliciter tibi comparaveris. Nemo equidem sano præditus judicio, pulcher cum sit, turpis fieri desiderat: tu solus cum Angelus esses, Dæmon fieri, adeoque turpis & abominabilis, quantum antea pulcher & amabilis eras, effici voluisti. Quamdiu in enormissimorum vitiorum tuorum inferno vivis, tam de perdi-

Apoth. lib. 6.

to

dito pulcherrimo Angeli nomine, quam de comparato tibi turpissimo Dæmonis nomine gaudere videris. Eheu quam tu miser es & lachrymis sanguineis dignissimus. Scio equidem quod asinus, ut personatum se leonem esse fingeret, pelle se leonis amicire contenderit, ut Æsopus fabulatur, at verò nunquam me legisse memini, quod leo ut asinus videretur, asini se exuviis vestiverit. Scio inquam, quod Dæmon sæpè turpitudinem suam fastidiens Angeli formam assumere soleat: *Transfigurat se in Angelum lucis.* 2. *Cor.* 11. v. 14. Nunquam tamen Angelus Dæmonis speciem sibi assumpsisse legitur. Ignorantiam meam in hoc fateri ingenue cogor, quod nesciam, quidnam te ad Dæmonis assumendam formam permoveat, qui per fidem quam profiteris, factus fueras Angelus. Nescio denique qualiter non confundaris, dum te in actionibus tuis Dæmonem esse conspicis, quando crucis signum tibi imprimis, Dæmoni adeo contrarium & exosum.

15. Magna equidem & admirabilis est Christiani hominis dignitas ex eo, quod Angeli nomen, nomen inquam unius è paradisi Principibus præ se ferat: veruntamen longe apparebit major & admirabilior, si consideremus Christum insignitum quoque esse nomine Christi, omnium cælestium Principatuum Principis. *Quivis Christianus, quidam Christus est*, inquit Paulus de Palatio. *Paul. Pal. in c. 12. Matth.* Eo ipso quo inter Christianos gradimur & vivimus, veluti inter totidem Christi imagines ambulamus, inquit S. Ambrosius. *Inter multas Christi imagines ambulamus.* *D. Ambr. in Ps. 118. Matth. 25 v. 40.* Unde & ipsemet Christus Dominus dum inquit: *Quamdiu fecistis ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis*; innuere voluit, omnem Christianum tametsi minimum, Christum repræsentare. Unde sicut ex eo quod Cræsus omnes regni sui primates adeò magnifice illustrasset & exerisset, Soloni videbatur quemlibet primatem verum quendam Cræsum repræsentasse: ita Christiani in Ecclesia militante adeo sunt à Christo honorati, ut quilibet eorum Christus quidam esse videatur: *Quivis Christianus, quidam Christus est.* Porrò ad hoc Christianus à Christo parum vel nihil differat, hinc est, quod quia Christus verus est Dei filius, ita quoque Christianus in baptismo filius Dei fiat. *Dedit eis potestatem filios Dei fieri, his, qui credunt in nomine ejus.* *Ioan. 1. v. 12.* Cùm igitur Christianus Christus quidam Dei filius sit, Christi filii Dei quoque opera facere debet. Quænam autem sunt hæc propriissima Christi filii Dei opera? *Inimicis ignoscere*, inquit Chrysostomus, *pro crucifigentibus precari; pro odio habentibus sanguinem fundere, ista demum digna sunt filio Dei, inimicos, ingratos, fures, improbos, insidiatores, fratres & hæredes facere.* *D. Chrys. hom. 19. ad Ephes.* Neque tamen ô Christiane dicere ausim, quodsi contrarium facias, si nimirum receptas offensas vindices, malum pro malo reddas, proximum tuum durè habeas atque vituperes, miserabilium hominum sanguinem sugas, Christus quidam esse, tamque excellenti & admirabili nomine dignus fieri possis. Potius nomen filii Dæmonis, imò ipsiusmet Dæmonis, utpote cujus opera facis, convenier.

14. Nomen Christi, nomen est magnum, illustre, glorioſum; est nomen ejus, qui homines à terribili Dæmonis tyrannide liberaturus, proprium suum sanguinem fudit, vitamque suam pretiosissimam, in crudelissimam vituperosissimamque mortem prodegit: *Humiliavit semetipsum*, inquit de Christo Apostolus, *factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod & Deus exaltavit illum, & donavit illi nomen, quod est super omne nomen.* *Ad Phil. 2. v. 9.* Hoc autem nomen adeo magnum & sublime, adeo illustre & glorioſum nullatenus ei convenit homini, qui se peccati jugo subjici, & sub Dæmonis dominio vivere non erubescit, sed gaudet. Athenienſibus lex posita erat, ne nomine Harmodius & Aristegiton, nomina videlicet duorum fortissimorum athletarum, qui Hippiam Tyrannum pro patriæ suæ libertate fortiter occiderant, servis imponerentur. Rationem Aulus Gellius assignat dicens: *Quoniam nefas ducerent nomina libertati patriæ devota, servili contagio pollui.* *Aul. Gell. lib. 9. c. 2.* Quo jure, ô Christiane peccator, nomine ejus insigniti poteris, qui postquam omnes à Diabolica tyrannide homines liberavit, adeò factus est glorioſus &

illustris, cùm tu vitiorum tuorum, imo Dæmonis, qui peccatorum Rex est, factus sis servus, an non vides, quod malis moribus tuis tantæ gloriæ nomen vituperes & obscures! meritò tibi dicendum videtur quod olim Alexander Magnus ignavo cuidam & abjecti cordis militi, cui etiam Alexander nomen erat, dixisse ferrur: aut mores muta, aut nomen desere. Nomen Christi, nomen est regium, quod servitutem nunquam agnovit, soli namque Reges olim Christi vocabantur, non vero alii, qui erant de plebe, nefas enim esse censebatur nomen regium servili contagio polluere. Captæ equidem ab Alexandro Darii mater, uxor, & filiæ, etiamnum vocabantur Reginæ, sed falso, inquit Curtius: *Reginas, Dominasque veris quondam, nunc alienis nominibus vocitantes.* Rex in servitutem redactus, nomen confestim perdidit Regis; tu quoque quia peccati factus es servus, nomen Christi amittis: quodsi autem illud perdideris, aptè illo nominari minimè poteris, nefas enim, quod alieno, non vero tuo nomine appelleris Christianus.

Quint. Cur. lib. 3.

15. Sponsa, quantum ego saltem capio, nomen sponsi sub aptiori & elegantiori metaphora exprimere nequaquam poterat, quam sub typo olei. *Oleum effusum nomen tuum*, inquit in Canticis cap. 1. quasi dicere voluisset, nomen tuum aliud non est prætet-quam oleum. Et revera eo ipso quo sponsus ejus *Christus*, id est, *unctus* vocabatur, nomen ejus oleum appellando bene dicebat. Verè enim oleum est, id est, pabulum, fomentum, & esca divini luminis, quod nullus unquam culpæ quantumvis levis & venialis tenebris obscurari potuit. Oleum est quod omnibus liquoribus supernatat, cum sit nomen *quod est super omne nomen* sublime prorsus & glorioſum. Oleum est, quia vulnerum nostrorum efficacissimum antidotum est & medicina; utpote quæ alio emplastro sanari & consolidari minimè potuere. Denique oleum est, quia misericors est, utpote qui per immensam pietatem suam quicquid habebat, id est totius regni sui amplissimas divitias, sanguinem corporis sui pretiosissimum, ipsammet denique vitam suam nobis donavit. In tantæ misericordiæ signum in crucis trunco pauper omninò pendet nudus & emorruus. Cum igitur Christus suum nobis nomen communicare dignatus sit, ut à Christo Christiani vocemur, sequitur evidenter, nos quoque obligatos esse, ut olei in nobis proprietates exprimamus; nefas igitur est, si peccati tenebris nos permittimus obscurari, si in humanarum imperfectionum abyssum deturbemur, si in necessitatibus proximi manus nostras stringendo avari reddamur, si quod pejus est, aliena bona deprædemur, siquidem nimis inepte liberalis nomen latroni adaptatur: *Certè fœdissima contrarietatis vitium est studere furtis, & habere vocabulum largitatis*, inquit Cassiodorus. Certè cum Dæmonax Philosophus Cinicus Raphino Peripatetico & claudo: *Nihil esse peius Peripatetico claudo*, fortiter impropetavit, à vero non procul abiit: nomen quippe Peripatetici suam ab ambulando trahit originem, atque ideo claudo, qui ob vitiosum suum affectum impotens est ambulandi, ambulantis nomen minime convenit. Simili igitur modo mihi dicere licebit avaro & furtis dedito Christiano; nihil est in mundo turpius avaro & rapaci Christiano, cum enim nomen Christiani, nomen sit liberalitatis, turpiter illi imponitur homini, qui non solum non erogat sua, verum insuper incessanter rapere studet aliena.

Cassiod. l. 6. var. 6. 20.

Apoph.

Cant. 1. v. 2.

16. Rem profectò stupendam prorsus esse fateri debemus, si quantopere Deus Christianum dignificaverit, & extulerit, maturè consideremus. Neque enim Deo sufficiebat quod uti diximus, illum Angelum, imo quasi Christum quendam filium suum unigenitum constituerit, nisi etiam illum vere Deum quendam in terris esse faceret. Eo ipso namque quo Christiano miracula patrandi potestatem nulli hominum concessam indulsit, ipsum Deum esse ostendere voluit. Sic etenim Alexandro interroganti quidnam faciendo homo Deus fieri posset, à certo quodam Indiarum Sapiente responsum fuit: si id fecerit, quod nullus homo facere prævalet. Unde Paulus & Barnabas à Lystris Dii existimati fuerunt, quia claudo expeditos pedum suorum gressus

ſus reſtituerant, quos à nullo unquam hominum exſpectare poterant. Adidem quoque Iſidorus Clarius reſpiciens, Chriſtianis dicere non dubitavit: *Tempus eſt, ut ego & vos ita alloqui incipiam, non ut homines tantum, ſed poſtquam Chriſtianam Philoſophiam profiteri capiſtis ut Deos. Ego dixi inquit Deus, Dii eſtis, & filii excelſi omnes.* Quare cum Chriſtiani à Deo excellentiſſimo illo Dei nomine honorentur, juſtum eſt, ut magno quoque nomini ſuo correſpondeant, vereque ſe eſſe probent, quod dicuntur, Deos ſcilicet; debent igitur erga proximorum ſuorum neceſſitates haud ſecus ac Dii quidam ſeſe liberales, munificos & eleemoſynarios exhibere. *Deus* enim *à dando dicitur.* Debent enim ad eorum, quæ Deo promiſerunt obſervantiam vigilare & non dormire, ſiquidem ab oculis divinis procul abeſt ſomnus, utpote qui *Deus à videndo dicitur.* In, ſuper obligantur, ut adverſariis ſuis ſpiritualibus in ſua cum iis lucta terribiles fiant, & timorem incutiant; Deus enim Theon dicitur, quod eſt terror. Verum enimvero quodnam Deorum genus illos eſſe Chriſtianos dicemus, qui ipſis ſunt harpiis & gryphibus avariores & rapaciores? qui ad animæ ſuæ ſalutem minime attendentes, haud ſecus ac talpæ continuo dormiunt, nunquam aut rarò evigilant? qui in quovis cum adverſario habito certamine ſuperantur? Falſi utique Dii erant, præterque omnem rationem Dii appellati. Plutones erunt ob avaritiam, per otium Momi, & quia omni prorſus ſunt virtute deſtituti, quovis falſo Deo pejores eſſe debebunt, neque enim ullus unquam à gentilibus excogitatus eſt Deus, cui ab iiſdem non fuerit ſpecialis aliqua virtus aut poteſtas attributa.

Iſid. Clar. orat. 33. in Luc.

***

SER-

SERMO III.

IN FESTO CIRCVMCISIONIS D. N. IESV CHRISTI.

THEMA.

Vocatum est nomen ejus JESUS.
Luc. 2.

ARGVMENTVM.

Nomen JESU Salvatoris nostri, nomen est glorioſum, dulce, potens & venerabile.

DEUS in operationibus ſuis nequaquam manibus indiget, ut nos, quibus ſi manus deſint, ipſa quoque ceſſat operatio noſtra. Lingua ei ſufficit; ſufficit ſermo ad faciendum. Loquendo tantum facit omnia quæ vult; ſolis namque verbis ſuis produxit, quicquid eſt in cælo, & in terra, & quicquid ſub cælo & terra continetur. *Ipſe dixit & facta ſunt*, inquit Pſalmiſta. Lingua Dei omnipotentiſſima eſt, non in verbis duntaxat & ſyllabis, verum etiam in ſolis, quas pronuntiat literis. Abraham quidem à progenitoribus ſuis in ſuo natali hoc nomen *Abram* receperat; Deus autem ad illum excellentius magnificandum & illuſtrandum, ipſiſſima lingua ſua unicam duntaxat literam nomini ſuo adjungere voluit, ut jam non *Abram*, ut ante, ſed *Abraham* vocaretur. *Dicit enim Deus*, inquit Moyſes, *nec ultra vocabitur nomen tuum Abram, ſed appellaberis Abraham.* Per hanc autem ſimplicem literam nomini huic de novo adjunctam, non ſolum Patriarchæ nomen crevit, verum etiam potentia ejus & imperium, utpote qui jam non ſolum domus ſuæ Dominus manſit, ut antea erat, verum inſuper innumeræ gentis princeps factus eſt potentiſſimus; ſicut enim *Abram* interpretatur *Pater*, ita *Abraham*, idem eſt, quod *Pater multarum gentium.* O quam admirabile eſt, inquit Chryſoſtomus, os altiſſimi: unicum tantum & modicum elementum, unica quædam & minima litera ab illo ore formata & egreſſa talem ac tantum ſervo ſuo principatum conferre potuit. *Vnicum elementum adjectum tantum principatum vindicavit juſto.* Hinc igitur velim diſcurrite mecum, ſi placet, & dicite: quodſi unica litera à Deo prolata, & Abrahæ nomini adjuncta, adeò ſtupendos Patriarchæ honores contulit, quam igitur ſtupendæ

Pſal. 148. v. 5.

Gen. 17. v. 5.

ſtupendæ erunt multæ integri alicujus nominis literæ ab eodem potentiſſimo Dei ore compoſitæ & pronuntiatæ ? quam igitur ſanctiſſimum JESU nomen unigenito Dei filio impoſitum, ſtupendum erit, cujus literæ ſingulæ à Dei fuere lingua prolata ? *Vocabitur tibi nomen novum, quod os Domini nominavit*, dicit Iſaias ad Dei filium, dum de venerabili hoc JESU nomine loquitur, quod ei hodie fuit impoſitum Luca atteſtante, qui ait, *Voatum eſt nomen ejus Jeſus*. Atque hinc eſt, quod nomen JESU, nomen ſit glorioſum, nomen dulce, nomen potens & admirabile, prout in præſenti diſcurſu latius patebit, ſi id mihi is, cui hoc nomen hodie impoſitum eſt, clementiſſimè conceſſerit.

2. Potrò quod nomen JESU una ex parte auguſtiſſimum ſit pariter & celeberrimum, ex altera tamen parte nemo Prophetarum idipſum ne ſemel quidem nominaverit, res eſt non mediocri conſideratione digniſſima. David in Pſalmis ſuis aliud nihil facit, quam quod nomen iſtud magnificet, celebret, honoret, ac deprædicet, & tamen ne ſemel quidem idem expreſsè pronuntiat. Quoſi ad hoc ut Prophetarum ſcripta ſaperent, & dulciter in animos legentium influerent, opus erat ut hi chartas ſuas hujus diviniſſimi nominis grammatibus depingerent, dicente Bernardo : *Si ſcribas, non ſapit mihi, niſi legero ibi Jeſum.* Cur igitur illud expreſſe deſcribere neglexerunt ? cur tacuerunt & non nominarunt illud ? Petrus Damiani, aut quiſquis eſt ſermonis de nativitate Domini author, pie credendum eſſe dicit, vel Prophetas nullam habuiſſe ſancti hujus nominis notitiam ; vel ſi illud cognoſcere potuerunt, illud ore ſuo proferre minimè voluerint, ſed potius Angelo Gabrieli reſervarint, utpote cui ſoli à Deo illud in terra primitus pronuntiandi, virgineæque matri ſuæ inſinuandi poteſtas collata fuit : *Omnes quippe Prophetæ aut neſcierunt, aut penitus tacuerunt ; & reſervata eſt prærogativa dignitatis Angelo Gabrieli, qui ſancto ore ſuo ſanctiſſimæ Virgini illud primo evolvit.* Quia nomen JESU nomen erat glorioſum, ideò prima illius in terra facta pronuntiatio, ori alicujus ſpiritus glorioſi reſervata fuit. Gemma pretioſa extra pretioſum aurum publicè nunquam exponitur ; qui Balſami pretium atque præſtantiam agnoſcunt, illud non niſi in ſplendidis chryſtalliniſque vaſis effundunt. Ori cæleſtis gloriæ nominis omni gloria digniſſimi pronunciatio reſervata fuit. Quod ſi laus omnem ſuam in lutulento ore pulchritudinem amittat : *Non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris* ; utique laus nominis omni laude & gloria digniſſimi diminuta fuiſſet, ſi in mundo primitus ex ore reſonaſſet lutulento & ſordido.

3. Quia S. Lucas titulum hunc crucis Chriſti : *Jeſus Nazarenus Rex Judæorum*, tribus à Pilato linguis ſcriptum fuiſſe refert, *Græcis, latinis, & Hebraicis*, hinc eſt quod Hugo Cardinalis ultima illius verba : *Rex Judæorum*, tribus hiſce linguis ſcripta, priora vero : *Jeſus Nazarenus*, in lingua tantum Hebraica exarata fuiſſe exiſtimet. *Rex Judæorum certum eſt ſcriptum eſſe tribus linguis, ſed Jeſus Nazarenus potuit tantum hebraicè ſcribi.* Bene obſecro conſideremus, quæ hic Doctor hoc loco dicit, & videamus cauſam, cur ultima verba tribus linguis, priora vero verba unica tantum lingua, & quod plus eſt hebraica lingua ſcribi debuerint. Etenim quantum ego modico intellectu meo aſſequi potui, id divinitus factum eſſe dicere auſim, eo quod prima verba ſanctiſſimum JESU nomen contineant, quod non humana ſed Angelica lingua eſt proferendum. Sicut enim linguæ græca & latina humanæ linguæ ſunt, ita lingua hebraica lingua eſt Angelica. Sicut enim Apoſtolus dum ad Corinthios ſcribit : *Si linguis hominum loquar & Angelorum*, per linguam hominum græcam & latinam intelligit : Ita per Angelicam linguam hebraicam intelligere conſtetur. *Quia linguas Angelorum & hominum legimus, per hebream linguam Angelorum exprimimus*, inquit author libri *Gemmæ animæ* lib. 3. cap. 45. Ut igitur ſanctiſſimum JESU nomen propter magnam gloriam ſuam digne exprimeretur, Angelica non humana lingua ſcribi debuit ; lingua enim humana utpote ex luto, carne, & ſanguine facta, quæque corrumpi & in pulverem redigi debet, digna non eſt, ut

D. Bern. in Cant.

Petr. Dam. ſerm. de nativ. Dom.

Ecclef. 23. v. 9.

Joan. 19. v. 19.

Luc. 23. v. 38.

Hugo Card. in cap. 23. Luca.

1. Cor. 13. v. 1.

Gemma animæ l. 3. c. 45.

nomen adeo magnum in se contineat; atque ideo lingua quædam Angelica illud scribere & proferre debet; nomen quippe adeò gloriosum, non nisi à gloriosa lingua explicandum erat.

4. Num S. Paulum hominem fortassis fuisse existimatis? me quod attinet, hominem illum esse nequaquam censeo, sed Angelum. Quomodo enim homo poterat esse is, qui non inter homines in terra, sed in Paradiso inter Angelos continuo degebat? non homo, sed Angelus est, qui dicere non dubitat: *Nostra conversatio in cælis est.* Tantus namque erat gratiæ qua Deus illum decoraverat excessus, tales item tantæque erant ejus virtutes, ut ex homine, qualis antea fuerat, spiritualizatus, atque in Angelum seu cælestē quandam substantiam fuerit transformatus: *Adhuc Paulus in terris positus, jam in regni cælestis substantiam transformabatur*, inquit S. Ambrosius. Unde S. quoque Carthusianorum Patriarcha Bruno Angelum quendam videre cupientibus, Apostolum inspiciendum proponit: *Vis videre Cherubim? respice Paulum.* Verum cur Deus Apostolum in Angelum transformare, & ex eo Cherubim quendam facere voluit? ideò nimirum quia vas quoddam futurus erat electum, cui Deus sanctissimum nomen JESU commissurus erat, ut in eo ad totius mundi defertetur notitiam: *Quoniam vas electionis est mihi iste*, dicebat Christus Ananiæ, *ut portes nomen meum coram gentibus, & Regibus, & filiis Israel.* Paulus utpote vas electionis futurus in quo nomen JESU per totum deportaretur orbem terrarum, Angelus quidam esse debebat; nomen enim gloriosum, non nisi in glorioso quodam vase est collocandum.

Ad Phil. 3. v. 20.

D. Ambr. serm. 11.

D. Bruno de laud. Eccl. c. 24

Act. 9. v. 15.

5. Nomen JESU in medio solis communiter depictum esse conspicitur, sic enim & non aliter ab antiquis pictoribus pingi solebat. Cur obsecro sanctissimum hoc nomen intra solem à pictoris penicillo collocatur? equidem una hujus ratio hæc esse poterit, quia nimirum Deus idem sanctissimum nomen in sole collocavit, atque ideò merito convenit, ut nos quoque illud exemplo Dei in eodem loco collocemus. David in ps. 18. hæc de re sic scribit: *In sole posuit tabernaculum suum*, id est, *tabernaculum nominis sui*, uti illud alio in loco vocat. In tantum enim nomen JESU tabernaculum dicitur, in quantum Deus in nomine hoc velut in tabernaculo quodam ad totius mundi notitiam deportatur: alia quoque ejusdem esse ratio poterit, quia soi hoc nomine appellatur, quia solus est; ideoque nomen Dei in sole ponitur, quia solum est, solum enim hoc sanctissimum nomen, & non aliud nos à bene merita errorum nostrorum pœna salvare, ab inferno liberare, & in cælo beatificare potuit: *Non enim*, ita S. Petrus Hebræos alloquebatur, *aliud nomen est sub cælo datum hominibus, in quo oporteat nos salvos fieri.* Dici etiam poterit, quod sicut sol omnia de terra in cælum attrahit, ut proinde, ut vult Richardus à S. Laurentio, dicatur *Sol, quia omnia sursum trahit*; ita quoque nomen JESU de terra in cælum omnium attrahit corda hominum.

Psal. 18. v. 5.

Psal. 37. v. 7.

Act. 4. v. 12.

Richard. à S. Laur.

Iesus ad patrem rediit,
Cæleste regnum subiit,
Cor meum à me transiit,
Post Iesum simul abiit.

Dicebat sanctissimum Jesus sui nomen laudans & cum jubilo celebrans S. Bernardus. In sole etiam ponendum hoc nomen erat utpote quod veluti sol quidam supercæleste mundum lumine adimplevit. *Vnde putas*, inquit idemmet Doctor, *in toto orbe tanta & tam subita fidei lux, nisi de prædicato Iesu?* Denique in sole positum est nomen istud, quia nomen est glorioſissimum; nomini enim quod tanta est gloriæ conspicuum pulcherrimus & excellentissimus mundi locus debetur, qualis sol est, utpote quo pulchrius & excellentius in toto mundo nihil reperitur. Audite hæc de re S. Bernardinum: *Quia*, inquit, *est nomen super omne nomen, & cæteris glorioſius, debet poni in magis glorioſo loco mundi: & quia nihil in hoc mundo videtur pulchrius sole ideo ipsum ponemus in sole, ad instar lapidis pretioſi, qui ligatur in auro tanquam in pretioſiori metallo mundi. Quod intelligens David non immerito dixit: in sole posuit tabernaculum suum.* Quoniam Alexander

D. Bern. in Iubilo.

D. Bern. serm. 15. in Cant.

D. Bernardin. tom. 4. ser. 1 de regno Dei.

xander Magnus, nihil penes se Iliade Homeri pretiosius habebat, ideò pretiosissimum quoddam inter Darii spolia repertum armariolum libri hujus custodiæ deputavit; utpote probe sciens locum proportionatum esse debere rei interius locandæ. Atque ideò nihil apud se nomine suo pretiosius aut gloriosius habebat, ideò illud ipsum nomen in sole collocabat, quo nihil in hoc mundo pulchrius aut venustius reperitur.

6. Isaias Propheta inter cætera, quæ vaticinatus est, dicit, quod postquam per divinam misericordiam de terra in cælum ad æternas cælestis gloriæ delitias translati fuerimus, Deus nos alio appellaturus sit nomine, diverso ab eo quod antea habuimus. *Servos suos vocabit nomine alio.* Tunc enim non amplius Christiani vocabimur, ut modò, sed alio quodam nomine. Quodnam erit nomen istud, quod Deus in cælo nobis est impositurus? nimirum Jesuitas vel Jesuanos vocabit. Hic Christi nomine insignimus, illic vero Jesu nomine ornabimus: *Erit omnibus fidelibus in illa gloria nomen immutatum, quia qui modo in peregrinatione vocantur Christiani, in patria vocabuntur Iesuani.* Date mihi, si placet, rationem, cur Deus non in hoc mundo, sed in altero impositurus sit sanctissimum JESU nomen? num forte illud in terra dare non potuit, prout idem daturus est in cælo? potuit utique, neque enim hac de re est dubitandum, sed non vult, ad conservandum nimirum sanctissimi hujus nominis honorem. Deus enim sanctissimi hujus nominis sui summam gloriam optime sibi perspectam habens, illud non in vasis ex vili luto effformatis, qualia nos in hac vita sumus, sed in mundissimo ac splendidissimo auro, quales in altera vita futuros nos speramus reponere voluit; neque enim gloriosum istud nomen aliis melius quam personis gloriosis & glorificatis convenit.

Hugo Card. in c. 2. Apoc.

7. Semper causam scire desideravi, cur Christus Redemptor noster Dæmone jam superato, devicta morte, inferno destructo nobisque ab æterna damnatione, atque à Diabolica servitute salvatis nomen suum non à destructione, sed à salute sibi assumere voluerit. Non enim quia Dæmonem superavit, mortem pariter & infernum destruxit, sed quia salvavit homines, ideò vocatum est nomen ejus Jesus, id est, Salvator. Cur non potius antiquam secutus est Romanorum Imperatorum consuetudinem, qui non à liberata aut salvata, sed à superata & prostrata gente nomen suum sibi accipiebant, veluti fecere duo illi Scipiones, quorum unus vocatus est Africanus, alter Asiaticus, eo quod ille Africam, hic vero Asiam sibi subegerit? nimirum glorioſum sibi nomen Christus accipere voluit, major autem gloria est salvare quam destruere & dejicere posse. *Rectissime Christus sibi nomen IESV accepit*, inquit Paulus de Palatio, *qui nullum majus aut congruentius accipere poterat. Accepit ille nomen Africani, ille Asiatici: accepit Christus nomen servatoris. Gentiles sumebant nomen à destructis gentibus, Christus à gentibus reparatis.* Unde cum nomen hoc utpote à salute derivatum summè sit glorioſum, ideò moriens quoque illud, veluti pretioſam quandam coronam pro capitis sui ornamento habere voluit. *Nullum ornamentum Principis fastigio dignius pulchriusque*, inquit Seneca, *quam illa corona cives servatos esse:*

Paul. Pal. in c. 1. Matth.

Seneca lib. de Clem.

8. Christus Apostolis suis derisiones, opprobria, ærumnas, persecutiones & tormenta quæ post suum in cælos ascensionem in hoc mundo passuri erant, jam ante prædixerat, cum tandem subjunxit: *Sed hæc omnia facient vobis propter nomen meum*; quasi clarius dicere voluisset: nolite timere, sed potius omnem contemptum, omnem pœnam, omnes dolores atque tormenta pro nomine meo libenter hilarique animo patiamini & sufferte. Credo equidem, quodsi sanctus Petrus hæc verba audiens, pro more suo Dominum interrogasset, dicendo: quidnam ô Domine, nomen tuum in nobis dum pro illo illudimur, torquemur, occidimur, operabitur, ut tot pro illo mala sustinere libenter debeamus? Christus utique eidem responsurus fuisset, hoc vobis inde emolumenti eveniet, quod æternæ & probra vestra gloriosa vobis & illustria futura sint, damnaque vestra non damna, sed lucra

Ioan. 15. v. 21.

ab omnibus censebuntur. Verè etenim ita est, ut Rupertus hunc locum explicans dicit : *Gloriosa nominis Christi dignitas, propter quod hæc patiuntur, opprobria condecorat, sanctificat, damna in lucra, tormenta in magna spei convertit delitias.* Unde liquet gloriam sanctissimi nominis JESU adeo esse ingentem, ut ipsamet quoque probra glorificet, omnesque pro ipso perpessas ærumnas illustret. Ingens quoddam est gloriæ flumen, quod non solum sinum suum adimpler, verum etiam foras inundat, aliosque glorificat.

Rupertus in Ioan. lib. 12. cap. 15.

9. Etenim sancti tot ærumnas & dolores non ideo solum libenter sustinebant, quia inde glorificabantur, verum etiam quia ex nomine JESU pro quo patiebantur, qua nescio dulcedine perfundi & imbui se sentiebant. Hujus namque sanctissimi nominis dulcedo explicari nequaquam potest. Poetæ vini illius, quod Deos suos bibere fingebant, explicaturi dulcedinem, illos nectare potari dixerunt, eo quod dulciorem & suaviorem hoc liquore potum in omni terra inveniri non posse existimabant. Unde S. Bernardus huic sancto nomini devotissimus ut nominis JESU dulcedinem proponeret, eamque omnem tam terrenam quam cœlestem suavitatem incomparabiliter superexcellere ostenderet, eandem nectaris nomine insignivit, & in sequentes melle dulciores versus cantando prorupit :

Iesus decus Angelicum,
In aure dulce canticum,
In ore mel mirificum,
In corde nectar cælicum.

Quis sanctos Martyres ebrios esse non diceret, dum illos facie jucunda & læto corde jubilantes & gestientes tormenta adiisse, amarissimamque tulisse mortem in eorundem legit Historiis ? verè etenim ebrii erant, ast vino & nectare nominis JESU dulciter potati & inebriati. *Ibant Apostoli gaudentes à conspectu concilii, quoniam digni habiti sunt pro nomine IESV contumeliam pati*; uti in Actis Apostolorum legitur. Tanta est sanctissimi hujus nominis dulcedo, ut inde Martyres inebriati, suorummet fuerint totaliter obliti, adeò ut ad tormenta asperrima mamque mortem haud secus ac ad nuptias lætissimi processerint : *Martyres gaudebant pati & mori, quia inebriati erant vino nominis Iesu*, inquit Bernardinus sanctissimo huic nomini devotissimus.

Act. 5. v. 41.

D. Bernardin. Tom. 4. ser. c. 1.

10. Certissimè nobis ex scriptura constat S. Paulum Apostolum, dum mortalis adhuc in hoc mundo viveret, meruisse ut in cælum elevatus tribus diebus deliciis frueretur paradisi, iisdemque bonis in hoc mortali corpore degens, insolito miraculo fuerit gavisus, quorum alii omnes post hanc vitam pridem participes fieri incipiunt ; *Scio hominem*, inquit de semetipso ad Corinthios scribens, *raptum in Paradisum, & audivi arcana verba, quæ non licet homini loqui.* Quænam obsecro fuit hæc vis & violentia, quæ animam quandam corpori conjunctam & alligatam, in regionem adeo remotam & longinquam levare potuit ? Nulla profecto alia, quam vis & efficacia sanctissimi nominis JESU, inquit S. Bernardinus. Hic namque S. Apostolus suavissimum hoc JESU nomen affectuosissimè pronuntiando, tanta fuit inde dulcedine repletus, ut repente in cælum raptus fuerit, prout & quilibet alius raperetur, qui idem nomen eodem esset affectu prolaturus: *Tanta est dulcedo hujus nominis, quod trahit usque ad calos, qui bene gustant illam. Adnominationem nominis Iesu fuit raptus Paulus usque ad tertium cælum.* Lothon gustant, qui nomen JESU delibant, talem enim ac tantam sentiunt dulcedinem, tantaque suavitate perfruuntur, ut terræ ejus, in qua nati sunt, obliti, remotissimas felicissimasque regiones perscrutentur. Quodsi enim Italici vini dulcedo, ut refert Plutarchus, Gallos omnium quæ in patria habebant, oblivisci, atque in Italiam properare fecit ; quomodo dulcedo nominis JESU, dulcedo inquam ineffabilis & admirabilis nos oblivisci mundi, & una cum S. Paulo in cælum, ubi gloriosus residet, rapi non faciet ?

1. Cor. 12. v. 4.

D. Bernardin. ibid. serm. 41.

11. S. Apostolus ad Romanos scribens, Deum quondam nomen quoddam valde abbreviasse & diminuisse refert : *Verbum abbre-*

Rom. 9. v. 28.

abbreviatum fecit Dominus super terram, id est nomen quoddam esse voluit, quod paucis constaret literis & syllabis paucioribus. Quodnam autem nomen istud fuisse existimatis? Et cur adeo modicum, parvum, & breve à Deo formatum fuit? Fuit sanctissimum Jesu nomen, in cujus compositionem quinque tantum ingrediuntur literæ & duæ syllabæ. Hoc autem nomen adeo breve ideo facere voluit, ne illud proferendo gravaremur. Est conceptus S. Bernardini, qui ait: *Nota brevitatem nominis, quia non sunt nisi duæ syllabæ, ut non laboret homo in dicendo, & frequenter nominando.* Tantam Deus in suo sancto nomine suavitatem & dulcedinem inesse voluit, ut omni studio caverit, nequicquam in illo inveniretur, quod ejus suavitatem, & inde natam delectationem diminuere posset; ideoque maximam illi brevitatem adjungere placuit, ut linguam & labia ab omni quantumvis modico labore liberaret, qui aliàs si longius fuisset, in ejus pronuntiatione ab exprimentibus illud persentiri potuisset. *Ne laboret homo indicendo, & frequenter nominando*

D. Bernardin. Tom. 1. serm. 52. a. 2. c. 3.

12. Verum enimvero, quemadmodum nomen Jesu modicum est in compositione, ita quoque magnum, & quidem excessivè magnum est in sui virtute & potentia. Omnia genua Apostolus nomini Jesu flectenda esse dicit: *In nomine Iesu omne genu flectatur.* Quasi dicere voluisset: Tametsi ex vulgari more nonnullis sinistrum genu flecti soleat, aliis vero dextrum, attamen sanctissimo nomini Jesu flectendum est utrumque, id est, & sinistrum & dexterum: *Omne genu flectatur.* Cur obsecro hæc Cæremonia in laudem hujus nominis adhibetur? Quænam est hujusce Cremoniæ ratio? Quia nimirum nomen illud, nomen est summæ potentiæ, cujus dominium tam super corporis, quam super animæ bona extenditur. Dominis hujusmodi temporalibus, unicum tantum genu, idemque sinistrum flectitur, utpote qui Dominium super nos quo ad corporis bona obtinent, spiritualibus vero seu Ecclesiasticis Prælatis dexterum flectitur, utpote qui in res animam concernentes dominium obtinent, Deo autem, qui tam corporis, quam animæ bona moderatur & gubernat utrumque genu flectendum est. Ita S. Vincentius discurrit: *Dominus temporalibus solum unum genu, scilicet sinistrum est flectendum, quasi solum habeant dominium supra partem minus principalem, id est, supra corporis fidem. Prælatis autem Ecclesiasticis, cum genu dextero exhibenda est reverentia, quia habent dominium supra animam, quæ est pars principalis. Deo autem, quia est Dominus utriusque omne genu flectendum est, quia tam corpori, quam animæ dabit gaudium in Paradiso, vel pœnam in inferno.* Cum igitur nomini Jesu utrumque genu flectere debeamus: *In nomine Iesu omne genu flectatur*, illud omnipotens esse credendum est, utpote quod in totum hominem, tam quoad animam, quam quoad corpus prævalet, & à quo tam utrumque bonum sperare, quam omnia mala tam temporalia quam spiritualia timere possumus. Denique quia nomen Dei est.

Ad Philipp 2. v. 10.

D. Vincent serm. in Ascens.

13. Porrò quis sanctos illos tres juvenes Hebræos, quos superbus Nabuchodonosor in fornacem ardentissimam incluserat, succendendos, torrendos & in cineres redigendos fuisse credidisset? Et tamen iisdem non solum non arserunt, verum ne ab igne in minimo quidem capillo vel corporis pilo læsi fuerunt: *Non tetigit eos omnino ignis, nec contristavit, nec quicquam molestiæ intulit*, inquit S. Daniel. Ingens profectò prodigium & grande miraculum hoc fuit; sed qua ratione id accidit? Etantne fortè corpora eorum non carnea, sed adamantina, ut proinde lædi ab igne minimè potuerint? utique non adamantina, sed ex carne & sanguine, sicut & aliorum hominum corpora formata fuere. Quomodo igitur ignis, qui omnem carnem accendit, horum corpora necquicquam læsit? Non offendit illos ignis, inquit Origenes, quia eos nomine Jesu armatos vidit, unde ignis tanta fuit hujus sanctissimi nominis perculsus formidine, ut non solum ad amburendos eorum capillos aut pilos qui sine dolore comburuntur, ad eos appropinquare non præsumpserit: verum etiam è fornace quasi fugere & subducere se voluerit: *Cum flamma ignu*, inquit hic Doctor, *agnovisset*

Dan. 3. v. 50.

Origenes lib. 1. in Iob.

nomen Domini in Anania, Azaria & Miſaele foras è fornace fugit, illis qui intra fornacem erant, non appropinquavit; quia terribile nomen Domini in eos conſpexit. Ignis ejus qui illum creavit omnipotentiam formidabat, neque vires ſuas in illis vitis tali cataſtructura munitis experiri tentavit, certus quod illos nequaquam eſſet devicturus. Meritò igitur S. Agatha Virgo Tyranno illam à truculentis leonibus in partes diſcrepandam & dilacerandam eſſe comminanti, reſpondit: *ſi feras mihi promittis, audito Chriſti nomine mānſuescunt.* Probè namque magni illius nominis omnipotentiam ſciebat, utpote quod ipſæmet feræ formidant & reverentur. Leones S. Martyrem Ignatium dilacerarunt, quidem & totum corpus crudeliſſimè dilaniarunt, cor tamen ejus aggredi aut contingere non fuere auſi, utpote cui ſacratiſſimum Jeſu nomen aureis inſculptum literis conſpiciebatur. Nec tamen miremini, ſi nomen iſtud feris ſenſu præditis terribile fuerit, cum igni quoque ſenſus experti ſit formidabile.

14. Inficiari equidem nemo poteſt, Moyſen Generalem exercitus Hebræorum Ducem adeo ſanctum fidelemque Dei amicum virum fuiſſe in miraculis atque prodigiis patrandis famoſiſſimum, ſpecialiter vero in iis quæ in Ægypto operatus eſt & in mari rubro, ubi aquæ ei obedientes fuere, utpote quæ ab ipſo ut librum genti ſuæ quam ducebat & moderabatur tranſitum indulgerent, juſſæ retrorſum abierunt, & quaſi non ex Elemento conſtarent liquido, ſed ex duro conditæ fuiſſent cryſtallo, firmiter ſolidatæ eouſque muri inſtar ſteterunt, donec in alteram uſque maris ripam totus commodè tranſiſſet populus. Veruntamen ſi cum ipſo Joſue, qui ſolem præcepto ſuo immobilem ſtare & ſubſiſtere coëgit, conferamus, ipſum valde ab hoc obſcurari & ſuperari videbimus. Cum enim Moyſes in aquas aliaſque res inferiores hujus mundi poteſtatem habuerit, Joſue ſolem aliaſque cæli creaturas poteſtati ſuæ ſubjectas habuit, quod majus eſt; hiſque præcipiendo & miraculum patravit pariter & prodigium hactenus nunquam viſum vel auditum. Undenam quæſo Joſue tanta vis obtigit, ut tanti ponderis præceptum ejus ſol intelligere eique promptiſſimè parere & obedire debuerit? Ex nomine ſcilicet, quo inſignitus erat, inquit Chryſoſtomus, ſiquidem Joſue, id eſt, Jeſus appellabatur, quod nomen tantum in eo prævaluit, ut illud ſol revereri, timere, eique promptiſſimè obtemperare debuerit, curſum ſuum ad ſuæ juſſionis vocem ſiſtendo, qui quoaduſque mundus ſtetit, ne vel in unico momento tardatus fuit. Audite S. Doctorem de hoc prodigio egregiè diſcurrentem: *Non enim æquale eſt, mari imperare, & eis quæ in cœli ſunt: magnum quidem & illud eſt, & valde magnum, veruntamen nihil ſimile. Quod igitur: Typus erat Jeſu illud nomen, idcirco hoc factum eſt, etiam propter ipſum vocabulum reverita eſt creatura.* Non eſt igitur hoc admirandum, ſiquidem adeo ingens & admiranda eſt nominis Jeſu potentia, ut non ſolum cæli ſtellæ illud revereantur illique promptiſſimè ſerviant, verum etiam in Inferno ipſis quoque ſpiritibus formidabile exiſtat. In nomine meo Dæmonia ejicient, dicebat potentiſſimus Jeſus. *D. Chryſ. Hom. 27. ad Hebr.*

15. Ex quo nobis in præſenti de Joſue ſermo eſt, aliud quid non minus magnum & admirandum conſideremus, quod eidem magno viro accidit. Invenietis enim quod licet Deus populo Hebræo ex Ægyptiaca ſervitute liberato, terram Chananæorum, & omnes regiones circumvicinas promiſerit, ex tot tamen hominum millibus, quibus promiſſio iſthæc facta fuerat, ſolus Joſue & alius quidam cum illo, hanc promiſſionis terram ingreſſus ſit, eademque frui & gaudere potuerit: omnes alii per viam mortui ſunt, ipſimet quoque Moyſes, Aaron, & Maria, magni adeo & potentes Dei amici. Mira profectò, quæque quemvis eam ritè conſiderantem in ſtuporem poſſet redigere. Num fortè Joſue ſanctior fuit Moyſe, Aarone & Maria, ut propter virtutum ſuarum excellentiam, mortem evadere & bonorum promiſſorum quæ alii viri ſancti non meruerunt percipere, particeps fieri potuerint? Quantùm equidem intelligere poſſum, Joſue quidem Moyſe ſanctior aut virtuoſior nequaquam erat, ideoque dici non poteſt, quod propter ſuam ſancti- *Marci 16. v. 18.*

ſanctitatem, quâ omnes alios populi Hebræi virtute conſpicuos viros ſuperexcellebat, ſolus tanto favore dignus fuerit. Vera igitur hujus rei ratio hæc eſt, quia ſolus Joſue nomine quodam inſignitus erat, nomini Jeſu ſimillimo. *Solum Jeſum Nave nominis ſacri ſimilitudo ſervavit*; inquit Sanctus Ambroſius. Quia igitur Joſue ex particulari Dei gratia, potentiſſimum nomen iſtud, quod deſtructa morte vitam mortuis contulit, ſecum ubique habuit, ideo cum aliis quos Deus tanta gratia minimè dignatus fuerit, vitam eo tempore amittere & morti ſubjici nequaquam potuit. Tanta namque nomen iſtud potentia pollet, ut ipſamet quoque mors illud formidet, eique obediat. Porrò ſicut Moyſes Dei nomen in aures Nechepte inclamans, mortem ei intulit, idemque replicando & repetendo à mortuis reſuſcitavit, & vitam reſtituit : ita quoque ad hujus nominis ſonum mors velut timidus aliquis ac formidoloſus ſervus fugit & venit, juxta quod facere jubetur.

D. Ambr. in Pſ. 118. lect. 18.

Clemens. Alexandr. Stromatũ lib. 1.

16. In Geneſi legitur, quod cum Patriarcha Jacob in lecto decumbens, mortique vicinus agonizaret, ſuumque ſpiritum Deo qui illum creaverat, redditurus eſſet, ſummitatem Virgæ, quam Joſeph filius ejus in manu habebat adorare voluerit. Ubi enim vulgata lectio legit : *Adoravit Iſrael Deum converſus ad lectuli caput*. Septuaginta vertunt : *Adoravit Iſrael faſtigium virgæ ejus*. Quonam fine, dic lodes, ſanctus hic ſeniculus eo tempore, quo jam jam moriturus erat, virgam iſtam adorare voluit ? Cur non potius pro agonizantium more Crucem Chriſti venturi adorabat, ſeque illo armabat enſe, qui mortem occidit, Infernum deſtruxit, & communem humani generis inimicum ex hoc mundo fugavit ? Reſpondetur adorando hanc Virgam, Chriſti crucem adoraſſe intelligitur. Quia enim Virga illa in manu Joſeph qui Chriſti typus eſt, poſita erat, ideo crucem, cui Chriſtus confixus eſt, ſignificabat. Verum obſervandum hic eſt, quod non totam Virgam, ſed Virgæ duntaxat ſummitatem adoraſſe : *Adoravit faſtigium virgæ ejus*, quod titulum Crucis cui nomen Jeſu inſcriptum fuit, repræſentabat : *Virga faſtigium typus erat tituli Jeſu nomine auguſtiſſimo ſupra crucem inſignitis* inquit Comus Magalianus. Sanctus hic Patriarcha potentiæ nominis Jeſu optimè conſcius erat, ſciebat inquam quantum a Dæmonibus timeretur inferni, ac proinde in ſuo illo arduo agone, aliud ſibi non quæſivit præſidium, quàm ut ad nomen iſtud confugeret : alia lorica indui, aut fortiori turri defendi, aut enſe acutiori armari nequaquam volebat.

Gen. 47. v. 31. Transl. ſeptuaginta.

Magalian. in Joſue ſerm. 2. Annot. 1. num. 10.

17. Scitiſne cauſam, cur Angeli Paradiſi, cum Lucifero ſuiſque ſequacibus dimicantes glorioſam reportarint victoriam, ſuperboſque illos ſpiritus eum tanta ipſorum ignominia è cælo in terram profligarint ? Cauſa victoriæ illius vi & efficaciæ nominis Jeſu tribuenda eſt. Id quod ex Chriſti ad Apoſtolos prolatis verbis clarum eſt atque perſpicuum. Cum enim Apoſtoli Chriſto dicerent : *Domine etiam Dæmonia ſubjiciuntur nobis in nomine tuo.* Mox Chriſtus ſubjunxit : *Videbam Sathanam ſicut fulgur de cælo cadentem* ; quaſi dicere voluiſſet ; Nihil in hoc novi adfertis, dicentes, quod in virtute nominis mei Dæmonia pellantur, ſiquidem ob eandem nominis mei virtutem Dæmones in principio mundi tanto cum impetu fuere è cælo expulſi, ut in eo momento Lucifer Dux eorum viſus fuerit, quaſi fulgur quoddam ex aëre in terram præcipitari. Hunc hiſce verbis ſenſum S. Bernardinus attribuit dicens : *Non admiremini ſi in virtute mei nominis expellitur Dæmonia de hoc mundo, quia in nomine meo fuerunt expulſi de Paradiſo impetuosè, hoc eſt, ruendo tanquam fulgur, quod cum impetu deſcendit* Tandemque idem S. Doctor veriſimile eſſe ſubjungit, quod Angeli ſimul cum Dæmonibus confligentes unanimi voce altum clamarint : Vivat, vivat Jeſus, atque ex hujus nominis reſonatione, veluti ex terribiliſſimo quodam tonitru perverſi illi ſpiritus percuſſi, tantæque potentiæ reſiſtere, atque in cælo firmare ſe minimè valentes, in inferni abyſſum fuerint prolapſi : *Imagines, quod boni dicebant : Vivat Jeſus, vivat Jeſus, ad vocem cujus nominis, Dæmones reſiſtere non potuerunt, quia de Paradiſi apice in abyſſum cade-*

Luc. 10. v. 18.

D. Bernardin. Tom. 4. ſerm. 41.

D. Bernardin. Ibid.

caderent. Potrò tanta eſt hujus ſancti nominis potentia, ut coram eo ille quoque ſubſiſtere non poſſit, cujus poteſtati nulla eſt alia poteſtas comparabilis in mundo: De dæmone namque Job loquebatur cum ait: *Non eſt poteſtas ſuper terram, quæ compatetur ei, qui factus eſt, ut nullum timeret.*

Job. 41. v. 24.

18. Denique ut tandem etiam nonnulla, quoad venerationem nominis Jeſu proponam, operæ pretium eſſe judico cauſam inveſtigare, cur Angelus à Deo ad revelanda nonnulla occulta myſteria è cœlo ad Sanctum Joannem Apoſtolum miſſus eundem Sanctum Apoſtolum ipſum adorare volentem, idipſum nequaquam fieri permiſerit, ſed potius ne faceret commonuerit: *Cecidi ante pedes ejus, ut adorarem eum, & dixit mihi. Vide ne feceris.* Cur obſecro S. hic Angelus à Sancto Joanne Apoſtolo adorari noluit, cum tamen veluti excellens quidam Dei miniſter aliquali eſſet adoratione & veneratione dignisſimus? Ratio hujus hæc fortè eſſe poterit, quia nimirum Apoſtolum hunc ſanctiſſimo nomine Jeſu honoratum & adornatum eſſe vidit, inquit Bartholomæus Piſanus: *Angelus à Ioanne Ieſu nomine decorato non permiſit ſe adorari.* Utique ſæpius obſervaſtis, quod quotieſcunque Sanctus Joannes ſemetipſum in Evangelio nominare cogitur, ſe non Joannem, ſed diſcipulum à Jeſu dilectum appellet: *Diſcipulus, quem diligebat Ieſus*, quaſi hoc, non vero Joannes proprium ejus nomen fuiſſet. Quia igitur Angelus ille venerabile nomen Domini ſui, nomen quod in cælis continuo adorat & honorat in Sancto Joanne conſpexit, eundem coram ſe genua flectere nequaquam permiſit. Quaſi dicere ei voluiſſet: Qua ratione ego me à te adorari permittam, cum tu potius à me adorandus eſſe videaris, utpote qui haud ſecus ac pretioſiſſima quædam tabula mihi eſſe videris, in qua Venerabile nomen illud, cui cælum, terra & infernus una cum corde genua continuo flectunt explicatum & deſcriptum conſpicio?

Apocal. 19 v. 10.

Barthol. Piſan. l. 2. fruct. 9. p. 1. Conformit.

Ioan. 13. v. 23. & cap. 21. v. 20.

19. S. Paulus Apoſtolus ſanctiſſimum Jeſu nomen non ſolum beatis ſpiritibus in cælo & in terra hominibus viatoribus, verum etiam quod plus eſt, in inferno inter Dæmones & animas in obſcuro illo carcere damnatas venerabile eſſe propoſuit, dicens: *In nomine Ieſu omne genu flectatur cæleſtium, terreſtrium, & Infernorum.* Verum merito hic non nemo ex vobis curioſius quærat, undenam Sanctus Apoſtolus hujus effati hauſerit notitiam? S. Bernardinus Senenſis dicit, quod cum S. Paulus in cælum raptus dulciſſimum ac glorioſiſſimum Dominum ſuum ad dexteram Patris ſuper omnes alios Paradiſi principes ſuperexaltatum, infinitoque & incircumſcripto lumine, eaque beatitudine, quæ totam cæleſtem Patriam illuſtrat & glorificat, circumdatum videret, ardentiſſimo quodam amoris affectu excitatus in conſpectu totius cæleſtis curiæ elata voce exclamaverit: ô Jeſu amor meus? atque ad hujus vocis ſonum totam cœleſtem curiam genua ſua ſumma cum reverentia flexiſſe. Quia vero eodemmet tempore beatifica fruebatur Divinæ faciei viſione, ideo in Deo vidit eandem pariter reverentiam eidem nomini à toto inferno, id eſt, tam à Dæmonibus, quam à reproborum animabus factam fuiſſe. Audite ipſiſſima ſancti Doctoris verba: *Vidit glorioſum Dominum, qui conſtitutus erat in gloria Patris in cæleſtibus, ſuper omnem principatum, Poteſtatem, Virtutem. & Dominationem. Cum cerneret illum tanta gloria ſublimatum, à ſpirituali calore inflammatus totus ex amore illius clamavit dicens: Ieſus amor meus. Ad cujus nominationem & clamorem omnes cives beati genu flexerunt & in eodem nomine intellexit, quod genuflectebant etiam omnes ſpiritus infernales; ſicut debent facere omnes ſpiritus viatores.* Unde colligitur nomen Jeſu omni eſſe reverentia & veneratione dignisſimum, ſiquidem reſonante hoc nomine, non ſolum amici & ſervi genua ſua flectunt, verum etiam omnes ejus inimici, & quotquot eum oderunt, & exhorreſcunt. Ut igitur diſcurſum hunc concludamus, & ſummam, quæ divino huic nomini debetur, venerationem intelligamus, ſufficiat hoc loco dicere, quod Deus ipſe,

Ad Philipp. 2. v. 9.

D. Bernardin. tom. 2. ſer. 49. in princ.

se, nomen istud adoraturus esset, si odorare illud posset. *Non est nomen*, inquit Paulus de Palatio, *quod cœlestia, terrena, & inferna venerentur cernua, nisi nomen IESV. Adeo ut si fieri posset, Deus ipse veneraretur nomen ejus, quia ita Deum ipse veneratus est.* Tibi ô Christiane, id singulariter dictum esto, qui haud secus ac si Christum & ejus Christianismum solemniter ejurasses, sanctum hoc nomen quod omnes mundi creaturæ tanta cum reverentia audiunt & honorant, tanta cum irreverentia & irreligositate tractas. Quodsi Augustus Romanorum Imperator, Alexandri Macedonum Regis exemplum secutus, nomen suum in locis sordidis & turpibus audiri & proferri prohibuit, quâ igitur pœna digni erunt, qui sordida & fœtente lingua sua in locis turpibus nomen non mortalis ac miseri alicujus hominis, sed immortalis & æterni Dei proferre audent?

Paulus Palac. in cap. 1. Matth.

SERMO I.

IN FESTO EPIPHANIÆ DOMINI.

THEMA.

Vidimus stellam ejus.

Matth. 2.

ARGUMENTUM.

Astrologi non solum, quoad seipsos decipiuntur, verum etiam alios decipiunt.

CUr obsecro in admirabili verbi incarnati Nativitate, ad diem illum sacratissimum magis honorandum, festiviusque solemnizandum, nova quædam in cœlo stella apparere debuit? cur cœlum, ad suum contestandum gaudium sua lumina augeri; majoribusque se adornare splendoribus voluit? Nimirum divini hujus infantuli pulchritudo stupenda fuit, atque ideo ut cœlum ingenti hujus pueruli decore magis magisque frui ac gaudere posset, quasi tot innumerabilium stellarum oculi ei non sufficerent, alium quendam tot lucidis firmamenti oculis adjicere oculum voluit. Præterea quia Christus noctu nascebatur, ideoque cœlum luminare solis Regis cœle-

stris recens nati obsequiis & servitiis adhibere non valebat, utpote quoad tunc in suo Horizonte præsens non aderat, confestim novam quandam & extraordinariam stellam formavit adeo luminosam, ut solis splendorem & lucem longè superaret, eandemque solis loco Dei in terris incarnati & nati necessitatibus consecravit. Stella hæc sole utique pulchrior esse debebat, utpote qui soli Justitiæ omnis luminis & pulchritudinis primogenio fonti, præ sole corporeo longè vicinissimus erat. Porrò fitmiter id mihi imaginor, quod si stellæ eo tempore sensatæ fuissent, utique de solis abstinentia intimè fuissent gavisæ, quia si sol præsens fuisset, stellas omnes lumine suo totaliter exuisset, adeo ut cœlum hisce stellarum oculis destitutum & velut excæcatum, glorioso hoc DEI hominis, seu verbi incarnati spectaculo (pro cujus aspectu Angeli de cœlo Empyreo in terram descenderant) fuisset privatum. At hæc quia solemnis est Principum hujus mundi consuetudo, ut in natali Regis alicujus, suos ad gratulandum Patri mittant legatos & Ambasciatores, cœlum quoque stellam quandam mittere voluit, ut virgineæ Deiparæ, de felicissimo cœlestis Regis natali gratulatum iret; Nec dubito, quin si stella hæc lingua prædita fuisset, hisce sereniſſimam cœlorum Reginam Deiparentem a fuisset allocuta verbis: Sereniſſima, Potentiſſima; cœlum me stellam ad te quæ maris stella diceris ablegavit, ut tibi cœlitum omnium nomine congratularer, quod ex te tandem feliciter nata sit stella ex Jacob. Ob has igitur diversasque alias rationes cœlum, Deo hic in terris nascente, novam hanc stellam formare & mittere potuit; veruntamē præcipua apparentis stellæ hujus causa fuit, ut Magorum esset illuminatrix & doctrix. Quia enim cœli officium est lumen suum in hæc inferiora influere, ideo per hanc quoque stellam homines vanæ stellarum observantiæ & scientiæ deditos docere & commonefacere voluit. Ut jam deinceps non stellas, sed stellarum respicerent & venerarentur, Dominum, utpote qui stellis, quas pedibus suis substratas habebat, relictis, in hoc suo jacebat præsepio, à quo etiam tam omnis mali fuga, quàm omnium bonorum influxus solum & unicè dependebat, optarem equidem ut lumen istud in nonnullorum hominum, quos Astrologos vocamus, cordibus nascerctur & splendesceret, ut randem aliquando ab antiquis suis resipiscentes erroribus, alteri studia & exercitia sua materiæ applicarent; nec jam deinceps vel deciperentur ipsimet, vel una secum deciperent alios: eò vel maximè, quia dum multa se scire præsumunt, cum nihil sciunt, decipiunt ut & alios decipiunt: *Mathematicus* inquit S. Augustinus, *seducitus, seducit, deceptus, decipit.* *D. Augustin. in Ps. 21.*

2. Deus quondam, ut abinde exordiar, Ezechieli Propheræ ut populum suum moneret præcepit, ut à priſtinis resipiscentes erroribus condignam de tot commissis sceleribus agerent pœnitentiam, utpote quæ tanta cum temeritate adversus divinas leges quotidie committebant. Hisce autem Prophetæ sufficienter propositis & inculcatis, tandem subjunxit: *si forte ipsi audiant, & si forte quiescant, quoniam domus exasperans est.* Quasi hisce verbis dicere voluisset; Abito in pace ô Propheta mi, & quæ commisi tibi, genti illi prædicato; forte enim auscultabunt te, measq; minas per te illis propositas formidabunt. Neque enim ob ea, quæ adversum me commiserunt boni patris officium erga illos exercere non desinam, tametsi modicam de vita ipsorum emendanda spem habeam, utpote quos ad peccandi exercitium adeo inclinatos esse conspicio. Verum enimvero, dum hæc Dei ad Prophetam dicta verba considero, Deus in hoc ad Prophetam directo discursu, non veluti Deus, Deo enim, non minus id quod futurum est, quam quod præteritum est notum esse noscitur, sed velut homo quidam rei contingenti futurum eventum ignorans locutus fuisse videtur. Nunquid enim Deus certò sciebat, quidnam ex Prophetæ sui exhortationibus futurum erit? Ergone Deus, quod durus & obstinatus populus ille, non solum sanctas Prædicatoris sui admonitiones non auscultaturus, verum etiam minas ejus ex parte Dei intentas contempturus *Ezechiel. 2. v. 5.*

esset, ignorabat? Quin Deus hæc omnia penitissimè sciverit, nequaquam est dubitandum. Verum subjungat fortè aliquis dicens: si Deus hæc omnia clarè & perspicuè scivit, cur igitur adverbio illo dubitandi fortè utitur & dicit: *si forte ipsi audiant?* Respondet Theodoretus, quod tametsi Deus certissimè sciverit, quicquid in hoc ejus negotio futurum erat: Tametsi inquam sciverit, imò tanquam futurum prævideret, verba & monitiones Prophetæ in corde hujus dissoluti atque in peccatis indurati populi nihil omninò profuturas esse; hoc tamen non obstante, hunc in modum loqui voluit, ut liberi arbitrii vires hac ratione nobis insinuaret; simulque innueret futurum esse, ut nisi de peccatis suis seriò pœniterent, aut veraciter emendarentur, miseriæ hujus causam non hanc futuram esse, quod respicere aut emendare se non potuerint, sed quod non voluerint. *Per hoc*, inquit hic Doctor, *liberam mentis facultatem edocuit, quia possunt immutari, si voluerint.* Quodsi Deus id quod sciebat, & revera futurum erat, manifestasset, simul quoque aliquid fortè insinuasset, unde in mali sui perseverantia necessitatus fuisset, ut proinde tametsi se seriò emendare voluisset, hanc tamen emendationem ad effectum minimè potuisset deducere. Per hanc quoque doctrinam monere nos pariter voluit, ut aures nostras à certis quibusdam hominibus vellicari pateremur, qui hominem stellarum cœlestium influxui subjiciunt, eosdemque libero suo privantes arbitrio ad suas quasque actiones necessitant. Neque enim homo ideo malus est, quod bonus esse non possit, sed quod bonus esse non velit. Liberum arbitrium est velut Rex quidam absolutus in Regno animæ nostræ, nec qui ad illud cogendum, subjiciendum, portas ejus ipso invito aperire possit. Imo ipsemet Deus qui illud creavit, & formavit, aut etiamsi vellet necessitare posset id ipsum, in sua libertate inviolabiliter conservat. Atque ideo cum ne Deus quidem hominem in suis actionibus necessitet, vix vides, quomodo à stellis cœlestibus, quas Deus pedibus suis perfectè subjectas habet, necessitari ulla ratione possit. Cum igitur humanæ actiones sint liberæ & independentes à luminaribus cœlestibus, utique de ipsis mentiuntur Astrologi, dum ex stellarum consideratione ipsum tanquam futurum scire sibi promittunt, quod stellæ facere nec possunt, nec posse se demonstrant: utpote quæ cum opera humana necessitare non possint, consequenter etiam qualia futura sint, prognosticare aut prædocere alios non poterunt.

D. Theod. in Ezech. sec. 2.

3. Dignitas humana ob liberi arbitrii gratiam adeo est excellens, ut S. Gregorius existimet hominem propter illam haud secus se habere, ac Regem vel Monarcham aliquem in suo Regno, qui neminem supra se habet quem se superiorem agnoscere possit aut Dominum: *Dominum neminem agnoscit homo, suo arbitrio agit omnia, meroq; & summo imperio, ut ipsi libet, semet gubernat.* Hinc fortè motus est Mercurius Trismegistus, ut hominem Deum terrenum appellatit, ut refert Cœlius: Quia sicut nullus est in toto mundo, nec in cœlo, nec in terra, qui Deum in operationibus suis cogere aut aliquam ei violentiam inferre possit: ita etiam nullus est, qui homini suam volendi libertatem adimere, eumq; in actionibus suis necessitare queat. O quanta à nobis fieri & æstimari meritò deberet hæc potestas? hæc Majestas? Monarchia ista?| quanto nobis in id studio contendum meritò esset, ut illam conservare in nobis ac tueri possemus? Quibus armis persequi illos non obligamur, qui illam nobis eripere aut tollere moliuntur? Quis non videt, quod dum Astrologi operationes nostras à planetis & stellis cœlestibus prædeterminatas & necessitatas esse docent, hominesque summa liberi arbitrii authoritate privant, nihil aliud faciant, quam quod non solum illos regno suo, & quicquid in eis divini est, privent, verum etiam solio ipsorum abutantur, eosque velut si irrationales bestiæ essent, inter bruta collocent? unde quia phantastici ejusmodi sycophantæ propriam suam infamant naturam, meritò ab aliis hominibus, tanquam humanæ conditionis inimici, & honoris quem Deus ad particularem aliarum creaturarū invidiam illis concessit, destructores, exterminandi sunt & abomi-

Greg. Nyss. sen. de hominis opificio ca. 4. Cælius lib. 2. c. 17.

nandi. Non sufficit Astrologis, quod ex cœlo tetrum quoddam bestiarum seu ferarum stabulum fecerint, quod inquam in Zodiaco cœlesti arietem, taurum, leonem, ursam, Asinum aliasque perplures bestiarum species collocarint, nisi ipsum quoque hominem stellarum & totius universi Dominum tot bestiarum jam dictarum imperio insuper subjicerent. *Non es*, inquit B. Thomas *in agendis astris subditus, sed astrorum Dominus: liberum te creavit altissimus, & tu astrorum te fateris mancipium.* Meritò Jupiter, ut Poetæ fabulantur, Athlantem jam non amplius hominem, sed insensibilem quendam montem esse voluit, dum illum ex homine in montem transformavit. Utpote qui velut Astrologiæ author & inventor, stellas sibi super caput reponi voluit, quas tamen si sapiens fuisset, pedibus debuisset habere subjectas: *Sapiens dominabitur astris:* jure humana natura privari & exui meretur, qui tale hominibus probrum ac dedecus intulit, ut eos subditis suis subjectos esse fecerit.

B. Thom. Villa Nova Conc. 1. in Asces.

4. Ad hoc propositum nostrum S. Joannes Chrysost. pulchram quandam & notatu dignissimam sententiam protulit dicens: *Sicut Græcorum legibus prohibitum est homicidium facere, ita & Nativitati credere manifestum crimen est*, q. d. Sicut homicidium legibus prohibitum est, ita quoq; Astrologis judiciariis credere est vetitum. Potiò sententia isthæc in principio quidem difficilis esse videbitur: Quid enim homicidium cum Astrologia commune habet, ut ex illius prohibitione, hæc quoque vetita esse censeatur? Veruntamen S. Doctor optimè dicit. Et ratio est; Quia si ita est, ut Astrologi dicunt, quod nimirum homo, qui alium hominem occidit, necessario illum occidat, utpote qui à stellis in defuncti Nativitate regnantibus necessitatur & cogitur, sequitur manifestè, homicidium nec prohibendum esse, nec castigandum. Verum cum leges peccatum istud prohibeant & castigent, utique illud peccarum esse intelligunt, & consequenter per eandem prohibitionem & pœnam ipsam quoque Astrologiam voluntariam ab operibus humanis aufferentem pariter damnant; simulque quanta cum ignorantia Astrologi discurrant, clarè insinuant. Advocati, ut suos in Tribunalibus clientes de commissis delictis defendant, cœlestes nondum influxus, nec non actionum suarum necessitatem adduxerunt in medium; quodsi enim hæc ratio aliqua posset ratione in judicio prævalere, facilè esset persuadere judicibus, ut reum à præfixa legibus pœna liberum esse pronuntiaret: siquidem *Necessitas non habet legem.*

D. Chrysost. serm. 2. de fato.

5. S. Joanni Apostolo Apocal. 12. mulier quædam apparuit vestita sole, luna calceata, cujus caput stellato quodam diademate redimitum fuit: *Mulier amicta sole, luna sub pedibus ejus, & in capite ejus corona stellarum duodecim.* Attentè autem considerandum, quod sicut sol, luna, & stellæ, vestium, calceorum & diadematis loco adhibitæ exteriores tantum corporis sui partes contegebant, ita ad animam usque minimè penetrabant; vestibus enim, calceis, corona, corpus opus habet, non verò anima. Quo quidem supposito, quidnam spiritum sanctum per hanc visionem significare voluisse existimatis? Nimirum quod solum corpus cœlestibus sit influxibus subjectum, non verò anima, aut quicquid ab animæ potentiis dependet; stellæ corporalibus rebus dominantur, non verò spiritualibus. Ex stellarum contemplatione, pluvias, ventos, tempestates, temporum tranquillitatem edisceré possumus, siquidem stellæ super elementa, quæ corporalia sunt, singularem habent virtutem ac vim dominatricem, at verò actiones humanæ ab anima & hominis voluntate dependentes, cognosci ex stellis nunquam poterunt. Stellæ cum anima nihil habent commercii. Atque ideo miserè decipiuntur, qui futuras hominum ab anima nascentes actiones scire præsumunt, utpote ad quas influxus stellarum nunquam perveniunt.

Apocal. 12. v. 1.

6. Humana superbia quondam eousque excreverat, ut ex hominibus nonnulli, Deos se appellare & æstimare, seque haud secus ac Deos quosdam honorari & adorari facere præsumpserint; unde quia tantus hic hominum fastus Deo summè displicebat, ideò per os Isaiæ Prophetæ eos hisce verbis ad resipiscentiam reducere tentavit, dicens: *Annuntiate, quæ ventura sunt in futurū, & sciemus.*

Isaiæ. 41. v. 23.

sciemus, quia Dii estis vos. Cur obsecro, futurorum prædictionem infallibile Divinitatis argumentum esse dixit? quia rerum futurarum clara & certa notitia soli Deo reservatur, atque ideò, qui hujus scientiæ peritum ostenderit, non homo, sed Deus æstimandus erit. Ex qua doctrina manifestè colligitur, quod Dei Divinitatem quandam sibi temerè vendicent, dum videlicet se futura providere posse promittunt, id quod manifestum est Deitatis indicium, cùm id soli Deo, & nulli alteri competat. Idque certum esse; vel ex hoc solo liquet, quod vulgò se *Divinos*, id est, *Deificatos* appellari patiuntur, imò quia divinant, satis innuunt, quod Deos se esse æstiment. Quod si igitur id verum est, sequitur evidenter, ejuscemodi Astrologos, non homines, sed Dæmones esse, utpotè qui propter superbiam suam, Dii ab hominibus censeri volunt. Est autem verissimum, ut ex dictis constat. Igitur Dæmonibus verè similes erunt. Etenim hæc est ratio, cur Astrologi aliàs *Chaldæi*, dicti fuerint, quod nomen in sermone latino idem, quod quasi *Dæmones*, vel *deprædantes* significat. Quod si Dæmones quidam sunt, qui artem istam profitentur, non solùm ob suam superbiam, dum passim ab omnibus suspici, laudari, & tantum non adorari volunt, & propter prædam, quàm de simplicium ignorantiumque hominum bursis faciunt, verum etiam quia haud secus ac Dæmones, se res futuras prævidere, ac prædicere posse fingendo, mille mendacia fabricant, sunt plurimarum anilium fabularum authores & mendaciorum patres.

Num. 22. v. 22.

7. In libro Numerorum legitur, quod cùm Balaam à Balaac Rege, ut Hebræi populi exercitibus malediceret advocatus, & ingenti pecuniæ quantitate conductus, in asina quadam iter faceret, jamque loco ad quem contendebat, vicinior factus esset, quidam ex Angelis Domini strictum manu suâ gladium tenens, ei obiam venerit, ut à perverso ausu & proposito suo eum impediret, ipsumque ad locum unde venerat, reverti cogeret, aut certè in casu, quo reverti pertinaciter noluisset, eum occideret, & verè ipsum occidisset, nisi asina, quæ Angelum clarè viderat, miraculosè illum alloquens, de imminenti ei malo ipsum monuisset. Circa quem locum observandum, quod Balaam Angelum, quem asina sua conspexerat, videre nequaquam potuerit. Mira profectò res? bestia videre Angelum potest, & non potest illum videre homo! quisnam aut qualis Balaam iste erat? Abulensis opinatur ipsum magnum quendam fuisse Astrologum, à quo, ut vult S. Hieronymus tres hodierni Reges seu Magi nati sunt, suamque de stellis doctrinam hausêre, qui proindè uti omnibus Astrologis solemne est, se aliorum hominum mortem à longè prævidere seu prædicere posse profitebatur. Mira res! poterat hic Astronomus alienam mortem, quæ post multos retrò futuros annos futura erat, tamdiu antequàm accideret providere, suamque sibi jam jam imminentem, ante oculos suos manifestè positam, quamque ejus asina tanta cum claritate conspexerat, mortem videre minimè potuit? Facilè proindè est hinc cognoscere, quàm sint ejuscemodi homines ignorantes, dum se aliena videre & prædicere posse jactant, & personam suammet propriam attinentia nequaquam vident. Quod si quæ sibimet futura sunt, non prævident, quomodo ea, quæ aliis eventura erunt, prospicere poterunt. Quando Thales se ea, quæ post multos annos futura essent, prædicere posse arroganter jactabat, fossam quandam proximè sibi vicinam, in quam utique magno suo damno casurus fuisset, nisi à simplici & paupercula vetula fuisset præmonitus, videre non poterat, quæ exinde etiam professionis suæ vanitatem clarè agnovit, eumque derisit. Coram magno quondam Angliæ Cancellario, clarissimo Christi Martyre Thoma Moro, nonnemo se alienos in cœlestibus stellis videre defectus posse jactabat, cùm tamen publica, quæ quotidiè ab uxore sua domi suæ committebantur adulteria, minimè cerneret, aut prævidere posset. Quomodo remota videre poterunt, qui vicina non vident? cùm res proprias, quas domi suæ coram se vicinas habent, & ab aliis clarè videntur, cernere non possint, utique res alienas, quæ ob nimiam sui distantiam videri à nemine possunt, in cœlo prævidere minimè poterunt.

Abulensis. D. Hiero.

Iob. 12, v. 7. D. Hieron. in c. 12. Iob.

8. Secundum porrò eſt, quod per acies, de quibus apud Jobum hiſce verbis ſermo eſt: *Interroga volatiliacœli, & indicabunt tibi.* tam ſuperbi, quam Aſtrologi intelligantur: *volatilia intelliguntur leges & elati homines, vel ſuperbi, aut certè Aſtrologi.* Quis autem ex vobis rationem aſſignare mihi poterit, cur aves eſſe dicantur? fortè ideo, quia ſicut volatilia ſemper oculis ſuis in alto commorantur, deorſum verò nunquam reſpiciunt. Quotquot enim hanc artem profitentur, communiter Principum palatia, aut opulentorum hominum domus, ubi fortunæ ſuæ conſulere poſſunt, frequentare conſpicientur, pauperum verò domos ingredi erubeſcunt, utpote in quibus nulla eſt venationi eorum ad manum præſto præda. Aut verò aves dicuntur, quia natura ſua garruli ſunt, ſemper garriunt, ſemper ſe jactant; nec eſt hora in die, in qua vel ſeipſos, aut quam profitentur artem, laudare & prædicare non auſint. Dici etiam poterit, quod ſicut aves, dum volant, caput in cœlos erigunt, pedes verò in terram demittunt; ita quoque Aſtrologi, dum ſtellas cœli aſpiciunt, affectus ſuos in terra vertunt, ad terrenos ſtudia ſua affectus dirigunt nimirum, ut æſtimentur, laudentur, doniſque terrenis ab hominibus æmulentur, eodemque tempore, quo oculos ſuos in terra defixos habent, manus ſuas in terra extendunt, & niſi burſæ tuæ benè proſpexeris, illam ab impoſito in illam argento inanem & vacuam, vento autem videbis eſſe repletam. Porrò aves quidem ſunt, ſed rapaces, & ideo *Chaldæi* dicuntur, id eſt, *de-* *D. Auguſt in Pſ. 140.* *prædatores.* Sunt veluti publici in viis graſſantes & latentes latrones, qui eos, qui in ipſorum manus incidunt, non ſolum ſpoliant, ſed etiam occidunt. Ipſi namque burſam tibi evacuantes verè te ſpoliant, ac tandem mortis imaginationem, quam tibi divinant, occidunt te, *imaginatio enim facit caſum.* Unde & ſanctus Auguſtinus dicit: *Emis mortem à Mathematico pretio.* Hanc ob cauſam olim velut homicidæ, legibus publicis occidebantur. Denique aves ſunt, quia inſtabiles ſunt, nec unquam in uno eodemque loco, prouti aliarum ſcientiarum profeſſores, firmiter ſubſiſtunt. Mox enim ut per mendacia ſua, in hac civitate palam tanquam mendaces, & ærarii expilatores, ac nugivenduli omnibus innotuerunt, confeſtim in aliam evolant, atque ab hoc eandem ob cauſam denuò fugientes, ad alium ſe locum, ubi ignoti ſint, recipiunt; atque ab hac ratione, ut omnes decipiant & mendaciis ſuis circumveniant, per totum mundum uſquequaque circumcurrunt.

9. Verè inquam hujuſce profeſſionis homines aves eſſe dicuntur, ſed aves nocturnæ. Noctua ſunt ſive ululæ, veſpertiliones ſunt, cuculi ſunt, bubones ſunt, & ſi quæ ſunt alia avium noctu volantium genera. Non facilè iis in locis conſpiciuntur, ubi lux eſt, ſed ubi tenebræ locum ſuum habent. Coram iis hominibus, quorum mens eſt ſapientiæ lumine illuſtrata, compare maximè carent, quod illis imponere minimè poſſint, unde cum illis ſuam duntaxat converſationem & ſocietatem inſtituunt, qui ignorantiæ tenebris obvoluti vivunt, qui eorum mendacia ſumma cum facilitate credunt & auſcultant, ideoque facili quoque negotio ab iis circumveniri, & decipi poſſunt. Sciunt etenim Dæmonem tenebrarum Principem, ut humanum genus turpiter falleret, non ſapientem Adamum ſed Evam ignorantem, rudem, & ſimplicem fœminam dolosè aggreſſum fuiſſe. Porrò lingua eorum, linguâ eſſe videtur Lucernæ piſcis, quæ non diu, ſed noctu conſpicitur atque reſplendet. Cum enim verba eorum, mendaciis, vanitatibus, & meris ſomniis ſcateant, ideo noctu ab iis, qui dormiunt, & clauſos habent oculos, audiuntur, non verò ab hominibus ſapientibus & prudentibus, qui ne ab ejuſmodi ardelionibus & circumcellionibus decipiantur, apertos ſemper oculos ſuos tenent. Refert Æneas Sylvius nobiles quoſdam Alphonſi Regis Neopolitani aulicos, hanc inter ſe quæſtionem agitaſſe, cur in domo dicti Alphonſi Regis, quæ hominibus literatis cujuſcunque tandem profeſſionis & ſcientiæ referta erat, nulli inter alios viderentur Aſtrologi? Tandem verò unum eorum, qui plus cæteris ſapere videbatur, hunc in modum reſpondiſſe. Nolite mirari iſtud, Domini mei; quia enim Alphonſus vir eſt ſapientiſſimus, non facilè illam gentem ullis proſequeretur hono-

Apoph.

ri-

Apoph. noribus, qui ſolis eſt Principibus ignorantibus in pretio : *ſtulti principes honorant Aſtrologos, non ſapientes, inter quos nomen ſuum Alphonſus obtinuit.* Etenim Principes illi qui horum garrulitatibus dediti ſunt, aureſque ſuas facilè commodant & apertunt, ſe Midæ nepotes eſſe commonſtrant, cui aures datæ ſunt aſininæ ; ob ingentem illorum ſtultitiam & ignorantiam.

10. Noſtiſne quiſnam primus fuerit Aſtrologiæ inventor. Noſti Adamum, Noë, & Abrahamum, veluti humani generis parentes, authores artis hujus fuiſſe dicunt. In duabus namque columnis illis, quarum una è ſolido lapide ; altera verò ex latericibus à filiis Adæ formatis, conſtructa erat, ad perpetuam filiorum nepotumque ſuorum notitiam & memoriam Aſtrologiæ aliarumque humanarum ſcientiarum regulæ, ut Polidorus Virgilius ſcribit, inſcriptæ fuere. Alij verò Atlantem hujuſce artis anthorem eſſe volunt, qui ob labores in hæc ſtudia adhibitos, cœlo in humeris onuſtus fuiſſe fingitur, ſuum ab Hercule auxilium expetens. Verum enimverò ſanctus Gregorius Nyſſenus de Aſtrologia judiciaria loquens, inventorem illius Dæmonem fuiſſe exiſtimat; huic enim tam hujus ſcientiæ, quam omnium aliarum ad divinationem pertinentium inventionem attribuit. Audite ipſiſſima ejus verba: *Quoniam homines voluptuarii corporibusque plus æquò amantes in hac vita ſtudio res futuras ſciendi tenentur, quâ cognitione vel mala ſe evitaturos ſperant, vel id, quod deſiderant, aſſecuturos : idcirco, ne à Deo pendeant homines, prænotionis rerum futurarum varia genera fallax Dæmonum natura commenta eſt.* Cum igitur Dæmon hujuſce artis ex mente hujus patris inventor exiterit, nihil utique, quod veri vel certi ſimilitudinem præfetat, in ſe habere poterit. Sicut enim de nocte non niſi tenebræ ſolæ naſcuntur, ita ex ore ejus, qui pater eſt mendaciorum, aliud quam mendacia non emanare non valebunt.

Polyd. Virg. de Invent. rerum lib. 1. c. 17.

D. Greg. Nyſſenus de vent. tom. 2.

1. Rabbi Hachibac docet, quod quotieſcunque in ſacra ſcriptura nomen iſtud *ariolus*, ponitur, ſub hoc nomine ſemper intelligi debeat Aſtrologus : *Ariolus ſignificat eum, qui tempora computat & horas, id eſt, Aſtrologum.* Quia enim nomen iſtud

Rabbi. Hachib. apud Oleaſt. c. 15. Deut.

faſcinatoribus & Magis qui cum Dæmone converſantur & agunt, quique; eandem profitentur artem, quam infidus profitebatur Balaam adeo in ſcriptura famoſus & nominatus, attribuitur ; ideo Aſtrologia judiciaria Magorum profeſſio eſſe, & commercium quoddam cum Dæmonibus habere videtur. Verum dicat aliquis, id nequaquam poſſe videtur. Quid enim Aſtrologus cum infernali Dæmone commune habet, cum illum in cœlum, non verò in infernum, reſpicere videamus ? ſicut igitur tenebræ cum luce convenire non poſſunt, ſic nec Aſtrologus cenſeri magus poterit, cum enim magus cum tenebratum capite & principe commercium habeat. Aſtrologus econtra cum lucis fontibus quotidie converſatur. Reſpondeo igitur Dæmonem in molienda humana perditione valde malignum eſſe ; dum enim Aſtrologus, ut ea, quæ futura ſunt, prævideat atque revelet, ſtellarum aſpectus conſiderat & contemplatur, Dæmon in actionibus illis inſenſibiliter ſeſe ingerit, miſcet & abſcondit, eaſdemque juxta quod miſerabilem illum hominem decipere intendit, repræſentat. *Diabolus*, inquit S. Thomas, *ut omnes pertrahat in errorem, immiſcet ſe operationibus eorum, qui indiciis aſtrorum intendunt.* Quod cum verum ſit, ſicut quod veriſſimum eſt, ideo S. Auguſtinus concludit dicens : *tales Aſtrologorum operationes referendæ ſunt ad quadam pacta cum Dæmonibus habita* ; Quaſi diceret : tales Aſtrologi faſcinatores, magi, venefici, incantatores cenſendi ſunt ; unde quicquid promittunt & dicunt, ex maligni Dæmonis ore provenire credendum eſt. Qualis proinde ex Aſtrologorum ore expectari veritas poterit, quando ex ejus ore loquitur, qui publicis eſſe cenſetur veritatis inimicus ? à mendace præter mendacia & impoſturas expectari aut ſperari nihil poteſt.

D. Thom. opuſc. 26.

D. Auguſt. l. de doctr. chriſtian.

11. Iſaias Propheta cap. 6. libri ſui Deum in altiſſimo throno conſidentem aſpexit, & circa illum duos Seraphinos ſtantes, quorum ſinguli ſex alas habebant, quarum duabus faciem ſuam velabant : pedes verò aliis duabus tegebant, aliis verò duabus reliquis volabant : *Seraphim ſtabant ſuper illud, ſex alæ uni, & ſex alæ*

Iſaiæ 6. v. 2.

alteris duabus velabant faciem ejus, & duabus velabant pedes ejus, & duabus volabant. In qua visione necessum erit investigare causam, cur duo hi Seraphini, qui si in conspectu Dei stantes faciem habuissent ob velatam & contectam, eandem detegere & discoopcrire debuissent, ut tanto liberius & expeditius Dei infinitam pulchritudinem videre, eaque frui possent, eandem, cum nuda esset & discooperta, contegere & obvelare voluerint? Deum ob oculos suos positum habebant, in eoque, quicquid in toto mundo visu dignum erat, conspicere poterant, & tamen spiritus isti velantur, suamque faciem & oculos obnubunt, ne videre ipsum possint? dicendum est igitur, hosce Seraphinos spiritus faciem & oculos suos contexisse, non quod tam admirandum ac prodigiosum spectaculum aspicere, eoque frui nollent, sed quia tanti splendoris abyssum, è divina facie promicantem, ferre aut sustinere nequaquam poterant: *Alas vice murorum objiciunt*, inquit Chrysostomus, *non ferentes radios illinc proficientes.* Id quod in Deo, hoc est in judiciis Dei late, sublimissimus etiam Paradisi spiritibus & Seraphinis, qui Deo proximè assistunt, occultum est & obvelatum. Eaque, quæ Deus in cœlo & in terra determinavit facere, ne Angeli quidem penetrare & intelligere possunt. Ad aspectum hujus solis acutissimi etiam aquilarum & lyncis oculi perstringuntur & excœcantur: *Lucem inhabitat inaccessibilem.* Nec est oculorum acies aliqua adeo acuta, quæ ad tantæ lucis præsentiam, vel unico etiam momento subsistere queat. Atque ideo, quodsi Angeli ipsimet ad intelligenda & penetranda divina judicia pertingere minimè possunt, quomodo eadem ab hominibus intelligi aut penetrari poterunt. Ad opus aliquod, cui patrando negygas quidem sufficeret, puer aliquis longè minus pertingere valebit: Hinc ergo colligere licet, quam falsa sint Astrologorum commenta, & quam hi homines ignorantes & temerarii sint, dum procul à Deo remoti existentes, id tamen sibi in Deo se penetrare posse promittunt, quod ne Angeli quidem, tametsi adeo sint Deo vicini & proximi, scire aut intelligere potuerunt. Contra hanc igitur Astrologorum temeritatem indignatus vehementer Urbanus VIII. hunc in modū contra eosdem detonare non dubitavit: *Inscrutabilis judiciorum Dei altitudo non patitur, ut humanus intellectus tenebroso corporis carcere constrictus, super astra se extollens, arcana in sinu Dei abscondita, & ipsis beatissimis spiritibus ignota, nefaria curiositate, non solum explorare, sed etiam tanquam explorata, in Dei contemptum, Reipublicæ perturbationem, & pernitioso exemplo vendicare præsumant.*

D. Chrys. hom. 2. de verb. Isai.

1. ad Tim. 6. v. 16.

Urbanus VIII. contra Astrolog. judiciar.

12. Cur obsecro Astrologia à Rhabano Mauro Archi-Episcopo Moguntino *magnū curiosis tormentum* appellatur? quia nimirum miserabilis Astrologus vana curiositate motus, noctu diuq; vigilat, omniq; hora & momento, tota vita sua cum manifesto corporis & fortasse etiam animæ salutis periculo in continuis studiis laborat, ut professionis istius videre & discere veritatem possit; cum tamen tandem tot studia, tot vigilias, & labores malè adhibitos esse, totumq; se tempus inutiliter impendisse, & ut dicere solemus, oleum operamque perdidisse se videns, mirè excrucietur & affligatur. Sicut igitur Alchimia verissimum est avarorum tormentum, qui dum pro vero proboque auro faciendo indefessè ac strenuè laborant, tandemque se propositum sibi finem assequi non posse vident, graviter afflīguntur, ita ob eandem causam Astrologia magnum appellatur Astrologorum tormentum. Præterea etiam dici posset, ipsam benè appellari magnum curiosis tormentum, quia scilicet torquet illos, qui nimia quadam curiositate moti, aureſque suas ipsorum fabulis accommodantes, turpiter tamen se postea illusos esse deprehendunt. Nam ut Favorinus Philosophus optimè dicit, vel eventus illis divinant infelices, aut verò felices: si fuerint infelices, in continuo deinceps victuri sunt tormento: si verò eventus, quem divinaverint, felix fuerit, futuræ felicitatis spes, haud secus ac timor, qui expectatur, non minus illos cruciabit & afflīget: *spes, quæ differtur, affligit animam*, inquit Sapiēs. Deniq; majus ad hoc tormentū patien-

Raban. Maur. de instit. cleri. l. 3. cap. 23.

Aulus Gellius.

Prov. 13. v. 12.

patientur posteà, dummodo aliquo judicio polleant ubi se deceptos invenerint, seque aures suas tanto tempore, cum tam ingenti damno suo tam manifestis mendaciis accommodasse animadverterint.

14. S. Matthæus refert malignum quendam spiritum, qui pauperem ac miserum quendam hominem horrendum in modum torquebat, quem proindè Christus Dominus noster ab obsesso corpore exturbare decrevetat, Domini sui omnipotentiam advertentem, elatâ voce exclamasse: *Quid nobis & tibi, Iesu Nazarene? veniſti ante tempus perdere nos? ſcio quod ſis ſanctus Dei.* Quæ verba Christo non modicum displicebant, adeò ut ob ea vehementer indignatus, graviter illi fuerit comminatus, ipsique rigidum imposuerit silentii præceptum: *& comminatus eſt ei Iesus, dicens obmutesce.* Locum istum benè consideremus, videamusque rationem, cur Christus Dæmonem loquentem & vera dicentem, cum patientia audire non sustinuerit? tantam in mortis suæ acerbissima hora in horribili quodam illusionum & tormentorum inferno sustinendo, patientiâ habuit, & ad audiendum duo tantùm Dæmonis verba patientiam non habebit? summam equidem habuit in tormentis suis patientiam, mendacem tamen loquentem cum patientia audire nequaquam potuit, tametsi etiam illâ vice verum loqueretur, inquit S. Ephrem: *Dominus ne vera quidem audire à Dæmonibus voluit: morti ſe ultro obtulit, & orationi mendacis noluit aurem præbere.* Per quod innuere nobis voluit, quod hominem mendacem audire tantum sit homini sapienti, tormentum incomparabiliter superet. Nonnunquam enim talia mendacia auscultare, auscultanti maximi constat. Quod si Eva prima mater nostra etiamnum viveret, magna cum emphasi ea nobis damna exponere posset, quæ sibi Dæmonibus discursibus faciles aures præbendo conciliavit. Jure igitur meritò Astrologia *magnum curioſis tormentum* appellatur, quia dum vir quidam sapiens & honoratus, se tali alicui nugivendulo circulatori aures præbentem tam splendidè delusum & deceptum esse animadvertit, acerbiùs & vivacius idipsum sentit, quàm si propriæ vitæ nedum facultatum, quas possidet, fuisset jacturam passus.

Marci 1. v. 24.

D. Ephrē. de morb. ſing.

15. Optimè igitur B. Thomas Christianum hominem monet: *O Chriſtiane, poſſeſſorem, non ſcrutatorem cælorū, teipſum præſtato*, quasi subjungere voluisset, cælestium rerum investigatio non est ars, quæ Christianum hominem deceat. Ad quem igitur ars ista spectabit? ad gentilem, ad paganum, ad idololatriam Christi inimicos: *Aſtrorum præſtigioſa obſervationes, & omina; & falſæ divinationes, & dæmoniacæ deceptiones*, illis solis, ut opinor, conveniunt, quibus absurdissimè placuit ignobilem, & execrabilem idolorum cultum in animo admittere, inquit S. Cyrillus Alexandrinus. Quomodo enim Christianum hominem illum censebis, qui divinam negat numinis supremi providentiam? qui liberum homini arbitrium adimit, nec non & præmium virtuosis actionibus debitum, & supplicium scelestis operibus deputatum è medio tollit? Christianus à Deo dependet, talis autem homo dependet à Jove, Saturno, & à tot aliis Diis falsis, quot in cœlo sunt stellæ, quas considerat, videt & adorat; à quibus idololatræ dependere solent. Christianus perpetuam cum Dæmone inimicitiam profitetur, cum quo Astronomus tacitè saltem esse videtur reconciliatus. Christianus Christo, qui veritas est, firmissimè credit; hic verò haud secus ac idololatra quidam non Christo, sed millenis ignorantiis, millenis mendaciis & fabulis, quibus idololatræ fidem adhibebant, credere videtur. Concludit igitur Sixtus Quintus Pontifex Maximus ex S. Augustino: *Qui hæc obſervat, qui attendit, qui credit, qui in domū recipit; qui interrogat, Chriſtianam fidem & baptiſmum prævaricaſſe ſe affirmat.*

B. Thomas à Villa Nova Conc. 1. Aſcenſ.

D. Cyrillus Alexandr. de adorat. lib. 6.

D. Augu. apud Sixtum V. contra Aſtrol.

16. S. Ambrosius Abrahamum Patriarcham considerans, & attendens quod is, quamdiu in Chaldæa commoratus Chaldæus erat, Deum nunquam videre potuerit, neque eum fortè nunquam visurus fuisset, nisi regionem illam deserens ex Chaldæo Hebræus fieret, quærit: Cur Patriarcha Chaldæus existens, Deum videre non potuerit? & respondet ipsum ideo non fuisse concessum, ut Deum videret quia Chaldæus, id est, Astrologus erat. Chaldæus enim & Astronomus unum & idem significant. Quia igitur, quamdiu Chaldæus e-

rat, nondum hunc non à Deo, sed à stellis cœlestibus gubernari existimabat, ideo consequenter non alium, quàm cœlum & stellas illud replentes, Deum esse credebat; unde mirum est, quod quamdiu in hac opinione perstitebat, Deum videre non potuerit, sic enim nec alii Deum videre potuerunt, qui anilibus ejuscemodi Astronomorum fabulis aures faciles porrigunt; *quamdiu Chaldæus fuit, non solum in regione; sed etiam in opinione Chaldæorum, non poterant Deum videre: Chaldæi enim mundum superiorem Deum dicunt, & stellas Deum appellarunt. Ergo mens, quamdiu Chaldaicis erroribus inflectitur, non videt Deum.* Et quomodo Astrologi Deum videre aliquando poterunt, qui non ut Christiani, sed ut Idolatræ, Deum minimè cognoscentes, vivunt? eò ipso, quo *Chaldæi* sunt, id est, quasi *Dæmones*, uti diximus, à facie Dei semper remoti stabunt, sicut & Dæmon procul à Deo sequestratus oberrat. Veritatis faciem videte nunquam poterunt ii, qui ad fallendum mundum mille quotidie mendacia componunt. Sicut enim, qui loquitur, *veritatem in corde suo*, in Dei habitaturus est tabernaculo, ita ab illa habitatione exclusus erit, cujus lingua præter mendacia nihil comminiscitur aut fingit.

D. Ambr. de Abrah. lib. 2. c. 3.

Psl. 14. v. 3

17. Quodsi illis me bona consulentem admittere, meq; auscultare lubet, seriò fideliterq; illis suaderem, ut è Chaldæa egrederentur, suumq; adeo sibi alienæq; saluti pernitiosum exercitium desererent, atq; à corporali cœlo, ad cœlum se animarum suarum converterent, ibidemq; tam vitiorum suorum ortum & ocasum, quàm morum suorum aspectum & faciem serio considerarent, ut vel sic experiri & discere possint, an salvandæ, num verò condemnandæ sint suo tempore ipsorum animæ, & quicquid in se turpe aut vitiosum possent deprehendere, studiosè emendarent, suamq; salutem hac ratione extra omne prorsus discrimen statuerent. Hæc enim vera est Astrologia, licita, facilis, utilis, omnibusque iis necessaria, qui tam æternam evadere volunt miseriam, quam cœlestem consequi sperant felicitatem. *Quanto tibi utilior & facilior est scientia tui quam cœli?* inquit B. Thomas.

SERMO II.

IN FESTO EPIPHANIÆ DOMINI.

THEMA.

Audiens autem Herodes Rex turbatus est. *Matth. 2.*

ARGUMENTUM.

Nullum est scelus excogitabile, quantumvis magnum & enorme, quod non commissurus sit, quisquis per rationem status se gubernari permittit.

REferunt Historici tres orientis Reges longo tempore in monte victoriali commorãtes, stellam illam à Balaã ipsorum progenitore prædictam & promissam patientissimè prę-stolatos fuisse, cum ecce appropinquante jam tempore, tandem illis optatissima hæc stella omni sole splendidior, dulcem quendam in luminoso circulo suo infantulum, ponderosam in tenerrimo dorso suo bajulantem crucem includens, in cœlo apparere feliciter cæpit; postquam autem quæ demum facturi erant, ab hoc infantulo intellexissent, eum deinceps habuere longissimi itineris sui securissimum, fidumque ducem: *Stella habebat in se formam quasi pueri parvuli, & super se similitudinem crucis, & locuta est eis & docuit eos: proficiscentibus per biennium præcedebat stella.* Sunt verba authoris imperfecti. Nondum Rex Paradisi natus erat, cum ecce mox visus est crucifixus, utpote qui postquam in hunc mundum natus, in hac regione mortis habitare cœpit, à puero mortem sibi semper imminentem habuit. Atque ideo tanquam qui à divina justitia pro integra culparum nostratum satisfactione mortis condemnatus erat, mox ut è virginalis uteri egressus est carcere, dolentissimam ad mortem viam confecturus, crucem in tenellulos humeros suos ab ipsa infantili ætate sibi imposuit. Porrò durissimum fœnum, temporis inopportunitas, loci quoque indignitas atque paupertas multaque alia incommoda similia ipsum longè acerbius præ ipsamet cruce

Author operis imp. hom. 2.

affligebant, eò quod quantumcunque ipsi molesta essent, vitam tamen ipsi minimè eripiebant, quin potius, ut moti continuò pollet, vitam ipsi prorogabant. Affectus ejus ergà crucem adeò vehemens erat, ut impatiens moræ, qua diem & horam, quibus pro tanti amoris satisfactione cruci affigendus erat, præstolari debebat, subitò ut natus est crucifigi voluit? & tanquam is, qui eo præcipuè fine de cælo in terram venerat, ut morte suâ morti mortem inferret, subitò ut natus fuit, mortis arma apprehendit, laboriosum vitæ agonem triginta tribus annis generosè & constanter cucurrit. Adhæc quia à primis vitæ suæ diebus ab ingratissimo homine persequendus erat ad mortem, ideò à primo è materno utero egressu, veluti crucifixus & mortuus, fuit palàm exhibitus. Nondum crudelissimus Herodes ipsum natum esse intellexerat, cùm ecce mox ex ejus natali turbatus & veluti furibundus injustissimum ensem suum in ejus necem stringi mandavit. *Audiens autem Herodes, turbatus est.* Quidnam obsecro crudele & immane cor illud movere potuit, ut solem justitiæ jamjam orientem mundo eripere, vitâ vitam exuere, eumque occidere, à quo velut à vero fonte, omnium viventium vita originem trahit? certè aliud nihil præterquam maledicta & exhorrescenda ratio status, utpotè quæ quemvis hominem ad quodvis fine verecundia committendum scelus fortiter impellit. Quia enim, inquit Chrysostomus Idumæus & consequenter Princeps alienigena erat, ideò naturalis Judæorum Regis natalem audiens, timuit, ne regnum illud ad eum denuò, cui legitimè debebatur, devolveretur, ipseque purpura, filii autem ejus regni sui successione privarentur: *cùm esset ipse genere Idumæus, ne regno revoluto iterùm ad Judæos, ipse à Judæis expelleretur, & semen ejus post ipsum præcideretur à regno.* Porrò eo ipso, quo Princeps aliquis per status rationem se, subditosque suos, gubernare decrevit, nullum jam deinceps scelus excogitari potest, quantumvis magnum & enorme, quod non sit summa cum temeritate commissurus, prouti in Herode videtur, & clarius in præsenti discursu videbitur.

Matth. 2. v. 3.

D. Chrys. apud D. Thomam in catena in cap. 2. Matth.

2. Libro 2. Regum loquitur, quod generosi quidam juvenes, Davidis ex aquis Cisternæ Bethlehemiticæ bibendi ingens desiderium audientes, per medium hostium exercitum, gladii sui virtute & dexteritate viam sibi generosè ad Cisternam Bethlehemiticam straverint, indeque acceptam desideratam aquam Regi obtulerint, quam tamen Rex bibere noluit, sed *libavit eam Domino.* Verum inquies fortasse, cur aquam istam tantoperè desideratam, & à militibus cum periculo sanguinis, imò mortis comparatam bibere renuebat? nimirum, quia sitim suam aquâ adeò pretiosâ, pretio nimirùm alieni sanguinis comparata, sedare, inhumanum nimis esse credebat: *ut aqua Bethlehemitici putei copia ipsi facta est, noluit bibere, sed eam tantùm libavit, nec sitim suam per aliorum cruorem explere sustinuit.* inquit Magnus Nazianzenus. Verùm enimverò hoc suppositò, meritò quærendum mihi videtur, unde veniat, quod Principes horum temporum, Christiani, tanti cujusdam Regis exempli prorsùs obliti, sitim ambitionis suæ, quasi aves rapaces, aliundè quam ex subditorum suorum sanguine non expleant? quantus sanguis, hactenus non est effusus, & etiamnum hodie crudeliter ad explendam magnatum nonnullorum sitim, quâ vel civitatem, vel Provinciam, vel regnum quoddam ardenter concupiscunt, effunditur? ratio cur id hodie prò dolor adeò frequenter fiat, est, quia David gubernabitur per aliam legem longè diversam ab ea, quâ moderni Principes hodie gubernantur, David per rationes Divinæ legis gubernabatur, circà quam hoc fine continuò meditabatur, & in centro cordis sui habebat absconditam: *Et legem tuam in medio cordis mei.* Unde quia lege Divinâ sanguinis alieni effusio prohibita erat, ideò ne alieni sanguinis effusi reus constitueretur, sollicitè cavebat. Ex hodiernis verò Magnatibus nonnullis Dæmonis legibus gubernantur, qui talis innoxii

2. Reg. 23. v. 16.

D. Greg. Nazianz. orat. 27.

Psal. 36. v. 9.

sorii sanguinis effusione plurimum gaudet ; ideo parvi faciunt, si pro ambitionis suæ siti explenda, pro statibus suis stabiliendis & ampliandis innocens effundatur miserabilium subditorum suorum sanguis, neque se innumerabilium homicidiorum reos faeere quidquam formidant.

3. Postquam Jacob Patriarcha in Ægypto appulit, mox ut Regi debitam deferret reverentiam à Joseph filio suo in regiam Pharaonis aulam introductus fuit; ubi à Rege amicabiliter exceptus atque de annorum suorum ætate interrogatus, respondit : *Dies peregrinationis meæ centum triginta annorum sunt parvi, & mali.* Vitam suam peregrinationem quandam esse censuit, utpote qui tanquam vir sanctus se non ut civem hujus mundi, sed veluti peregrinum reputabat. Sancti in hoc mundo patriam nullam habent: *Non enim habemus hic manentem civitatem, sed futuram inquirimus :* inquit Apostolus : Cœlum duntaxat patriam suam esse cognoscunt, unde quoadusque à cœlo absentes sunt, semper peregrinari censentur. Rupertus hanc Patriarchæ hujus responsionem & verba ejus benè & maturè considerat; atque ad locum, in quo tunc erat, dum hoc modo responderet, reflectens illam veluti egregiam & stupendam deprædicat & dicit : Peregrinus hic etiam in aulæ regiæ constitutus splendoribus cælestis adhuc patriæ suæ non obliviscitur : *Peregrinus iste in aula Regis non est oblitus patriæ cœlestis.* Quasi diceret vellet. Quod sanctus aliquis in splendida quadam Regia constitutus, cœlestis tamē patriæ non obliviscatur, res mira est, magnaque æstimatione dignissima. Veruntamen fortè dices, quantum mihi fas est intelligere, res isthæc non adeo mira esse videtur, sicut ab hoc venerabili Abbate Tuitiensi proponitur : sicut enim sancti extra aulas constituti, patriæ cœlestis nunquam obliviscuntur, ita quoque ejusdem obliviscinon debent in aulis degentes, verum graviter erras, si id opinaris ; Neque enim valet hæc consequentia ; siquidem experimur quotidie, quod eum homo extra aulas ubivis degens facilitèr recordari possit patriæ cœlestis, hanc tamen ejusdem patriæ memoriam in aula existens, magna cum difficultate retinebit. Aula principum similis est regioni Alcitoni, ubi Lothon comeditur, quod manducatum patriam oblivioni totaliter tradit. Rarum quid est, quod sanctus aliquis in aula inter aulicos degens, sanctus perseveret, seque una cum Jacob peregrinum existimet. In aulis namque ut plurimum Dæmonum leges observantur, quibus præcipitur, ut à contubernalibus nihil sufferamus, ut pro assequendo cujuslibet intento, quodvis medium adhibeatur sine discrimine, etiam illicitum; ut odio nos prosequentem odiamus, ut aliorum ad altiora conatus pro vitili nostra impediamus, ut quidlibet sine discrimine faciamus quantumvis indignum, ut Principum nobis favorem & gratiam conciliemus, ut nulla habeatur conscientiæ quantumvis remordentis ratio, & centenæ aliæ impietates similes, quæ ad terram obtinendam cœli nos obliviscifaciunt, & sanctos in peccatores transmutant. Aula velut alia quædam circe est, quæ homines, quos hospitio excipit, in bestias convertit. Ubicunque maledicta ratio status prævalet, ibi posthabentur & contemnuntur virtutes, & sola habetur vitiorum ratio, quia mater est vitiorum omnium, quæ humanæ ambitionis siti satisfacere perfectè possunt.

Gen. 47. v. 9.

Heb. 13. v. 14.

Rupertus Abbas lib. 6. in Gen.

4. Accesserunt ad Christum Magistrum & Dominum suum duo Zebedæi filii Iacobus & Joannes, atque in parentelam suam, qua Christum sanguine proximè contingebant ; confisi petebant ab eo, unus quidem ad dexteram, alter verò ad sinistram, pro eo tempore in regno suo collocari, quo regnaturus esset; Quibus à Christo responsum fuit : *Nescitis quid petatis, sedere ad dextram meam, & ad sinistram meam, non est meum dare vobis.* Etenim mira admodum fuit hæc Christi responsio. Ad quem enim alium, quam ad Christum, honorum, dignitatum ac status sui, distributio pertinere poterat? Cum enim Rex sit, qui regnaturus erat, certè ipse & non alius Regiæ suæ dignitates conferre debebat : Cur igitur hisce discipulis suis respondit : *Non est meum dare vobis?* Hoc modo respondit, inquit Theophylactus, quia Justitiæ legibus in omnibus

Matth. 20 v. 23.

actionibus ſuis, prouti decens erat, locum dabat, quæ ſicut benè merentibus petitos honores indulget, ita eoſdem minus benè meritis denegat. Vnde cum prædicti ejus diſcipuli pro illo tempore merita talia non haberent, ob quæ poſtulatis honoribus digni cenſeri poſſent, ideo benè reſpondit: Non eſt meum dare vobis, id eſt non ſoleo honores diſtribuere ex gratia, prout vos quidem exiſtimatis, ſed ex Juſtitia diſtribuo, quotquot diſtribuo. *Non eſt meum dare vobis*, inquit hic Doctor, *hoc eſt juſti Iudicis, dare vobis ad gratiam dignitatem iſtam, non enim juſtus eſſem; ſed his, qui laboraverint praparata eſt dignitas iſta.* Cum igitur, lex juſtitiæ honores pro ratione meritorum diſtribuendos & conferendos eſſe præcipiat, quænam eſt lex iſta, qua nonnulli moventur Prælati & Eccleſiarum ſeu Magiſtratuum etiam ſæcularium Rectore, ut primas & præcipuas ſtatuum ſuorum dignitates ſolis conferant conſanguineis & cognatis, dignioribus optimèque meritis in humili ſtatu ſemper relictis? Nimirum eſt famoſa illa lex rationis ſtatus, ut domum ſuam in eo, quo nunc eſt ſplendore conſervent, alios præterquam cognatos non exaltant, non honorant, aut ullo beneficio afficiunt, idque cum tanto boni publici detrimento, ut explicari ſatis non poſſit. Ob hanc maledictam rationem, non attenditur, an is, quem honorare moliuntur ſit imprudens, ignorans, vitioſus, ideoque tali amplitudine dignitatis indignus, hoc unicum ſufficit, quod cognatus ſit, & ex parentelæ ſuæ ſanguine propriè progenitus. Porrò peccatum iſtud adeò eſt grave, ut David Adulterium cum Bethſabæa commiſſum, & Uriæ homicidium à ſe quoque patratum amariſſimè deploraturus, de hoc peccato cogitans, àliorum veluti oblitus, illud ſolum deflevit. Hoc namque peccatum illa chrymabatur, quando dicebat: *Libera me de ſanguinibus Deus Deus ſalutis meæ.* Ab affectu ſanguinis liberari petebat, à quo velut à fonte naſcitur omne malum, quod Rempublicam quandam in ultimæ ponit perditionis periculum, ſi enim in Rectorum cordibus hic affectus ebulliat, exaltantur indigni, benè meritis ſuppreſſis & in humili ſtatu relictis.

Theophyl. in cap. 20. Matth.

Pſ. 50. v. 15.

5. Ratio cur Chriſtus Dominus S. Petrum in ſummum Pontificem eligere, eidemque totius Eccleſiæ regimen & imperium committere voluerit, per Paulum à Palatio pauculis hiſce verbis in medium adducitur, dum inquit: *Petro primatus conceſſus, quia non erat Domini cognatus.* Verum dicat aliquis, ratio iſthæc non videtur rationi multum conſentanea: Quodſi enim Petrus ex una parte huic muneri gerendo optimè meritus, dignuſque fuiſſet, uti revera erat, ex parte altera Chriſti Domini conſanguineus fuiſſet, videturne tibi, quod in tali caſu Chriſtus illum præteriturus & nequaquam exaltaturus fuiſſet, ſicut nunc fecit, quando nullum cum Chriſto habet conſanguinitatis conſortium? Tametſi aquidem, quod in hoc caſu reſpondendum ſit, ingenuè neſcire me fatear; Dici tamen quadantenus poſſe videtur: Chriſtum in tali caſu S. Petrum eo, quod conſanguineus eſſet, licet alias Pontificatu digniſſimus, præteriturum, & ad Pontificatus faſtigium neutiquam ſublimaturum fuiſſe, idque propter exemplum, quod in tali caſu Eccleſiæ ſuæ relicturus fuiſſet, propter quod facilè potuiſſet fieri, ut Electores in electione ſummi Pontificis hoc exemplo moti ſuum aliis omnibus præferrent conſanguineum, ad continuandum veluti hæreditarium dominibus ſuis Eccleſiæ imperium, poſtponerentque alios, qui ob multa præclara Eccleſiæ præſtita ſervitiorum obſequia multaſque literas aut virtutes conſanguineo ſuo longè eſſent digniores, fuiſſetque periculum ne in hoc maximè arduo Eccleſiæ negotio nullum prorſus Juſtitiæ leges locum inveniſſent, ſed ſolæ rationes ſtatus, quibus ad imperandum & gubernandum evehuntur indigni, digni potius ut ſubjicerentur, quàm ut regerent, quique per inſufficientiam ſuam ſubjectum ſibi populum in quandam perducerent miſeriarum abyſſum. Sicuti enim is, qui à Juſtitiæ tramite necquicquam recedit, non niſi magni duntaxat boni cauſa eſſe poteſt, ita alius, qui ab eo, quod juſtum eſt, procul abit, cauſa erit omnis mali. Neque enim aliud, quam malum facere poſſunt electores, qui neglecta juſtitia in electionibus mundanis moventur affectibus.

Paulus Palac. in cap. 20. Matth.

6. In

6. In libro Numerorum Moyſes de peccato illo tractat, quod certus quidam Hebræus, cum muliere quadam Madianitide commiſerat, quod tanto cum zelo poſtea à Phinees punitum fuit; In illius autem peccati enarratione maxima cum diligentia & ſollicitudine tam peccatoris, quàm peccatricis, nobilitatem deſcribit, utpotè qui ambo ex nobili erant ſanguine progeniti; Dicit enim Hebræum fuiſſe Principem tribus Simeonis: Mulierem verò filiam Principis Sur. *Erat autem nomen viri Iſraelitæ Zambris filius Saul, Dux de cognatione & tribu Simeonis. Porrò mulier Madianitidis vocaba-Cozbi filia Sur Principis nobiliſſimi Madianitarum.* Quidnam obſecro facet Dei Chriſta in hujus enarratione caſus opus habet horum duorum in peccato complicum nobilitatem tam exactè deſcribere? Petrus Daſimiani hoc dubium proponit, idemque ſimul reſolvit, dicens: *Sanè poſt digeſtam fornicationis, & dignæ ultionis hiſtoriam, quid opus fuit Moyſi, ut fornicationem utriuſque fornicatoris contexeret? & aliorum Ducem, alteram nobiliſſimi Principis filiam fuiſſe narraret? Niſi ut doceret, carnales illecebras in eminentioribus perſonis acriùs perſequendas.* Innuere nimirùm nobis voluit, humana ſcelera majori cum rigore in nobilibus caſtiganda eſſe, quàm in plebeis; ipſamque Juſtitiam majori vi & efficaciâ præditam eſſe debere in magnis quàm in parvis: illi qui ex omni capite meliores eſſe debent, & non ſunt majori & acerbiori ſunt ſupplicio digni, quàm alii. Ex quo nobilitas in ſui conſortium virtutem ſemper expoſcit, utpotè à qua ſemper procedit, ideo hac deficiente, magnum ſibi defectum adſciſcit, majori pœnâ dignum, quam ſint defectus ignobilium. Verùm enimverò, quænam eſt ratio, cur hiſce temporibus multi gubernatores, nobiles non ſolùm, non cum majoti pœna caſtigent, quàm ignobiles, verùm etiam eoſdem tolerent, atque in ſuis ſceleribus vivere & mori permittunt? unica ratio ſtatus hujus mali cauſa eſt; verentur enim, ne nobiles ab iis offenſi, populum commoveant, perque hanc commotionem, regiminis ſui amittendi exponerentur periculo; unde ob hanc aliaſque ſimiles cauſas, enormiſſima in capitibus ſcelera injuſtè diſſimulât ac ſuſtinet, unde brevi & facilinegotio totus poſteà corrumpi populus, omniaque in perpetuam præcipitari ruinam poſſent, fieretque hoc modo ratio ſtatus, ratio caſus, & caſus quidem omninò irremediabilis.

Num. 25. v. 14.

Petrus Dam. opuſc. 18. q. 17. v. 1.

7. Ex quo Moyſes Propheta ſive per oblivionem, ſive ob aliam quandam rationem occultam quendam filiorum ſuorum nondum circumciderat, accidit, ut dum in via verſus Ægyptum procederet, Deus illi vehementi furore accenſus, ſtrictum manu ſuâ gladium tenens, ipſumque internecioni dare volens ex improviſo occurrerit: *Cùmque eſſet in itinere in diverſorio, occurrit ei Dominus & voluit occidere eum*; Et certè illum certius occidiſſet, niſi Sephora uxor ejus, hujus erroris certior facta, acceptâ petrâ quâdam, filium ſuum confeſtim circumcidere feſtinaſſet. Eſt res iſta profundiſſimæ conſiderationis. Quam enim ob cauſam Deus Moyſen occidere, perque ejus mortem digniori meliorique ſe miniſtrio privare volebat, quem pro omnipotentiæ ſuæ executione, & oſtentatione gloriæ ſuæ habebat in terra? Cur eo maximè tempore, quo ejus opera magnopere indigebat, nec alium in toto populo ei ſimilem reperire poterat, errorem hunc non diſſimulabat, ſicut principes mundi hujus in ſimilibus occaſionibus facere ſolent? Deus actiones ſuas non moderatur, inquit Oleaſter, per Regulas Principum mundi hujus, qui dum alicujus miniſtrorum ſuorum opera indigent, vitia illorum cum tanto conſcientiæ ſuæ damno & præjudicio diſſimulare, eoſque in tot, tamque enormibus defectibus ſupportare ſolent. Deus namque eo etiam tempore, quo hominis opera & miniſterio quàm maximè indiget, illum caſtigare procurat, dummodò tali ſit ſupplicio dignus: *Conſueverunt Principes & miniſtri Juſtitiæ, cùm opera alicujus egent, omnia peccata ejus diſſimulare: non ſic autem Deus, ſed tunc maximè quærit, cùm maximè indigere videtur.* inquit Oleaſter, Principes mundani Coronæ vel ſtatus ſui miniſtros contriſtari, aut offendere non audent, multò minus ſi aliquorum ſint criminum rei, delicta ipſorum caſtigare præſumunt, idque ob ſolam ſtatus rationem, ob neceſſitatem, qua eorum

Exodi 4. v. 24.

Oleaſter in cap. 4. Exodi.

opera

opera pro moliminum ſuorum executione proque Dominii ſui defenſione & propagatione indigeat; interea tamen nihili faciunt, ſi Deus offendatur, ſi corrumpatur juſtitia, ſi populus affligatur ipſis ſubjectus, ſi denique tot animæ miſerè perdantur.

8. Priuſquam Moyſes diluvium univerſale, quod Noëmi tempore accidit deſcriberet, cauſam prius enarrare voluit, ob quam tunc mundus inverſus & deſolatus atque in extremum ſui extreminium perductus fuerit, eamque ſecundum quod Pagninus legit, effrænem filiorum Principum eo tempore regnantium luxuriam fuiſſe dicit: *viderunt filii principum filias hominum, quod pulchræ eſſent, & acceperunt ſibi uxores &c.* Quia verò ubi hic Doctor *Filii Principum* legit, vulgata vertit: *Filii Dei*, hinc exinde intelligimus Principes hujus mundi Deos eſſe, cum enim Dii appellentur, Dii quoque ſint oportet. Verum inquies, quomodo Principes illi Dii eſſe poterunt, quos verè homines fuiſſe novimus? ſunt Dii, quia ſe non homines, ſed Deos quoſdam eſſe perſuadent, idque ob maledictam ſtatus rationem, per quam actiones ſuas, ſeque ipſos, & Dominia ſua moderantur; hæc enim illos docet, ut in rebus proprium intereſſe ſpectantibus haud ſecus ac Dii quidam aliorum hominum vitam nihili æſtiment, ſed hanc illis pro ſuo arbitrio eripiant, & è medio tollant. Hæc Diabolica ſtatus ratio Alexandro perſuaſit, ut ad hoc ut ſine metu eripiendi ſibi Macedonum regni, eſſe poſſet adverſus Datium Perſarum Regem præliaturus è ſtatu regni ſui non egredetetur, niſi bonam conſanguineorum ſuorum partem prius occidiſſet. Ob hanc eandem ſtatus rationem Turcæ hodierno tempore coronations ſuæ diem fratrum ſuorum ſanguine infamare ſolent. Atque ideo Deos ſe, non verò homines eſſe exiſtimant; ſolus namque Deus homini vitam eripere poteſt; ſicut enim ſolus Deus vitam homini eſt elargitus, ita quoque ille ſolus illam homini poteſt adimere. Ariſtoteles ad Alexandrum Magnum diſcipulum ſuum ſcribens eundem monuit, ut ſollicitè ſibi caveret, ne adeo temerè & facilè homines vita ſua exueret, ſiquidem Deus hanc homines occidendi poteſtatem ſuæ duntaxat potentia reſervavit; ac tandem huic monito pulchram quandam Hermogenis ſententiam ſubjungit, dicentis: quod dum unus homo alium hominem occidit, ſpiritus cœleſtes coram Deo altum vociferentur, eundemque tanquam Divinitatis & potentiæ ſuæ uſurpatorem graviter accuſent: *Quando creatura interficit creaturam ſibi ſimilem, tunc virtutes cœlorum clamant ad divinam Majeſtatem: Domine ſervus tuus vult tibi eſſe ſimilis.* Obſervare igitur mirum hujus Diabolicæ legis impietatem, dum hominem ad appetendam Dei ſimilitudinem inſtigat. Verum enim verò quis eſt qui non videat, quod dum homo ejuſmodi cogitationibus in mente ſua eſt occupatus, eo ipſo ex homine in Dæmonem transformetur; cum ipſemet Dæmon Dei ſimilitudinem appetendo ex Angelo transformatus ſit in Dæmonium. Quodnam peccatum non eſt commiſſurus homo ille, qui Deum ſe reputando Dæmon evadit, in quo uſurpata potentia cum perverſa voluntate aſſociata ſemper erit?

Gen. 6. v. 2, Transl. Pagnin

Ariſtot. apud Pipinum. in cap. 4. Geneſ. clauſ. 7.

9. Quod principes hujus mundi ex hominibus in beſtias transformentur, hujus nobis evidens teſtimonium Nabuchodonoſor Princeps Aſſyriorum ſubminiſtrabit, utpote qui ipſemet in feram transformatus fuit. Quidnam obſecro eſt illud, per quod homines in feram transformari poſſint? Nimirum ſi is à ſubditis imoderatè & nimium timeri ſe faciat. Dum enim is, qui veluti homo ſubditorum ſuorum amorem & benevolentiam conciliare debebat, ſe haud ſecus ac feram timeri ab omnibus facit, id quod in hominibus humanum, & amabile eſt, deſerit, & quod in feris terribile, truculentum & barbarum eſt apprehendit. Dic ſodes num Neronem feram vel heminem fuiſſe opinaberis, qui ſicut à nomine fuit dilectus, ita cunctis horrori fuit atque formidini? Leo, tigris, pardus, lupus, ſerpens utique & non homo æſtimandus erit. Per leonem è cujus faucibus Apoſtolus ſe à Deo liberatum eſſe dicebat: *Liberatus ſum de ore leonis*, juxta expo-

2. ad Timoth. 4. v. 17.

expositionem S. Hieronymi, Neronem intelligebat. Principes illi, qui in impia Machiavelli schola edocti, & in Cornelii Taciti tyrannico Doctoratu insigniti sunt, quique ob status rationem timere potius, quam amari & coli à subditis volunt, ex hominibus in feras sese convertunt. Sub talium hominum imperio constituti dicere Deo nequaquam possunt: *Imposuisti homines super capita nostra*, prout David dicebat: sed *imposuisti feras super capita nostra*. In regno, cui fera dominatur & præest, præter rumores, tumultus, bella, lites, occisiones, oppressiones, furta, adulteria & centena alia scelera, nihil aliud auditur, quæ deflori potius quam recensiri merentur.

Psal. 65. v. 12.

§ 10. Creator hominum Deus staturam altam, rectam, & eminentem homini attribuere voluit, ut cœlum respicere, atque ab aliis animalibus discerni posset, quæ, quod nullum cum cælo commercium habeant, capita habent in terram prona atque conversa, quæ proinde præter terram aliud nihil respiciunt. Quodsi aliquis ad hoc niteretur, ut hominem aliquem non cœlum, sed terram respicere faceret, nunquid talis hunc hominem in bestiam transformasse verè dici posset? Non est dubium hac de re: homo enim, qui caput suum non erigit, sed demittit; Neque in cælum, uti homines facere solent, suspicit, sed in terram, ut bestia respicit, homo dici nequaquam meretur. Quis est, qui nesciat, quod pessima ratio status, sicut faciem Principis alicujus à cæli aspectu removet, ita illam econtra ad terram respiciendam deorsum demittat? Eo ipso enim maledicta hæc status ratio Principi, ne cælum aspiciat, prohibet, ex quo non vult, ut receptas ab inimico offensas condonet; ex quo illum docet, ut quod pro dominii sui amplificatione, majorique incremento aliis sustulit, proprio suo Domino nequaquam restituatur; ex quo illum ab omni tam divinarum, quam humanarum legum observantia removet & impedit: sed potius ipsi, ut in terram prospiciat, imperat, ubi offensarum in mente observatur vindicta; ubi pro simplici vulnere vulneranti vulnus infligitur mortale, & pro dominii sui statu conservando & dilatando, nullus sive divinis, sive humanis statutis defertur respectus, ut proinde illud Euripidis Tragici dictum à Cæsare Augusto frequentius replicatum, menti ejus inseruisse videatur: *si violandum est jus, dominandi gratia violandum est; in aliis pietatem colas.* Maledicta hæc ratio status vera quædam lupa est, de qua Historiæ referunt, quod dum puerum aliquem infantem nutrit, illeque se in pedes instar hominis erigere, & cælum respicere satagit, ipsa in vita id videns, cauda illum percutit, & in terram prosternit, ut terram, non cœlum aspiciat. Unde Romulus utpote à lupa quadam nutritus, cælum respicere non potuit, sed semper in terram prosperit, atque ideo non velut homo, sed tanquam bestia educatus & ferinis quoque moribus imbutus fuit, unde & Remum fratrem suum, ut absolutum se faceret urbis Romanæ Dominum, crudeliter occidit. Perversi statistæ homines in bestias vertunt; Harum legum Doctores volunt, ut Principes sint leones, sint lupi, semel sibi per fas & nefas comparata nunquam dimittant, offensas nunquam remittant: sint canes, alienæ felicitati invidentes, & simul insidiantes: sint vulpes, quæ Imperii sui terminos, nec non ærarii sui thesautos astu & dolo potius, quam virtute extendant & augeant. Denique serpentes sint ad perpetuam populi sui ruinam gubernantes, memores fabulæ illius, in qua Jupiter introducitur, qui in perpetuam miseræ ranarum plebeculæ perditionem, ipsarum Imperium virulento commisit serpenti.

Euripides Vincent. lib. 3. spec. moral. p. 7. dist. 2.

11. Quando Deus Davidi Regi clementer optionem dedit aliquod sibi ex hisce tribus flagellis, bello, peste, & fame in peccatorum suorum pœnam pro suo libitu eligendi, propheta hic pœnitens bellum nullo modo eligere voluit; utpote qui ex omnibus, quæ Regnum aliquod affligere possunt malis, bellum longè maximum esse sciebat, ideoque tantum malum eligere noluit, dum eligere poterat minus. Bellum quoque maximum mundi malum tunc esse censebat, quando Deum orabat dicens: *Dissipa gentes, quæ bella volunt.* Porrò quia bellum inter omnia mundi mala turpissimum est, ideo per *antiphrasim bellum* dici-

Priscianus.

tur, ut vult Priſcianus. Unde quia inter omnia, quæ in hac terra pati poſſumus mala, turpiſſimum & horrendiſſimum eſt, ideo omni cum poſſibili ſtudio è facie terræ propulſari debet. *Bellum* quoque non humana, ſed beſtialis actio eſt, ideo *à bellua* nomen habet, ut Feſto placet. Cum enim humana natura ſpecialis ſit concordiæ amica, ideo præliandi exercitium beſtiis dimittit, utpote à quibus bellum nomen ſuum obtinuit, tanquam verè illis proprium. Verum enimvero dicite ſodes quiſnam eſt, qui bellum & diſcordiam à beſtiis in homines, ex ſylvis in civitates tranſtulit? Ratio ſtatus id fecit. Hæc diabolica ratio *cives inter ſe diſſidentes reddit*, inquit Ariſtoteles. Cum igitur ratio ſtatus bellum in mundum inter homines intulerit, profectò omnium malorum maximum in eundem introduxit. Per hanc ſtatus rationem Rectores populorum docentur, quod niſi inter cives diſcordiæ & lites vigeant, ærarium fiſci adimpleri non poſſit. Unde, mirum non eſt, quod Prælatus quidã videns, quod propter altam Eccleſiæ ſuæ pacem, nulla in ejus curia videantur memorialia & accuſationes, quæ non modicam ſecum adducere utilitatem ſolent, die quadam dum ei præſens eſſem, ſe tantæ concordiæ iratum & indignatum eſſe oſtendere non erubuerit. Ideo etiam Chriſtus optimè lupum oves non tantum rapere, verum etiam diſpergere dicit: *Lupus rapit, & diſpergit oves*; nec immerito: quia ad hoc ut rapere poſſit, opus eſt, ut oves prius diſpergat & dividat inter ſe, niſi enim ſubditi inter ſe animis dividerentur & diſpergerentur, Rector avarus rapere aut burſam ſuam adimplere minimè poſſet. Etenim ab homine, quem ratio ſtatus in beſtiam commutavit, aliud quam actiones beſtiales, quales ſunt rixæ & diſcordiæ inter ſubditos, naſci nequit, quæ cum ſint vitiorum omnium caput, efficiunt neceſſum eſt, ut ubi illæ regnant, nullum ſit ſcelus, quod illuc aditum non habeat.

Feſtus.

Ariſtoc. lib 5. Polit. cap. 2.

Ioan. 10. v. 12.

12. David Propheta certos quoſdam aulicos moniturus, ne in gratia & benevolentia Principis ſui nimium confiderent, eadem quoque occaſione ſimul ſubjunxit, è principibus nonnullos inveniri, qui animam ſuam amiſiſſent: *Nolite confidere in Principibus, & in filiis hominum, in quibus non eſt ſalus, peribit ſpiritus ejus.* Quidnam eſt, quod principem animam ſuam perdere facit? Ratio ſtatus id potens eſt facere. Quia enim ſcelerata hæc ratio illis præcipit inter alia, ut animam ſuam nihili æſtiment, nec ullam ejus rationem habeant, ſimul animam illorum ab iis tollere aut perdere videtur, adeo ut velut exanimes, nec ulla anima conſtantes, deinceps vivant. Res enim, quæ nihili penditur, non haberi aut non poſſideri æſtimatur. Carolo V. Chriſtianiſſimo & Auguſtiſſimo Imperatori quondam Magnatum ſuorum nonnemo dicebat, quodſi eidem ipſum audire placeret, modum quendam illum edocere vellet, quo ſe ſubito totius Italiæ Dominum facere poſſet: cumque Chriſtianus Princeps Chriſtianiſſimè ei reſpondiſſet: ſed quid ſi hiſce mediis uteremur, de anima noſtra tandem quid futurum eſſet? ſubjunxit alter: Ergone Majeſtas veſtra animam habet? ſi hanc habet, artem feliciter gubernandi non callet, nec gubernare debet. Optimè hic ſtatus rationem intelligebat, quacum Monarcham iſtum gubernari volebat, ut ſcilicet ſi dominia ſua & ſtatuum ſuorum terminos dilatare vellet, anima ſua ſe prius exueret. Hoc igitur hujus mali Politici reſponſo nobis innuitur, impiam hanc ſtatus rationem animam homini eripere, ſecundùm quam poſt mortem tam ſpem cœlo fruendi, quam timorem patiendi in inferno ſolum concipere poteſt, adeoque hominem verè in beſtiam transformare, quæ dum corporaliter moritur, etiam ſecundùm animam occidit, nec ulla ratione ſive ſpe bonorum cæleſtium, ſive tormentorum infernalium metu, vel minimum tangitur aut movetur.

Pſal. 145. v. 3.

Dicta memorab. Butteri.

13. Quando Deus in Geneſi dicit: *Quicunque effuderit humanum ſanguinem, fundetur ſanguis illius, ad imaginem quippe Dei factus eſt homo*, innuere nobis voluit, quod homo alium hominem occidens, ipſummet Deum occidere videatur. Quamobrem? Quidnam homo cum Deo commune habet, ut occiſo homine ipſemet Deus occidi videatur? Quia homo ad imaginem Dei conditus eſt, ideo injuria imagini Principis

Gen. 9. v. 6.

cipis illata, ipſimet Principi irrogari cenſetur. Ita eſt, inquit Oleaſter: *Debet nos à ſanguinis effuſi ne arcere, quod ad imaginem Dei factus ſit homo, ut quaſi idem ſit hominem occidere, ac ſi Deum ipſum occidiſſet.* Quam gravè igitur & horrendum eſt ſcelus per homicidium commiſſum, ut per hoc is vita privari videatur, qui vitam omnibus donans, ipſemet vitam perdere nunquam poteſt? Tranſeamus nunc ab homicidio ad Patricidium, & inveniemus illud eſſe peccatum omnium peccatorum longè maximum, cui ſimile in proximum committi vix poſſit. Cum enim occiſio cujuslibet hominis adeò ingentem & gravem reatum ſecum inferat, quanta igitur & qualis peccati gravitas erit in occiſione propriì Patris, à quo una cum vitæ beneficio ſimul accepimus, quicquid ſumus. Delictum iſtud adeo grave eſt & enormet, ut Solon interrogatus, cur in ſuis legum tabulis nullam parricidio pœnam ſtatuiſſet? reſponderit: *Nullos tales futuros eſſe exiſtimabam.* Impoſſibile enim eſſe credebat, quod manus aliqua ad mortem Patri inferendam armari poſſet. Cum igitur ratio ſtatus inter cætera quoque perſuadeat, ut manus violentæ Patri intententur ad hoc, ut Patri quantocius in regno ſuccedere & imperare liceat, prout ab eadem ſtatus ratione perſuaſi Abſalon, Antipater, Ptolomæus, Syroches, Nicomedes, & tot alii ſceleratiſſimi parricidæ fecerunt. Unde ſatis liquidè & clarè videtur, eandem ſtatus rationem homini talia ac tanta perſuadere ſcelerum monſtra, quæ homini intelligenti non ſolum non poſſibilia, verum ne quidem imaginabilia eſſe videri poſſent. Quid moramur? Ex quo ratio ſtatus Herodi, ut ipſummet Deum in propria ejus perſona occideret, perſuadere præſumpſit, quales deinceps enormitates perſuadebuntur iis, qui impias illius leges obſervare profitentur?

Oleaſter in cap. 9. Geneſ.

Apoph.

SERMO III.

IN FESTO EPIPHANIÆ DOMINI.

THEMA.

Procidentes adoraverunt Deum.
Matth. 2.

ARGVMENTVM.

Majestas, quam Jesulus recens natus, pauperculis fasciis involutus in præsepio exhibebat, supra modum magna & admirabilis fuit.

I. VInam rei Divinus infantulus, mox ut ex virgine Matre sua natus & fasciis circumvolutus fuit, vobis assimilandus esse videtur? Quodsi hac de re à me responsum posceretur, ipsum utique lilio comparare non dubitarem, utpote cui semetipsum, priusquam natus esset, comparare voluit Canticorum cap. 2. dicens: *Ego flos campi, & lilium convallium.* Verè etenim lilium eo tempore erat, quod de foris bisso vestiebatur, cum intus aureum esset, id est, puritate assumptæ carnis tegebat splendorem aureum Divinitatis, unde infinitus operum suorum valor nascitur. Lilium erat ita dictum à lacte non fabulosè, sed summa cum veritatis integritate, non ex falsæ Junonis fabuloso pectore, sed ex admirabilis Virginis Matris dulcissimis uberibus, & in pastum non hominum tantum, verum etiam Angelorum stillante; lilium erat, quia sicut lilium experientia quotidiana teste, simultaneè flos est & fructus: ita quoque divinus hic infantulus, laborum nostrorum spes pariter & fructus existit. Lilium erat, quia caput deorsum ad humilia inclinatum habebat: per humilitatem namque è cœlo ad præsepium ex societate Angelorum, ad duorum animalium consortium, è summa felicitate ad extremam

tremam, miſeriam inclinatus, humiliatus, & devolutus fuit: aut vero quia ex amoris, quo erga nos ardebat, nimio pondere infirmus & debilis erat. Verè eo tempore lilium inter ſpinas erat, quo nomine dilectam ſuam jam nominaverat, utpote qui frigoris rigidiſſimi, planctus amari, fœni & immagibilis paupertatis ſpinis ſubjectus erat; quia enim harum ſpinarum punctutas ſummo cum doloris ſenſu tolerabat, ideo dolebat, & flebat, Eccleſia teſte, cum canit: *Vagit infans inter arcta conditus præſepia.* Apes quoque è cælesti alveari ad æternæ beatitudinis mel ſuaviſſimum ex ſe eliciendum evocabat & invitabat, utpote qui licet in terris eſſet, idemmet tamen Deus erat, qui Angelos in cælo beatificabat. Denique quia non minus odoriferum, quam pulchrum erat, ideo ſicut pulchritudine ſua vicinos ad fruitionem ſui paſtores attraxit, ita mito ſui odore tres ad ſe Reges è longinquis regionibus adduxit, atque ab iiſdem veluti nobiliſſimus florum Rex mox ut viſus eſt, reverenter fuit adoratus. *Matth. 2. v. 11.* *Procidentes adoraverunt eum.* Etenim hæc Jeſuli recens nati faſciiſque involuti mira & ineffabilis majeſtas, quæ nec à paupertate veſtium, nec à corporis debilitate, nec à loci indignitate, nec à beſtiarum ſocietate, nec à virgineæ matris ſuæ humilitate, nec ab aliis ſimilibus omnem majeſtatem terrenam obſcurantibus & abſcondentibus occultari, aut ſubprimi potuit, cui proinde adorandæ ſuas tres hi Reges ſumma cum reverentia ſubſtravere coronas, digna eſt, ut ejus excellentiam in hoc divino in præſepio Bethlehemitico recondito infantulo cum tribus hiſce feliciſſimis Regibus conſideremus pariter & obſtupeſcamus. Id quod præſenti diſcurſu Deo adjuvante præſtabo.

3. Poſtquam natalis Chriſti peradventum trium Regum Orientalium, qui Chriſtum adoraturi, ac Homagium eidem præſtitui advenerant, publicatus Hieroſolymis innotuit, non ſolum Herodes Rex ex illo nuntio audito formidare, totuſque contremiſcere cæpit; *Matth. 2. v. 3.* *Herodes Rex turbatus eſt:* verum etiam Auguſtus Imperator, poſt habitam à Sybilla Tiburtina Chriſti nati notitiam, eodem die, quo Senatus Romanus divinos illi conſecrare & offerre honores voluit, ſeſe Regum Regi nato humillime inclinavit, eumque adoravit. Et quia Dei & Domini tunc nati nomen uſurpare formidavit, ideò publico edicto, ne quis deinceps illum Deum aut Dominum nominare præſumeret diſtrictè prohibuit: *Cæſar Auguſtus,* inquit S. Thomas *divinos honores non juſtinens, qui ei exhibebantur à populo Romano propter corporis ejus pulchritudinem & animi probitatem, ſuum factorem & creatorem quæſivit à Sibilla Tiburtina, quem etiam invenit & adoravit, prohibuitque edicto publico, ne ipſum ulterius aliquis de dicto populo adoraret, vel Deum, aut Dominum vocaret.* *D. Thom. de reg. Princ. l. 2. c. 16.* Quidnam obſecro in parvulo hoc infante erat, quod ſuperbos hoſce Principes ad tantam permovere potuit formidinem? nimirum cuna, in quibus jacebat repoſitus, inquit S. Auguſtinus: *Superbos Reges cunabula terrebant infantis.* *D. Auguſt. ſerm. 30. de temp.* Talis igitur ac tanta erat infantis hujus majeſtas, ut cum cæterorum Monarcharum Majeſtas in ipſis duntaxat tribunalibus tremenda appareat; hujus econtra infantis majeſtas in ipſis quoque faſciis & cunis tremenda erat. O majeſtas prorſus admirabilis: aliorum Regum majeſtas & ſplendor extra thronum & purpuram nequaquam cernitur, hæc autem in cunis & pauperculis faſciis ſplendebat & adorabatur, eamque tam vicini, quam procul abſentes & diſſiti Principes reverebantur & timebant. *Superbos Reges cunabula terrebant infantis.*

3. Joannes Gerſon Pariſienſis Cancellarius refert, quod eadem hora, qua Chriſtus natus eſt hic in terris, Romuli primi Romanæ urbis conditoris, quem Romani non ſolum honorabant ut Regem, verum etiam ut Deum adorabant, ſtatua collapſa & in multas partes rupta fuerit: *Eadem hora, qua natus eſt Chriſtus, imago Romuli Romanæ urbis conditoris, quem Romani velut Deum adorabant, in fruſtra eſt diminuta.* *Joan. Gerſon ſerm. de nativ. Dom. p. 4.* Qua in re attendendum eſt bene, quod in eadem hora nulla in urbe Romana alia ſtatua, præterquam Romuli, collapſa fuerit. Cum enim urbs jam dicta eo tempore, tot magnorum atque illuſtrium virorum ſtatuis ornata fuerit (tantus enim tunc Romæ ſtatuarum nu-

merus, ut dum vir quidam præcipuus Romam ingrediens tantam videret erectarum ſtatuarum multitudinem, ſe alterum quendam Romæ lapideum populum vidiſſe dixerit) cur inter tantam ſtatuarum catervam ſola Romuli ſtatua collapſa & contrita fuit? ut nimirum admirabilis illa innueretur divini hujus infantuli majeſtas. Porrò magni alicujus Monarchæ majeſtas & magnificentia, non ex vulgaris & plebei cujuſdam hominis, ſed ex magni & potentis alicujus Regis reverentia & humiliatione cognoſcitur. Excellentia & immenſitas ſplendoris ſolaris non ex eo, quod ſol modicum aliquod lumen obſcuret, cognoſcitur, ſed quod præter ſtellas maxima quoque lumina ad ejus præſentiam evaneſcant. Quando Siſoſtres ſuam triumphabundus majeſtatem populo exhibebat, currum ſuum non à vitis ex vulgo ſive de plebeis electis, ſed à maximis & potentiſſimis Regibus trahi voluit. Eandem quoque ob cauſam Tamerlanes pro evidenti magnificentiæ & majeſtatis ſuæ teſtimonio, prandii ſui tempore Bejazetem magnum Turcarum Dominatorem ſub menſa ſua reptantem habere voluit. Eodem igitur modo Chriſtus mox ut natus hic in terris apparuit, per magni cujuſdam Regis labentem ſtatuam honorari & illuſtrari voluit, ut ex hoc honore mundus majeſtatis ſuæ magnitudinem ediſceret, dum illam non ſolum à Paſtoribus adorari, verum etiam à Regibus, iiſque maximis & potentiſſimis, qualis Romulus erat honorari conſpicit. Attendendum inſuper eſt, quod hæc ſtatua non tantum collapſa fuerit, verum etiam in multas fuerit partes confracta & diminuta, priſtinamque formam ſuam omnino perdiderit; ut per hoc nobis innoteſceret, quod divinus infantulus tanta ſit conſpicuus majeſtate, ut in ejus conſpectu nullus homo, etiam pictus vel ſculptus, aut fictilis, Regem ſe eſſe demonſtrare auſit.

4. Quia ut ſanctiſſimus Dei Chroniſta refert, Patriarcha Jacob, poſtquam in ſomno myſticam illam vidiſſet ſcalam, in qua tot Angelos aſcendentes & deſcendentes conſpiciebantur, qui Deo in culmine ſeu vertice ſcalæ ſedenti ſerviebant & obſequebantur, inſolito quodam timore correptus dixerat: *Quam terribilis eſt locus iſte?* Gen. 28. v. 17. mox quoque timoris ſui cauſam aſſignavit, dicens: *Non eſt hic aliud, niſi domus Dei & porta cæli*: quaſi dicere voluiſſet: neceſſum eſt ut hic locus valde ſit terribilis, in quo vere domus Dei & porta cæli eſſe dignoſcitur. Quidnam obſecro Patriarcha hoc loco per domum Dei & portam cæli, quæ locum hunc adeo reddebant formidabilem, intelligi volebat. Chriſtum nimirum infantulum intellexit, qui tandem aliquando poſt tot temporum evolutiones in eodem loco naſciturus erat, inquit Joannes Lanſpergius: *Revera Chriſto ibidem nato, erat ibi domus Dei: corpus namque ejus de virgine ſumptum, domus eſt Dei & porta cæli, per quam intramus in cœleſtem hæreditatem.* Accidit enim ut Jacob in itinere conſtitutus, eo tempore in Bethlehem ſomnum caperet, in eodem nimirum loco, in quo Chriſtus naſciturus erat, & nunc de facto natus eſt; atque ideo facta ſibi de futura in eodem loco Meſſiæ nativitate divina revelatione, divino huic infantulo majeſtatem quandam adeo magnam & terribilem ineſſe cognovit, ut vel ex ipſo, ubi naſciturus erat, loco, quodam ſe terrore atque formidine corripi ſenſerit. Joannes Lanſperg. in Feſto Apparit. Domini.

5. Ad idem quoque propoſitum pertinet, quod Deo in libro Judicum dicitur: *Domine cum exires de Seir, & tranſires per regionem Edom, terra mota eſt*; quaſi diceretur: Quando tu ô Domine ex ineffabili miſericordia tua homo fieri, atque è tot peccatorum hominum (qui per capreas, quæ per verbum Seir ſignificantur,) lumbis naſci dignatus es, & ut noſtram aſſequereris ſocietatem, per terram Edom, id eſt, per ſanctiſſimæ matris tuæ (quæ quod inauditæ charitatis rubore tincta fuerit, *Edom* id eſt, *rufa* appellari meretur) uterum tranſiiſti, in eadem hora commota eſt & contremuit terra: terra mota eſt. Adeò ineffabiliter magna fuit illa, quam Chriſtus de cælo in terram ſecum attulit majeſtas, ut tametſi hominibus in infantili forma, in tugurio quodam ruſtico, fœno cooper- Jud. 5. v. 4.

coopertus, paupertimis fasciis involutus, atque ex humillimæ cujusdam matris pectore suspensus apparuerit, non solum creaturas rationales, earumque Reges, verum etiam ea, quæ rationis & sensus expertes sunt, cujusmodi terra est, perterrefecerit? *Hugo de S. Victore in l. Iud. c. 5.* *Præsentiam creatoris etiam muta elementa senserunt; & quasi vicina majestate territa atque turbata, nutu ipso præsenti nomine Deitatis, reverentiam præbuerunt;* inquit hunc locum explicans Hugo de sancto Victore. Et quidem quod terra in Christi natali magnitudinem majestatis Christi ferre nequaquam sustinens, tremuerit, evidentissimum hujus signum est, quod eadem hora, qua Christus natus, famosum illud templi pacis ædificium Romæ erectum, corruerit. Neque terra tunc tantùm contremuit, quando Deus primitus fuit in hunc mundum ingressus, verum etiam commota est & tremula stetit in ejus per mortem ex hoc mundo egressu. Vix enim mortuus est, cum ecce confestim, ut Evangelista dixit, *terra mota est, & petræ scissæ sunt.* *Matt. 27. v. 51.* Porrò sicut Christi morientis majestatem, tum crux, tum latronum infamis societas, tum corpus vulneribus atrociss imè conscissum, tum denique probrosissima, ad quam condemnatus fuerat mors, adeo obscurare non potuerunt, quin terra majestatem illam certo modo nihilominus agnoscere aut revereri debuerit. Ita quoque abscondere non potuerunt majestatem nascentis, tum ejus infantia, tum debilitas corporis, tum fasciarum paupertas, tum loci vilitas, quia res etiam insensatæ eandem cognoverint, & coram contremuerint.

6. S. Vincentius Ferrerius ex certis nonnullis authoribus refert, quod cum Christus in horto Montis Oliveti captus, & ligatus à pervertissimis lictoribus Hierosolymam, ut eum veluti malefactorem, nefandorumque criminum reum judicandum, mortisque condemnandum juratis inimicis suis sisterent, introduceretur, acciderit, ut ipso per Hierosolymæ portas ingrediente, Romanorum Imperatorum statuæ in eodem loco erectæ, miraculosè sese inclinantes profundam ei fecerint reverentiam. Quasi dicere voluissent: homines quidem, creaturæ nimirum rationales, te quidem ô omnipotens Domine, velut latronem vinxerunt & ligarunt, nos autem, quæ non solum irrationales, verum etiam omnis sensus & motus expertes sumus, reverenter te adoramus. Verba sancti hujus Doctoris sunt hæc sequentia: *Dicunt aliqui, quod quando Christus captus intravit per civitates Ierusalem, imagines lapideæ Imperatorum Romanorum, quæ erant ibi sculptæ, inclinaverunt se Christo, quasi dicerent. Domine, homines rationales te ligaverunt, & nos irrationales te adoramus.* *D. Vincent. serm. in Parascev.* Ipsamet igitur saxa tunc certo quodam modo Christi majestatem agnovere, adeò ut licet eadem sub infamis cujusdam malefactoris specie seu forma transierit, ipsa tamen in ejus conspectu erecta stare non valentia, coram illo se inclamantia eumque adorantia summam illi suo modo profundissimam fecerint reverentiam. Neque ullum mihi dubium est, quin idem quoque diversorii Bethlehemitici saxa fecerint, quando ex virgineæ matris suæ utero cum hominibus in hac vita conversaturus, exivit. Quodsi enim ut Sylla Imperator Romanus ajebat: *plures adorant solem orientem, quam occidendem;* sequitur manifestè quod cum saxa solem justitiæ, dum ad mortis occidentem declinaret, humillimè adoratint, potiori jure eundem in oriente natalis sui adorare debuerint. *Apoph.* Quodsi sanctus Joannes Baptista dum ait: *Potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ*, per saxa gentiles saxorum adoratores intellexit: *lapidum nomine gentes significatæ sunt, quæ lapides coluerunt*, ut inquit Rabanus: utique eo ipso quo nos ad pedes cælestis & divini hujus infantuli tres gentiles Reges prostratos videmus securè, tria nos saxa in conspectu gloriosæ majestatis suæ ad illum humillimè summaque cum reverentia adorandum sese inclinantia vidisse, dicere possumus. *Matth. 3. v. 9.* *Rabanus in catena S. Tho. in c. 3. Matth.*

7. Nubes illa à qua Deus in Ægyptum ingressurus portandus erat, juxta Prophetæ Evangelici verba: *Ecce Dominus ascendet*

ascendet super nubem levem, & ingredietur Ægyptum, beatissimam Virginem Dei matrem significabat. Quia enim *nubes ab nubendo dicitur*, eò quod solem obnubat & contegat, ideo B. Virgo quoque meritò nubes dicitur, eò quod solem justitiæ factum hominem novem continuo mensibus contexerit. Verè nubes beatissima Virgo fuit, quæ aquam nobis ministravit, atque super faciem terræ discurrens, dulciterque murmurans dixit: *Si quis sitit, veniat ad me & bibat.* Denique nubes fuit, sed levis: *nubem levem*, sine ullo videlicet culpæ etiam originalis pondere. Hac igitur Allegoria suppositâ, quidnam postquam Deus infans in hujus nubeculæ gremium sive sinum ingressus est, novi in Ægypto accidisse existimatis? videlicet miraculosa quædam omnium statuarum, quas regnicolæ adorabant, utpote magnitudinem majestatis infantuli hujus sustinere non valentium commotio: *Commovebuntur simulachra Ægypti à facie ejus*, subdit idem Propheta. *Quidam hæc intelligunt*, inquit Jansenius, *propter Christi introitum corruisse simulachra Ægypti, præsentiam Dei non ferentia*; Christi enim etiamnum debilis & humilis atque sine matris adhibita opera ambulare aut in pedibus consistere non valentis infantuli majestas adeò ingens erat atque tremenda, ut regni Ægyptii limites ingressus, ipsa quoque saxa contremiscere fecerit, adeò ut in basibus suis consistere non valentia corruerunt atque contrita fuerint. Admirabilis prorsus esse debuit illa majestas, quæ licet tot modis occultata & abscondita, ab ipsis tamen saxis percepta, formidata, honorata & adorata fuit.

Joan. 7. v. 37.

Isaiæ ibid.

Jansenius concord. c. 11.

8. Etenim quod simulachra Ægypti Christo in regnum illud ingrediente corruerint, factum id est, quia ad illum Christi ingressum ex simulachris illa abscedere Dæmonia debuerunt, quæ tum ad hominum illorum impostura, tum ad ementita & conficta pronuntianda oracula, tanto tempore in illis hactenus delituerant, cum enim superbi illi spiritus, peregrini hujus infantuli majestatis præsentiam tolerare non possent, quasi adhibita armorum vi & violentia à misero illo Regno expulsi subito aufugerunt, seque in inferni abyssum abscondere contenderunt. Verum dicat aliquis: qualia divinus hic infantulus manu sua tractare arma poterat, qui ob ætatis suæ debilitatem & teneritudinem, ne minimam quidem sagittam apprehendere aut tractare volebat? non indiget armis Deus ad conterendum & persequendum inimicos suos; talis siquidem tantaque est faciei suæ majestas, ut è sede sua solum sese erigens, seque ad videndum exhibens, eosdem persequatur & dissipet. Unde super illa Davidis verba: *Exurgat Deus, & dissipentur inimici ejus & fugiant omnes, qui oderunt eum à facie ejus*; inquit Chrysostomus: *Nunquid opus est armis? nunquid gladio? sufficit, inquit, solum si exsurrexit.* Eo ipso quo Christus è præsepio in brachia beatæ Matris suæ se extulit, seque in Ægypto videndum præbuit, mox quoque lucidissimus quidam in regno illo sol apparuit, qui sola facie sua inferni tenebras dissipabat, quæ hactenus regionem illam idololatriæ errore obscuratam detinebant, adeò ut jam deinceps Ægyptus, id est, tenebrosus minimè fuerit. Eademmet facie, qua in regione Judeæ noctem sanctissimæ nativitatis suæ illustravit, principes quoque tenebrarum à misserrimo illo regno pepulit, & ubi hactenus continua nox quædam fuerat, desideratissimum diem introduxit. Quodsi facies hominis bestiis, facies quædam leonis esse appareat: *Facies hominis facies leonis*; qualis igitur apparebit divina facies bestiis illis infernalibus? quanto terrore ac formidine tunc perculsi sunt Dæmones, quando Rex ille apparuit, qui ab Ecclesia *Rex tremendæ majestatis* appellatur? quodsi natura, uti Joannes Gerson ex Aristotele inquit: *Fecit physiognomiam principum dignam, ut moveat aspicientes ad timorem & reverentiam*, quantum igitur Deus terrorem unigeniti sui omnium hujus mundi Principum Principis vultui indidit, ac proinde nemo miretur, quod hac hujus infantuli majestate in Ægypto comparente collapsa idola, Dæmonesque turpiter fugati fuerint.

Psal. 67. v. 2.

D. Chrys. in psal. 44

Gerson concept. B. Mariæ p. 4

9. Magna utique valdeque stupenda foret illa Regis alicujus majestas, cui ipsemet quoque Elephas genuflecteret. Cum enim

enim genu Elephantis inflexibile sit, sequitur evidenter, quod si illud coram aliquo fortuito flecteretur, id utique maximæ cujusdam futurum esset majestatis indicium, cum major illi honor exhiberi non posset, quâ genu si aliquod natura sua inflexile coram eo incurvaretur seseque inflecteret. Porrò per Elephantem Regem non immerito intelligimus, utpote cujus genu, veluti Elephantinum, nulli hominum flectitur. *Penes quem est rerum potestas, genua flectere non oportet, manifestum est*; inquit Pierius. Sicut enim Regibus omnium genua flectuntur, ita Regum genua nulli incurvantur. Etenim sine maximo mundi stupore fieri non potuit, quod tres magni & famosi Elephantes, tres inquam Reges sapientissimi & potentissimi, genua sua coram pauperculo infantulo flectere visi fuerint, idque tunc, cum nullum in eo deprehendere potuerunt regiæ majestatis indicium, imò cum multa adessent, quæ majestatem illam obscurare poterant, qualia sunt corpusculi infantilis debilitas, fasciarum extrema paupertas, loci indignitas & vilitas (quid enim rege indignius stabulo esse potest) matris humilitas maximaque egestas, utpote quæ ob summam inopiam locum in diversorio habere non poterat, bestiarum item, bovis nimirum & asini proxima societas & plura id genus alia, quæ regiam majestatem omninò dedecebant, & tamen coram eo humillimè in genua procidentes adoravetunt eum. Admirabilis igitur prorsus majestas isthæc esse debuit, coram qua etiam summa majestas terrena rigida & flecti nescia genua sua curvavit, seque prosternere debuit.

Pierius l. 2

10. Observandum est insuper quod sanctus Matthæus de tribus hisce Regibus loquens, illos non Reges, sed Magos appellet; non enim dicit: *Ecce Reges*, sed *ecce magi ab oriente venerunt*. Cur obsecro illos qui veri fuere Reges, Regis titulo non honorat? quod si Ecclesia, cui hac in parte piè credendum est, illos veluti Reges diademata in capitis vertice gestantes proponit: & David pariter illos Reges appellat, dicens: *Reges Tharsis & insulæ munera offerent, Reges Arabum & Saba dona adducent*, videtur omnino congruum, ut & Evangelista illos quoque Reges appellaret; hoc enim faciendo tum illustres hosce viros titulo adeo digno & honorifico minimè privasset, tum etiam divinum hunc infantulum magis magisque honorasset, dum eum non à privatis hominibus, sed à potentissimis Principibus, imo Regibus venerandum & adorandum fuisse coram toto mundo publicaret. Porro Regum nomine tametsi veri Reges fuerint, eos nequaquam, sed Magos appellat, aut hac ratione admirabilem nobis divini hujus infantuli majestatem significaret, quæ talis ac tanta erat, ut coram ipso nullus Regum, regiæ dignitatis titulum prætendere, aut veluti Rex apparere possit vel ausit. *Coram principe Christo*, inquit Paulus de Palatio, *Nullus fidelium vocari Rex debet*; *coram sole remittunt stellæ lumina sua: coram Christo igitur, Imperatore cessat Regum nomenclatura.* Hic porrò infantulus ipsissimus Rex ille erat, S. Joanni Apostolo in Apocalypsi exhibitus, coram quo in throno summa cum majestate sedente viginti quatuor reges circumstantes, præterquam quod genua sua flecterent, suas quoque è capite depositas coronas in terram demittebant: *Adorabant viventem in sæcula sæculorum, & mittebant coronas suas ante thronum.* In conspectu namque tanti regis constituti, non reges, sed servi esse reputabantur; verè namque reges servi sunt, & non reges, dum coram Deo comparent. David magnus ille Judæorum Monarcha, in divini hujus infantuli præsentia constitutus simpliciter ei confitebatur dicens: *Ut jumentum factus sum apud te.* Non solum se non regem appellabat, cum tamen verè esset talis, sed vilissimum esse se dicebat jumentum, id est, quovis domus suæ servo aut mancipio viliorem. Porrò tametsi nonnulla flumina valdè famosa sint, quamdiu regionum suarum littora alluunt & transcurrunt, veruntamen dum in maris sinum sese exonerant, amisso omni prorsus priori nomine amplius non comparent: ita quoque omnis terrena majestas, quantumvis in regno suo famosa, cum ad divinæ majestatis immensum & imperscrutabile mare accedit, obscuratus, in nihilum redigitur, amissoque priori dignitatis

Paul. Pal. in cap. 2. Matth.

Apoc. 4. v. 10.

Psal. 72. v. 23.

Matth. 2. v. 1.

Psal. 71. v. 10.

Fidelis Adventuale.

nitatis regiæ titulo deinceps minimè comparet.

11. Inter majores solennitates quas per totius anni decursum ad honorem sponsi sui celebrat sancta mater Ecclesia, solemne quoque Epiphaniæ Domini festum recenseri meretur. Et merito quidem dies hæc tanto honore ab Ecclesia colitur, in qua dilectus Sponsus ejus ab exteris regibus tanta cum veneratione colitur; quem ipsimet quoque cæli, pro augendo festivitatis splendore, novis accensis luminibus illustrarunt; in quo Deus tremendæ majestatis suæ splendores publicavit, dum supervili præsepii fœno debilis & infirmus jacens, tres sibi potentissimos orientis Reges subjugavit. Quodsi enim dies ille præ cæteris celeberrimus Romæ erat, in quo Augustus Imperator tres potentissimos Reges, Parthum, Ægyptium, & Medum subjugavit, ut notat Durandus; quam igitur in Ecclesia celebris esse debebat dies ille à Christo tribus aliis longe majoribus famosioribusque triumphis nobilitatus? meritò inquam hic Christi de tribus hisce regibus reportatus triumphus tanti ab Ecclesia æstimatur, ut nullius alterius quantumvis excellentis & illustris sancti occurrens triumphus sive hodierna die, sive septem aliis proxime sequentibus diebus Ecclesiæ legibus celebrari possit. Tantus namque est hujus diei splendor, ipsa divina majestas hoc die ob hanc victoriam adeo glorioſè coruscat, ut quamvis aliam occurrentem festivitatem, quemvis alium triumphum obscuret, & oblivioni tradat.

Durandus de divin. offic. l. 6. cap. 16.

12. Richardus à S. Laurentio docet, quod Magi stabulum Bethlehemiticum ingressi, divinum hunc infantulum in virgineæ genetricis suæ gremio invenerint, eumque ibidem adoraverint. *Adoraverunt Christum sedentem in gremio matris.* Quod si quis ex devota quadam curiositate impulsus causam ex me sciscitaretur, cur Dominus noster non in præsepio in quo genitus erat, sed in gremio matris, unde natus fuerat à Magis inveniri voluerit? id utique factum ab ipso eo fine esse dicerem, ut videlicet majestatis suæ magnificentiam & excellentiam tanto magis manifestaret, eandemque tantò admirabiliorem proponeret. Pro cujus meliori intelligentia sciendum est, quod sedes magnatum mundi hujus altæ & bassæ esse soleant, pro ratione majoris vel minoris majestatis sedem seu thronum illum occupantis: *In sedibus in terra positis*, inquit Abulensis, *quadam sunt magis exaltata quam alia, & judicatur inde dignitas sedentis.* Unde cum B. Virgo sit magnum illud solium *excelsum & elevatum* Isaiæ Prophetæ in visione exhibitum, ut vult idem Richardus; & quidem solium sit adeo excessivè elevatum & excelsum, ut ipsos quoque Seraphinos transcendens, Deo quam proximè appropinquet, ideo Christus in hoc solio inveniri & adorari voluit, ut hac ratione ex immensa quasi & stupenda solii sui altitudine, admirabilis colligeretur majestatis suæ sublimitas & magnificentia.

Richard. à S. Laur. de laud. B. Mar. l. 10.

Abul. in c. 25. Matth. q. 199.

13. Quis vestrum mihi causam explicabit, cur Christo in crucem affixo, in eaque moriente tota terra universaliter contremuerit? *Terra mota est, & petræ scissæ sunt*, inquit de Christo in cruce moriente S. Matthæus. Ex mente quidem S. Hilarii id ex magna quadam, quam terra tunc, ut improprie ita loquar, patiebatur anxietate & perplexitate accidit, utpote quæ necessarium esse videns, ut Dominum in triduo mortis suæ, suum intra gremium reciperet, simul quoque se illum ob sui immensitatem recipere aut capere posse videbat: *Ad onus Domini in cruce pendentis terra tremuit; & eum, qui moriturus erat intra se, contestata est non capere*; inquit S. Doctor. Tanta namque est Dei immensitas & magnitudo, ut tota terræ machina illi locum dare, aut in se recipere aut complecti minime possit. Atque ideo cum ob majestatis suæ immensitatem illum sive à præsepio, sive à stabulo aut diversorio, aut quavis alia terræ parte comprehendi impossibile esset, utpote quem totus terræ globus complecti non potest, ideo ab hisce Regibus in virgineæ matris suæ utero inveniri voluit, quæ tametsi secundum naturam terra esset, extraordinariæ tamen gratiæ cujusdam beneficio in cælum transformata erat: *Maria terra est per naturam, sed cælum per gratiam*, juxta eundem Richardum. Cum enim tantam majestatem non terra, sed cælum duntaxat capere

Matth. 27. v. 51.

D. Hilar. apud S. Thom. in cat. in c. 17 Ioan.

Richardus ibid. l. 7.

pere potuerit, in gremium matris velut in cælum quoddam poni voluit & exhiberi. In quantam igitur horum Magorum corda admirationem seu potius stuporem non rapuit ineffabilis hæc majestas, dum illam non nisi à cælo capi aut comprehendi posse viderunt. Quis divinam majestatem considerans non subito omnem contemnat majestatem humanam sive terrenam? hujus mundi magnates adeo exigui sunt & modici, ut sive nascentes, sive morientes locum sex palmis majorem minimè occupent; cum tamen econtra Christus & nascens & moriens adeo ineffabiliter magnus fuerit, ut tota illum complecti mundi machina minimè potuerit.

14. Dum Christus in cælo gremii beatissimæ matris suæ regaliter sederet, atque ab hisce Regibus humiliter adoraretur, dicere merito poterat, quod quondam per os Isaiæ Prophetæ dixerat: *Cælum sedes mea, terra autem scabellum pedum meorum.* q. d. Quia ob immensitatem alibi quam in cælo sedere nequeo, ideò me hic in cælo quodam sedentem vos Reges liberè aspicite & adorate. *Cælum mihi sedes.* Neque tamen ideò pedes meos supra terram collocare dedignor, *terra autem scabellum pedum meorum.* Verum dicat hic forte aliquis, quod sicut negari non potest, quin Deus cælum beatissimæ matris suæ in thronum suum eligendo eandem summopere honoravit, ita quoque terram prorsus abjecisse & contemptui habuisse videatur, dum illam pedibus conculcandam, pedum suorum scabellum esse voluit, tametsi enim pedes calcantes & Regis alicujus pedes sint, id tamen, quod calcatur, vituperatur, contemnitur, & inhonoratur. Huic igitur respondeo, verum quidem esse, quod omnis pes humanus etiam cujuslibet mundani Regis aut Imperatoris, dum calcat, contemnit: veruntamen pes Dei non solum à se conculcatum minimè inhonorat aut probro afficit, verum etiam illustrat & extollit, adeò ut ab illo pede calcari summæ gloriæ loco merito habeatur. Atque ideo, inquit Origenes, quando Deus dicit: *Terra autem scabellum pedum meorum, non ignominiam, sed gloriam significat terræ.* O majestas omnino admirabilis, quæ etiam calcans per hominem honorat atque glorificat.

Isaiæ 66. v. 1.

Origenes tract. 25. in Matth.

15. Dicite obsecro, si potestis, quamobrem Christus Dominus in cruce jam jam moriturus bono latroni dixerit *Hodie mecum eris in Paradiso*, cum tamen illo eodem die non in Paradiso, sed in lymbo futurus esset, ut videlicet tot sanctorum animas, tot annorum centuriis in lymbi carcere detentas, pro quarum libertate restituenda de cælis in terram venerat, & in cruce mortuus fuerat? potius igitur dicendum videbatur: hodie mecum eris in lymbo, quam in Paradiso utique respondebitis quod tametsi Christus ea die in lymbo, non verò in Paradiso, futurus fuerit, optime tamen se in paradiso, non verò in lymbo præsentem ad futurum dixerit, eo quod lymbus eo die ob desideratissimam sui in lymbo præsentiam in Paradisum transformandus esset, in quemcunque enim locum Deus pedem suum figit, illum quoque eo ipso in Paradisum subito convertit, siquidem Deus extra Paradisum esse nequaquam potest. Hæc etenim verissima est ad propositam quæstionem responsio; ex qua hanc evidenter subinfero consequentiam. Quoti Christus lymbum suo in eum ingressu in Paradisum commutat, utique etiam dum in terram pedem figit, illam quoque in Paradisum transformabit, gloria eandem adimplendo eamque divino pede suo excellentissime honorando. Quidnam igitur præsepe ejus fuisse credetis, postquam in illud corpus suum collocari permisit? Num forte jumentorum stabulum, ut ante fuit, permansit? Minimè gentium, quin potius ex stabulo jumentorum in Paradisum, in cælum fuit commutatum Cælum & Paradisum, non vero stabulum tres Magi invenerunt. Porro sanctus Athanasius de hujus diei mysteriis disserens, hunc in modum discurrit: *Rursum apparet stella Magis, donec venisset supra infantem in stabulo; vel potius in cælo. Ubi enim Christus, ibi & cælum; nam stabulum visum est esse cælum in terra.* O igitur summe admirabilis & tremenda majestas, quæ sola præsentia sua terram in cælum, & fædiores terræ partes in Paradisum

Luc. 23. v. 43.

D. Athan. apud Lippom. 8. Decemb.

elegantissimum transformare prævalet. Neque hoc tibi incredibile esse videatur, quia si fabulosus gentilium Deus Hercules Bubile Augeæ filios solis & Naupidamis trium millium boum capax, immisso in illud Alpheo fluvio, aquis illius triginta annorum limum, quem egetere longum fuisset, nullo propemodum negotio eluit & plane expurgavit, Deus utique etiam stabulum illud, in quo natus est expurgare, excitato in eodem torrente illo, de quo, quia cæli incolas mira virtute sua beatificat, David dicebat: *Torrente voluptatis tuæ potabis eos*, illud in cælum quoddam terrenum transformare potuit.

Psal. 53. v. 2.

16. Dæmones è miserabilium illorum hominum corporibus à Christo expulsi, ab eodem Domino petere utique poterant, ut illis liberum in alios homines aditum sive ingressum permitteret, maximè cum in nulla re adeo gaudeant ac delectentur, quam si homines affligere & torquere possint, utpote quos ob nimiam erga illos conceptam invidiam adeo à Deo sublimatos & exaltatos videre nequeunt. Cur igitur ut in porcos, non vero in homines illos ingredi permitteret, petierunt, cur non dixerunt: ex quo nos ex illorum corporibus ejecisti, aliorum saltem hominum corpora nos ingredi permittito, sed dicere potius voluerunt: *Si ejicis nos, mitte nos in gregem porcorum*? respondet huic quæstioni S. Remigius, factum id esse quia cum Dæmones humanam in Christo naturam tantam super eos potentiam viderunt habere, alios quoque homines formidare cæperunt: *Ideo non petierunt ut in homines mitterentur; quia illum cujus virtute torquebantur, humanam speciem gestare videbant.* Adeò terribilis est incarnati Dei majestas, ut Dæmonibus non in propria duntaxat Christi persona, sed etiam in aliis hominibus terribilis extiterit. Quidnam de illa effletis majestate dicturi, quæ non tantum in Principe resplendere, verum etiam in omnibus quotquot in domo sua habet servis elucere conspiceretur. Majestas Christi, qua efflorebatur, ut omnes ejus servitores & ministri, ab iis, qui eos non cognoscebant, reges æstimarentur, (prouti Soloni accidit) major profecto esse nequaquam poterat. Hodie igitur coram oculis horum perfidis sapientum sive Majorum illa majestas conspicuè se videndam præsentavit, quæ cunctos homines Dæmonibus tremendos & majestate conspicuos reddidit.

Matth. 8. v. 31.

D. Remig. apud S. Thom. in Catena c. 1. Matth.

17. Sponsa adolescentulis ex se qualis Christus dilectus ejus esset, scisscitantibus respondebat: *Species ejus ut Libani, electus ut Cedrus.* Quasi diceret: dilectissimus sponsus meus Cedri cujusdam similitudinem sustinet, ideoque ipsum intuendo Cedrum quandam conspicere videbimini. Verum cur obsecro, Sponsa, cedro dilectum cordis sui comparavit? nimirum quia dum in publicum prodibat, non vir aliquis vulgaris seu plebeius, sed rex quidam miræ & incredibilis majestatis esse videbatur. Cedrus non solum Rex quidam est inter arbores, verum etiam arbor est hac proprietate prædita, ut cum radices suas in terra extendat verticem tamen suum in nubes cæli usque extollat, summamque Christi majestatem quæ de terra in cælum usque se extendit insinuat: *Cedrus comam nubibus radicem in terris inserit, Principium enim Christi in cælo, posteriora ejus in terris*, inquit S. Ambrosius. Hoc totum Ecclesia clarè exprimit, quando Christi in præsepio jacentis immensam majestatem explicatura dicit: *Iacet in præsepio & fulget in cælo.* Divinus namque hic infantulus, tantò cum stupore extollebatur in præsepio, ut tametsi ex una parte adeo videretur humiliatus, ex altera tamen parte incredibili sublimitate sua, quæ usque ad cælum extendebatur, ad pedes suos prostratos tenebat trium potentissimorum mundi Regum sublimitatem.

Cant. 5. v. 1.

D. Ambr. lib. de Virg.

18. Porrò tametsi etiam locus ille in quo Magi parvulum Jesum venerabantur & adorabant, nullatenus fuisset in cælum transformatus, sed sorditiem & squalorem suum pristinum retinuisset, hæc tamen loci illius vilis & sordidi indignitas, majestatem ejus obscurare minimè potuisset, utpote qui ubicunque est, haud secus ac si in cælo esset, eminentiam & magnificentiam suam evidenter prodit & demoustrat. Notum etenim est omnibus, qualiter Christus morti vicinus; ut Hebræis inimicis suis quàm illustrem ignorantes illi homines crucifigere

& occi-

& occidere decreverant. verum manifestè ostenderet, pomposum illum & memorabilem in Hierosolymorum, urbem ingressum solemniter facere voluit, ubi à discipulis suis, & ingenti quadam populi multitudine stipatus & associatus, asinæ insidens ingressus est, prouti Zacharias Prophera vaticinatus fuerat: *Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus, sedens super asinam & pullum filium subjugalis.* Quo in loco benè observandum, quod Christus majestatis suæ excellentiam publicare volens, asinæ cuidam insidens urbem ingredi voluerit. Quisquis enim hujus jumenti vilitatem consideraverit, credet utique Christum majestatis suæ magnitudinem illo die diminuisse potius quam manifestasse, atque ideo melius & dignitati suæ congruentius illum facturum fuisse, si aliorum triumphantium & ovantium Principum more generoso alicui equo insedisset, quam vili & contemptæ asinæ, utpote quæ ob nimiam sui abjectionem equitem sibi insidentem non solum non honorat, verum etiam magno probro & ignominia afficit. Verum enim vero graviter fallitur, quisque id opinatur. Asinus namque facilè poterat humanam obscurare Majestatem, non vero Divinam; hæc namque ab iis, quæ humanam majestatem facilè obfuscant & dehonestant, diminui aut obscurari nullo modo potest. Unde S. Epiphanius dicit, quod dum Christus portaretur & sederet in asino, visum fuerit circumstantibus, quasi in eodem consedisset throno, quem in cælis ad dexteram Patris occupat, ubi Davide teste *sedet super Cherubim*: Verba ejus sunt, quæ sequuntur: *Christus in pullo tanquam in throno sedens, procedit tanquam in pullo Cherubinico.* Sicut igitur Christus Asinæ insidens, super Cherubim & in eodem cœli throno inter medios gloriæ suæ Angelos sedere videbatur, neque per jumenti ipsum portantis vilitatem majestatis suæ gloriam quicquam diminuebat aut illi præjudicabat: Ita etiam in stabulo, in præsepio, inter sordes, & animalia irrationalia, summaque paupertate degens, eandem quam in cælo habet, majestatem retinere & conservare potuit, loci vilitate atque sordibus minimè obstantibus. Atque per idipsum quam admirabilis Majestas ejus esset, innuere poterat, utpote quæ licet terrena excellentia à locis vilibus obscuretur & abscondatur, sola tam in vilibus quam in nobilibus & illustribus æque conspicua & præclara appareret & resplendet.

Matt. 21. v. 5.

Psal. 98. v. 1. D. Epiph. serm. in Ramis Palmar.

SERMO I.

IN DOMINICAM I. POST EPIPHANIAM.

THEMA.

Aſcendentibus illis Ieroſolymam ſecundùm conſuetudinem diei feſti. *Luc.* 2.

ARGVMENTVM.

Mulier, quæ domi ſuæ ſe continere non poteſt, ſed ab aliis libenter videtur, parum valet:

I. FEſtum illud cujus cauſa Cælorum Regina & Joſeph ſpõſus ejus una cum parvulo ſuo Jeſu aſcendebant Hieroſolymam, fuit unum è tribus illis Feſtis, in quibus quilibet ex populo Hebræo, ſeſe in templo Hieroſolymitano coram Deo præſentare & ſiſtere debebat. Sic namque è Deo in lege expreſſe ordinatum fuerat: *Tribus temporibus anni apparebit omne maſculus tuus in conſpectu omnipotentis Dei*, ut in Exodo expreſſe ſcribitur. Quia enim Deus pater erat, ſuoſque filios cordialiter diligebat, ſæpè illos coram ſe & in conſpectu ſuo cernere volebat, quicquid enim impensè à nobis diligitur, ordinariè ſæpè videre deſideramus. Quia Sol erat, ideo populum illum omnibus mundi nationibus peculiariter electum coram oculis ſuis ſæpius conſtitutum eſſe volebat, ut haud ſecus ac Sol craſſos humidoſque è mari vapores ſurſum levat, ita quoque ipſos de terra id cælum extollere & elevare poſſet. *Sol* enim dicitur, quia *ſurſum omnia levat.* Quia vita, imo omnis vitæ fons erat, ideo populum ſuum coram ſe ſæpius præſentari volebat, ut theſauri, quo ſingulis momentis fruebantur, recognoſcerent largitorem. Quia Deus exercituum erat, ideo milites ſuos coram facie ſua ter in anno præſentari cupiebat, ut generalis quædam fieret tot animarum ibi comparentium luſtratio. Etenim hucuſque hæc omnia ſatis accomdè dicta videntur: veruntamen cauſam ſcire

ſcire cuperem, cur Deus iter iſtud & hanc in templo coram Deo infallibilem comparitionem non æquè mulieribus, ac viris præceperit. Cur Moyſes non dixit: *Apparebit omnis fœmina, ſed omnis maſculus*; Num fortè utriuſque tam maris, quam fœminæ creator plus mares, quam fœminas diligit? Nequaquam, ſed amat Deus æqualiter omnes, nulla eſt apud ipſum perſonarum acceptio; Deus non minus benè vult fœminæ, quam viro; Quod verò præceptum iſtud toties per anni decurſum in templo ſe præſentandi non tam ad mulieres quam ad viros extenderit, id fortè factum eſt, quoniam mulieres viris longè devotiores, ideoque iter iſtud ſine impoſito illis præcepto ultro citroque aggreſſuras eſſe ſciebat. Vel quia admodum debilem & infirmam earundem complexionem agnoſcens, tam longi itineris toties in anno conficiendi moleſto præcepto eas vexare noluit. Porrò prædictis hiſce rationibus Oleaſter aliam quandam hiſce non minus verſimilem adducit, dicit enim, quod quia Deus ſciebat, quam faciles & pronæ mulieres ſint ad egrediendum è domibus ſuis, & quam libenter ſub mentito Feſtorum & Religionis prætextu mulieres vagabundæ per plateas oberrent, ideo maritis earum eas domi reconditas eſſe, domuſque curam habere deſiderantibus, rem gratam facturum ſe ſciens, præceptum hoc viris impoſitum ad fœminas extendere noluit. *Amat hoc genus exire, amat hinc inde diſcurrere; & quia à viris ſuis ſæpius arcentur, cauſam religionis aut pietatis mentiuntur. Vt ergo licentioſum genus teneret officio, occaſiones vagandi præcluſit.* Deus igitur mulieres domi ſuæ ſe continere, nec foras evagari volebat, quia noverat in quot foris extra domum oberrando & circumcurſando turpiter aliquando incidant lapſus, indeque natas millenas miſerias, quodque facilè honeſtatis aliarumque virtutum jacturam faciant, & malæ ac improbæ mulieres evadant. Certiſſima namque eſt hæc maxima, quod ſcilicet mulier, quæ domi ſuæ ſe continere non poteſt, ſed foris libenter circumvagatur & ab aliis videri aut videre alios deſiderat, improba ſit omniſq; bonitatis & honeſtatis expers. Quodſi mulieres in hujus argumenti tractatione fidem mihi adhibere detrectant, rationibus ſaltem credant, quas ipſis in hoc diſcurſu ſum adducturus in medium.

Oleaſter in cap. 34. Exod.

2. Deus quondam magnum illum Patriarcham Abraham ad ſe evocans, eidem dixit: ſciendum tibi eſt, quod ſicut tu hactenus uſque in præſens tempus *Abraham* appellatus es, qui tamen in futurum *Abraham* appellaberis, ita quoque mulier tua deinceps non *Sarai*, ut anteà ſed *Sara* nominabitur: *Saraai uxorem tuam, non vocabis Sarai, ſed Saram.* Non eſt equidem neceſſum, ut hoc loco multum immoremur conſiderationi in hac mutatione & incremento nominis Abraham latentis myſterii, tum quia hac de re alibi fuſius egimus, tum quia ad præſentis diſcurſus propoſitum minimè ſervit. Solum igitur de nominis Sarai mutatione tractabimus, & rationem inveſtigabimus, cur divina ſapientia Saram mulierem ſanctiſſimam, non jam deinceps Sarai, ſed Saram appellari voluerit. Et quidem niſi fallor, hæc mutatio mihi facta videtur, ultimam literam, i, videlicet à nomine ejus tollendo; Hanc enim literam Deus nulla ratione permittere voluit in compoſitionem alicujus fœminei nominis ingredi, utpote mulieri peſſimè convenientem. Verum inquies fortaſſis, quidnam mali unica litera in dictione alicujus fœminei nominis poſita parere poterat, ut ad illam tollendam Deus cum Abraha tractaturus de cælo in terram deſcendere voluerit? Unde ſciendum, quod Deus gramma iſtud ex nomine Sarai ablatum voluit, non ideo quia litera quædam eſt, quo modo ſæpè quidem accipitur, ſed quia nonnunquam verbum eſt Imperativi modi ſingularis numeri, ab eo, is, it, ſignificatque præceptum egrediendi aut eundi, in qua ſignificatione Eccleſia hoc grammate utitur, dum Herodem Tyrannum veluti miniſtris ſuis, ut ſe arment, extraque Regiam ſuam ad innocentum puerorum lanienam crudelemque cædem perficiendam ſe recipiant, præcipientem introducit, dicens:

Gen. 17. v. 15.

Exclamat amens nuntio:
Succeſſor inſtat, pellimur

Sa-

Satelles, i, ferrum rape;
Perfunde cunas sanguine.

Deo namque optimè notum erat, quàm prona sit mulier, ut è domo sua evagetur & discurrat, & quantum foris obertans & vagabunda discurrens sibi damnum accersat, ideo domi illam continere volens, illam à nomine suo literam sustulit, qua remanente, videri mulieri potuisset Deum sibi frequenter excursiones & divagationes extra domum singulari præcepto imposuisse, intelligeretque proinde deinceps, idipsum non solum sibi nequaquam præceptum esse, verum etiam districtè fuisse prohibitum. Huic pro majori conceptus jam dicti confirmatione addi potest, quod eum Deus hoc nomen in capite, & in medio, non minus quam in fine reformare potuerit, illud tamen in solo fine seu nominis terminatione reformaverit; Neque enim sive primam aut mediam literam nomini ejus adimit, sed ultimam; ad insinuandum quod licet mulier in capite meritò reformari mereatur, quo communiter valde superbit & extollitur; nec minus reformatione egeat in corde, eo quod in amore & odio nullum omninò modum servare sciat, sed nimium excessiva sit & immoderata, tanta tamen sit reformandi mulieris pedes necessitas, ut omnes aliæ imperfectiones excusabiles compassioneque aliqua dignæ esse videantur, sola pedum dissolutione & obertatione excepta, quia maximum omne malum è domo sua evagando & circumcursando sibi adscisceit. Præterea observandum est, quod hoc domi se continendi præceptum, non fuerit à Deo mulieri alicui vanæ, mundanæ & dissolutæ impositum, sed mulieri sanctæ & virtuosæ; uno verbo, Saræ uxori Abrahæ; ut per hoc innuat, damnum, quod mulier aliqua vagabunda & vanè per plateas discurrendo, sibi comparat, adeo grave esse, ut etiam sancta aliqua mulier, ne peccatrix insignis aliquando evadat, periclitari possit, nisi domi se continuerit, diligentemque se domus & familiæ suæ custodem esse probaverit. Mulier namque vitrum quoddam est, quod ex abaco sive armario semel extractum facilè frangitur. Est aqua, quæ è puteo suo egressa, facilè fœtet & corrumpitur.

3. Ecclesiasticus cap. 26. hoc singulari præconio bonam quandam mulierem celebrat dicens: *Mulieris bonæ species in ornamentum domus suæ.* Et reapte ita esse videmus, nihil enim in domo aliqua pulchrius, venustius, aut gratius inveniri potest muliere aliqua virtuosa, hæc est pulcherrimum domus alicujus ornamentum, quod in illa possideri aut videri possit. Sic domus aliqua opulenta pretiosissimisque, quæ comparari possent aulæis aliisque ornamentis instructissima, & optimè exornata, nisi præter hæc omnia à virtuosa quadam gubernetur aut dirigatur muliere, nihil in se pulchrum aut spectabile continere censebitur; Virtuosæ autem fœminæ nihil comparari aut adæquari valebit. Doctissimus Pineda hoc loco observat, quod Sapiens non dicat Mulierem platearum aut aliorum locorum publicorum, sed domus suæ ornamentum esse: *Ornamentum domus suæ.* Idque ut per hoc insinuetur, mulierem esse debere intra domesticos parietes inclusam, nec ab alio, quam à proprio suo marito conspiciendum esse, utpote cui soli & nulli alteri placere studere debet. *Meminisse debent mulieres speciem, non compitorum & platearum, sed suarum domuum appellari, ut quarum pulchritudo, & species foris visenda non sit, sed sua tantum domi, neq; enim externis placere, sed suo tantùm viro debent.* Quodsi se platearum non vero domus suæ ornamentum esse fecerit, nequaquam bona, sed mala mulier erit. Platea est fons ille, qui nigrescere facit oves candidas. Sponsa cum se aliqua notatam deformitate intelligeret, amicis & adolescentulis suis dicebat: *Nolite me considerare quod fusca sim, quia decoloravit me sol*; quasi clarius dicere voluisset; Quamdiu domi meæ sub umbra tecti mei reclusum me continui, speciosa semper & decora constanter permansi, postquam vero relicta domo, & vana curiositate mota per plateas obertans in conspectum tam solis quam hominum prodivi, nigra facta sum & deformis, sicut me nunc esse conspicitis. Sicut enim mulier domi se continens & solitudinis amans, pulchra est & virtuosa, ita curiosa, vana, & vaga-

Ecclesiastici 26. v. 22.

Pineda in lib. cap 5. v. 24. n. 3.

& vagabunda turpis redditur & mala.

4. Cælius ex mente Quintiliani mulierem indomitum quoddam animal esse dicit: *Animal indomitum.* Tigris, leæna, ursa, aut similis quædam fera est, quæ domari nescit. Helena indomitum quoddam animal facta est, postquam relicta patria per alienas discurrit regiones. Quantum vaga mulier effudit sanguinem? quot viros occidit? quot civitates destruxit? Quodsi Troja etiamnum subsisteret, ad stuporem usque malum suum recensere nobis posset, quod ab hujus indomiti animalis manibus decem annis integris sustinuit. Eva prothoparens nostra, quod domo & viro suo relicto ex vana curiositate Paradisi limites circumvagata quaquaversum oculos suos conjecerit, ex mente Ruperti Abbatis in Dæmonem in serpentis forma apparentem fortuitò incidit, quicum illa noxia miscens colloquia, tantum in universum mundum ignem injecit, qui ne per diluvii universalis aquas quidem extingui potuit. Quidnam igitur animal istud adeo indomitum atque damnosum domare unquam poterit, ut à tanto deinceps, quod mundo infert malo, tandem abstineat? Nihil profectò aliud præterquam domus domare ipsam poterit, *Domus* enim à latinis à *domando* nomen accepit, quod nimirum vanas, otiosas, curiosas, & vagas mulieres domet, ut vult S. Bernardinus. Domus cavea quædam seu fovea est sylvestrium ferarum, in quam indomitum hoc animal, ne tantum deinceps mundo damnum inferat, recludi & coërceri perpetuò debet. Secus enim, si illam liberam dimiseris, omnemque quocunque lubet eundi & circumvagandi licentiam ei dederis, nunquam bona mulier evadet, sed pessima semper valdeque noxia fera erit, quæ una cum tot aliis semetipsam pariter perdet.

Cælius lib 13. c. 33.

Rupertus Abbas.

D. Bernardinus.

5. Audite obsecro optimum quod Isaias Prophera bonæ cuidam matri suggerit consilium: *Filii tui de longè venient, & filiæ tuæ de latere surgent.* quasi dicere voluisset. Quantumvis filios tuos procul à te ad quemvis remotissimum locum dimiseris, cave tamen ne filias tuas à latere tuo procul submoveas: Filii etenim domo egredi, alienasque circumlustrare regiones poterunt, filiabus interea domi manentibus. Cur obsecro Propheta filiis duntaxat, non verò filiabus domo egredi & quocunque libet ire permittit? Quia nimirum solæ filiæ, non verò filii domum egredientes periclitantur, ideo domum egrediendi libertas indulgenda est maribus, non fœminis, utpote mox ut è domo egrediuntur mille malis incurrendis expositis. Ita locum hunc Oleaster explicat: *Admonentur hic fœminæ matres, ne sinant filias suas à suo latere discedere, ne malum aliquod incurrat. Vadant filii & de longè veniant, filiæ tamen ad latus sedeant, & ibi nutriantur.* David, qui filios sagittas appellat, filias figuram seu similitudinem templi nominat. De Filiis namque dicit: *Sicut sagitta in manu potentis, ita filii excussorum:* De filiabus autem alibi ait: *Filiæ eorum compositæ, & circumornatæ ut similitudo templi.* Qua diversitate allegorici nominis insinuare intendit, quod sicut filiis concedenda est libera procul à domo sua proficiscendi libertas, iidemque veluti sagittæ procul à domo sunt emittendi: ita filiæ domi suæ continere & coërcere se debeant, & ne ad unum quidem passum à muro domus suæ separari, haud secus ac lapis quidam esset quadratus ad templi fabricam adhibitus, qui templi muros aut parietes nunquam deserit, aut ab iis se sequestrat. Sagitta hoc fine facta est, ut ex arcu emittatur, & ad feras capiendas ejaculetur, lapis autem quadratus factus est, ut intra muros, quibus erigendis adhibitus est, constanter permaneat. Vir hoc fine à Deo conditus est, ut foris egrediatur, & pro commerciorum suorum aliorumque negotiorum domus suæ felici progressu platearum compita percurrat: Mulier autem ut domus suæ curam habeat, ideoque domi stare diligat, extra domum enim confestim perderet & non conservabitur.

Oleaster. in c. 60. Isaiæ.

Ps. 126. v. 4.

Ps. 123. v. 12.

Isaiæ 60. v. 4.

6. Deus optimus Max. rerum omnium conditor sicut mulierem infirmam condidit & debilem, ita virum fortem creavit & generosum. Unde fit quod hic *vir* à viribus sive fortitudine sua dicatur, illa verò *mulier* à corporis sui mollitie & debilitate. Ideo etiam prima mulier non è dextero Adæ latere, quod forte est, sed è sinistro, quod debi-

le est, formata fuit : *ut sciatur*, inquit Moyses Barcephas, *infirmioris esse naturæ*. Quodsi porrò scisciteris ex me voluerit is, cui Deus, qui virum fortem creavit, mulierem debilem condere voluerit? Rationem hujus hanc esse dicam : Quia nimirum Deus virum pro illorum negotiorum expeditione creavit, quæ foris extra domum agenda sunt, videlicet ad negotiationes & mercimonia, ad agriculturas, ad arma in bello tractanda, aliaque similia opera dura valde & laboriosa gerenda. Unde condidit, quia ad similia opera exercenda robore corporis & virium fortitudine opus erat, ideo virum fortem creavit & robustum. Mulierem verò debilem condidit & infirmam, quia illam ut domi sub umbra se coerceret, operibusque domesticis vacaret & attenderet, condiderat; Est hic discursus Xenophontis, in hæc verba loquentis: *Videtur mihi naturam mulieris ad curam intra domum suscipiendam, Deum protulisse, ideoque molliori corpore, ut intra parietes officium suum obiret: at viri corpus animumq; frigora, æstus, itinera, expeditionesq; tolerare constituisset, quapropter illi foris res agendas delegasse.* Eodemmet igitur tempore quo Deus mulierem condidit, eidem quoque ut domi se contineret, insinuavit, utpote periclitationem foris illi imminentem longè ante prospiciens.

Moys. Barc. de Parad. par. 1.

Xenoph. in Œcono.

7. In Esther Assueri Regis regia conjuge non minor fuit Corporis venustas & pulchritudo, quam celebres in ea fuere animi virtutes. Ipsa namque velut arca quædam Testamenti, deaurata erat tam intus quam foris, tam splendebat intus in anima, quam foris in corpore. Ex quo intus in corde suo solem habebat æternum animam suam illustrantem, purissimum quoque ei conveniebat corpus, quod ad Crystalli similitudinem intus splendescceret. Richardus à S. Laurentio acutè observat mulierem hanc ob corporis sui elegantiam & pulchritudinem adeo celebrem atque famosam *Esther* appellatam fuisse, quod *abscondita* interpretatur : *Esther, quæ tam pulchra describitur, interpretatur abscondita*, inquit prædictus author. Idque ut per hoc figmificetur nobis Reginam illam in tantum corpore & anima tenus pulchram fuisse, in quantum domi suæ manebat abscondita & reclusa, nec foris unquam nisi tarissimè conspiciebatur. Quodsi fortasse ambulationum fuisset amica, vagisque discursibus dedita, aut si ab hoc vel ab illo videri cupivisset, non solum non adeo pulchra, sed ne pulchra quidem futura fuisset. Aurum quod non absconditur, suum deperdit splendorem : facies soli frequenter exposita nigrescit, perditur, aut furto tollitur monile, quod è gaza seu thesauro suo frequenter extrahitur. Pulchræ picturæ velo cooperiuntur, ne ex aëris vehementia aut acrimonia, colorum evanescat elegantia.

Esther. 2. v. 7.

Richardus à S. Laur. l. 1. de laud. B.V.

8. Cur obsecro magnum illud patientiæ speculum Job primæ filiæ suæ, quæ post exantlatas à se tribulationes sibi nata fuerat, diei nomen imponere voluit? *Fuerunt ei tres filiæ*, inquit Moyses, *& vocavit nomen unius Diem.* Num fortè semper in domo illa nox & nunquam dies fuit, nisi postquam hæc sibi filia nata fuerat? Credo equidem id sibi sanctum hunc virum persuasisse, videlicet quod priusquam in domibus parentum nascuntur filiæ, tolerari quidem in eas tenebræ possint, sustineri quoque nox potest, quia securè parentes dormire & tuncos ducere possunt; Mox verò ut ipsis domi suæ filia aliqua nascitur, dies quoque inclarescere & semper continuari necessariò debet, tunc enim maxima vigilantia opus est, & ut parentes oculos semper apertos habeant, & ne ad horam quidem somno indulgeant. Quodsi tempore superiori fenestræ semper patulæ fuerunt, quia omnis suspicionis expertes, tunc à fabris claudi & obfirmari confestim jubentur. Quodsi antea quilibet sine discrimine in conversationis consortium in domum admissus fuit; nunc accurata habenda est cujuslibet domum ingredientis vel egredientis ratio. Jam enim dies illuxit, nox præteriit, dormire deinceps minimè licebit. Sint igitur semper patuli parentum oculi, non sinatur apertum domus suæ ostium, ne Dina foris erumpat & evagetur, neque cum publica totius parentelæ & cognati sanguinis infamia & ignominia domum redeat.

Iob. 42. v. 14.

9. Deus quondam cum Abraha colloquuturus descendens cum ante fores domus suæ eundem inveniset, post habitum variis

de

de rebus prolixum cum eo colloquium, tandem ipsum ubi Sara uxor ejus esset, interrogavit: *Ubi est Sara uxor tua?* Cui Abraham confestim respondit, Domine. *Ecce in tabernabulo est.* Etenim quod Deus Abrahamum ubi uxor ejus sit, interroget, meritò nobis ingentem dubitandi occasionem submministrat inquit S. Ambrosius. Nunquid fortasse, locum ubi uxor degeret ignorabat? Impossibile hoc est, quia tametsi Sara in occultissimo & secretissimo totius mundi loco abscondita fuisset, à Deo tamen ita abscondi minimè poterat, quin ubinam esset scire non potuisset. Cur igitur ubinam sit, interrogat, qui id jam ante clarè cognoscebat? Difficultatem hanc S. Doctor tandem relolvit dicens: Deum ex Abraha ubinam conjux ejus degeret, scisciratum fuisse, non quod idipsum ignoraverit; illam etenim domi esse optimè sciebat, sed ut Abraham ipsemet, illam domi esse responderet, ut nimirum per hujus responsionis doctrinam quilibet maritus, conjugem suam ad domus suæ custodiam coercendam esse ediscetet. *Non ignorabat Dominus, ubi Sara esset; sed docere nos vult, quantus pudor esse debeat fœminarum. Abraham auribus suis ingerit, in tabernaculo Saram degere, ut discas quid ab uxore exigas.* Meritò autem Abraham Saram conjugem suam domi continebat, utpote quæ ob pulchritudinem suam, pretiosissimum quoddam monile, id est, integerrimus Carbunculus erat. *Sara* enim *carbo* interpretatur. Talem namque gemmam extra domum multum versari minimè convenit, ne furto surripiatur. Quia etenim Deus illi semel ut in Ægyptum eam transferret præcepit, ipsa quoque à Regni illius Monarcha confestim per raptum violenter sublata fuit, & nisi Deus miraculosè eidem subvenisset, perpetuam passa fuisset honestatis suæ jacturam.

Gen. 18. v. 9.

D. Ambr. lib. 1, de Abrah. c. 5.

10. Ad idem propositum alium quendam ex cap. 11. S. Joannis desumptum locum observemus; ubi narratur, quod Martha & Maria Magdalena soror ejus, Lazaro earum fratre graviter & periculose infirmante nuntium quendam Christo obviam miserint, qui eundem de morbo fratris certiorem faceret, rogaretque ut veluti medicus excellentissimus ad eundem curandum atque sanandum venire dignaretur. aut verò in aliquale tristitiæ sublevamen, consolatorias aliquas ad ejusdem sorores literas transmitteret: *Miserunt sorores ejus ad eum dicentes: Domine, ecce quem amas infirmatur.* Circa quem locum meritò causam investigandam esse censeo, cur mulieres illæ, utpote quæ nobilissimæ & in parentum suorum aula summa cum civilitate curiosissimè enutritæ erant, jamque perfectam de tremenda Christi majestate notitiam habebant, intermedium quendam ad Christum nuntium expediverint? cum longè decentius fuerit illas in persona propria Christum convenire & sanctissimis Christi pedibus advolutas desideratam fratris sui sanitatem ab eodem efflagitare. Civiliores hac in parte meo judicio fuere centurio Evangelicus, & Archisynagogus, qui personaliter è suis palatiis discedentes Christum humillimè requisierunt, hic pro resuscitatione filiæ, ille verò pro servi sui salute. Veruntamen quisquis duarum harum sororum factum benè consideraverit, tandem inveniet, quod sicut duo prædicti magnates in eo, quod fecerunt omni sunt laude dignissimi, ita quoque duas hasce nobilissimas mulieres rem suam summa cum laude expedivisse. Hi namque viri, illæ verò mulieres erant; quas omninò dedecet eadem cum libertate & licentia extra domus suas vagari & discurrere, qua viri solent, utpote quæ domi suæ secretæ atque ab omnium oculis absconditæ esse debent. *Miserunt ad IESVM*, inquit Theophylactus: *quia mulieres erant, quæ non debent de facili domos exire.* Qua in re observandum, quod tametsi duas hasce sorores ardum quoddam magnique momenti negotium urserit, in quo nimirum non de salute, sed quod plus est, de vita agebatur fratris sui, à quo, quia unicus erat, tota earum totiusque familiæ suæ spes dependebat, indecorum tamen valdeque inconveniens esse existimaverint, ipsasmet è palatio ad Christum pro hac re obtinenda requirendum egredi. Quid igitur de vobis dicendum erit, qui ob leviss. mas nulliusque momenti causas, imò sæpè absque ulla causa extra domus vestras va-

Ioann. 11. v. 3.

Theophylactus in Cat. S. Th. in c. 11. Ioann.

gamini & obertatis? *Mulieres non decet de facili domos exire.*

11. De ſponſa, per quam quævis virtuoſa & honorata mulier intelligenda venit, Chriſtus in Canticis dicebat: *Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea.* Quæ verba cum obſcura ſatis ſint, meritò quærendum videtur, quidnam Chriſtus hiſce verbis innuere voluerit? Nimirum ſignificare voluit, eam domi ſuæ ſe conſtantiſſimè ſecretam & abſconditam continere, ne aliquando inconſideratè inde egrediens, pedem ſuum graviter vulneraret, prouti juxta Poëtarum fabulas Veneri accidit, quæ dum certi cujuſdam negotii cauſa domo ſua egrederetur, ſpinas pedi ſuo infigens graviter eundem læſit. Quis eſt, qui hujus mundi plateas ſpinas ſeminatas eſſe neſciat? *Vepres & ſpinæ erunt in univerſa terra.* Nunquam igitur pudicæ mulieris lilium ſecurum erit, quin ſi è domo egreſſum & inter ejuſmodi ſpinas immiſſum fuerit, non graviter lædatur, eoque coinquinetur ſanguine, quo Prophera ſe pollutum eſſe coram Deo lamentabatur, dicens: *Libera me de ſanguinibus Deus Deus ſalutis meæ.* Mulier domi ſuæ caſta eſt, extra domum verò de pudicitiæ ſuæ candore perdendo, vel contaminando periclitatur. Porrò Corallus in mari ubi naſcitur, creſcit, & commoratur, albus eſt & candidus, hunc autem candorem è mari extractus deperdit, & rubicundo ſeu ſanguineo colore imbuitur. Chinenſes quoque populi non alia de cauſa naram ſibi filiam in pedibus mutilant, quam ne foras è domo egredi, vagari, aut diſcurrere, ſeque ſanguine ſuo coinquinandi periculo exponere valent. Denique Ægyptii ob eandem cauſam mulieribus ſuis calceorum uſum interdixerunt.

Iſaiæ 7. v. 24.

Pſ. 50. v. 16.

12. Phidias ſculptor famoſiſſimus, ut de ipſo referunt Hiſtorici, Elienſibus Veneris ſtatum formaturus, ſub dexterum ſtatuæ hujus pedem, teſtudinem quamdam abjeciſſe dicitur. Quis autem cauſam enarrabit, cur excellentiſſimus hic ſtatuarius Deæ Veneris ſtatuam hunc in modum efformarit? Equidem eo id fine factum fuiſſe dicerem, ut nimirum per hanc Veneris figuram, mulieribus ipſas teſtudines quaſdam eſſe, aut ejus in ſe proprietates exprimere debere inſinuaretur, tum quia cum teſtudines ſerpentis caput habeant, per quod Chriſtus prudentiam intelligit, mulieres prudentes eſſe debent, cum hæc virtus mulieribus præ aliis maximè ſit neceſſaria, ob cujus defectum tot & tot mulieres hodie periclitari videmus. Debet proinde prudenter & circumſpectè conſiderare, quocum converſetur & agat, ut hac ratione ab imminentibus ſibi periculis, in quæ inconſideratæ & imprudentes communiter incidunt, cavere ſibi ſollicitè poſſit. Tum etiam ut illas ſilentii commoneat & memores reddat, cum valde ſint loquaces & garrulitati admodum deditæ. Natura namque cujus animali præterquam teſtudini vocem ſuam dedit, ſola teſtudo muta eſt. Verum enimverò inter omnia documenta moralia, quæ ſuprà nominatus ſculptor in hoc Hieroglyphico ad congruam mulierum inſtructionem exprimere voluit, primum eſt atque præcipuum, ut domum ſuam nunquam egrediantur aut deſerant, ſicut teſtudo domo ſua nunquam excedit. Hanc rationem ſicut & præcedentem Andreas Alciatus hoc verſu expoſuit:

Quodque manere domi, & tacitas decet eſſe puellas.
Suppoſuit pedibus talia ſigna meis.

Alciatus Embl. 196

Obſervandum quoque eſt Phidiam hanc teſtudinem non alicujus bonæ & honeſtæ fœminæ, ſed laſcivæ cujuſdam Veneris, luxuriæ omniſque carnalis ſpurcitiei Deæ pedibus ſuppoſuiſſe, per quod inſinuatur, ſolitarium domus ſeceſſum mulieri adeo eſſe neceſſarium, ut etiam inhoneſtæ cuivis mulieri, qualis Venus fuit, optimè conveniat. Moſci nullam aliam mulierem honeſtam & bonam eſſe credunt, quam quæ domi ſuæ recluſa & abſcondita manet. Unde mulieres ſuas adeo recludunt, atque cuſtodiunt, ut nemo ſit extetorum, qui illas ſe vidiſſe, gloriari poſſit.

Sigiſmund. lib. Moſc.

13. Ad mulierem quandam ſtultam, nec

quicquam boni intendentem proponendam, aptiùs magisque appropriatum adduci hieroglyphicum nequit, quàm nux. Nux enim à *nocendo* dicitur; & mulier adeò pernitiosè nocet, ut explicari non possit; ipsa namque paentibus nocet, nocet marito, & præ omnibus aliis sibimetipsi nocet, & Deo, qui illam creavit atque redemit. Unde sicut qui mulierem Italicè *Donna* appellavit, ad damnum à mulieribus causatum respexit, ita quoque qui mulierem nuci comparat, quantum ipsa noceat tacitè insinuat. Porrò quia mulier haud secus ac nux aliqua amara est, ideò de illa Sapiens dicere voluit: *Inveni amariorem morte mulierem.* Tanta namque est mulieris amaritudo, ut una sola omnes viros quotquot in terra fuerunt, sunt & erunt, amaricare potuerit. Denique sicut de nuce Ovidius Poëta latinus scribit, quod nucis juxtà horti alicujus sepem plantatæ fructus pro paucioti sui parte Domino suo cedunt, cum plerisque arboris illius nucibus transeuntes viatores fruantur:

Eccl. 7. v. 27.

Ovid. de Nuce,

Majorem Domino partem viator habet,

Ita quoque quotiescunque ignavus maritus vanæ suæ conjugi, ut totos dies fenestræ aut januæ domus curiosa adhæresçat, permiserit, nec illam uti decet in secretiori domus suæ angulo continuerit, reipsa minimam se in affectu conjugis suæ partem habere experietur, cùm potior talis mulieris affectus transeuntibus viatoribus adhæreat. Unde non est quod fenestram illam, in qua conjux sua totos dies transeuntes speculatur & prospicit, domum suam illustrare existimet, prouti aliæ fenestræ facere solent, imò potiùs domum suam obscurat, eamque, quam hactenus cum magna gloria domus suæ habuit, reputationem, bonamque existimationem adimit.

14. Fenestræ domuum, quas fœminæ incolunt, veræ fenestræ esse debent, non autem portæ aut januæ. Verùm dicat fortè aliquis, quænam sunt illæ fenestræ, quæ non fenestræ, sed portæ dici merentur? fenestræ nimirùm in humiliori domus parte collocatæ: sicut enim mulieres per ejusmodi fenestras videri se faciunt, & veluti per totidem portas vel januas in hominum notitiam abeunt, ita quoque per easdem aliorum ingrediuntur & admittuntur obtutus. Porrò fenestræ alio fine adinventæ non sunt, quam ut clariam domui lucem adferant. *Fenestra* enim dicitur, *quia lucem fœneratur*, ut vult Isidorus. Huic autem lumini domui communicando abundè prospicietur, si fenestræ in editiori domus parte collocentur, ubi lumen solis commodè ad totam domum ingredi, nec mulier intus habitans ab iis, qui foris sunt videri, aut videre eos poterit. Talem fenestram domus Deiparæ Virginis habuit, prouti in domo Lauretana clarè satis videtur. Per fenestras domus humiliores mors ingreditur: *Ascendit mors per fenestras*, inquit Jeremias, vita autem per easdem portas eodemmet tempore egreditur. Sicut enim honestas mulieris alicujus bonæ & virtuosæ vita est, ita eidem mors est inhonestas. Maledictæ igitur ejusmodi fenestræ, per quas mulier se sæpissimè conspiciendam præbet, unicè & solitariæ imputari debet mors talis subsecuta, & vitæ jactura. Unde lógè ingeniosi & honestiusque ædificatæ forent Christianorum ædes, si earum fenestræ non ad exteriores plateas, sed ad interiùs dirigerentur domus atrium, prout suas Turcæ fabricare consueverunt.

D. Isid. Ethym.

Quod si qui mulierem domi tuæ habes; quam optimè ab omni inhonestatis suspicione custoditam & liberam esse cuperes, vereatis, ne per fenestras damnosissimus ingredi possi suspitiorum à lascivis & carnalibus juvenibus emissorum ventus, qui utpotè exitiolum secum ignem adferens, maximum sæpè causare incendium solet, cura, ut fenestræ domus tuæ, quantum fieri potest parvæ sint & altæ, sic enim per easdem prospicere non valet, ipsa quoque videri, nec desiderari, aut suspiriis aliquibus demulceri poterit. Observabisque hac ratione peritorum Architectorum regulam, quâ præcipitur ut fenestræ, quæ in regionem, unde noxii & sanitati pernitiosi venti spirare solent, respiciunt, quantum fieri potest sint parvæ & in sublimi positæ.

Leon. Rupt. Architect. lib. 1. cap. 12.

15. Porrò quoniam S. Marcus Christum servatorem nostrum septem Dæmonia è Maria Magdalena pepulisse dicit, *De qua ejecerat*

Marci 16. v. 9.

ejecerat septem dæmonia, Sanctus autem Gregorius per septem hæc Dæmonia totam peccatorum turbam intelligit, quia *septenario numero universitas designatur*, operæ pretium erit, causam investigare, propter quam hæc peccatrix omnibus fuerit vitiis coinquinata? etenim quantum mihi fas est intelligere, radicem & causam originalem omniũ horum peccatorum, pessimã virorum faciem, fixis & irretortis oculis aspiciendi consuetudinem fuisse existimo. Nam postquam interiùs à Deo illustrata, à misera vita sua pristina resipuit, atque ad pedes Domini nostri humillimè prostrata, tot peccata à se commissa amarè deflevit, nunquam deinceps virum aliquem cujuscunque demum is conditionis esset, in faciem respexisse legitur, causamque, cur deinceps facere desineret, interrogata respondit, virorum vultus deinceps nunquàm intuebor, quia ex nimis curioso virorum aspectu, tot hactenus peccata infelix commisi. Id quod ex Hegesippo S. Vincentius hisce verbis refert: *Hegesippus Doctor antiquus dicit, quod beata Magdalena post conversionem nunquàm respexit homines in facie, nisi Christum, & interrogata de causa dixit: quod propter aspectum hominum fecerat tot peccata.* Quod si Maria Magdalena domi se solliciltè continuisset, atque à fenestris domus suæ se studiosè subtraxisset, nunquàm haud dubiè immersa fuisset in tantum miseriarum pelagus. Quia verò S. Doctor paulò post subjungit, id fortiter urgendum & prædicandum esse, *è contra mulieres, quæ quando sentiunt transire equos, faciunt se ad fenestras*, videri innuere procul dubio voluit, omnes mulieres, quæ januas domus sæpè frequentant, atque è fenestris continuò prospiciunt, inde quemlibet transeuntem virum imprudenter & curiosè nimis considerantes in continuo versari periculo, ne totidem Magdalenæ peccatrices & ipsæ infelicissimè evadant: Deumque ab illis exposcere, ut postquam à licentiosa vita resipuerint, sicut Magdalenam per vias inferni sunt consectati, ita quoque eandem sequantur per vias Paradisi. Et quidem quod si mulier aliqua, quæ ab aliis videri, videreque alios curiosè desiderat, singulari interveniente Dei misericordia pretiosum honestatis & pudicitiæ thesaurum, non perdiderit, reputationis tamen suæ, sive boni nominis & famæ odorem difficillimè conservabit, fiet enim ut curiosula talis transeuntium è fenestris speculatrix, lasciva audiat, tametsi revetà animo sit honesto prædita. De pudicitia Claudiæ Virginis Vestalis, Romæ in foro publico anceps & ambiguus hominum sensus & sermo erat, quia nimirum sæpiùs, quàm par erat, eleganter ornata, plateas obibat Romanas, ibidemque præter decorum, liberiora miscebat cum diversis colloquia.

D. Vincēt. serm de S. Maria Magdal.

16. In Indiis herba quædam prodigiosæ proprietatis nascitur, vulgò herba viva appellata. De qua naturalistæ referunt, quod quotiescunque vir aliquis ad eandem propius accedens illam intuetur, ipsa haud secùs ac si idipsum sentiret & videret, ne videri diutius possit, sensim & paulatim semet-ipsam restringit, & folia eam extrinsecus vestientia recolligens, se claudit, ut quasi pallio quodam tecta & cooperta esse videatur: sese autem iterum expandere, dilatare, & explicare incipit, mox ut vir talis discesserit, atque ab illius curiosa consideratione & aspectu cessarit; prout illam describit Majolus. Etenim herba isthæc longè diversæ est indolis ab ea, qua hodie imburæ sunt mulieres mundanæ, utpotè quæ in virorum præsentia constitutæ vultum suum, quem antea absconditum & velo obductum habebant, mox revelant & discooperiunt, ac nudam exhibent. Quæ sicut hæc herba viva appellari profectò nequeunt, cùm mortuas se esse testentur, divinæque gratiæ vitæ prorsùs expertes. Verè etiam mortuæ sunt, quia imminens sibi maximum bonum perdendi periculum non sentiunt, neque vident, quod tamen ob nimiam oculis indultam libertatem adsciscere & conciliare sibi facillimè possunt. Periculum istud Maria Magdalena vivacissimè sensit & formidavit, non quidem dum in peccatis mortua esset, sed postquam cælestis ejus magister Christus eam ab hac morte resuscitatam vitæ divinæ gratiæ denuò restituit.

Majolus de herbis pag. mihi 343. B.

17. In In libro Geneseos cap. 33. scribitur, quod Esau de fratris sui Jacob, uxorum item & filiorum ejus reditu certior factus, eidem ex quadam civilitate aliquousque

que obviam ire decreverit; cùm autem illum jam assecutus, de variis cum ipso rebus ultrò citròque contulisset, tandem curiosius illum interrogaverit, quænam essent eæ, quas in societate secum habebat mulieres, cùmque illas ex responso fratris sui Rachaëlem & Liam conjuges suas esse intellexisset, mox easdem velut cognatas suas peramanter est complexus & veneratus. Circà quam historiam meritò causa investiganda videtur, cur Esau mulieres hasce minimè agnoverit, quæ tamen utpotè proximè sibi cognatæ, suique fratris conjuges sibi familiarissimæ & notissimæ esse debebant. Porrò causa hujus, inquit Guilielmus Pepinus, hæc fuit, quia pudicæ & prudentes hæ mulieres facie procedebant obvelatâ: *Mulieres erant velatæ.* Quia igitur vetlo vultum suum obduxerant & occultârunt, ideo tametsi notissimæ essent, à cognato suo videri aut agnosci minimè poterant. Porrò mulieres hæ sanctæ erant, & tanquam tales ad honestatis suæ conversationem tanto cum studio attendebant, atque ne ab illo hominum viderentur, in ipsâmet etiam fratris proprii mariti sui præsentia, facie obvelatâ comparebant; ideoque herbæ vivæ erant, non verò mortuæ. Neque huic herbæ multùm absimiles sunt, quæ in Persida degunt mulieres. Refertur namque ab Historicis, quod dum certus quidam equestris ordinis à sereniſſima Venetarum Republica ad Regem Persarum destinatur Legatus, post habitam apud Regem prædictum audientiam, ad ipsam quoque Reginam Despinam, parentem sive cognatam suam honorificæ visitationis causa admitti petiisset, id ei absolutè denegatum fuerit; sub prætensa consuetudine. Persis solemnissima, qua mulieres ab omni virorum aspectu studiosissimè coërcent, adeò ut tanti apud Persas æstimetur, mulierem aliquam à viro quopiam visum esse, ac si manifestum commisisset adulterium. Unde dum una cum maritis suis per civitates nonnunquàm animi causa obequitant, vel obambulant, vultum suum certis quibusdam ex setis seu pilis equinis densissimè & solidissimè contextis rebus, quæ nullus possit penetrare, oculos obtegere & obvelare solent.

Guilielm. Pepin. in c. 33. Genes. lect. 1.

Cartrinus Zanus l. 1.

18. Quandoquidem Sapiens mulieris bonæ pretium ab ultimis finibus petendum esse dicit: *Procul & de ultimis finibus pretium ejus*; ideò ad certo agnoscendum talis fœminæ condignum pretium, operæ pretium erit, ut quinam & quales fines ejus sint, investigemus. Et quidem meo judicio hoc loco de domo sua loqui voluisse videtur, quæ duplices fines sive limites habet, partes scilicet domus exteriores, quales sunt artium; portæ, vestibulum, fenestræ &c. quæ ad domum accidenti primò obviæ sunt, & partes interiores, qualia sunt conclavia domus secretiora. Inter hos autem fines partes exteriores sunt fines primi, quia advenientibus primò occurrunt: interiora autem domus conclavia & cameræ sunt fines ultimi. Cùm igitur mulieris bonæ pretium ab ultimis finibus petendum esse dicit, innuere velle videtur, quod pretium ejus à suo in occultiora & intimiora domus conclavia secessu conjici aut æstimari debeat. Quod si enim mulier aliqua interiora domus suæ fastidiens, in primis domus suæ finibus, id est ad ostium seu ad fenestras domus otiosa & curiosa hærere & commorari gaudeat, aut velut vagabunda extrà domum discurrat & oberret, manifestum signum est, illam nullius prorsus pretii esse, nec quicquam valere, imò inhonestam & impudicam esse. Totum namque mulieris bonæ pretium, decus, & ornamentum in hoc consistit, quod solitarios domus suæ recessus diligat, seque à mundi oculis subducere studeat. Mulieres margaritis similes esse censentur. Margaritæ, quæ aquis innatant, minutæ sunt, viles sunt, nec quicquam æstimantur. Majores & pretiosiores, quæ uniones vocantur in profundissimis & secretissimis maris partibus degunt, atque à mundi oculis remotissimè distant. Mulieres item melli meritò assimilantur, cujus præstantissima portio non in ore, sed in fundo vasis consistit. *Procul & de ultimis finibus portio ejus.*

Prov. xxi. v. 10.

Macrob. lib. 1. Saturn. c. 12.

19. Romani olim certam quandam adorbant Deam, ut refert Macrobius, quæ Bona nominabatur, eaque, juxtà opinionem Varronis, mulier quædam fuerat, Fauni Regis filia, adeoque verecunda, pudica, & honesta, ut non solùm à nullo unquàm viro,

viro, ſolo excepto proprio marito, qui ſolus aſpectus faciei ſuæ compos fiebat, viſa, verum etiam è domo ſua egreſſa nunquam fuerit. Etenim Bonæ nomen ſibi meritò comparavit, quam nullus unquam hominum extra domum ſuam egreſſum conſpexit, difficulter namque bonam eſſe illam mulierem deprehendes, quæ domo ſua frequenter egredi gaudet, ſuumque maritum faſtidiens feneſtris affixa hæret, ut alios aſpiciendo ſeſe oblectet. Terra bona, quam Chriſtus Lucæ cap. 8. deſcribit, non *ſecus viam*, ſed procul à via conſtituta erat adeo, ut ideò bona eſſe dicatur, quia procul erat à via publica remota: quod ſi ſecus viam fuiſſet, malam, & non bonam illam dixiſſet, quia ab omnium fuiſſet tranſeuntium pedibus conculcata. Poſtquam columba ex arca egreſſa, ſalva denuò ad eandem rediit, virentis olivæ ramum in ore ſecum attulit, quaſi divinam celebrare miſericordiam volens, quod quæ vel ab aquis ſubmergi, vel & tanto luto coinquinari debuiſſet, ab omnibus tamen hiſce periculis ſibi imminentibus à Deo pientiſſimè fuerat conſervata. Porrò mulier, quæ arcâ domus ſuæ relictâ foraſque egreſſa, ſalva atque ab omni inhoneſtatis periculo libera in domum ſuam iterum revertitur, ſoli id divinæ miſericordiæ adſcribere debet, cui illam miraculosè ab ejuſcemodi periculis præſervare clementiſſimè complacuit, ideoque virentis olivæ ramum in ore ſuo ſemper deferre, id eſt, divinam miſericordiam celebrare debet.

Luc. 8. v. 5.

20. Verum enimverò quonam adhibito remedio efficere quis poterit, ut mulier domi ſuæ ſe contineat, omniumque aliorum hominum oculos declinet? certiſſimum id obtinendi remedium erit, ſi mulier talis ſuis exuatur & ſpolietur ornamentis, ſuperbiſque veſtibus, quibus antea induta, ſe ab omnibus videri arroganter gaudebat. Oleaſter Hebraicæ illius dictionis, quæ in ſermone latino *Armilla* interpretatur, & peculiare quoddam eſt mulierum ornamentum, originem inveſtigans, tandem deprehendit, illam à verbo *Saad* derivari, quod interpretatur *incedere*. Hoc autem nomine appellatur, non quod Armilla ambulet aut incedat, cum utpote ex auro formata, inſenſibilis ſit & immobilis, ſed quod mulierem ambulare faciat. Mulieres enim communiter, dum hoc vel quovis alio ſunt ornamento conſpicuæ, ut ab hominum oculis videri poſſint, domo ſua libenter egrediuntur & obambulant. Ac proinde, ubi ſemel ejuſmodi ornamentis privatæ fuerint, non ſolum foras egredi, aut per plateas diſcurrere non appetent, ſed nec amplius ad oſtium domus ſeu feneſtris adſiſtere volent. *Pleraque fœminæ, ſi auratos calceos & armillas, & fœnoralia adimas, purpuramque, & margaritas, domi manerent*, inquit Plutarchus. Pavo pennarum pulchritudine amiſſa, ab oculis hominum ſe ſubducit, luna amiſſo lumine, videri ſe non ſinit. Pictura, quæ propriis aut ultimis nondum eſt illuſtrata coloribus, publico hominum aſpectui non exponitur, ſed intra officinam aſſervatur. Sapientiſſima virgo illa, cui Thoar nomen erat, quæ triginta annis continuis inaudito miraculo recluſa permanſit, nec unquam toto illo tempore veſtes aut calceos geſtare voluit, cauſam, cur aliarum mulierum more veſtiri nollet, interrogata reſpondit: *ne cogar progredi.* Ea namque eſt mulierum indoles, ut cum malè veſtitæ & laceris veſtimentis indutæ, domiſe ſemper & ſtudiosè contineant, econtra dum ornatæ ſint & expolitæ ne unico quidem horæ ſpatio domi ſe coercere valeant, quia ornamenta illa, ut ab aliis videri poſſint, ad egrediendum & divagandum impellunt.

Plutarch. de log. com

Vita SS. Patrum l. 8. c. 138.

Oleaſt. in c. 33. Num

SERMO II.

IN DOMINICAM I. POST EPIPHANIAM.

THEMA:

Invenerunt illum in templo, ſedentem in medio Doctorum. *Luc.* 2.

ARGUMENTUM.

Sicut omnis mediocritas bona eſt, ita malus & noxius eſt quivis exceſſus.

CHriſtus Dominus noſter loco medio ſe ſemper ſpecialiſſimè addictum eſſe demonſtravit: naſci ſiquidem noluit niſi, media nocte, & in medio duorum animalium: moriri quoque noluit, niſi in meridie, & in duorum latronum medio ſuſpenſus: nunquam ferè cum diſcipulis ſuis tractabat, quin in eorum ſemper medio fuerit conſtitutus: terræ viſcera penetrant, in ſuo itinere nunquam ſubſtitit, donec terræ medium ſive centrum eſſet aſſecutus. Hodie denique cum Hebraicæ legis Doctoribus diſputans, in medio eorum ſedere conſpicitur. Unde S. Lucas de Beatiſſima Virgine Maria, & ſanctiſſimo ejus Sponſo Joſepho dilectiſſimum filium ſuum integro triduo ſummo cum dolore requirentibus dicit: *Invenerunt illum in templo ſedentem in medio Doctorum.* Porro Chriſtus medium diligit, quia vitæ lignum eſt in medio Paradiſi plantatum, ut quilibet fructuũ ejus æqualiter particeps fieri, manuſque ſuas ad eoſdem decerpendos facili poſſet negotio extendere. Medium quoque locum ſibi ſemper elegit, quia eſt ipſummet cor Dei, cor enim in medio corporis locum ſuum obtinet. Similiter quia verus quidam juſtitiæ ſol eſt, ideo ſicut ſol ut omnes æqualiter illuſtret, in medio eſt Planetarum repoſitus, ita quoque ut ſua inter homines dona æqualiter diſtribuat, in medio hominum ſemper eſſe voluit collocatus. Adhæc quia mundum hunc ſalubriter gubernaturus de cœlo deſcendit, ideo locum ſibi medium elegit, qui juxta conſilium Alexandro Magno ab illo quondam Indiano Philoſopho ſuggeſtum, ſoli debetur Principi. Similiter medium locum habere voluit, quia pacificator & mediator eſt Dei & [illegible]num. Præterea quia non tantum vir-

Luc. 2. v. 46.

virtuosus, sed & in abstracto ipsissima virtus fuit, in medio consequenter esse debebat, semper enim & ubique *in medio consistit virtus*. Ultimo denique, quia nos omnem excessum malum, omnemque mediocritatem bonam esse salubriter erudire voluit, ideò ab extremis procul recedens in medio se collocavit. Porrò ultimæ hujus doctrinæ veritatem in hoc discursu nostro plenius demonstrabimus; idque ut justè redarguam illos, qui relicto medio extrema diligunt, & mediocritatem odio habentes, excessum volunt.

2. In sermone, quem divina sapientia incarnata, coram discipulis suis in monte de octo beatitudinibus habuit, proximus post justitiam locus misericordiæ attribuitur; postquam enim dixisset: *Beati, qui esuriunt & sitiunt justitiam*, confestim subjungitur; *Beati misericordes*. Quidnam obsecro Dominum & Servatorem nostrum permovit, ut post justitiam, mox misericordiam adjicere quoque voluerit? nimirum ut per hoc insinuaret, curandum nobis esse, ut dum justi simus, misericordes quoque esse non intermittamus? justitia namque extra misericordiæ societatem nunquam esse debet, nihil enim prodest in una manu gladium tenere, nisi in altera panem habeamus, siquidem tam virgâ & baculo patris, quàm matris indigemus uberibus. Nec cordi nostro vitio vertitur, si ex una parte saxeum fuerit, dummodò ex altera parte carneum existat. Hæ namque duæ virtutes à se invicem disjunctæ, sæpè non virtutes sed vitia existunt, maximè in iis, quibus mundus gubernandus committitur, qui si unam harum virtutum sine altera habuerint, non solùm non prosunt, aut quidquam utilitatis præstant, verùm etiam summè pernitiosi esse comperiuntur, haud secùs ac planetæ, qui congruè sibi mutuò associati benevoli, dissociati verò atque ab invicem divisi, maligni existunt. Sicut enim justitia sine consortio misericordiæ, non justitia, sed crudelitas est, misericordia à justitiæ societate destituta, non misericordia, sed relaxatio esse censetur. Audite hac de re loquentem S. Antoninum: *Rectè post justitiam imponitur misericordia, quia ita conjuncta sunt, ut una altera debeat temperari: nam justitia sine misericordia crudelitas, & misericordia sine justitia est remissio & dissolutio.* Cavendus semper est excessus, ut homo, nec nimium justus, nec nimium inveniatur benignus. Ita exercere justitiam debet, ut non sit immemor misericordiæ; neque laudabilis erit misericordia, si eandem justitia non subsequatur, omne nimium noxium, omnisque excessus vitium est, & non virtus.

Matth. 5. 6. & 7.

D. Anton. tom. 1. tit. 7. c. 6.

3. Auscultari omninò merentur verba illa, quibus Deus populum Hebræum per os Isaiæ Prophetæ alloquitur dicens: *Quare appenditis argentum non in panibus?* quasi dicere vellet, pecuniæ vestræ pro nulla re alia, quàm ad panes comparandos erogandæ sunt. Paradoxum profectò videtur hoc Dei consilium: quid enim mali Judæi faciebant, quod panè aliisque ad vitæ sustentationem necessariis rebus comparatis, suos quoque in alios licitos usus, pecunias expenderent, ut propter hoc à Deo coarripi mereantur? imò verò rem pessimam faciebant, dum divitias suas in alium finem, quàm in coemendum panem expendebant. Nemo enim pecunias suas in superflua, sed ad necessaria tantùm comparanda debet prodigere, quæ omnia solo panis nomine intelliguntur. *Noverat optimè hominum factor*, inquit Oleaster: *homines plura in superfluis, quàm in necessariis expendere, ideo eos de hac vanitate admonet, ut sola utilia & necessaria emant.* Superflui sumptus ab hominibus in res inutiles adhibiti, Deo summoperè displicent. Dolet denummo in tot mundi vanitates Deo & saluti nostræ contrarias collocato, in tot vestimentorum diversas species conficiendas, in sustentandos tot servos, tot Ephebos, in tot canes alendos, in tam pretiosa tapetum aulea texenda, aut in mensas tot ferculorum diversitate & multitudine onustas impensio. Tantus sumptuum excessus ab altissimo reprobatur, cui gratius utique futurum foret, si id, quod pro tot canibus, tot quoque viris & multerculis ipsis etiam canibus deterioribus alendis inutiliter quotidiè prodigitur & dissipatur, inter pauperes largâ manu erogaretur; mallet pecunias illas, quæ ad vestiendos pretiosis aulæis parietes, vel mulas contegendas sine numero & modo quotidie consumuntur, vel

Isaiæ 55. v. 2.

Oleast. in c. 55. Isaiæ.

ad

ad vestiendos nudos, vel ad exornanda in templis altaria vel oratoria adhiberi.

4. Etenim semper cupidus & curiosus fui intelligendi, quidnam Regius Propheta David illis Psalmi 41. verbis significare voluerit, dum inquit: *Abyssus abyssum invocat*, q. d. una abyssus semper conjuncta est cum altera; nunquàm una sola progreditur, quin secum semper trahat alterius abyssi sequelam, haud secus ac nox, quæ cum tenebris semper consociata incedit. Semper inquam, hic scripturæ locus valde obscurus mihi visus est, nec verum ejus sensum intelligere unquam potui, nisi fortuitò in pulchram quandam incidissem à S. Bernardino adductam loci hujus explicationem; qui per primam abyssum superfluos intelligit hominum mundanorum sumptus, per alteram verò nimia, quæ priorem abyssum semper comitantur, commissa latrocinia: *Abyssus*, inquit, *abyssum invocat, planè abyssus expensarum abyssum invocat impiorum lucrorum.* Quod si homo semel in domum suam nimiarum expensarum abyssum admiserit, ingentium quoque furtorum abyssum pariter admittere debebit; tanti namque sumptus sine totidem rapinarum consortio minimè procedunt; sine magno igne excitati prorsus nequit ingens incendium; magnam stragem magna consequitur mortalitas: adhoc ut integer hominum populus vestiatur, necessum est, ut integer ovium grex occidatur & decortietur. Cum ingenti cuidam sumptuum abysso lucra justa & licita satisfieri nequeat, necessum est, ut dissipator alteri cuidam hortendarum rapinarum, usurarum, furtorumque abysso accumulandæ graviter studeat. Atque ideo mirum non est, si miseri & desolati subditi pauperes, nudi & tantùm non fame enecati videantur, quando illorum Domini tantos quotidiè sumptus inutiliter prodigunt & dissipant, quorum nimius excessus tantum post se malum trahunt, quod tamen ab integra quadam populi ingentis universitate acerbissimè defletur: *Abyssus abyssum invocat.*

Psal. 41. v. 8.

D. Bern. p. 4. de vita Christi serm. 1. art. 1. c. 1.

3. Verùm enimverò, dicere fortassis mulier aliqua poterit: fateor equidem, quod pro me debitè vestienda & ornanda incredibiles sumptus impendam, quodque pro comparando auro, argento, monilibus aliisque rebus pretiosis ingentem consumam pecuniarum abyssum; verumtamen non memini, quod pro comparandis mihi ejuscemodi superfluitatibus, vel minimum impenderim denarium, qui meus non sit. Huic igitur respondeo, valde decipi eos, qui superfluitates suas sub vano ac frivolo rationis hujus prætextu salvari aut excusari posse credunt. Nam pecuniæ illæ, quas ejusmodi superba mulier in tot vanitates impendit, verè suæ non sunt, sed aliorum pauperum nimirùm & egenorum, qui nudi & laceri incedunt, imò præ fame mori coguntur. Quicquid enim ab aliquo ultra necessitates expenditur, furtum est, rapina est; Audi hac de re loquentem Isidorum Clarium; *Dum infinitam pecuniam in vestes, in varium ornatum, summaque muliebrem mundum, insumit, quâ pecuniâ alii possent pauperes, nonne furari ea, quæ ad Christum & ejus fratres pertinent meritò sunt dicenda.* Imò si pecunias illas, quæ tanto excessu in tot hodie vanitates & superfluitates expenduntur & consumuntur, nihil ab illa pecunia differre dicerem, quas in sylvis latrones, illatâ innocentibus viatoribus violentâ morte, rapiunt & furantur, à vero minimè aberrarem. Eo ipso enim, quo mulier talis denarium illum, quem in tot vanitates jam prodegit, adhibere debebat nudis pauperum corporibus tegendis, nutriendis famelicis pauperibus, & non fecit, sed potiùs illos, tum præ frigore, tum ex fame miserè perire permisit, homicida facta est, quæ non solùm alienam pecuniam veluti rapinam violenter deprædata est, verùm etiam tot homines occidit, quot ex ipsius inclementia & crudelitate interiisse noscuntur? *Non pavisti*, inquit Ambrosius, *occidisti.* Videat igitur mulier hæc, quæcunque tandem illa sit, qualiter tot sumptuum abyssus abyssum invocet æternæ damnationis, eo quod quæ sibi superflua erant, miserabilium personarum non impenderint subsidio.

Isid. Clar. in Luc. orat. 56.

D. Ambr.

6. Mox ut Dæmon Redemptorem nostrum tanto tempore junantem conspexit, tum certiorem se redderet, num fortè uti suspicabatur, filius Dei esset, tum ut illum

casu quo Deus non esset, ad peccandum & Deum offendendum induceret, consilium ei lapides in panes transformandi, suggerere & persuadere voluit, dixitque: *Dic ut lapides isti panes fiant.* Veruntamen non solùm non fuit in sua propositione exauditus, verùm etiam summè confusus, hoc ab eo responsum retulit: *non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei.* Circà quod Christi responsum scire percuperem, num si Christus simplex homo fuisset, non verò Deus & homo simul, uti tunc erat, & panis necessitate, quam in desertis illis locis post tam prolixum jejunium patiebatur, coactus, unum è lapidibus adductis in panem transformasset, per hoc peccaturus, Deumque offensurus fuisset? videtur enim quod non, famelicus enim panem suum quâcuque tandem viâ quærendo nequaquam peccat, potest enim in extrema necessitate constitutus, illum cum manifesto mortis periculo non tantùm inter saxa quærere, verùm etiam rapere, & à quocunque violenter auferre, si possit; & in tali casu, quia necessitas id, quod alteri proprium est, commune esse facit, non peccat; neque enim rapuisse dicendus est, qui suum ex alienis manibus tollit. Respondeo igitur, hoc totum quidem optimè dici, attendendum tamen esse, quod Dæmon Christo non dixerit: *Dic, ut lapis iste panis fiat,* sed *Dic, ut lapides isti panes fiant.* Neque enim Dæmon unicum tantùm saxum à Christo in panem transformari cupiebat, verùm omnia, quotquot eo in loco aderant saxa & lapides. Optimè namque sciebat, quod licet famelicus, unicum duntaxat panem, vitæ suæ necessarium procurando, non peccet; valdè tamen Deum offendat, si multos sibi etiam non necessarios procurare satagat. Ita hac de re Theophylactus discurrit, dicens, *Non dicit, ut lapis iste panis fiat, sed lapides; volens Christum ad superflua instigare: esurienti enim panis sufficit.* Astutus namque serpens perspicuè intelligebat, quod sicut virtus in mediocritate, ita vitium in excessu consistat. Salvat, animamque beatificat mediocritas: *medium tenuêre beati*: excessus verò in infernum præcipitat, torquetque damnatos. Dives Epulo in infernum sepultus est, non quia se vestivit, sed quia se vestivit superflue, nec quia manducavit, sed quia nimium comedit & bibit. Sic quoque Cardinalis ille S. Hieronymo admodum devotus, postquàm aliquot antè diebus fuerat mortuus, per hujus glorioſi Doctoris merita ad vitam denuò miraculosè rediit, summo Pontifici, teste S. Cyrill ad S. Augustinum, dixit: *Per vestium & ciborum, quibus hactenùs usus eram, nimiam superfluitatem, tartareis cruciatibus damnatus fueram, &c.*

Matth. 4. v. 4.

Theophyl. in cap. 4. Matth.

D. Cyrill. Hieroſol. Auguſtin.

7. Nolo hic in medium adducere filiorum Patriarchæ Jacob adversus Josephum fratrem suum detractiones, odia, persecutiones, conjurationes: scitis enim, quàm vehementer illum oderint, & persecuti fuerint, adeò ut indubitanter illi necem intulissent, nisi unus eorum compassione in fratrem suum commotus, horrendum facinus istud ipsis dissuadere modis omnibus fuisset conatus. Verùm quænam fuit tanti in cordibus illorum, adversus propriam carnem & sanguinem cumulati odii causa? nimirùm superfluus Patris in Josephum affectus; quia Jacob, ut Moyses inquit, Josephum plus omnibus aliis fratribus dilexit, hinc ingens exortum est in reliquis odium: *videntes filii ejus, quod à patre plus cunctis amaretur, oderant eum, nec poterant ei quidquàm pacificè loqui.* Nimiùm ille amoris excessus præcipua fuit ærumnarum subsequentium causa. *Amare liberos dulce*, inquit in hunc locum Sanctus Ambrosius; *& impensius amare pradulce, sed frequenter amor ipse patrius, etsi moderationem teneat, nocet liberis.* Excessum igitur vitiosum esse adeò verum est, ut nonnunquam id quoque quod justum & rectæ rationi consentaneum est, si à mediocritate recedens in excessum abeat, plurimorum causa sit & origo malorum. Quot hodie parentes vivunt, qui nimio ergà filios suos affectu cogente ad hoc ut filios suos locupletent, & ad honores & dignitates extollant, Deum gravissimè offendunt, & in infernum æternaliter damnari nequaquam metuunt? imò ex eo, quod omnis excessus malus sit, & peccaminosus, ostitur, quod ipsum mere etiam peccatum à latinis excessus appelletur.

Gen. 37. v. 4.

D. Ambr. l. de Joſeph. c. 3.

Potrò

2 Porrò ut Deus maritum amorem suum erga conjugem omninò necessarium esse edoceret, eandem mulierem ex costâ quadam cordi valdè conjuncta & vicina creare voluit, eique ut Patre & matre relictis uxori suæ adhæreret præcepit: *Relinquat homo patrem suum & matrem suam, & adhæreat uxori suæ.* Ex quo maritus & uxor conjuges dicuntur, quasi simul inter se conjuncti, necessarium est, ut tenerrimè se mutuò diligant; nunquam enim duo perfectè adinvicem unientur, nisi ad illos vivendos amoris conjugalis affectus intermedier. Solus amor duo corda inter se unire potest, sicut ignis duo diversa metalla inter se conjungit & unit. Porrò hic mutuus inter conjuges amor adeo est necessarius, ut maritus vir nominari non possit, nisi uxorem suam diligat. *Vir* enim, quod est nomen mariti, apud Hebræos à verbo, *iis*, quod ignis interpretatur, nasci dicitur, quasi maritus ignis esset, & amoris igne erga conjugem suam deficiente, maritus non esset. Enimverò sicut maritus uxorem suam non diligens maritus non est, ita neque maritus erit, si nimis excessivè & immoderatè eam diligat. Quid ergo erit, si maritus non sit? Adulter erit: *Adulter est in suam uxorem amator ardentior*, inquit S. Hieronymus. Quâ stulta & erubescenda nonnunquam fieri videmus à maritis uxores suas nimis ardenter amantibus. Ex horum numero nonnemo erat, inquit Seneca, qui domo suâ nunquam egrediebatur, nisi conjugem suam cingulo quodam ad latus sibi haberet adstrictam & alligatam, quasi avis aliqua fuisset, quæ avolare aut ab oculis effugere, aut è manibus elabi potuisset. Alius quidam mulieris sputum vel salivam publicè ex ore lingebat ad medendam & leniendam gulæ suæ asperitatem. Plures alii Dei prorsus obliti, conjuges suas veluti Deas adorarunt: Ignis excessus ad nihil unquam boni conducit, sicut enim ignis moderatus domui valdè est utilis, ita excessivus & immoderatus eandem comburit & disperdit.

Gen. 2. v. 24.

D. Hier. adv. Iovin.

3 Cræsus quidem futurum sperabat, ut à Solone, qui omnes regni sui divitias, omnes gemmas, tantam auri & argenti quantitatem, omniaque alia, quæ mundus in summo pretio habet, viderat, fœlix deprecandus esset: verum valdè eum spes sua fefellit: omnibus quidem Cræsi aulicis Solon stolidus & insipiens esse credebatur, qui Regem illum non censeret felicissimum, in cujus facultate & potentia tot comprehendebantur regna, tot vasalli & subditi, tot urbes & oppida, tot thesauri & similia bona, quæ secundum æstimationem humanam hominem in hac vita felicitant. Verum stolidi potius censendi erant, qui Soloni non consentiebant; meritò enim Solon Cræsum excessivè divitem, minimè judicabat esse felicem, probè sciens, humanam felicitatem non in excessu, sed in mediocritate bonorum consistere. *Solon*, inquit Aristoteles, *felices rectè fortassè definit, cum inquit, eos esse, qui externis rebus mediocriter fuerint instructi.* Homo per divitiarum humanarum excessum infelix, non verò felix reputatur. Nemo enim ignorat, quod possessionum amplitudo & copia ad aliud nihil conducat, nec aliud homini pariat, quam infinitas cogitationes & obligationes omni hora illum turbantes & affligentes, ad invidiam alios concidat, invitat latrones, omniaque alia mala secum trahit, in quibus humana infelicitas indubitatè consistit; à quibus omnibus verè immunis & liber est, qui ea duntaxat, quæ ad vitam suam necessaria sunt habet & possidet. Pauper ille sutor quondam cantabat, seque felicem esse censebat, quando ea, quæ familiæ suæ necessaria erant, domi suæ videbat; qui tamen postea dum invento thesauro quodam factus est dives, tantum dimisit, ac deinceps curis & sollicitudinibus ingentibus angi & discruciari cœpit; adeoque quem mediocritas felicem fecerat, excessus seu superfluitas amaricabat, omnique gaudio destituebat.

Aristot. lib. 1. Moral. cap. 8.

10. S. Petrus quondam Christum hisce verbis affabatur: *Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te, quid ergo erit nobis.* Cui Christus respondit: *Vos qui reliquistis omnia, & secuti estis me, centuplum accipietis, & vitam æternam possidebitis.* quasi diceret, quia cunctas facultates vestras propter me dereliquistis, pro singulis relictis centum pro uno accipietis, pro una nimirum nave centum naves accipietis, pro una domo

Matth. 19. v. 27.

centum domos, & sic de aliis. Veruntamen dicat aliquis : Hæ promissiones à Christo Apostolis minimè præstitæ & exsolutæ esse videntur, siquidem nunquam deinceps postquam omnia reliquerunt, locupletes, aut bonorum temporalium abundantes facti fuisse videntur, cum tamen juxta largam Magistri sui promissionem potioris mundi partis domini facti esse debuissent. Respondeo igitur : Ita quidem primo intuitu videri, verum rem melius considerando, illas omninò verificatas & adimpletas esse, fatendum erit. Postquam enim Apostoli omnia, quæ habebant aut habere poterant dereliquissent, pro recompensatione hujus obsequii, omnia acceperunt, quæ sunt in mundo, inquit S. Bruno, id est, omnes hujus terræ divitias, & quicquid pretiosi in mundo desiderari poterat, siquidem dum ea illis data fuere, quæ ad vitæ necessitatem eis sufficiebant, omnes acceperunt patiter mundi divitias, & plus quàm centum pro uno. *Quia ipsa sufficientia, pluſquam centuplum reputatur, ſuſceperunt igitur ſancti non ſolum centuplum, ſed pluſquam centuplum : major eſt ſufficientia omnibus divitiis, qui ſufficientiam habet, omnes & pluſquam omnes divitias habet, ille ditiſſimus eſt, cui ſua ſufficiunt*, inquit sanctus Patriarcha. Non facultatum & bonorum temporalium excessus, sed mediocritas locupletat : pauperem potius, quàm divitem facit hominem bonorum affluentia. Cum enim verum sit, quod divitiæ haud secus ac aquæ, *quo plus sunt potæ plus sitiantur*, quanto homo locupletior fuerit, tantò magis locupletari desiderabit ; atque ideo tantò minus dives erit cum divitiæ habitæ aliarum habendarum sitim adaugeant ; sicut is, qui sanitatem desiderat, minus sanus est alio, sanitatem non desiderante. Non minus igitur æstimanda est locupletans mediocritas, quam ad incitas extremamque paupertatem redigens excessus.

D. Bruno de Nom. Eccl. c. 7.

11. Divinus Chronista Moyses Jacobi Patriarchæ mortem referens, dicit: *Deficiens mortuus est in senectute bona, provectæque ætatis & plenus dierum.* Quia verò ubi vulgata nostra legit : *plenus dierum*, alii vertunt *satur dierum*, aliquid dicere videtur, quod vix aliquam habet sui verisimilitudinem. Quis enim unquam in hoc mundo plenus dierum mortuus esse inveniretur, qui non plures vitæ suæ annos desiderarit, tametsi etiam centum & centum annis vixisset? Tanta est in omnibus nobis longioris vitæ fames & appetitus, ut ne unus quidem in mundo visus sit, qui vivendi satur fuerit. Melle dulcior est vita hominis ; tametsi enim mel omnium, quæ in mundo sunt, dulcissimum sit, attamen immoderatè sumptum non solum satiat, verum etiam nauseat, vita autem nostra quantumvis longa & prolixa sit, nunquam tamen satiat, multò minus nauseat, adeo enim homo semper vivere enixè desiderat, ut si in sua esset potestate, mori nunquam vellet. Quod cum ita se habeat, qui fit igitur, quod sanctus hic Patriarcha satur dicatur esse dierum, quorum nullus adhuc unquam satur fuisse visus est? Accidit id S. Patriarchæ, quia vir sapiens erat & virtuosus. Homini sapienti ita mediocritas placet, utpote quam valde sibi bonam esse egnoscit, quantum excessus utpote valdè pernitiosus displicet. Sufficiebat Patriarchæ huic vita ista, quam devixerat, satur & contentus erat diebus illis, quos ei Deus dederat. Hujus Patriarchæ exemplo, inquit Oleaster, *debent ſenes vita ſaturari, neq; velle in æternum vivere.* Excessus vitæ, & avida dierum gula, malum est maximum, quod magna quoq; mala secum infert. Dum enim homo semper vivere desiderat, & nunquam mori, Paradisum non appetit, neque finem illum ad quem Deus illum creavit, & vita donavit, assequi prætendit; potius inter bestias terræ commorari, quam Angelorum, aliorūque beatorum cœlitum consortio frui concupiscit, potius perpetuò miser, quàm æternaliter beatus esse elegit.

Gen. 25. v. 8.

Oleaſter in cap. 25. Gen.

12. Rupertus Abbas Tuitiensis verba illa capitis 3. Genes. optimè considerat, quibus dicitur, quod Deus Adamum post manducatum pomiū vetitum, & divini præcepti prævarication em è Paradiso exturbare voluerit, ne deinceps de arboris vitæ fructibus degustare aut manducare posset : *Ne forte mittat manum ſuam, & ſumat de ligno vitæ, & comedat, & vivat in æternum; emiſit eum Dominus de Paradiſo voluptatis.* Idque à Deo, infinita pietate intimaque erga

Gen. 3. v. 22.

cen-

miserum hominem compassione commoto, vult esse factum. Veruntamen si rectè consideremus, non ideo id factum esse videtur, id namque non ex pietate & compassione erga miserabilem hominem, sed ex ira & furore, quo cor ejus ob peccatum commissum ardebat, factum fuisse evidenter constat. Quis enim non videt miserias misero addere, non pietatis, sed iræ Divinæ opus esse. Porrò cum Deus Adamum in tot maledictionum pelagus infeliciter lapsum insuper consolatione illa privare voluerit, quam in arboris vitæ fructibus invenire poterat, utpote per cujus esum tam evitare mortem, quam vitam suam perennare poterat, certè non se erga hominem pium & benignum, sed iracundum & vindicem exhibuisse dicendus est. Verum enimverò, ut prædictus venerabilis Abbas dicit, ita quidem prima facie esse videtur, verè tamen ita factum non est; non enim hæc Adami è Paradiso ejectio opus est iræ, sed pietatis Divinæ, & quidem pietatis immensæ. Deus enim majorem erga miserabilem Adamum pietatem exhibere nequaquam poterat, quam dum illum è paradiso exturbabat, & fructuum arboris vitæ esu subitò privabat, mox ut in tantas calamitates inciderat. Quodsi enim Adam in tantas miserias & calamitates redactus, fructus illos gustasset, seque illorum virtute, qua fructus illi prædicti erant, immortalem fecisset, futurus fuisset æternaliter miser, semper & sine fine infelix & afflictus. Et miseriæ ejus, quæ antea per mortem habere remedium poterant, irremediabiles postea factæ fuissent. *Quid enim*, inquit Rupertus, *si cum talis factus esset, viveret in æternum? Iam enim miser factus, si æternus quoque fuisset, quid nisi miseriam æternam habuisset? Iam enim malum quidem esset temporale esse, sed pessimum est, æternum esse.* Ecce quantum malum excessus vitæ adferre secum soleat, excessus vitæ, quem homo appetit, dum semper vult vivere, ad perpetuam hominem miseriam perducit, adeo ut ex temporaliter infelice perpetuò miser evadat. Homini igitur dies eidem à Deo concessi sufficere debent, mediocritas enim bona est, immoderatio autem mala, quia multa mala secum subinfert.

Rupertus in Genes. lib. 3. c. 29.

13. Talis equidem ac tanta est Angelorum pulchritudo, ut S. Joannes Apostolus quendam Angelorum quondam videns, illum veluti Deum quendam adoratione dignissimum, adoraturus utique fuisset, si id ei ab Angelo fuisset permissum: Econtra verò talis quoque ac tanta est Dæmonis deformitas & turpitudo, ut faciei Diabolicæ aspectus, ne per unicum quidem tolerari minimum momentum possit. Unde Seraphicus Pater meus Fratri & Sodali suo Ægidio de Dæmone ejusdemque aspectu loquens dicere non dubitavit: *Nullus potest sustinere eum per medium Pater noster donec diceretur, quin statim moreretur, nisi Domini subsidio adjuvaretur.* Porrò ratio, cur Angeli ad Christum post ejus cum Diabulo in deserto habitum certamen, de cœlo descenderint, præcipua hæc est, quia nimirum oculis Christi exturpissimi Dæmonis afflictis & perturbatis, aspectus sui pulchritudine aliquam adferre consolationem & recreationem voluerint, inquit Paulus de Palatio, quia sicut Dæmon est omnium horrendissimus, ita Angelus econtra pulcherrimus esse noscitur: *contraria contrariis curantur.* Verum enimverò quandoquidem Dæmon priusquam per lapsum suum Dæmon fieret, Angelus Dei fuerit, & consequenter non minus pulcher fuerit, quam nunc est deformis, quænam est amissæ hujus tantæ pulchritudinis causa? unica hujus infelicitatis & jacturæ suæ causa est, quidam pulchritudinis suæ desideratus excessus, quia nimirum pulchrior esse ambiebat, quam de facto esset. Quia enim superbus hic spiritus Angelicæ naturæ excellentiâ minimè contentus, Deus fieri voluit, ideo non solum ad Deitatem nunquam pervenit, verum etiam Angelus esse desiit factus Dæmon: *Qui plus quærit, quàm licet, minus erit, quam est*, inquit Fulgentius. Quot in hoc mundo homines inveniuntur, qui quod plus est voluerint, quam quod sunt, id quoque quod de facto habent, esse aut habere desinunt? Quot sunt Principes, qui aliarum regionum aut regnorum Dominos se facere cupientes, principatu proprio amisso facti sunt servi? Quot sunt hodie, qui dum possessionem aliquam bonam habent, aliam insuper per fas & nefas prioribus divitiis adjice-

Barthol. Pisan. Conform. lib. 1. fruct. 7. parte 2.

Paul. de Palat. in cap. 4. Matth.

Fulgent. in Mythol.

adjicere cupientes, litem intentant, & unà cum lite perdunt & amittunt omnia, quæ possident? Quot reperiuntur mulieres quæ cum mediocriter pulchræ essent, attamen ut pulchritudinem suam adaugerent, faciem suam stybio & cerussa aliisque similibus rebus depingentes, turpissimæ evaserunt? Non sine causa Templi Delphici portis aureis inscripta literis hæc verba erant: *Ne quid nimis.* Icarus nimis sublimè evolare contendens, ex homine factus piscis, in arena postea sepultus fuit. *Qui plus quærit, quam licet, minus erit quam est.*

14. Author operis imperfecti acutè observat, quod sapientia incarnata nostrum nos panem petere docens, hanc nobis petitionem perscripserit: *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie:* Et quidem licet videri nonnemini posset inquit hic author, verbum illud *quotidianum*, in hac petitione circa ullam necessitatem additum esse, siquidem sufficeret dicere: *Panem nostrum da nobis hodie*: attamen dictionem illam melius consideranti patebit, eandem orationi nostræ valde necessariam esse; nobis enim non solum opus est panem à Deo postulare, verum etiam panem quotidianum & ordinarium. Sæpè namque accidit, quod sicut panis ordinarius multum nobis proficit, ita extraordinarius valdè noceat. Voluit proinde Christus hac adjecta dictione monitos nos, ut à damno, ab insolitis epulis emergente, nobis sollicitè caveremus. Sunt enim nonnulli Epulones adeo gulosi, ut non ordinarium, sed exoticum panem ad manducandum sibi præeligant, non eum, quem pro corporis sustentatione Natura expostulat, sed quem gula appetit, atque luxuria: *Addidit quotidianum, ut luxuriosos cibos componat, ut tantum quis manducet, quantum ratio naturalis exigit; non quantùm lascivia carnis impellit.* Etenim quâ pernitiosus sit cibus superfluus, quis sufficienter explicabit? Adam quia plus solitò manducare voluit, è paradiso exturbatus atq; in præsentium ærumnarum tristemem condemnatus à Deo fuit. Propter crapulam totus mundus in Aquis diluvii submersus fuit: Sodoma igne cœlesti conflagravit, Dives denique Epulo ad æterna redactus est Inferni incendia. Ex nimia crapula, & intemperantia pueri fame emori cogunturi mille committuntur usuræ, sequuntur totius terræ depopulationes, deflorantur virgines, aliisque longè majoribus peccatis Deus communiter gravissimè offenditur.

Luc. 11. v. 3.

Auth. op. impref. Hom. 14.

15. Deus quondam homini per os Nahum prophetæ sui dicebat: *Intra in lutum, & calca, subigens, tene laterem.* Et quidem quia tam per lutum, quam per laterem ex terra fictilem caro nostra à Deo formata intelligi debet, quæ tunc calcatur, quando per ardua pœnitentiæ opera mortificatur, ideo rationem scire percuperem, cur Deus nobis, ut pœnitentiam agamus, nostramque carnem supplantemus, & subjugemus, præcipiens, simul etiam nos carnem nostram manibus tenere jubeat? Num fortè caro nostra, uno eodemque tempore, & sub pedibus conculcati, & manibus teneri valebit? utique hoc enim non tantum fieri potest, sed etiam debet. Quotiescunque enim homo carnem suam per rigida pœnitentiæ opera mortificat, eandemque jejunando, vigilando, & castigando, velut familiarem inimicam rationi substernere procurat, eandem simul in manu tenere debet, hoc est fragilitatem suam considerare, suamque pœnitentiam moderando efficere ut ita supprimatur, ne omninò succumbat, nimia namque pœnitentia hominem sæpè nimium exhauriendo, & debilitando occidit. Deus igitur carnis mortificationem præcipiens, simul etiam ejusdem præcipit præservationem, ne interimatur aut succumbat, prout fit à nonnullis, qui in ejusmodi actionibus indiscreti existentes, non attendunt, quod sicut Deus ex una parte pœnitentiam præcipit, ita quoque ex altera parte, nolit carnis interitum & mortem: Ita hunc locum Hugo Cardinalis explicat: Idem est, inquit hic Doctor: *Intra in lutum, & calca, subigens tene laterem,* quod: *Considera vilitatem & fragilitatem tuam, & calca carnis lasciviam, tamen subigendo carnem, tene laterem, id est, sustenta naturam: non enim vult Deus mortem peccatoris, sed ut magis convertatur & vivat.* Quid peccatori utilius aut magis necessarium esse potest ipsa pœnitentia? Et tamen si pœnitentia indiscreta & nimia fuerit, pejor & perniciosior omnibus aliis

Nahum v. 14.

Hugo Cardin. in cap. Geneſ.

aliis erit. Pœnitens medicus quidam est, ideoque ferrum in tantum usurpare debet, in quantum morbum pellit; & non tollit vitam. Ut à putredine præservetur, sal, qui mordet, tantum optimè adhibetur; ignis autem pro hoc fine minimè servit, ut qui carnem comburit & consumit. Superfluum rumpit operculum, ut in communi proverbio dici solet.

Gen. 11. v. 3.

16. Nemo est, qui non aliquando de immensa turris Babylonicæ fabrica à Noëmi filiis adeo sublimè erecta, ut ipsum assequi cælum videretur audierit, super qua Poëtæ illam de gigantibus fabulam fundarunt, qui ex multis in unum locum translatis, & sibi invicem superstructis montibus Jovem in proprio suo regno debellare non dubitarunt. Nemo itidem est, qui nesciat, qualiter Deus, cui ingens hæc inchoata machina magnoperè displicebat, ut fabricatores illius à cœpti operis continuatione desistere cogeret, linguas eorum confuderit. Hoc solum quærendum supereſt, cur opus illud Deo tantopere displicuerit, ut illud ad suam usque perfectionem absolvi nequaquam voluerit? Porrò rationem hujus S. Antoninus hisce verbis in medium adducit: *Post diluvium Nembroth primus tyrannus alios ad turrim ædificandam induxit: ubi confusis linguis ob superbiam illorum oportuit ædificium illud imperfectum relinquere. Lata enim Palatia, & excessiva ædificia, ultra convenientiam status sui, ad ostentationem facta, Deo non placent.* Vehementer Deo displicet ingens ille fabricarum excessus, Palatiorum item domumque, quæ tanta cum disproportione ab hominibus eriguntur, superbia. Quid enim domus seu Palatia adeo excessivè magna homini conducere possunt, qui adeo est modicus & exiguus, ut pro illo jam mortuo capiendo sex duntaxat terræ palmi abundè sufficiant? De terra formatus & plasmatus homo, in terra continere se debet; modicum ei sufficit tugurium, imo superfluit. Natura paucis contenta est, quod vero ei superfluum est, non solum ei nocet, verum etiam displicet ei, cui ut placeamus, valde sumus obligati, nisi in quaslibet ab ipso præcipitari ærumnas atque miserias velimus.

D. Antoninus par. 3. tit. 8. cap. 4. § 8.

17. Christus servator noster in S. Matthæo, certam quandam adducit parabolam, in qua Deum Agricolæ seminanti. Dæmonem vero superseminatori, qui zizania superseminat, similem esse dicit: *Simile factum est regnū cælorum homini, qui seminavit bonum semen in agro suo*, inquit Christus de Deo: Deinde *venit inimicus & superseminavit zizania*, inquit de Diabolo. Cur obsecro Deum hoc loco seminatorem, Dæmonem vero superseminatorem appellat? Nimirum ad innuendum, quod sicut id, quod necessarium est, à Deo est, ita superfluum & excessus à Dæmone sit; Et quod sicut Deus sola in nobis esse vult necessaria, ita Dæmon superfluitates in nobis diligat. Quia enim Deus nos salvare desiderat, ideo quod vitæ nostræ necessarium est, tantum donat: Dæmon vero, quia perditos & damnatos nos videre amat, ideo id quod superfluum est, semper procurat. Audite hac de re loquentem Paulum de Palatio: *seminatum à Deo est, superseminatum à Diabolo; jam seminatum est, quod ager fert, superseminatum est omnis excessus: omnem excessum Diabolus tractat, virtus enim in medio est.* Concludamus igitur dicendo, quod sicut mediocritate nihil est melius, utpote quæ ab ipsissimis derivatur Dei manibus: ita nihil sit excessu deterius aut pernitiosius, utpote qui à Dæmone est superseminatus.

Matt. 13. v. 24.

Paulus Palat. in c. 13. Matth.

18. Tandem pro fælici hujus discursus coronide claudamus, enixè quemvis probum Christianum rogatum ac monitum velim, ut firmiter cordi suo impressam retineat mediocritatis imaginem. Olim namque mediocritatem adumbraturi veteres, mulierem quandam depingebant circa humeros alatā, atqueà terra nonnihil subvectam, quæ una manu terram, altero vero cælum commonstrabat, eique hanc subdebant Epigraphen: *Medio tutissimus ibis.* Hanc inquam imaginem sæpius & frequentius considerando & respiciendo ediscat, viam mediocritatis veram esse ad cœlum viam, per quam ambulandum est omnibus illis, qui cœlum assequi desiderant.

Rip. Iconolog.

SERMO III.

IN DOMINICAM I. POST EPIPHANIAM.

THEMA.

Pater tuus & ego dolentes quærebamus te. *Luc. 2.*

ARGVMENTVM.

Crassa est hominum illorum ignorantia, qui temporalium, non vero æternorum bonorum jacturam deflentes, lachrymas suas frustra effundunt.

I. POstquam sereniſſima cælorum Regina cum ſanctiſſimo ſponſo ſuo integro triduo ſumma cum cordis anxietate circuierat, tandem Divinum filium ſuum in templo Hieroſolymitano in medio Doctorum ſedentem inveniens, in hæc verba erupit: *Fili! quid feciſti nobis ſic? Pater tuus & ego dolentes quærebamus te.* Juſtus profectò valdeque rationabilis dolor hic erat, neque enim Beatiſſima hæc Virgo aliter quam rationabiliter dolere poterat. Cum enim Maria, id eſt, mare amarum eſſet, neque pro hujus amaritudinis ſuæ temperamento, præter dilectum filium ſuum, aliam in terra dulcedinem haberet, utpote qui ipſummet quoque Paradiſum omni dulcedine implet & imbuit, ſummè amarum cor ejus eſſe debebat, quando tanta erat dulcedine deſtitutum. Dilectiſſimo Jeſu ſuo perdito, cum quo omne ſimul bonum perdebatur (Deus enim & conſequenter omne & infinitum bonum erat) omne illi bonum perditum & amiſſum erat. Imo quia per amorem quocum filium ſuum tenerrimè diligebat, unum idemque cum filio ſuo erat, ideo filio ſuo amiſſo, ſemetipſam quoque cum illo pariter perdiderat; acerbiſſimè igitur hanc jacturam ferre debebat, qua non ſua duntaxat, ſed ſemetipſam pariter amiſerat. Porrò cum dolor oriatur ex diviſione continui, ſequitur evidenter,

Luc. 2. v. 48.

ter, quod cum Beatissima Virgo cum filio suo tot annis indivisibiliter conjuncta & quasi conglutinata fuerit, hoc triduo ab illo divisa atque separata, summè intensum in corde suo dolorem jure meritissimo habuerit. Quodsi dolorem hunc, quem hoc triduo sustinuit, majorem fuisse dicerem dolore illo, quo dum filium suum in Cruce amisisset, transfixa & vulnerata fuit, à veritatis tramite aberraturũ me timere non possem; Id equidẽ scio, quod tunc illum perdendum esse præsciverit; nunc autem dolorosam hanc dilecti filii sui amissionem nec suspicari quidem potuerit. *Iacula autem prævisa minus feriunt*, inquit S. Gregorius. Etenim cum Sacratissima Virgo non ob humanam, temporalem, & mundanam aliquam jacturam, sed propter amissum Dei filium adeo amarè ploret & lachrymetur, simul per hoc nobis salubriter innuit, quanta sit ignorantia nostra, qui ob mundanarum & transitoriarum rerum jacturam inconsolabiliter lamentamur & dolemus, propter Christum autem, aut Divinam gratiam deperditam, ne unicam quidem lachrymulam, imo nec gemitum quidem ullum effundimus. Ut igitur veras lachrymas utiliter fundendi causas edi-scatis, me differentem patienter excipite & auscultate.

D. Gregorius.

2. Refert S. Lucas, quod Christo salvatore nostro una cum discipulis suis Naim civitatem ingressuro, jamque ipsis prædictæ urbis portis vicino, funus quoddam adolescentis cujusdam mortui, qui sepeliendus efferebatur, occurrerit. Mortui vero juvenis triste funus proximè secuta fuerit dolentissima ejus mater amarissimè plorans & ejulans. Cumque acerbus hic dolor & inde emanantes lachrymæ Christo vehementer displicerent, eam flere prohibuerit: *Dixit illi: Noli flere.* Cur obsecro amarus hic viduæ matris planctus Christo adeo displicuit, aut quid illum movit, ut illam flere prohiberet? Quia, inquit Simon de Cassia, nullam plangendi causam habebat. Sed quomodo hæc mulier nullam plangendi causam habuisse dici potest? Nunquid ante oculos suos filium suum unicum defunctum ad tumulum deferri videbat? Quomodo id siccis ipsa oculis intueri potuisset? Eademmet mors eodemmet fulmine vel jaculo, quo filium suum occiderat, ejus quoque transfixerat animam, ecquis igitur illam nullam prorsus flendi causam habuisse dicet? Quodsi fatalis hic & funestus casus defleri non merebatur, quam igitur ob causam homini deinceps flere licebit? Etenim vera flendi causa juxta hunc authorem, nequaquam desumenda est ẽ quacunque re hujus vitæ, quantumvis chara, pretiosa, qualis erat mulieris hujus jactura, quam ipsa deflebat, sed vera lachrymandi causa peccatum est, quo Deus offenditur & amittitur. *Prohibet fletum, nihil enim plangendum ab hominibus, quam peccatum. Quid civitatum excidia? quid exitia corporum; quid cum mundi universa mala crebuerunt, si non incurritur in peccatum? Solum peccatum justam habet materiam deplorandi.* Salvator igitur noster mulierem hanc flere prohibuit, quia ob filii sui amissionem flevit, cum homini ob solam Dei amissionem flere conveniat; omnis namque jactura cum Dei amissione comparata, nihil est, & tanquam nihilum fleri nequaquam debet.

Lucæ 7. v. 13.

Simon de Cassia lib. 3. cap. 13.

3. Cum miraculorum & prodigiorum, quæ Christus passim obstupescente mundo patrabat, gloriosa fama per omnes passim regiones increbuisset, inter cæteros surdus & mutus quidam ad Christum sanandus adductus est; Quem Christus more suo benignè recepit, jam jamque eundem sanaturus, ut S. Marcus Evangelista scribit, *suspiciens in cælum, ingemuit.* Dolor Christi illa vice tantus erat, ut quantumvis in plurimorum hominum, qui miraculi istius spectandi causa eo confluxerat, præsentia constitutus tunc fuerit, à fletu & profundis gemitibus temperare aut abstinere neutiquam potuerit. Etenim quis tanti fletus causam explicare mihi poterit? cur inquam Christus tunc adeo amarè flere voluit? Aliqui ipsum tunc ideo flevisse dicunt, quia peccatum Adæ tot malorum & morborum, quibus Natura humana miserrimè subjacet, causam actualiter vivacissimè consideravit. Alii Christum ideo flevisse existimant, quia damna illa attendit, quæ Dæmon introducto in mundum peccato, in eun-

Marci 7. v. 34.

dem pariter introduxit : Nonnulli id accidisse volunt, quia Christus à surditate corporis ad animæ surditatem transierit, propter quam tot homines æternaliter damnantur & cælo privantur. Alii denique alias rationes excogitant. Verum enim vero, quicquid de hisce rationibus sit, Sanctus Bernardinus optimè inter cæteros ex illo fletu concludit, causam ejusdem valde magnam atque prægnantem fuisse, siquidem homo aliquis sapiens, qualis Christus erat, utpote ipsissima sapientia existens, nonnisi ex causa quadam summi ponderis & momenti flere soleat: *Vir sapiens non ingemiscit propter parva rei amissionem; magna profectò res est, propter quam Dei sapientia plorat.* Cum igitur vir sapiens non nisi ob ingens aliquod infortunium flere soleat, sequitur inde corollariè, quod sicut dum hominem aliquem propter Deum & gratiam ejus amissam, quæ maxima quædam jactura est, flere videmus, illum sapientem æstimamus: ita econtra huminem ob rei alicujus terrenæ, quæ Deo & gratiæ ejus comparata nihil est, amissionem lachrymari videntes eundem stultum, ignorantem, stolidum & mente captum æstimare debeamus. *Vir sapiens non ingemiscit propter rei parva amissionem.*

D. Bernardin. de Anim. dignit. Art 2. c. 1.

4. Discipulus traditor jam de facto pro triginta argenteis, qui ad duodecim scutorum nostratis pecuniæ valorem nequaquam pertingunt, Deum, Dominum & Magistrum suum inimicorum manibus tradiderat, cum ecce eum mortis condemnatum esse videns, de errore suo tantopere doluit, mox illos quibuscum hortendum hoc facinus tradimenti absolverat reconveniens, receptam ab illis pecuniam ultro citroque retulerit: *Videns Judas, qui eum tradidit, quod damnatus esset, pœnitentia ductus retulit triginta argenteos Principibus sacerdotum & senioribus, dicens: Peccavi tradens sanguinem justum.* Scitisne causam, cur traditor de commisso à se errore tantopere doluerit? Doluit utique, quia faciem illam benedictam, quæ ab Angelis adorabatur in cælo, & ab hominibus in terra honorabatur, se authore pugnis percussam, sputis defœdatam, lividam & sanguinolentam esse conspexit. Vel quia se vitam, imo fontem omnis vitæ in manus mortis] tradidisse consideravit, ideoque mori timuit, utpote fonte illo sua culpa exsiccato, è quo una cum ipso omnia viventia vitam suam hauriunt. Aut vero ad favores illos, quos hominum ingratissimus à benignissimo Domino receperat sese reflectens, se iisdem horrendo illo traditionis scelere tam iniquè correspondisse vidit. Omnes jam adductæ & aliæ similes rationes, quæ à sactis solent expositoribus in medium adduci, verisimilitudinem utique magnam in se continent. Veruntamen Paulus de Palatio, Judam non ideo doluisse existimat, quod Christum Dominum & Magistrum suum tradiderit, sed potius quia se rebus suis & sperato lucro non satis benè prospexisse advertit. Vidit namque quod infami hacce traditione plus jacturæ quam lucri fecerit? Qui enim Christum tradendo triginta argenteorum luctum sibi compararat: eundem non tradendo, ex continua loculorum Collegii Apostolici emunctione & furto incomparabiliter plus lucrari poterat. Verba præfati Authoris sunt hæc sequentia: *Forsitan considerabat multo plus lucri sibi periisse ex morte Christi, cujus ille loculos expilabat, quam ex Principum amicitia, à quibus triginta nummos acceperat.* Doluit igitur Judas, non quia Christum Deum ac Magistrum suum tradiderat & amiserat, sed propter illicitum lucrum & furtum, quod traditione illa non facta, quotidie lucrari valebat. O stolidissimum hominem! Certè quodsi sapiens fuisset, utique contrario actiones suas instituisset. Porrò Judæ non multum absimiles sunt, qui inter illicita & injusta negotia sua dolent quidem & valde vehementer, non tamen propter Deum offensum vel amissum, id namque nihil vel modico curant, sed propter pecuniæ aliorumque terrenorum bonorum jacturam. Nunquid sapiens vobis videbitur, qui dum uno eodemque tempore

Matt. 27. v. 3.

Paulus de Palat. in cap. 27. Matth.

obu-

obulum quendam pariter & integrum regnum amiſit, de obuli amiſſione adeo acerbè & inconſolabiliter doleret, ut de amiſſione regni nullum prorſus in corde ſuo doloris ſenſum percipiat? ſtultum illum utique eſſe dicetis, non ſapientem.

5. Inter cætera quæ in vita Chriſti conſideranda occurrunt, illud eſt valde ſtupendum, quod pecuniæ ſive eleemoſynarum, tum ad congruam familiæ ſuæ ſuſtentationem, tum in pauperum ſubſidium oblatarum curam, latroni & traditori Judæ concredere voluerit. Quando enim Eccleſiæ curam Petro commendavit, matrem Joanni, patri animam, tunc pecuniæ recipiendæ & expendendæ curam Judæ concredidit. Cum tamen pecunia ab hominibus omnium quæ in mundo ſunt cenſeatur pretioſiſſima, adeo ut qui pecunias habet, quicquid eſt pretioſi in terra ſimul poſſideat; quiſquis enim pecuniarum dives eſt, favoribus, honoribus, divitiis, mobilibus & immobilibus abundat, habetque quicquid deſiderari in terra valet. Denique cum pecunia quaſi ſanguis ſit animæ, imò in nonnullorum opinione anima longè pretioſior, ſiquidem multi inveniuntur homines, qui pro pecunia tam conſervanda, quam acquirenda ſanguinem ſuum libenter fundunt & animam perdunt; qui fit igitur, quod Dominus noſter curam rei tam pretioſæ manibus alicujus flagitioſi furis, tam perditi latronis & infamis traditoris committere voluerit? utique longè diverſa eſt æſtimatio, qua pecunia à nobis æſtimatur ab ea, qua æſtimatur apud Deum. Nos qui ſtolidos & ignorantes eſſe neſcimus, illam veluti rem aliquam magnam æſtimamus, paris cum ſanguine & vita hominis pretii & valoris aliquando majoris. Chriſtus autem qui valorem cujuslibet rei, utpote ſumma & increata ſapientia intimè novit, illam rem vilem, & nullâ prorſus æſtimatione dignam eſſe cenſet, ac proinde eandem homini alicui vili & indigno committere parum curat. Ita Archi-Epiſcopus Januenſis hac de re diſcurrit: *Petro quidem commendavit Eccleſiam, Ioanni vero matrem ſuam, pecuniam vero Iudæ: quia pecunia temporalis, res vilis & indigna eſt, & ideo cuſtodi indigno & viliſſimo commendavit.* Cum igitur pecunia ſapientis viri prudenti judicio res ſit prorſus vilis & indigna, ſequitur quod quiſquis dejactura rei alicujus adeo vilis & indignæ lamentatur & dolet, is ſtulti & ſtolidi hominis inſtar haberi debeat.

Iacobus de Vorag. ſer. 6. hebd. 4. Quadr. ſerm. 1.

6. Jeremias Propheta de miſerrima Hebræorum in captivitatem & ſervitutem ab Aſſyriis educta loquebatur conditione, cum inquit: *Plorans ploravit in nocte, & lachryma ejus in maxillis ejus.* Mira profectò res eſt, quod Deus omnium afflictorum conſolator, miſeram hanc gentem nunquam conſolari aut lachrymas eorum abſtergere dignatus fuerit! Quodſi enim Deus eſt, qui *abſterget omnem lachrymam*, cur horum deſolatorum hominum lachrymas non abſtergebat? nimirum Deus lachrymas illas non abſtergit, quæ pro damnis temporalibus effunduntur, neque eos conſolatur dolores, quibus ob terrenæ alicujus rei jacturam anima affligitur, ſed eas duntaxat lachrymas ab oculis hominum abſtergit, quæ ob cæli cœleſtiſque gratiæ amiſſionem è pœnitentium oculis emanare videntur. De hoc planctu & fletu Chriſtus agebat, quando dicebat: *Beati, qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur.* Priores non plangunt quod ob culpas ſuas à cæleſti patria ſint facti extorres, ſed quia terræ patriam fortè amiſerunt, & ideò conſolari à Deo minimè merentur. Quiſquis pro æternis damnis lachrymas fundere non novit, ſed eas pro momentaneis effundit, nunquam conſolabitur, ſed ſemper plorabit, tum in hac vita, tum etiam in inferno, prout Hebræis evenit. Verum enimvero obſervandum, lachrymas ex terreno affectu emanantes, non de die, ſed de nocte effuſas eſſe, *Plorans ploravit de nocte.* Ut per hoc nobis innuatur, quod ex hoc motivo & fine flentes atque dolentes, intellectum habeant obſcuratum, obtenebratum, ſintque omnis luminis expertes; ſi enim ſapientes eſſent, pro rebus utique maximi momenti, & quia Chriſtum amiſiſſent, plorarent, utpote quo ſemel amiſſo omne quoque bonum noſtrum, quod in terra habemus, noſque in cælis habituros eſſe ſperamus, ſimul perditum eſſe cenſetur.

Thren. 1. v. 2.

Apoc. 21. v. 4.

Matth. 5. v. 5.

7. Inter alias legum divinarum pragmaticas, quas Deus pro Hebræi populi regimine

in monte Sinai promulgavit, sequens pariter recensetur: *Si percusserit quispiam oculum servi sui, aut ancillæ, & luscos eos fecerit, dimittet eos liberos pro oculo, quem eruit.* Etenim pœna pro hoc delicto infligenda aptior & rationabilior nonnemini videri posset, si Deus pro oculo servo aut ancillæ adempto, oculum quoque Domini erui aut excæcari præcepisset: sicut enim alibi huic decreto pœnam talionis decreverat, dicens: *Qui irrogaverit maculam cuilibet civium suorum, sicut fecit, fiet ei, fracturam pro fractura, oculum pro oculo, dentem pro dente restituet*; ita quoque hoc loco Domino oculum pro oculo servo aut ancillæ eruto vel excæcato, erui aut excæcari præcipere debebat, magis namque talis Dominus de jactura oculi, quam de amissione cæcæ ancillæ aut servi cæci doluisset, majusque fuisset sceleris & injuriæ illatæ supplicium. Veruntamen Oleaster dicit, id quidem ita primitus videri, valde tamen decipi eum, qui id opinaretur. Deus enim adductam in textu Exodi pœnam decrevit, ad crudelem ejusmodi Dominum tanto acerbius castigandum & affligendum; siquidem, *magna mulcta est servum perdere, si membrum aliquod mutilet servi sui.* Per hanc igitur pœnam Deus Domino magis irrogare damnum, magisque affligere voluit, quam per statuam talionis pœnam affligendus fuisset, plus enim avarus dolet de amissis quinquaginta scutis, quibus servum illum qui libertati restituendus est, coemerat, quam si oculum aliquem perderet. Magna profecto est isthæc stoliditas, incomparabilis stultitia, quod quis vilis alicujus rei perditionem magis doleat, quam si aliud quidpiam præstantissimum amitteret. Sapiens quilibet pro salvando oculo dat quicquid habet, aut possidet, & homo talis stolidus oculum sibi erui sine ullo doloris percepto sensu permittit, ne modicæ pati cogatur pecuniæ jacturam. De jactura illius, quod eum affligere aliquando potest, dolet & plorat, non vero de ejus, quod prodesse potest, amissione. Christi, quem jam à tot annis per publica latrocinia amisit, perditionem non sentit, & dolet pecuniæ ad inferni abyssum illum præcipitantis amissionem.

Exodi 26. v. 26.

Levit. 24. v. 19.

Oleast. in cap. 21.

8. Postquam Christus Dominus nostet ingentem illam hominum turbam, quam tanta cum benignitate à duobus illis è civitate Gerasenorum oriundis hominibus expulerat, ad Dæmonum summam instantiam in quendam porcorum gregem circa illam regionem in pascuis degentem liberè ingredi permiserat, omnesque porci Dæmonibus illos adigentibus in aquis submersi erant, civitatis illius incolæ, mox ad Christum egressi, suppliciter illum, ut à finibus ipsorum recedere dignaretur, rogarunt: *Et ecce tota civitas exit obviam Christo & viso eo, rogabant, ut transiret à finibus eorum.* Quis hoc loco magnam istorum hominum erga Christum exercitam ingratitudinem non obstupesceret. Cum enim Christum Dominum, si ultro abire voluisset, ad manendum cum illis rogare, urgere, & cogere debuissent, ipsi econtra eum, ut ab illis abeat atque discedat importunis precibus rogitant. Cum enim Christus non tantum duos illos concives suos à tot Dæmonibus liberaverit, verum etiam vias publicas tanto tempore magno civitatis illius damno à malignis spiritibus obsessas, securiores reddiderit, non solum è locis illis recessum nequaquam sollicitare aut rogare debebant, verum etiam condignis pro tanto beneficio gratiis redditis per efficacissimas illum preces, ut ab illis unquam recedere posset, ligare debuissent, ad eum fere modum, quo Tirii Herculis statuam vincire & alligare solebant. Verum enimvero, tunc miraris, inquit Paulus de Palatio, quod Gerasæni cives Christum rogent, ut ab iis discedat, ego potius mirandum esse existimo, quod tanta erga Christum civilitate adhuc utantur, ut suum ab illis discessum ab eo rogando efflagitent, & non potius apprehensis armis violenter illum à suo territorio exturbent & profligent: *Miraris: quod exire rogatur? ego miror, quod rogatur & non potius expellitur; miror, quod propter porcos non placuit bella cum Christo gerere. Porro Gerasæni sciebant Christi munus esse Dæmones ejicere, & crediderint nullum futurum porcum in tota regione, quia in eos Christus Dæmones ejiceret. Ne ergo temporalia amitterent, libenter cedunt æternis.* Videte obsecro in quantam stultitiam hominec

Paul. Pal. in cap. 8. Matth.

mines mundani tandem perveniant ; non solum non dolent de amissione Christi, verum etiam ne bona terrena amittant ex inductia & data opera illum pellere & perdere studeant. Veri boni jacturam & amissionem hi stolidi homines lucrum æstimant, ne perdant apparens & falsum.

Ad Phil. 3. v. 8.

9. Audite nunc S. Paulum ad Philippenses loquentem, *Omnia*, inquit, *arbitratus sum ut stercora, ut Christum lucrifaciam*, quasi clarius dicere voluisset : quodsi maximum aliquod & amplissimum hujus mundi regnum acquisivissem , numerosi alicujus exercitus victor , ideoque triumpho dignus factus fuissem, si in manu mea haberem totum regnum cælorum , & præter hæc omnia & quævis alia similia nihili omnino facerem , sed quoddam stercoris lucrum esse arbitrarer. *Omnia arbitratus sum ut stercora.* Gravissima certè verba omnique admiratione dignissima. Quod enim S. Apostolus se bonorum terrenorum contemptorem esse ostendat , id quidem omni laude dignum est, non tamen ob id laudandus videtur ; quod insuper etiam cælum aspernetur, æternæque beatitudinis regnum tam parvi faciat , quod tamen utpote in se omne ut bonum nostrum includens, maximi meritò faciendum est. Imò verò utrimque magnam sibi laudem meretur Apostolus tam scilicet contemnendo bona cælestia, quam bona terrena aspernando, si cælestia sine Christo acquirenda sibi erant, quippe quæ sine Christo ei utilia non essent. In tantum igitur beatorum cæleste regnum sibi optabat , in quantum per hoc Christum magni illius regni Regem acquirere sibi poterat. Et meritò quidem maximus hic Doctor cælesti sapientia instructus ita sentiebat. Quisquis enim sapiens est , omnia quæ in mundo , sive in cælo , sive in terra sunt, contemnit, & nihili ducit, dummodo Christum acquirere & lucrari possit ; nos verò, inquit Chrysostomus, qui verè insipientes & ignorantes sumus, etiam porcum aliquem , qui in luto gavisi & volvitur, Christo præferimus. *Et tandem ipsi digni supplicio judicabimur? siquidem Paulus ob Christi, quo tenebatur, desiderium, neque cælestia ipsa magni faciebat ; nos verò qua vel cano vel luto volutantur, Christo præferimus.*

D. Chrys. tom. 5. de nulla re- &c.

Unde Geraseni non multum absimiles sumus , quia jacturam porcorum nostrorum, aliarumque quæ in terra habemus, acerbius toleramus , quam Christi filii Dei summi & æterni boni amissionem. Geraseni sumus, id est, *ruminationi appropinquantes*, plus namque ad bestias accedimus, quibus proprium est ruminare, quam ad homines judicio præditos ; nec plus ipsis bestiis intelligimus, quantum Christo amisso , bonum amittamus.

10. Inter alia horrenda & abominabilia, quæ Deus ex iis, quæ Hebræi in sacro templo suo faciebant, Prophetæ suo Ezechieli clarè ostendebat , fuit quoque certarum quarundem mulierum Adonidem deplorantium spectaculum. *Introduxit me per ostium domus Domini, & ecce ibi mulieres sedebant, plangentes Adonidem.* Hic Adonis simulachrum quoddam erat certi cujusdam juvenis, quem lasciva Venus in delitiis habuit, qui postea apri dente in inguine percussus seu vulneratus, prout fabulæ Poetarum referunt, occubuit , & in florem quendam purpureum transformatus fuit : cujus mors postea apud Idololatras gentiles tam à viris, quam à fœminis deplorari quotidie solebat. Quia enim per Adonidem in florem transformatum , humanam intelligebant fragilitatem , per quam homo *quasi flos egreditur & conteritur*, ideò simul congregati communem concorditer deflebant miseriam. Veruntamen quærendum meritò hoc loco est , cur Adonis à viris pariter & mulieribus defleri consueverit , qua ratione igitur fiat, quod propheta solas mulieres lugentes conspexerit , solas namque mulieres, non verò viros se vidisse recenset dicens : *Mulieres sedebant plangentes Adonidem.* S. Hieronymus Prophetam utrumque sexum tam virorum quam mulierum vidisse existimat , quia luctus ille semper ab utroque sexu pariter celebrabatur , ipsum tamen solas exprimere mulieres , harum nomine ipsos quoque viros comprehendendo , & simul insinuando , quod quotiescunque viri pro re levi & momentanea flere aut dolere videntur, non viri , sed mulierum nomine appellari mereantur; siquidem, inquit sanctus

Ezech. 8. v. 14.

D. Hier. in c. 8. Ezech.

ctus Doctor, *Mulieres sunt, qui ad sæculi mala contristantur molli & effæminato animo: dicunturque plangere Adonidem, id est ea, quæ in rebus mundi putantur esse pulcherrima.* Vir ob causas duntaxat graves & arduas, irrecuperabilia secum damna adferentes flere & lamentari debent, id est, propter Deum offensum, ob Christum amissum, qui cœlesti gratia sua in cælos ipsum perducebat: alias vero jacturas & damna lachrymis suis indigna mulierbus deploranda relinquere debet: multi sæpè viri ob amissam mulierculam quam carnaliter amarunt, inconsolabiliter flere videntur, neque ullum lachrymis finem dare sciunt, utpote quæ veluti duo fonticuli nocte dieque ex eorum oculis emanant. Hi porrò Christum per fœdum hunc amorem jam dudum amiserunt, & tamen incomparabile damnum istud nihili facientes, illam duntaxat jacturam deplorant, quæ tantum miseris animabus suis damnum attulerat, ejusmodi viri nequaquam viri, appellari debent stultæ & fatuæ mulieres.

11. Plutarchus magni vult æstimati illam Menandri sententiam: *Si nobis lachrymæ malorum essent remedium, & qui lachrymasset, dolere detineret, auro dato lachrymas permutaremus.* E quo Menandri effato, quod quotidiana confirmat rerum experientia, clarè ediscimus, quod cum è lachrymis nostris quantumvis copiosè effusis, ne minimum quidem miseriis nostris conciliare remedium possimus, ipsæ ad nihilum valeant, & velut res vilissimæ in terram effundantur. Quod cum verum sit, uti est verissimum, qui fit igitur, quod Deus Davidis lachrymas tanti æstimaverit, ut easdem ex Prophetæ oculis stillantes velut rem quandam pretiosissimam ab Angelis sigillatim in cælestia vasa divinæ majestatis conspectui præsentandas studiosè colligi voluerit. Hoc namque David innuere voluit, quando Deo dixit: *Posuisti lachrymas meas in conspectu tuo.* Hujus equidem alia assignari causa nequit quam ingens, quæ inter Davidis, & aliorum mundanorum hominum lachrymas est differentia; cum enim nostræ lachrymæ sint viles & inutiles, & tanquam tales dignæ sint, quæ fundantur in terram, utpote ad nihilum servientes: lachrymæ Davidis econtra pretiosæ erant, gemmæ erant, margaritæ erant. *In lectulo David,* inquit Chrysostomus, *tanquam margaritæ super subsellium erant congelatæ Prophetæ lachrymæ.* Lachrymæ inquam Davidis ob ingens sui pretium maximi valoris erant, atque ideo dignæ, quæ colligerentur, atque in eximium regiæ Dei ornamentum in cælo reponerentur. Porrò quia homines mundi hujus communiter æruminas & damna temporalia deflent, pro quibus lachrymas nihil prodesse experimur, ideò eorum lachrymæ viles sunt, & veluti res nullius pretii in terram effunduntur: lachrymæ autem Davidis, quas ob Deum offensum, cælum amissum, & contractum inferni reatum continuo effundebat, pro quibus damnis & miseriis lachrymæ efficacissima præbent remedia, pretiosæ erant, atque à Deo haud secus ac margaritæ æstimatæ habebantur in honore. Etenim nunquid stultum medicum illum esse diceretis, qui famosum pro pellendo capitis dolore habens remedium, quod tamen pedibus nequicquam prodesset, imò noceret potius, illud tamen non capiti adhiberet, sed pedibus. Æque autem stultus erit, qui lachrymas utpote efficacissimum pro animæ salute recuperanda remedium, damnis applicaret temporalibus, quibus medendis inutiles prorsus existunt. Audite hac de re eundem Doctorem discurrentem: *Mortem igitur lugere omittens, luge peccata, ut ipsa diluas; propter hoc enim tristitia facta est; nec in nulla alia re doleamus, sed ipsa ad delenda ut amur peccata. Remedia medicinalia propter illos tantum morbos facta sunt, quos tollere possunt, non propter alios, quos nihil adjuvare possunt.* Lachrymæ unguentum quoddam sunt, non tamen *unguentum ad omnia,* sed tantum pro offenso vel læso capite serviens id est, Deo propter culpas nostras irato & offenso reconciliando conveniens,

12. Deus per os Amos Prophetæ de lachrymis haud secus ac de arte medendi loquens, vult, ut ad hoc ut bene lachrymari discamus, advocemus eos, qui lachrymandi peritiam habent: *Et vocabunt agricolam ad luctum, & ad planctum eos, qui sciunt plangere,* quasi diceret, sicut nos antequam bene

Plut. orat. Consol.

Psal. 55. v. 9.

D. Chrys. hom. 12. ad pop.

D. Chrys. ibid. hom. 5.

Amos 5. v. 16.

benè medeamur, medendi artem prius exactè scire debemus, ita quoque ut bene ploremus, necessaria nobis est exacta bene plorandi peritia. Quidnam autem ad bene & utiliter lachrymandum requiritur, ob quod Doctoribus indigemus & magistris? Quisnam est in hoc mundo, qui flere nesciat? infantes etiam dum jam jam nascuntur, quantumvis omnium sint scibilium ignorantes & nesci, lachrymari tamen norunt; verum equidem est, omnes plorant, & viri & fœminæ, & magni & parvi, nec tamen omnes plorare sciunt. Ut quis bene ploret, plorandi peritiam habere debet. Qua autem via vel ratione plorandi scientia acquiritur? Audi S. Augustinum artis bene & utiliter lachrymandi peritissimum magistrum utpote, qui quoadusque vixit tam bene plangere novit.

D. Augustin. ser. 3. de Nativ. Domini.

Perseverate in fletu, in compunctione, doctè plangite. Quid est doctè plangite? non quærite in oratione temporales res, sed æternam beatitudinem, remissionemque peccatorum. Qui sic orat, docte plangit, non cadent in terram lachryma vestra; quia vorax ille, qui per Prophetam dixit: Posuisti lachrymas meas in conspectu tuo. Plangere nesciunt, qui pro malorum hujus vitæ sublevamine sæpè plangunt; nesciunt inquam quod lachrymæ suæ pro talium damnorum remedio nihil possint, quodque planctus ipsorum tormentum potius, & infructuosa temporis jactura, quam vetus planctus appellari mereatur. E contra vero bene plangere norunt, qui propter Deum summum bonum offensum, & amissum Christum Dominum, in cujus indignatione propter culpas suas miserabiliter vivunt, continuo lachrymantur & plangunt; hi & non alii, verum assequuntur finem, ob quem plangendum nobis est. Hisce & non aliis vulneribus medendis servit pretiosum illud lachrymarum unguentum.

13. Discursum hunc per quendam Christi sententiam Isai. cap. 6. relatam concludamus, ubi dicitur: *Spiritus Domini super me, ut consolarer omnes lugentes in Syon.* Circa quem locum meritò inquirendum venit, cur Christus se de cælo descendisse dicat, ut consolaretur lugentes in Syon, non verò lugentes in Babylonia, cum tamen eo tempore non solum in urbe Syon, verum etiam in civitate Babyloniæ plurimi lugentes fuerint? ratio hujus secundum Hugonem Cardinalem esse poterit, ut videlicet hoc loquendi modo Christus nobis insinuet, se ad eos duntaxat consolandos de cælo descendisse, qui pro peccatis suis, non verò ob alia mala lachrymantur. Sicut enim hic Doctor per civitatem Syon Ecclesiam militantem intelligit, ita per Babyloniam intelligit id, quod hujus miseri mundi reliquum est. Unde quia in Syon propter Dei offensas, ejusque gratiam amissam lachrymæ effunduntur, in Babylonia autem propter damna terrena ac temporalia, ideo illi, non vero hi, consolationem suam à Christo accipiunt: *Non dicit: lugentibus Babylonis, qui lugent pro mundo vel mundi delectationibus: tales enim non consolabuntur à Deo.* Cum igitur lachrymæ nostræ temporalibus damnis recuperandis nequaquam prosint, sed spiritualibus duntaxat; ii quoque, qui tum pro culpis suis, tum ad evadendum inferni periculum, nec non ad Christum perditum inveniendum una cum beatissima Dei genitrice dolent & lachrymantur, sed consolationem accipiant, dum id, pro quo plangunt, sibi acquirunt & recuperant, non est, quod homo ob alias res vanas & futiles lachrymas suas effundat, dum manifeste videt, qui lachrymis suis afflictionibus terrenis mederi volunt, omnes manent consolationis expertes.

Isaiæ 61. v. 1.

* * *

SERMO I.

IN DOMINICAM II. POST EPIPHANIAM.

THEMA.

Nuptiæ factæ sunt in Cana Galileæ.
Joan. 2.

ARGUMENTUM.

Sicut nuptiæ sanctæ sunt & laudabiles, ita malæ & reprehensione dignæ sunt actiones, quibuscum hodie celebrantur.

CHristum nuptiis in Cana Galileæ celebratis præsentem fuisse nemo miretur. Cum enim relicta cælesti patria, ubi continuæ sunt nuptiæ, in cameram uteri virgineæ matris suæ ad nuptias sponsalitii cum natura humana contracti celebrandas descenderit, à nuptiis transivit ad nuptias. Porrò quia in nuptiis duæ personæ spiritualiter conjunguntur, ideò iisdem præsens esse voluit, ad insinuandum quod in eorum sit medio, qui concordes sunt, & unanimes ad invicem consentiunt. Adhæc quia Principes privilegia antiquitus subditis concessa confirmare & ratificare solent, ne ab aliis convellantur calumniis, ideo cum Deus nuptiarum privilegium homini in principio mundi in regia concesserit Paradisi, easdem quoque in hoc mundo præsentia sua confirmare voluit; futuros namque aliquando sciebat, qui nuptias divinitus institutas esse negantes, quasi diabolicam quandam inventionem calumniaturi essent. Præterea quia nuptiæ olim in obscuræ noctis tenebris celebrari nequaquam poterant, nisi prius aula nuptialis plurimis accensis faculis & tædis illustraretur, ideò congruum erat, ut hisce nuptiis præsens interesset, qui est lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, quique ad fugandum è mundo noctem, eandem sancto igne suo collustrandam, velut accensa quædam facula de cælo

cælo in terram descendit. Quisnam Hymenæus tanto cum fructu hisce assistere nuptiis potuisset, sicut ille, qui non ut spurcæ ac lubricæ Veneris filius, convivium nuptiale prophanaturos, sed veluti intemeratæ castissimæque cujusdam virginis filius idem honoraturus, consecraturus & sanctificaturus erat? Porrò nuptias hasce, Adami & Evæ nuptiis haud multum absimiles fuisse judico, utpote in ejus præsentia celebratæ, qui quocunque vadit, paradisum suum semper secum defert; tametsi ex alio capite Adæ nuptiis longè possint celebriores censeri, quia nimirum in illis nuptiis sponsus paradiso relicto, sponsam suam cognovit, & liberos ex ea genuit, harum autem nuptiarum sponsus, ne Paradisum desereret, sponsam suam nunquam cognovit: *Virgo in ævum permansit.* Verum enimvero singulariter hoc loco advertendum est, nuptias hasce utpote ab egenis & inopibus conjugibus celebratas (si enim divites fuissent, vinum utique illo præcipuè tempore quo vel maximè necessarium erat, illis non defecisset) dignas fuisse, quæ Christi præsentia honorarentur; quo fortè honore Christus illas minimè dignatus fuisset, si earum sponsus & sponsa divites & locupletes fuissent, siquidem divitum nuptiæ tantis cum dissolutionibus & abusibus celebrantur, ut Dæmon potius, quam Christus præsens iis esse dici possit: *In nuptiis, quæ fiunt modò in mundo, neque Virgo Maria, neque discipuli Christi, sed Dæmones sunt præsentes, propter peccata, quæ ibi concurrunt,* inquit S. Vincentius. Nuptiæ quidem omni sunt laude dignissimæ, dissolutiones autem, quæ in illis videntur, damnari pariter merentur. Sicut enim nuptiæ sacratiores aut sanctiores esse non possunt, ita nihil est dissolutionibus, quæ in iis exercentur, pejus & deterius.

D. Vincēt. serm. 1. Dom. 1. post Epiph.

2. S. Apostolus Paulus S. Timotheo, velut magister discipulo, conditiones scire desideranti, quibus instructus esse debet bonus Episcopus, adhoc ut Episcopos deinceps ordinaturus intra debitos se limites continere posset, hunc in modum respondit: *Oportet Episcopum irreprahensibilem esse unius uxoris virum, sobrium, prudentem, ornatum, pudicum, hospitalem, Doctorem, &c.* Et quidem prima conditio, qua illis temporibus præditus Episcopus esse debebat, hæc erat, ut scilicet vir esset, quoad vitam & mores irreprehensibilis: secunda ut maritus esset unius duntaxat uxoris. Circa quas duas conditiones nonnihil sistamus. Porrò quod primam conditionem attinet, melior hæc esse aut excogitari non poterat: sanctus enim is esse debet, tum quia illius, quia sanctus sanctorum est, debet esse minister, tum etiam quia ad ejus munus pertinet sanctificare alios: Irreprehensibilis quoque esse debet ejus vita, qui ex officio debet reprehendere alios, ne ab aliis audire cogatur: *Medice, cura te ipsum.* At vetò qua ratione secunda conditio admitti possit minimè video; quomodo simul stare possunt matrimonium & sacerdotium, lectus maritalis cum sacro altari. Neque enim nuptiæ tantæ virtutis esse videntur, ut ad illam non minus excelsam quam sanctam sedem evehi & sublimari possint. Ita equidem videtur, inquit Theophylactus; veruntamen quisquis ejus est mentis graviter decipitur. Matrimonium namque adeo sanctum & pretiosum est, adeoque laudabile & honorificum, ut vir conjugatus ad sanctam jure merito evehi possit sacerdotii sedem: adeò enim res pretiosa est matrimonium, ut possit cum eo ad sanctum thronum, episcopalemque sedem, ascendere. Talis namque ac tanta est matrimonii dignitas, ut in eadem sede locum habere possit, in qua Christi vicarius, imò alter quidam Christus, sedere conspicitur. Verum equidem est, quod qui mulieri non nubet, Angelis à Christo assimiletur: *Qui non nubent, neque nubentur, sunt sicut Angeli Dei in cælis.* Angelo tamen etiam vir conjugatus nequaquam est minor censendus, utpote qui Christum Deum suum, qui ab Angelis portatur, manibus suis defert & tractat: in eo, qui cælum adimpleturus spirituali intentus est generationi, non nisi simul bene stare poterat generatio eorum, qui repleturi erant cælum & terram: *Matrimonium fuit ordinatum adimplendum Paradisum*, inquit sanctus Bernardinus. Nisi enim terra hominibus adimpleretur, cælum quoque non repleretur animabus.

Theophyl. in c. 1. ad Tim.

Matth. 22. v. 25.

D. Bern. tom. 1. serm. 53. a. 3 c. 1.

3. Legendo caput 2. Geneseos invenietis, quod Deus hominem quidem ad omnium aliarum creaturarum iisdem licet manibus suis productarum invidiam creârit, dum eundem ipsamet imagine & similitudine sua decoravit, ut eum, in quem omnes perfectiones possibiles concurrunt, hic referret in terris. Veruntamen homine hunc in modum à Deo excellentissimè plasmato, opus istud Deo nequaquam bonum, perfectum, laudequedignum visum fuit, quamdiu solum & extra omne alterius sibi similis consortium constitutum erat, atque ideò ut ei consortem daret, atque ultimum condito à se operi complementum ac perfectionem adderet, fœminam quandam creare, eamque ei velut comparem jungere decrevit: *Non est bonum esse hominem solum, faciamus ei adjutorium simile sibi.* Mira profecto res est: vir ad Dei, cui nulla bonitas aut perfectio deest, similitudinem conditus & plasmatus fuit, & tamen ut bonus atque perfectus evadat, mulieris consortio indiget! quomodo sine fœmina bonus non erat, qui similitudinem ejus, qui solus bonus est, quique adhoc, ut bonus sit, aliorum consortio non eget, referebat? & tamen ita est, inquit S. Ambrosius, *Sine muliere homo non habet laudem; nam cum dicit: non est bonum hominem esse solum, confirmat utique; bonum esse hominum genus, si virili sexui fœmineus sexus accedat.* Nuptiæ virum perficere, eumque laude dignum reddere debent. Unde nisi nuptiæ laudabiles essent, perficere nequaquam eum possent, qui licet ipsissima Dei erat imagine insignitus, dignus tamen laude non erat. Nisi enim bonæ essent, bonitatis complementum viro dare non possent, qui extra illas constitutus bonus à Deo judicari non poterat: *Nemo dat quod non habet.*

Gen. 2. v. 18.

D. Ambr. de instit. virg. c. 3.

4. S. Bernardinus de fructibus matrimonii, id est, de filiis loquens, eosdem pretiosos appellat: *Pretiosus fructus est filium, vel filiam procreare.* Porro filius & filia fructus spectaculum potest, ipsa filiorum filiarumque præsentia. Fructus autem pretiosi dicuntur, quia maximi valent. Tanti namque valent hi fructus, ut nonnulli viri ac mulieres, ut hisce fructibus fœcundari possent, libentissime omni eo cederent, quod in sua facultate possident. Fructus hic adeo pretiosus est, ut unigenitus Dei filius, adhoc ut fructum hinc sibi comparare, atque in cœlesti mensa coram Deo apponere posset, relicta patris dextera de cælo in terram ultro descenderit, suumque pro illo sanguinem promptissime effuderit. Adeò pretiosus est hic fructus, ut arboris vitæ in medio paradisi plantatæ fructus esse videatur, cujus ea virtus erat, ut hominem ex mortali immortalem reddere posset, id quoque accidit in filio; quis enim est, qui nesciat, patrem in filio, seu per filium suum immortalem se facere? *Mortuus est pater ejus, & quasi non esset mortuus, similem sibi reliquit post se.* Unde Platoni dicere placuit: *Ex nuptiis hanc consolationem oriri, quod naturæ perpetuitas inde oriatur, & quod filios filiorum relinquendo, vitam, ceu lampadem aliis post alios tradant.* Cum igitur nuptiarum fructus adeo sit bonus & pretiosus, ipsæ quoque nuptiæ; quæ illum producunt, pariter bonæ & pretiosæ sint oportet. Neque enim fallere nos potest regula, ex ipsomet veritatis ore, nobis tradita: *Omnis arbor bona, bonos fructus facit, mala autem arbor malos fructus facit.*

D. Bern. p. 1. ser. 56. art. 1.

Eccles. 30. v. 4.

Plato lib. 6. de leg.

Matth. 7. v. 17.

5. Sanctus Hieronymus virginitatem aurum, matrimonium verò argentum appellat, cujus sunt hæc verba sequentia: *Aurum virginitatem, argentum dicimus matrimonium.* Quia igitur virginitas aurum est, ideo virgines à Christo veluti lampades manu sua tetentes describuntur: *Accipientes lampades suas*, utpote quæ illustres sunt & splendidæ, *Aurum* enim, ut vult sanctus Isidorus, *ab aura, id est ab aura* dicitur. Et meritò hoc modo resplendere dicuntur, quæ præ reliquis sanctis summo justitiæ soli viciniores existunt. Porrò virginitas, quia dos est opulentissima, quia Deus animam sibi desponsatam donat, aurum esse dicitur, utpote quod inter omnia metalla opulentissimum & pretiosissimum esse noscitur. Quando sanctus Joannes civitatem cælestem prorsus auream esse dicit, per civitatem cives ejus Angelos suos intelligit, simulque Angelos

D. Hieron. in Apol. ad Pammach.

Matth. 25.

S. Isidorus.

aurum

aurum vel aureos esse innuit, atque ideo cum virginitas Angelica potius, quam humana sit virtus, virgines quoque non minus, quam Angelos, aureas affirmare necesse est. At vero si matrimonium cum Virginitate comparetur, illud argentum esse non incongruè æstimabitur, eo quod quasi argentum castitatis conservet candorem, & quoad fieri potest, virginalis candoris se æmulum esse probat. Argentum balsamum, ne corrumpatur, conservare dicitur: ita quoque matrimonium haud secus ac argentum, bonum in viro & muliere famæ odorem conservat, qui extra illud conviventes in luto carnis utique putrefierent, & præluxuria fœterent. Argentum juxta Bet-
Jurchorius chorium metallum est medicinale, utpote quod multis in morbis adhibetur remedium: sic quoque matrimonium status quidam est in humanæ fragilitatis medicinam & velut quoddam carnalis aduſtionis, quod è renibus nascitur, unguentum introductus fuit. Verum enimvero observandum hoc loco est, quod dum sanctus Doctor Virginitatem aurum, & matrimonium argentum appellat, nequaquam virginitatem laudare & vituperare matrimonium censeri debeat. Verum quidem est, quod matrimonium Virginitati, sicut argentum auro cedat, neque tamen ob hoc pretiosum esse, aut bonum & laudabile esse minimè desinit. Sicut argentum auro cedendo, pretium suum nequaquam amittit. Argentum bonum est, licet aurum melius sit: bonum quoque est matrimonium, licet Virginitas excellentior sit atque nobilior. Unde sanctus Doctor ita concludit: *Tantum interest inter matrimonium & Virginitatem, quantum inter bonum & melius.* Non subito quia flos fructu pulchrior existit, fructus pulcher non est; non sequitur: Mel minus dulce est ambrosia, Ergo mel non est dulce, sicut nec ex eo, quod luna sole minus splendeat, sequitur, quod lumen seu splendorem proprium non habeat.

6. Etenim ne quis persuadere sibi aut suspicari possit, quod nuptias damnem, idum acriter earundem reprehendo abusum, ideo dignis illud hactenus, prout meretur, celebravi encomiis. Abusus non contemni & non reprehendi nequaquam possunt, utpote qui non solum non boni, verum insuper animabus Christianis pernitiosissimi & damnosissimi existunt. Inter cæteros autem abusus & veritates, quibuscum hodie nuptiæ celebrari solent, sunt choreæ, saltus, & tripudia. Porrò quia Christianorum nuptiis choreæ minimè conveniunt, ideo D. Chrysostomus saltatores eo advocari, aut præsentes esse rigidissimè vetuit: *Saltantium adsit nemo.* Et merito; choreæ enim non ad cælum, sed ad infernum hominem perducunt, atque ideo ob omnibus Christianorum actionibus proscribendæ sunt & arcendæ, veluti eorum, qui cœlum versus ire contendunt. Ad hoc propositum locus quidam Proverb. 4. bene attendendus occurrit, ubi spiritus sanctus dicit: *Averte pedem tuum à malo, vias enim, quæ à dextris sunt, novit Dominus, perversa vero sunt, quæ à sinistris sunt.* Quasi dicere vellet: Quodsi fortasse pro alicujus illiciti & mali operis executione pedem tuum moveris, mox illum retrahere memento, & caveto, ne viam tuam vel gressus tuos ex parte sinistra figere incipias, sed dexteram in cujuslibet gressus exordio firmiter observato: sicut enim viæ dexteræ ad Deum, ita sinistræ ad infernum, hominem manuducunt. Haud equidem dubito, quin multis consilium illud audientibus, idipsum inutile, atque ad salutem hominis impertinens, esse videbitur. Quid enim mali Christiano inde accidere potest, quod relicta dextera gressuum suorum principium ex sinistra parte exordiatur? Veruntamen re profundius considerata, certum est tantum ex hac Regula non observata, malum oriri, ut majus inde nasci non posset? Et quidem nisi malus unde sequeretur effectus, non equidem Deus nos hac de re tanta cum cura & sollicitudine monuisset. Quando igitur spiritus sanctus nos, ut ab iis viis nobis caveamus, monet, quæ ad sinistram vergunt, à choreis & saltatione-

D. Chrysost. Hom. 12. ad Colos.

Prov. 4. v. 17.

tationibus abſtinere nos monuiſſe cenſetur. Hæc enim, ut Hugo Cardinalis inquit: *ſemper ad ſiniſtrum tendant.* Unde à Vincentio Bellovacenſe appellantur, *Proceſſio Diaboli, quæ ſemper ad ſiniſtram tendit, ſicut Dei proceſſio ad dexteram Paradiſi.* Chorearum vanitates ſumma debent cum diligentia caveri, eo quod animas à Cœlorum via procul removentes, ad Infernum perducant & pertrahant, utpote proximæ graviſſimorum peccatorum offenſarumque Dei occaſiones, virum & mulierem in evidens & manifeſtum æternæ perditionis periculum proſtituentes. Choreæ enim cælum verſus pedem tuum moveri nunquam facient, quia ab infernali igne ſuam trahunt originem. Aptiſſimè huic propoſito ea conveniunt, quæ de Camelis ſaltibus apud Naturaliſtas legiſſe me memini. Hic enim licet corpore deformis ſit & monſtroſus valdè, tamen concinnè pedes ſuos ad numeros movere ſeu tripudiare edocetur; ſed quanam id arte vel magiſterio fieri exiſtimaris? Nimirum Camelus ad mediæ horæ ſpatium loco alicui, cujus pavimentum ex ſubſtructo igne nonnihil ferveſcit, includitur, circumſtrepente interea de foris tympano, Camelus non quidem virtute tympani, ſed ignis calore, quo pavimentum, cui innititur ferveſcit, quique pedes ejus lædit & adurit, adigente, pedem mox unum, moxque alterum tanta cum concinnitate & dexteritate movere videtur, ut choragus ſaltando id artificioſus facere non poſſet, dumque ad ejuſmodi pedum tripudium multis jam menſibus eſt aſſuefactus, in locum publicum educitur, ibidemque mox ut tympani ſtrepitum reſonantem audit, exceſſivi caloris illius, quo pavimentum, cui ſuperioribus menſibus inſtiterat, ardebat, memor factus, haud ſecus ac ſi ſimili iterum candenti pavimento inſiſteret, pedes ſuos tripudiantium more ad tympani reſonantis numeros, cum non modica circumſtantium jucunditate movere, & veluti ſaltare incipit. Choræisediti viri ac mulieres, choreas agere eâdem, qua Camelus arte, didiciſſe videntur: Neque enim pedes ſuos ad numeros movent, niſi prius effectuum ſuorum pedes luxuriæ calore fervere, & tantum non aduri perſenſerint, quo æſtu perciti veloci, facili, & jucundo greſſu ad Inferos deſcendere contendunt.

M. goCard in cap. 3. Iob. Vinc. lib. 3. ſpec. mor. par. 9. diſt. 6.

7. S. Joannes Chryſoſtomus choreas Diabolicas vocare non meruit: *Choreæ Diabolicæ.* Cur obſecro eaſdem Diabolicas, non vero humanas appellat? cum homines, non vero Dæmones, choreas agere conſueverint? Hoc illas epitheto donat, non quod Dæmones quoque tripudient, ſed quia choreæ diabolica ſunt adinventione excogitatæ, unde à primo earundem inventore hoc illis nomen attribuit; ad eum ferè modum, quo civitas à Romulo fabricata Roma vulgari nomine dicitur, aut quo urbs ab Alexandro erecta Alexandria appellatur, choreæ, quia à Diabolo adinventæ, Diabolicæ quoque vocantur. Primus choragus, ſive ſaltator, à quo homines tripudiare & choros agere didicerunt, bos ille fuiſſe dicitur, qui ab Ægyptiis Serapin appellatus, adorabatur. Nam bos ille Dæmon quidam erat, qui certo quodam anni tempore è Nilo flumine egrediens, in aëre etigebatur, ibidemque ad plurimorum, quibuſcum cœca illa Ægyptiorum gens eidem obviam procedere ſolebat, inſtrumentorum reſonantium plectrum, omnibus ſpectantibus artificioſiſſimè ſaltabat & tripudiabat, unde poſtea totus mundus, ſaltus, choreas, atque tripudia didiciſſe creditur. Optimè igitur Vincentius dicit: *Choreæ videntur à Diabolo inventionem habuiſſe.* Cum igitur tripudia à Dæmone fuerint adinventa, ab eo inquam, qui *inventor omnis malitiæ*, dicitur, non mala animabus noſtris, imo non peſſima eſſe non poſſunt. Adeo inquam ſaluti animarum illa frequentantium nociva ſunt & mala, ut noxia magis aut deteriora eſſe nequeant. Quid enim pejus illo, quod hominem à cæli dextera totaliter averſum ad ſiniſtram perducit Inferni?

D. Chryſoſt. Hom. 66. in Geneſin.

Vincentius Ibid.

2. Machab 7.

8. Experientia compertum eſt, quod ſi gemelli, quales à matribus perſæpè concipiuntur, maſculi fuerunt, ambo ſubtiliſſimæ cuidam membranæ inveniantur incluſi, id quod etiam, ubi ambo fœmellæ fuerint, accidere ſolet: quodſi vero eorum unus mas, alter fœmella fuerit, tunc fœmina ſcorſim in membrana quadam à maſculo ſepa-

separata conspiciatur. Quidnam obsecro natura hoc dispari gemellos in matrice collocandi modo docere nos voluit? Nimirum monitos nos esse cupit, ut postquam nonnihil adoleverint, marem à fœmina semper separate & sequestrare non negligant, ob ingens malum, quod utrique sexui separationem istam, vel contemnenti, vel negligenti, sæpè evenire videmus. Mulier etenim ignis quidam est, ideoque ab Adamo *Virago* dicta fuit *à vira, quæ vox significat flammam*, uti Ethymologicon Trilingue tradit: vir autem fœnum esse noscitur, Isaia id attestante, qui dicit: *Omnis caro fœnum.* Ubi igitur fœnum istud ad ignem semel accesserit, eumque tetigerit, quis ardorem seu incendium prohibebit? Quis dubitat, quin fœnum igni proximum fiat, eoque accendatur, quando, quod in omni chorea fieri consuevit, vir ad mulierem non solum approximat, verum etiam ejus manus pedesque tangit, stringit, & premit? Ecquanam igitur ratione fieri poterit, ut fœnum hoc non accendatur & ardeat? *Vix potest esse*, inquit S. Hieronymus, *quin in contactu digiti vel depressione pedis, tentatio surgat.* Quotiescunque igitur in choreis viros mulieribus permixtos esse videtis, totidem Samsonis vulpes, in domo illa, velut in campo fœni pleno, discurrentes, omneque fœnum accendentes & flagrantes videre vos cogitate; quo pernitioso igne semel accenso, ipsummet etiam divinæ gratiæ vastissimum mare eidem concepto igni succurrere, aut extinguere illum, & à tanto hunc ignem consequente malo, liberare vix poterit, cum ignis ille inextinguibilis esse videatur, ardeatque usque ad Inferni novissima.

Ethym. Trilingue. Isaiæ 40. v. 6.

9. S. Andreas Cretensis deformes atque dissolutas saltantium actiones & mores considerans, eosdem Dæmoniacis sive à Dæmone obsessis assimilare non dubitavit, dicens: *Quæ autem non est plenum turpitudine corpus, quod celeriter movetur & membra, quæ tanquam turbo rotantur? quæ sunt revera simulachra eorum, qui correpti sunt à Dæmone.* Et revera tales esse nimis manifestè videntur. Unde cum Alphonsus Rex Neapolis mulierem quandam ad stuporem benè saltantem videret, mox ad circumstantes conversus dixit: Expectate, mox Sybilla edet oraculum. Numquam enim Sybillæ ad interrogata respondere solebant, nisi prius miro quodam furore, qualis in Dæmoniacis & obsessis hominibus communiter observatur, percitæ essent. Unde dum Alphonsus saltatricem Sybillam appellat, ipsam Dæmoniacam aut à Dæmone oppressam esse simul subindicat. Imò quavis est Dæmoniaca infelicior atque deterior, cum enim Dæmoniacæ corpus tantum in manu sit Dæmonis: saltatricem tantus hic inimicus quoad corpus simul possidet & animam. Quantum igitur ejusmodi obsessa mulier in virorum societate commixta mali efficiet? oculi ejus, qui tanta cum temeritate quemlibet sine discrimine respiciunt, velut duo fontes ignei ab inferno prosilientes erunt, ad diffundenda in incautorum circumstantium juvenum, aliorumque virorum corda gravissima mala. Pedes, quibus premit atque contaminat terram, eorum quoque, qui actionibus illius spectandis delectantur, animas simul coinquinant & inficiunt. Neque manus ejus esse existimes otiosas, dum enim miserorum juvenum manus tangendo invisibiliter ligant, non suo duntaxat, verum etiam ejus, cujus ipsa sceleratissima ministra existit, dominio easdem substernunt & subjiciunt. Nam *Vincula sunt manus illius*, ut inquit Sapiens.

D. Ambr. Cret. orat. de amput. cap. S. Ioan Bapt.

Panormit. lib. 2.

Eccl. 7. v. 19.

10. S. Basilius Magnus hasce miserias considerans, de vino, veluti præcipua causa, unde suam tot mala originem trahunt, vehementer lamentatur dicens: *Vinum profectò harum stragem animarum nobis fecit.* immoderatus potus & nimius cibus, quo in insolentibus ejusmodi nuptiis solemnissimo more ingurgitantur convivæ, ad similes miserias eosdem excitat. Vinum immoderatè potatum Moyses fel draconum esse dicit: *Fel Draconum vinum eorum.* Unde cum Dæmon per draconem communiter intelligatur, eo quod mundum perditurus primæ mulieri in Draconis forma apparuerit, hinc Moyses vinum fel draconum appellans, idem fel Dæmoniacum appellare voluit. Verum inquies, quodsi Moyses hoc dicere prætendit, non videtur bene dixisse; sic enim nonnullorum se hæreticorum

D. Basil. de luxur. & ebriet.

Deut. 32. v. 33.

pro-

probasset fautorem, falsamque & erroneam Catharistarum opinionem corroborasset, qui comedentes uvam, vinum tamen non habebant, inquit Joannes Lorinus interpres longè doctissimus. Respondeo igitur, quod quisquis dicti illius, semoto cortice, nucleum considerauerit, inveniet certè Moysen nequaquam cum hæreticis consensisse aut malè fuisse locutum, sed orthodoxè, sed optimè. Dæmones etenim corpus non habent, nec manus, pedes, jecur, aut cor, nec fel, aut aliud quodvis humani corporis membrum, sed substantiæ sunt spirituales, incorporeæ, invisibiles. Divinus itaque Chronista, quia Dæmonem omnium corporalium membrorum expertem esse sciebat, summam & excessivam vini immoderatè potati amaritudinem sub hac metaphora nobis ob oculos proponere voluit; Quasi dicere voluisset: Quodsi Dæmones, quos Abacuc Propheta ob extremam illorum amaritudinem *gentem amaram*, appellat, si cuti nos corporei essent, carnes utique eorum valde amaræ futuræ fuissent, & vel præcipuè inter cæteras corporis partes incomparabiliter fuisset amarum: huic autem amaritudini, vini sine ratione & mensura potati, acerbitas, & amaritudo nihil cedit, atque ideo de tali vino merito dicitur: Fel Draconum sive Dæmonum vinum eorum. Et quidem quot sunt in mundo hominum myriades, quos vinum diversissimis modis amaritudine replevit? Quot inimicitias excitavit? quot occidit homines? quot Virgines defloravit? quot animàs è Dei manibus sustulit, atque in Infernum præcipitatos, æternæ amaritudini immersit? verum enimvero nimis frigidè vini exitia, aliaque inde surgentia mala descripsisse videor, dum illud felli Dæmoniaco assimilavi, quod non uni duntaxat parti, sed toti Dæmoni quoad totam ejus substantiam comparare verius debebam. Nam *Ebrietas ipsa Dæmon est*, ut Basilius inquit. Hic igitur Dæmon ad ejusmodi nuptias communiter introduci solet, quarum proinde invitati, veluti tot bestiæ ad præsepè alligatæ per integras noctes mensæ, accumbunt, certatim sine fine bibunt, donec in immenso quodam vini mari inebriati rationem submerserint. Meritò contra similes nuptias instruentes S. Chrysostomus hisce verbis fulminat: *Mysterium Christi celebras & Dæmonium vocas?* quasi diceret, quid Dæmon cum nuptiis, aut cum matrimonio, quod sacramentum quoddam est à Christo institutum, commune habet? Imo quod miseriam à vino causatam mirabiliter adauget, non est quod tibi persuadeat, quod Dæmon in homine locum ei dante solus sit, utpote qui integram pernitiosissimorum Dæmonum infernalium turbam in eum secum adducit. Porrò veretes id significare volebant, quando Bacchum tot satyris, Jacinis, atque silenis stipatum olim proponebant, eidemque spurcissimum luxuriæ vitium, id est Venerem veluti individuam comitem adjungebant.

Joan. Lorin. Num. 6. v. 3.

Abacuc. 1. v. 6.

D. Basilius ibid.

D. Chrysost. Hom. 12. ad Colos.

11. Etenim indissolutis & insolentibus ejusmodi nuptiis Venus verè dici potest Bacchi individua comes atque sodalis, in iis namque post longas & in seram usque noctem protractas cænas lascivæ tandem introducuntur Comediæ, inhonestæque repræsentationum erubescendarum scenæ, quæ, ut Tertullianus inquit, non sunt aliud, quam quoddam *Sacrarium Veneris*. Porrò quia juxta ejusdem Tertulliani opinionem, in comædiis tot reperiuntur Dæmones, quot iis assistunt auscultatores: *Tot ibi immundi spiritus consident, quot homines capit*: hinc nescio, qua ratione possibile sit, ut quis inter tot Veneris ministros, tot lascivis actionibus armatos, inter tot turpia & fœda, tot ibi præsentium meretricum virorumque effœminatorum verba, à lascivæ cupidinis pernitiosissimis sagittis possit esse immunis. Quis enim in pestiferorum hominum medio constitutus sine pestis periculo evadere poterit? Comædiæ etenim pestilentiæ sunt, non corporis, de eo enim parum referret, sed animæ pestes sunt, ideoque pernitiosissimæ. Romani olim, ut S. Augustinus refert, ad hoc ut pestis compescerent contagium, ex Deorum suorum consilio, Comædias impudicas exhibere, variasque repræsentationes lascivas proponere solebant: & quod mirum est, hoc remedio applicato, confestim omnis morbus cessabat, nec serpebat deinceps ulterius; Neque tamen malum istud ex hujus virtute remedii propriè compescebatur,

Tertull. de spectat.

sed

ſed Dæmon tempus peſtis jam certò etiam ſine illo remedio adhibito ceſſaturæ, ſciens, & natali ſagacitate ſua prævidens, peſte jam deficiente turpes adeo atque laſcivas actiones atque comædias exhiberi præcipiebat, ut hac ratione homines peſtem per hoc remedium adhibitum fugatam eſſe credentes, tantò magis fœdis laſciviſque ejuſmodi ſpectaculis fierent dediti, ſibique hoc modo, novam quandam conciliarent peſtilentiæ contagionem priori longè deteriorem, magiſque ſævam ac crudelem: *Aſtutia ſpirituum neſandorum prævidens illam peſtilentiam jam ſine dubio ceſſaturam, aliam longè graviorem, qua plurimum gaudent, ex hac occaſione, non corporibus. ſed moribus curant immittere*, inquit S. Doctor. Quia igitur peſtilentia iſthæc per Diabolicam inſtigationem & pravam conſuetudinem in nuptias paſſim introducitur, non video, qua ratione fieri poſſit, ut qui caſti ad eaſdem ſunt ingreſſi, caſti denuò inde ſe recipere poſſint. Locus ille non poteſt non eſſe peſtiferus & contagioſus, cujus aër prophanis, fœdis cantionibus, terra autem laſcivis ſaltibus atque tripudiis exitialiter contaminantur *Aërem meretricijs cantibus*, inquit Baſilius magnus, *terram pedibus laſcivè ſaltando contaminant.*

D. Aug. lib. 2. de Civit. c. 22.

D. Baſil. ibid.

11. Portò tametſi hæ nuptiæ adeo laſcivè ſolemnizatæ & celebratæ ab omnibus hominibus tam viris, quàm fœminis declinari, & veluti pernitioſiſſima peſtis devitari debeant, à fœminis tamen caveri debent quam maximè, utpote quibus ſunt periculoſiſſimæ, quæque ad cito peccandum adeo ſunt fragiles, ut ex minima quavis occaſione ad malum provocari & perſuaderi facillimè poſſint Etenim haud quaquam dubito, quin è mulieribus nonnullæ, dum ſanum hoc à me conſilium audiunt, confeſtim replicaturæ ſint, dicentes: Cur nobis deinceps nuptiæ declinandæ eſſent, quando ipſammet cœlorum Reginam Deiparam Virginem Mariam virtutum omnium normam ad nuptias invitatam, libenter in iiſdem comparere videamus. Quodnam malum facere poſſumus, quando eam imitamur, cujus veſtigiis omnes inſiſtere debemus. Hiſce igitur reſpondeo, quodſi nuptiæ noſtræ ſimiles eſſent nuptiis illis, quibus Deipara Virgo præſens aſtitit, nunquam eaſdem mulieribus interdicere aut prohibere præſumpſiſſem: at verò cum inter illas & noſtrates nuptias, quæ hodierno tempore celebrantur, non minor ſit diſtantia, atque cœlum intereſt & infernum, peſſimè mulieres conſilium meum reſpuendo ſibi conſulunt. Nuptiæ, quibus Beatiſſima Virgo præſens interfuit, ſanctæ fuerunt ac ſacræ, atque ab illis fœcibus, quæ nuptias noſtras abominabiles faciunt, valdè expurgatæ, atque ideo mirum non eſt, quod Beata Virgo ad illas invitata comparere, ſponſoſque ſua præſentia honorare & conſolari voluerit. Verum enimverò ſupponamus etiam nuptias illas æque vanas, leves, & diſſolutas fuiſſe ac hodie ſunt noſtrates, non tamen ſequitur, quod ex quo B. Virgo iiſdem ſine ullo peccandi periculo intereſſe potuit, aliæ quoque fœminæ eaſdem abſque ullo periculo frequentare, atque inter tot peccantes à peccatis committendis ſecuræ eſſe poſſint. Nam Deipara Virgo in gratia confirmata, atque potentiſſima divini filii ſui ſocietate, & integra quadam innumerabilium Angelorum, lætarium animæ ſuæ cuſtodientium, idemque ab omni, quantumnis levi & veniali, culpa præſervantium turba ſtipata erat: cum tamen aliæ fœminæ, nec ſint talibus communitæ auxiliis, nec à peccandi facilitate & fragilitate immunes, atque ideo ubi tot ſunt peccandi occaſiones, utique & ipſæ ad ſimilia perpetranda peccata facilè perſuadebuntur. *Non enim ita ſecurè eſſe poſſunt*, inquit Rupertus Abbas Tuitienſis, *ſicut illa B. Regina cœlorum, qua Virginitatis theſaurum & hominibus habebat occultum, & filii ſui præſidio, ſanctorumq; Angelorum fida cuſtodia præmunitum.* Tametſi Salmandra in ignem liberè inſiliat, nec tamen comburatur, non ideo confeſtim illam conſectari debet quodvis aliud animal quod Salmandra non eſt. Tametſi ſol lutum contingendo inde tamen non contaminetur, omnia tamen alia præter ſolem lutum contrectantia deſœdantur. Lutra abſque ulla corporis ſui humectatione aquas ingredi, ſub iiſque habitare poteſt, quod ovis facere nequit: Ita

Rupertus Abbas l. 2. c. 2. in Ioann.

quoque quod mulier locum aliquem à luxuriæ fœtore infamem, & lasciviæ aquis inundantem ingredi, indeque non humectata & illæsa egredi possit, est impossibile.

13. Nunc de superfluis, qui hisce nostris temporibus in nuptiis inutiliter prodiguntur & dissipantur, sumptibus nonnihil agamus. Nullus sermo assequi potest, quantæ in hisce occasionibus prodigantur & adhibeantur pecuniæ, tum ad domos superbè ornandas, tum in nimis pretiosa corporis indumenta, tum ad mensas incredibili ferculorum varietate & multitudine onerandas, aliasque vanitates similes, quibus non solum opulentæ mulieris dotes, verum etiam Patrimonium viri unico die tantum non consummuntur. Undefit, quod celebratis nuptiis, omnibusque consumptis, tandem fortunæ suæ facultatumque deliquium, & inde emergentem ruinam suam evidenter cernentes, contristentur, & quasi tragædiam quandam exhibuissent, cum planctu & lachrymis omnia concludunt. *Quæ post nuptias oveniunt*, inquit Chrysostomus, *ista solum potissimè angunt omnia. Quod enim videt omnia perdita, domumque desolatam, mœstitiæ causa est.* Meritò autem contristari debent; Quia sicut is, qui cunctas facultates suas ad Dei servitium adhibuit, lætari & gaudere solet: *Iucundus homo, qui miseretur, & commodat*; sic alius, qui quicquid possedit, in Dæmonis cultum & obsequium impendit, in fine tandem non dolere & lugere non potest. Ille enim quia sua expendit & nihil perdidit, imo potius lucri fœnus inde centum pro uno lucrando retulit, ideo præ lætitia exultat. Hic verò quia omnes, quotquot adhibuit inutiles sumptus sine ullo lucro, imo ingenti cum damno suo amisit & perdidit, tristis & melancholicus vivit & mœret. Sponsi hodie in nuptiis naufragium patiuntur tam corporalium, quàm spiritualium bonorum, quia clavum earum non Deo, sed Dæmoni velut nauclero gubernandum committunt.

D. Chrysost. Hom. 12. ad Coloss.

14. Deus quidem, eo quod Adami nuptias celebraturus, manum suam mulieri creandæ applicare debebat, dicere non dubitavit: *Non est bonum esse hominem solum, faciamus ei adjutorium simile sibi.* Veruntamen si Deus hisce nostris temporibus Adamo celebraturus nuptias, mulierem in adjutorium ejus & conjugem creare vellet, utique ejus, quod nunc dixerat, contrarium dicturus esset: Cum enim tunc dixerit: *Non est bonum esse hominem solum*, nunc utique dicturus esset: *Est bonum hominem esse solum.* Cur autem id dicturum esse existimas, cum nuptiæ adeo sint laudabiles, bonæ, & sanctæ? Non hoc propter nuptias in se, sed propter abusus, qui in nuptias sensim irrepunt, dicturus esset, qui adeo sunt pernitiosi, ut viro melius futurum esset mulieri non nubere, quam nuptui ei se tradere. Tanti namque tamque exorbitantes hodie sumptus in nuptiarum impenduntur solemnia, ut virum aliquem ad inopiam & extremam redigere paupertatem possint. Atque ideo cum ad mulierem vestiendam & exornandam aliasque similes vanitates totam mulieris dotem impendat, supereſt, ut ad continuandum ejus fastum & pompam, ne aliis videatur paribus sibi & fœminis impar, aut exhausta videatur ejus substantia, furtis deinceps vacet & latrociniis. *Si modò Deus*, inquit S. Doctor, *crearet uxorem, diceret: Bonum est hominem esse solum. Antiquitus panem expendebant in nuptiis, & in vestimentis.* Dotes equidem pro sustentatione vitæ & status uxoris dari matritis solent, at vero qua ratione maritus conjugem suam sustentabit post nuptias, si omnes fœminæ dotes consumptæ sint in Nuptiarum delitiis, atque aliis ad eas concurrentibus, vanitatibus superfluisque expensis? utique furando & rapiendo, aliisque illicitis modis illam infelix maritus sustentare cogetur. *Faciet se furem*, subjunget S. Doctor, *& ingeret se ad officia communitatis, ut pertractet pecunias.*

Gen. 2. v. 18.

D. Vincentius serm. 2. Dom. 2. post Trinit.

15. Pro hujus discursus coronide, causam scire percuperem, cur Ecclesia tam Adventus, quam quadragesimalis jejunii tempore nuptias fidelibus interdicat, cum illas alio potius tempore, quam illo prohibere debuisse videatur. Si enim nuptiæ verè sint, uti sunt verissimè, actiones divinæ, sactæ & sanctæ,

ctæ, ut ſuperiùs diximus, cur ſacratiori anni tempore prohibentur & interdicuntur? Dicendum igitur, quod hujus prohibitionis ratio non reſpiciat nuptias, ſed abuſus quibuſcum nuptiæ à fidelibus celebrantur. Quodſi enim nuptiæ non cum tanta pompa & faſtu, cum tot conviviis, crapulis, & ebrietatibus, cum tot ſuperfluitatibus, aliiſque vanitatibus mundanis celebrarentur, ipſæ tam hiſce, quàm aliis anni temporibus permiſſæ utique forent *Benedictiones Matrimonii non prohibentur ratione ſui, cum ſint quid ſpirituale, ac proinde tempus devotioni dicatum non dedeceant; ſed propter convivia, & alia feſtiva tunc intervenire ſolita, qua mentem à Divinis arcent*, inquit Angelicus Doctor. Eccleſia igitur rei adeo ſanctæ celebrationem illis diebus vetat & prohibet, ne tempora & dies adeo ſancti, malis & ſcandaloſis prophanentur abuſibus. Illæ namque actiones, quæ mentem, animamque hominis à Deo procul avertunt, eandemque carnis, mundi, & Dæmonis ſervitiis & cultui addicunt, illis ſunt temporibus præcipuè prohibendæ, quibus uni & ſoli vacandum eſt Deo. Quam igitur mali nobiſque pernitioſi abuſus iſti nobis exiſtant, dum à Deo nos avertentes, adverſariis noſtris nos conſecrant, à cœlo nos procul arcentes, Infernis vicinos nos conſtituunt, vobis non eſt difficile conjicere.

(o)

SERMO II.

IN DOMINICAM II. POST EPIPHANIAM.

THEMA.

Vinum non habent,
Ioann. 2.

ARGUMENTUM.

Matrimonium illud nunquam feliciter cedet, quod pro fine seu scopo interesse proprium habet, & respectum humanum.

1. VAriæ, eæq; prægnantes sunt rationes, ob quas Christus homo factus, primum quod hic in terris operatus est miraculum, Aquæ in vinum transmutationem in Cana Galileæ, factam esse voluerit. *Primò* enim, quia Deus in Incarnatione ex forti & potente factus erat fragilis, debilis, & infirmus, & quasi ex vino in aquam fuerat commutatus, ideo in primitivo suo miraculo ex Aqua vinum facere, atque per hoc simul innuere voluit, se fortem ideo factum esse debilem & infirmum, ut nos infirmi fortes fieremus, imo ut Homo fieret Deus. *Secundò*, quia vinum est vita, unde & à vita vinum nomen suum obtineat, eò quod ad humanam vitam plurimum conferat: Christus autem eo præcipuè fine de cœlo in hunc mundum descendit, ut nobis qui haud secus ac aqua ad mare mortuum decurrebamus vitam, eamque æternam donaret, ideo aquam in vinum commutavit, ut innueret, quod mortales immortales effecerit, ne deinceps amplius declinarent ad mortem, sed in cœlum, ubi perpetua vita est, procul ab omni morte remota erigerentur. *Tertiò*. Ex quo discipulos suos ad laboriosam Evangelii publicationem recenter congregaverat, ideo ne in tam arduo & laborioso opere deficerent animis, in eorundem omnium præsentiâ aquam in vinum gloriosè mutavit, eosque simul monuit, Aquas tribulationum & ærumnarum, quas per mundum in prædicatione Evangelii discurrentes & oberrantes toleraturi erant, in vinum transmutandas esse æternæ consolationis. *Quartò*, Quia Aquam semel ad majorem gloriam suam in sanguinem commutaverat, eamq; proinde abominabilē reddiderat, eandem postea non solum

ſolùm priſtinæ ſuæ naturæ dignatus eſt reſtituere, verum eidem inſuper, poſtquàm homo factus eſt, eſſe quoddam contulit valde pretioſum, dum illam in vinum commutavit; ut hac ratione omnes quotquot in hac vita pro majori Dei gloria contemptui omnibus ſunt, & abominabiles eſſe cenſentur, intelligerent futurum aliquando eſſe, ut ultra meritum ſuum deinceps ab eo præmientur & honorentur. *Quintò*, cùm ſicut aqua mentem hominis in terram dejicit, ita vinum eandem ſurſum erigit, unde & Bacchus alatus depingitur, hinc Deus, cui ſummè diſplicet, quod homo mente ſuâ velut beſtia deorſum in terra repat, illamque dejiciat, non verò in cœlum erigat, ex aqua vinum fecit, ut jam non deinceps mente ſuâ velut beſtia in terram ſe demitteret; ſed velus Angelus in cœlum ſe ſublimaret. *Sextò*, quia ſuo tempore dicturus aliquando erat: *Ego ſum vitis vera*, ſe vitem & veram quidem vitem eſſe prius opere, quàm verbis demonſtrare & probare voluit. Sicut enim vitis aquam in vinum tranſmutat, ita pariter Chriſtus aquam in vinum tranſmutare voluit. Verè vitis erat, quando viliſſimam ſubſtantiam noſtram aſſumpſit, eandemque in rem adeò excellentem & pretioſam transformavit, ut pro iis ſatisfacere debitis potuerit, quibus ſolvendis, nec terra, nec cœlum ſufficiebat. *Septimò* denique, quia ad hoc de cœlo in terram deſcenderat, ut corda noſtra ipſamet aqua frigidiora, propter maledictum intereſſe, quod in mundo regnat totaliter immutaret, ex aqua vinum facere voluit, ut hâc ratione ſublato è mundo intereſſe charitatem introduceret. Verum obſervandum eſt hoc loco, id Chriſtum in nulla alia actione feciſſe, quàm in nuptiis; ſciebat enim nuptias noſtras propter intereſſe ex cujus motivo communiter contrahuntur & concluduntur, haud ſecus ac aquas frigidas eſſe, unde ut nos matrimonia cum bona & recta, atque ab omni humano intereſſe expurgatâ intentione procuranda eſſe doceret, aquam in vinum mutare voluit, ut hac ratione à nuptiis vel matrimoniis, tam frigus algentis intereſſe removeret, quàm calorem introduceret charitatis & bonæ intentionis. Nuptiæ quæ propter intereſſe privatum conciliantur, *vinum non habent*. Hæc namque unica eſt ratio, cur hiſce temporibus noſtris tot matrimonia peſſimo fine claudantur, quia nimirum non cum ea intentione, quam Deus & recta ratio ordinant, ſed propter mundanos reſpectus contrahuntur. Quam quidem veritatem in præſenti diſcurſu latiùs clariùſve elucidabo.

Ioan. 15. v. 1.

Ioan. 2. v. 4.

2. Moyſes Propheta de Iſaac Abrahæ filio conjugem ſibi copulante loquens, illum eo tempore quadraginta annorum ætatem habuiſſe dicit: *Iſaac cùm eſſet quadragintа annorum, duxit uxorem Rebeccam.* Sacer Dei Chroniſta de Iſaaci matrimonio diſſerens, ætatem annorum, quam cum Rebecca paciſcens habebat, publicate neceſſarium duxit; cùm tamen primâ facie id minimè neceſſarium fuiſſe videatur; quid enim referebat mundum ſcire, num Iſaac conjugem ſibi accipiens, viginti, vel triginta, vel quadraginta annorum eſſet? quidnam ex hac ætatis Iſaaci ſpecificatione utilitatis elici poterat? verùm enimverò tametſi iis, qui hujus loci corticem duntaxat attendunt, Moyſen ætatem, in qua Patriarcha conjugem ſuam duxit, intermittere potuiſſe arbitrentur, veruntamen quiſquis interiorem loci illius nucleum nonnihil profundius penetraverit, inveniet Prophetam non ſine prægnanti ratione ſancti hujus Patriarchæ ætatem exprimere voluiſſe, utpotè unde magna eam legenti emanare utilitas poſſit. Hâc namque ætatis expreſſione parentibus ætatem inſinuare voluit, in qua filios ſuos conjugio copulari permittant. Cavendum namque eſt, ne filii dum adhuc pueri, vel nimium juvenes ſunt, ſed dum in ſolida & ſufficiente ætate conſiſtunt, nuptui tradant, tum quia dum adhuc nimium juvenes ſunt, ſeque ipſos gubernare neſciunt, domum quoque ſuam gubernare minimè valebunt, tum quia debiles, infirmos, breviſque vitæ filios è tali conjugio edent. Unde Oleaſter hunc locum explicans dicit: *Non poſſum non taxare noſtri temporis homines, qui filios ſuos vix triginta annorum uxoribus conjungunt, qui non ſolùm domum ſuam regere neſciunt, ſed neque ſeipſos. Propter hoc filios immaturos gignunt, & ante maturum tempus ſeneſcunt.* Fortaſſis Solon

Gen. 25. v. 20.

Oleaſt. in c. 25. Gen.

Geneſeos librum legendo pervolverat, quando cauſam interrogatus, cur matrimonio inter virum & mulierem contrahendo, tot annorum tempus in legibus ſuis præſcripſiſſet, ut Plutarchus refert, reſpondit: *Ut ſoboles, ex adultis perfectaque ætatis parentibus nata, valida ſit & vegeta: Ex coitu propero, non ſolùm læduntur corpora gignentium, verùm etiam proles naſcitur imbecilla.* Cùm igitur ex parvulorum filiorum matrimonio tanta naſcantur incommoda, qui fit, quod hodie patres & matres, filios & filias ſuas, etiamnum quinquennes, imò nondum natas, nuptui tradant? conjugia talia ab intereſſe dotis ſolummodò proficiſcuntur. Quia enim mulierem aliquam prædivitem eſſe norunt, ideò ut domibus ſuis ejuſmodi ingentes divitias & facultates adſciſcant, filiolum ſuum mox illi in maritum conjungunt, illudque matrimonium cum omni poſſibili ſollicitudine & cura paciſcendo acceleranr, veriti, ne ſi diuturnior mora interceſſerit, reſque in alterum annum dilata fuerit, ſeſe in ampliſſimæ illius dotis amittendæ periculum conjiciant. Atque hæc ſola ratio eſt, cur non conſiderent, quod domus regimen, puero cuidam ſemetipſum regere neſcienti committant: neque attendunt, vel certè parvi faciunt, quod filii ex tali conjugio naſcituri, debiles futuri ſint, brevemque ſint victuri vitam. Tali alicui marito nomen illud imponi poterit, quod Pharao Joſephum honoraturus eidem indidit, dum illum *Abrec*, id eſt, *pater tener* appellavit. Verè etenim pater tenet eſt, qui factus eſt pater, priuſquàm ferè filius eſſe cæpiſſet. Nemini igitur mirum ſit, quod ſtatus & dominia veterum ſplendidarumque familiarum in peregrinarum familiarum poteſtatem redacta eſſe videantur, quando ex patre tenero, teneri quoque naſcuntur filii, qui ob ſui teneritudinem in immatura ætate morientes nullum poſt ſe hæredem relinquunt.

Plutarch.

Nicol. Lyr. in c. 40. Gen.

3. Porrò ex quo de Iſaaci Patriarchæ matrimonio in præſens nobis ſermo eſt, ſcire ulteriùs debemus, quod Abraham filium ſuum conjugi alicui conjungere volens, fidelem acceriverit domus ſuæ famulum, cujus prudentiæ multùm tribuebat, eidemque totum conjugii hujus paciſcendi negotium committens, eundem pariter, ne matrimonium illud cum Chananæorũ filiabus, quibuſcum Patriarcha tunc commorabatur, iniret, ſeriò commovit, atque ad hujus monitionis obſervantiam, eundem tantò arctiùs obligaret, juramento ſibi illum adſtrinxit, *Dixit ad ſervum ſeniorem domus ſuæ: pone manum tuam ſuper femur meum, ut adjurem te per Dominum cœli & terræ, ut non accipias uxorem filio meo de filiabus Chananæorum, inter quos habito.* Equidem ſi hoc ab Abraha ſervo ſuo impoſitum præceptum penitiùs conſideretur, videri nonnemini haud immeritò poſſet, Abrahamum ſervo ſuo, ne filio ex filiabus Chananæorum ſponſam eligeret, præcipientem nequaquam ſibi prudenter conſuluiſſe, ubi enim ab aliqua filia opulentiorem, ſplendidioremque filio ſuo dotem comparare potuiſſet, quàm ſi illam Chananitidi cuipiam nuptui traderet. Hi namque eò, quod opulentiſſimi ſint, *Chananæi* appellantur, id eſt, *mercatores*, aut verò *negotiatores*, in mercatorum autem poteſtate maximæ ſemper & etiamnum hodie divitiæ aſſervantur. Verùm enimverò quod ſi Abraham in filii ſui matrimonio divitias quæſiviſſet, nunquam filio ſuo uxorem quæſiturus, famulum extrà regionem illam ad alia loca dimiſiſſet; quia verò in futura filii ſui conjuge virtutes, non divitias, ambiebat, quæ in Chananæis minimè inveniuntur, ideò mulierem illi Chananæam jungi prorsùs prohibuit: *Veteres*, inquit circa hunc locum Chryſoſtomus; *non quærebant ſubſtantiam multam, non ſervos & jugera agri tot & tot: non externas venuſtates, ſed animæ pulchritudinem & morum nobilitatem.* Quotquot in matrimoniali contractu divitias quærunt, divitias profectò non conjugem ambiunt. Martia Romana Catonis filia, interrogata, cur, quæ juvenis adhuc, valdeque ſpecioſa erat, ad ſecundas non tranſiret nuptias, reſpondiſſe legitur, *Non invenio virum, qui me magis velit quàm mea.* q.d. Quod ſi talem invenire virum poſſem, qui conjugem potiùs, quàm divitias ambiret, illum utique in maritum mihi adoptarem: verùm quia nullum eſſe experior, qui uxorem, ſed uxoris potiùs bona appetat, ideò in viduali deinceps ſtatu perpetuò vivere decrevi. Nimirùm ſapiens

Apoph. Ald. Man.

Gen. 24. v. 2.

D. Chryſ. hom. 48. in Gen.

Apoph. Aldi Man.

ſapiens hæc mulier optimè intelligebat, ſibi maritum illum nequaquam conducere, qui non ſe, ſed bona ſua prenſare ſtuderet. Quod ſi ejuſmodi ſponſus à Sacerdote in celebratione matrimonii, num talis ei filia placeret, interrogatus, veritatem ſine ſimulationis fuco, nude & ſimpliciter edicere vellet, dicturus utiq; eſſet: non illa, ſed quàm ſecũ adfert, dos mihi placet; neque enim talis matrimonium ſimpliciter celebrat prout decebat, ſiquidem non mulier, ſed ejus ſibi facultates placent. Unde magnum quoddam inconveniens naſcitur. Eo ipſo enim, quo maritus non conjugem, ſed dotem & divitias ejus quæſivit, conſequenter non illam, ſed quas ſecum adducit facultates amabit aut æſtimabit; neque conjugem ſuam majoris faciet, quàm quendam ad domum divertentem aſinum auro & argento onuſtum, quem argento exoneratum, fuſtibus è domo ſua expulſum, in ſtabulum abire cogit.

4. S. Apoſtolus Timotheo diſcipulo ſuo præcepit, ne hominibus divitibus prædicaturus, virtutem illis humilitatis perſuaderet & inculcaret. *Divitibus hujus ſæculi præcipe, non ſublime ſapere.* Cur obſecro Apoſtolus divitibus humilitatem potiùs, quàm miſericordiam, compaſſionem, modeſtiam, caſtitatem, aliaſque virtutes, quibus non minus quàm humilitate particulariter indigent, inculcaram eſſe voluit? ratio eſt, quia multi inveniuntur dives, qui liberales, compaſſivi, modeſti, caſti, aliiſque virtutibus ornati exiſtunt, pauci verò humiles inveniuntur. Quia enim divitiæ verum quoddam ſunt ſuperbiæ fomentum, ideò divites ſuperbos eſſe, humilitateque magnoperè indigere experimur. *Inclinat*, inquit Hugo Cardinalis, *divites ad humilitatem, quia in divitiis ſolet generari ſuperbia.* Sicut enim raræ inveniuntur veſtes, quæ tineas non generent, ita raras invenies divitias, quæ ſuperbiam non pariant. Omnibus quidem virtutibus divites magnoperè indigent, humilitate autem quàm maximè, cum paſſim & univerſim ſint ſuperbi. Torquatus Taſſus cauſam interrogatus; cur antiqui pavonem olim Junoni dedicare ſoliti fuerint? reſpondit, quia per Junonem divitias, & ſuperbiam per pavonem intelligebant; Junonem igitur pavoni aſſociârunt, ut per hoc ſuperbiam divitiarum individuam ſodalem eſſe innuerent. At verò quidnam per hactenus dicta indicare molior? nimirùm aliud quoddam non minus grave inconveniens, quod quæſitum intereſſe ejus, qui in matrimoniis divitias ambit & diligit, ſecum adducit, hæ enim ſuperbiæ ſocietate deſtitutæ, domum ſuam nunquam ingredientur. Etenim poſtquam vir aliquis ſemel opulentam uxorem duxerit, illam utique ſuperbam valde ſibi jungit, magnumque ſibi in domo ſua conciliabit incendium. Quod ſi enim ſibi talem fœminam divitem æquè ſibi ac aliam ſubjectam futuram perſuadeat, magnoperè ſi id credit, decipitur, nam volens, nolens illam veluti dominam ſuam ſuſtinere cogetur: non enim illi imperare audebit, quin potiùs veluti quidam in domo ſervus imperia ſibi ab ipſa imponi ſuſtinebit; tandemque ſe pro opulentæ acceptæ dotis pretio, auream vendidiſſe libertatem experietur, prout ei accidit, qui apud Plautum dicebat: *Argentum accepi, dote libertatem vendidi.* Id quod veriſſimum eſt, inquit Ariſtoteles, dum ait: *Dominantur uxores propter amplitudinem patrimonii.* Porrò quando Apoſtolus dicit: *caput mulieris vir*, innuere velle videtur, mulierem eſſe corpus, cujus caput maritus exiſtat, & conſequenter hoc ſuperemineat & imperet, illud verò ſubſit & obediat. In quantam non redigendus eſſet ruinam homo ille, cujus caput deorſum inclinet, membra vera reliqua ſurſum emineant? in quo caput, cui imperare convenit, obedit partibus, quæ capitis imperio ſubjectæ eſſe debent? ſimilis utique ruina illi imminet domui, in qua maritus uxoris imperio patere cogitur; cujus equidem maximi mali unica ratio maledictum illud intereſſe erit, quod eidem talem ſubire fortunam perſuaſit.

5. Verùm obſecro ad Iſaaci matrimonium denuò revertamur, utpotè quod prohac materia myſteriis copiosè abundat. Mox igitur ut ſanctiſſimi Abrahæ procurator juxtà ordinem à Domino ſuo ſibi præſcriptum in Meſopotaniam appulit, integram.

1. ad Tim. 6. v. 17.

Plutarchi.

Ariſt. l. 8. Ethic. c. 10.

1. Cor. 11. v. 13.

Hugo Card. in 1. Tim. 6.

Ioan. Bapt. manſ. in vita Taſſi.

tegram quandam virginum turbam sibi causaliter obviantem aspiciens, qui aquas è fonte hausturæ adveniebant, intra semetipsam mox dixit: *Puella cui ego dixero: inclina hydriam tuam ut bibam, & illa responderit: bibe, quin & camelis tuis dabo potum; ipsa est, quam præparavit Dominus servo suo Isaac.* Cur obsecro hic servus virginem illam, quæ sponsa filii Domini sui futura erat, non non ex alio, quàm illo dignoscere voluit? Cur non dixit: ea quæ opulentius & magnificentius vestita fuerit, sponsa, quam quæro erit; cùm vestes & ornatus exteriores, latentium in domo divitiarum infallibile sæpè sint signum? nimirum quia in ea, quam filio Domini sui procuraturus erat, sponsa, non copiosas quærebat divitias, sed potius virtutem, & quidem virtutum omnium Reginam, charitatem: *non immeritò vir iste,* inquit Oleaster, *hoc potiùs signo, quam alio uxorem Domini sui cognoscere voluit, ut eam videlicet Dominus Isaac eligere didicisset, in qua charitas & dilectio proximi eluceret?* Intelligebat enim, quod Isaac eo ipso, quo virtuosam honestamque nactus sponsam esset, præstantissimam eum eadem accepturus dotem esset, tametsi alias bonorum esset temporalium valdè inops. Et reverà id Isaaco accidisse, ipsamet docuit experientia, mox enim ut Rebecca in ejus fuit domum ingressa, simul cum ea multùm. Rebecca enim latino sermone interpretatur *multum accepit,* Domi suæ nihil omninò accipiunt, qui in matrimoniis solum interesse dotis respiciunt: multum verò accipiunt, qui in conjuge sua, præter virtutem, nihil aliud quærunt. Cùm enim hi veram sibi conjugem jungant, illi imperantem sibi Dominam adsciscunt; nec paciscuntur matrimonium, sed sese vendunt veluti mancipium, libertatem sibi adimunt, & superbæ atque intolerabilis Dominæ imperio & jugo sese perpetuò subjiciunt. *Namsi quis pauper pecuniosam uxorem duxerit, non uxorem sed Dominam habet, cujus est famulus & servus,* inquit Anaximander Poëta Græcus.

Gen. 24. v. 14.

Oleast. in c. 24. Gen.

Anaximander.

6. Plinius Secundus Nepos, cùm acceptâ à quodam chato amico suo commissione; filiæ suæ convenientem conquirendi sponsum, tandem magnâ adhibitâ industriâ aliquem inveniſſet omnibus numeris absolutissimum, quique & genere & moribus tali filiæ aptissimè quadraret, idipsum eidem amico suo scriptis ad eum familiaribus literis communicavit, in quibus postquam de egregiis juvenis illius virtutibus bonisque moribus prolixius discurrisset, tandem subjungit: *nescio, an adjiciam, esse patri ejus amplas facultates.* Cur obsecro Philosophus iste de sponsi amplis facultatibus specialem facere mentionem dubitabat, quando divitiæ in negotio matrimonii tantum in se momentum contineant, ut primum esse communiter soleat, de quo tam ex parte fœminæ, quam ex parte viri diligentissima fieri inquisitio consuevit? Ipsemet citatus Philosophus hujus dubii rationem in medium adducere non intermittit, dum sequentia mox verba subjungit: *nam quibus quærimus generum, silendum de facultatibus puto.* quasi diceret: ex quo tu generum tibi conquiri jussisti, non facultates, neque pecunias aut divitias, sed bonos mores, hoc loco de divitiis & facultatibus nequaquàm agendum esse duxi. Ad vestram, ô Christiani, confusionem respondeo istud in medium adduco, qui cum hi tametsi gentiles essent, in suis tamen matrimoniis virtutes, non verò pecunias, in conjugibus requisiverint, pecunias tantùm non verò virtutes ambire soletis. Nunquid puder vos asinum aliquem filiæ vestræ ob eum duntaxat respectum maritum dare, quod argento bene onustus in domum vestram divertat? divitiæ namque à Diogene Cinico *jumentorum onera* congruo nomine appellantur. Quid si tales asini, ut frequenter contingit, per suam stultitiam, stoliditatem & imprudentiam, ab omni bonorum suorum onere, exonerentur ab aliis, atque omnibus divitiis suis exuantur, quid tali casu avarus socer à suo principali scopo se aberrare videns faciet? num fortè miserabilem generum violenter velut asinum fustibus è domo sua exturbabit? cùm enim propter divitias, quas habebat, in domum suam ipsum admiserit, consequens erit, ut illum jam ad paupertatem redactum è domo sua expellat. Atque ita matrimonium istud multorum rumorum, litium, centenarumque aliarum ærumnarum & afflictio-

Plinius Secundus epist. lib. 6

afflictionum consequentium causa erit, & haud secus ac tragœdia aliqua terminabitur; imò comœdia erit, utpotè quæ omnibus hominibus, effusè tale matrimonium videndi materiam præbet.

7. Prudenti cuivis homini in quovis negotio valdè arduo sollicitè curandum est, ut vir sapientis in omnibus sequatur consilium. Atque ideò cùm filiam marito alicui nuptui tradere negotium sit tantæ arduitatis, qualis in nulla re alia potest occurrere, ideò in causa matrimoniali ne vel latum unguem quidem à sapientis viri consilio recedendum erit. Ad hoc igitur propositum non vir aliquis sapiens, sed Deus fons omnis sapientiæ, à quo originaliè procedit, quicquid hujus mundi sapientes norunt aut possunt, attentâ aure auscultetur, dum inquit: *Trade filiam, & grande opus feceris; homini sensato da illam.* quasi diceret; dum filiam tuam nuptui dare disponis, rem arduam & periculosam moliris, atque moneo te, ut illam viro sensato in sponsam tradas; quasi subjungere vellet: noli autem illam dare viro insensato rationis experti; nec te ab avaritia excæcari permittas, asino cuidam illam dando, id est, homini alicui intellectu minimè prædito; insensatus enim idem est quod asinus. *Asinus* enim ex latino interpretatur, *sine sensu, ab a, quod est sine & sinus, quod est sensus*; prout inquit Petrus Berchorius. Quod si causam quæsieris, cur filia nubenda sit viro sensato, hanc Glossa interlinearis pulchrè adducit, dum inquit: *ut servet illum.* quasi diceret. Imaginari tibi debes, quod dum filiæ tuæ maritum quæris, aliud nihil facias, quam quod sollicitum & fidelem pro filia tua custodem requiras; atque ideò maritus, utpotè ad quem pertinet, ut veluti custos conjugis suæ eandem custodiat, sensatus, bonoque & acuto visu præditus sit oportet. Quod si enim, ut Poëtæ fabulantur pro unius juvencæ seu vaccæ, quæ Io dicebatur, securâ custodiâ à Junone deputatus est Argus vir centoculus, quot oculis præditus esse debet, cui mulieris alicujus demandata est custodia? Portò si illam viro alicui insensato & imprudenti custodiendam commiseris, qui scilicet instar talpæ alicujus oculis continuò clausis dormiens vixerit, cùm is illam servare aut custodire non possit, domus tuæ honorem summo discrimini exponet, tuque pro modico quod accipis, plurimùm perdes; honoris namque & reputationis pretium, omnes longè superat hujus mundi divitias. Viro igitur sensato & prudenti, tametsi is pauper sit & egenus, quàm stulto & opulento filiam tuam custodiendam tradas. Aurum enim & argentum facere non possunt, ut asinus quantumvis incredili illius quantitate onustus, asinus deinceps non sit. Neque enim ex iis, quas portat pecuniis, vel minimum alicui denarium donare valet: *Quid gratiæ accedit asino,* inquit S. Gregorius Nazianzenus, *quod maximum auri pondus ferat.* q. d. sive auro onustus sit, sive exoneratus, semper tamen asinus erit. De Themistocle Atheniensium Imperatore legitur, illum ex duobus adolescentibus, quandam è filiabus suis in conjugem sollicitantibus, quorum unus pauper & sapiens, alter dives & stultus erat, elegisse paupertem, amicisque suis, qui hanc ejus opinionem factam valde admirabantur, sapienter in hunc modum respondisse: *Malo virum absque pecunia, quàm pecuniam absque viro*; quo responso innuere volebat, maritum divitem & stolidum, non hominem, sed bestiam insensatum quendam asinum esse. Maledictum igitur sit Diabolicum interesse, quod tanta cum infelicitate mulierem bestiæ copulando matrimonii negotia conficit & tractat.

Eccles. 7. v. 27.

D. Greg. Nazian. ad Nicol.

Apoph. Ald. l. 5.

Berchor. v. Asinus.

8. Adidem propositum locus ille apud Sanctum Matthæum ponderari meretur, ubi Christus dicit: *Nolite arbitrari, quia pacem venerim mittere in terram, non veni pacem mittere, sed gladium. Veni enim separare hominem adversus patrem suum, & filium adversus matrem suam, & nurum adversus socrum suam.* Circa quem locum rationem, cur Christus Princeps pacis se non ad conciliandam inter homines pacem, sed ad homines in pace & unione constitutos inter se dividendos, & ad arma concitandos, de cœlo in terram descendisse, dicat tangere nolo, quia id proposito præsenti parum ad-

Matt. 10. v. 34.

modum servit. Solam igitur causam inquirant, cur qui dixit se concitaturum filium adversus patrem, & filiam adversus matrem, nurum denique adversus socrum, non etiam se inter generum & socerum inimicitias seminaturum esse comminetur: cùm enim illos se ab invicem divisurum esse dixerit, pari quoque ratione se hos inter se concitare velle, dicere debuisse videtur. Hanc difficultatem Rupertus Abbas in medium adducit, eandemque sequentibus mox verbis resolvit: *De genero tacuit, quia non adeò mirum vel rarum est, ideò tacuit.* q. d. Christo non erat opus dicere se in terras descendisse, ut generum à socero, & socerum à genero separaret, cùm continua vel saltem frequentissima inter illos esse discordia & inimicitia soleat. Qui propter interesse dotis, quotidiè discordant, litigant & pugnant, nullo alio tertio indigent, qui novas inter illos discordias concitet. Quia enim soceri in dotis promissione communiter liberales sunt atque munifici; in ejusdem verò expeditione & consignatione tenaces, avari, & fraudulenti, ideò generi tandem se miserè deceptos & illusos esse videntes, ergà socerum & conjugem adeò exacerbantur, ut nullâ unquàm possint ratione reconciliari. unde quia matrimonia non ad accipiendam sibi uxorem, sed dotem contrahuntur, hinc fit, quod eadem matrimonia, quæ Deus ad propagandam hominum amicitiam introduxit, perpetuarum sint discordiarum & inimicitiarum causa. Damnum istud ex interesse dotis exurgens Solon optimè intellexit, qui proindè ut malum istud à Republica sua procul arceret, dotes in suis legibus severissimè prohibuit.

Rupert. l. 3. c. 3. in Mich.

9. Lib. 4. Regum capite 4. mulier quædam in extrema necessitate constituta introducitur, quæ quod marito suo mortuo, multis esset onusta debitis, nec haberet unde solveret, creditoresque suos ad eas cogitationes redegerat, ut duos, quos habebat filios, in solutionis debitæ sortem, sibi veluti mancipia & servos adsciscere decreverint, pro necessitatum suarum remedio, suum apud Elisæum Prophetam sumpsit refugium. Quia verò ubi vulgata legit: *Mulier quædam de uxoribus Prophetarum, clamabat ad Elisæum, dicens, &c.* alii vertunt: *Mulier quodam opulenta*, non immeritò hæreo, quomodò sacra scriptura divitem hanc mulierem appellare potuerit, quæ adeò erat inops & egena, ut ob extremam paupertatem suam mendicare, & eleemosynas sibi conquirere cogeretur; neque enim divites, sed pauperes tantùm eleemosynas congerere & mendicare solent. Quod si igitur mulier isthæc opulenta fuit, quomodo à Propheta suæ petivit paupertatis subsidium? verùm enimverò, quia Chaldæus interpres non legit: *mulier opulenta*, sed *mulier carens peccato.* Ideò perspicuè videtur, quàm jure merito dives & opulenta fuerit. Mulier namque proba, honesta, & virtuosa, quæ Deum offendere, animamque suam contaminare timet, non solum dives, sed ditissima & opulentissima est: veraque est veratum divitiarum Domina, ampliſſimo patrimonio, opulentaque dote instructa. Potrò ejusce modi divitiæ ambiri & procurari debent ab iis, qui in matrimonio consectantur divitias; talem sibi quilibet in matrimonium adoptare conjugem deberet. Hæ enim dotes, hæ divitiæ in domo aliqua perenniter durant & perseverant, magnamque marito fortunam & prosperitatem conciliant, cùm aliæ econtrà facilè perdantur, sirque damnum earum utilitate, quàm adferunt longè majus & pernitiosius.

4. Reg. 4. v. 1. alia versio

Interp. Chaldæi.

10. S. Matthæus Evangelista Booz quoque Ruthæ maritum & patrem Obed, inter cæteros Christi Domini nostri genealogiæ interserit. *Booz autem genuit Obed ex Ruth.* Potrò hic Booz vir sanctus & virtuosus fuit; adeò nimirùm sanctus & virtuosus, ut ob virtutum suarum præstantiam *Booz*, quod interpretatur, *in quo est virtus*, appellatus fuerit. Hic igitur vir tantâ sanctimoniâ & virtute conspicuus uxorem ducturus non ad interesse dotis, sed ad futuræ conjugis suæ virtutem respexit, quando Ruth sibi in uxorem adscivit mulierem nimirum adeò pauperem & inopem, ut vitæ annonam sibi conquisitura tempore messis post messores residuas sibi in agro relictas spicas

Matth. 1. v. 5.

ſpicas colligere debuerit : adeo verò altera ex parte virtuoſam, ut ob virtutum ſuarum excellentiam, una meruerit eſſe illarum mulierum, è quibus ipſemet naſciturus erat unigenitus Dei Filius. Verum enimverò qualiſnam ex duobus hiſce adeo ſanctis conjugibus prognatus eſt filius ? natus eſt illis filius *Obed* appellatus, quod interpretatur *obediens*. Porrò nonſi obedientem filium producere poterant, qui matrimonium inter ſe ab omni temporali intereſſe expurgatum contraxerant, in quo non quæruntur divitiæ, aut alia, quæ hodie conjuges in matrimoniis tam ſollicitè ambire ſolent, quibus proinde tales quoque poſtea filii generantur, qui tam ipſis, quam Deo ipſimet immorigeri & inobedientes evadunt. Ex iis enim matrimoniis in quibus non virtutes, ſed bona tem poralia quæruntur, boni naſci fructus haud quaquam poſſunt. Eſt conceptus Authoris operis imperfecti dicentis : *Talis Booz ex tali conjuge Ruth, genuit Obed. Nunc autem quia divitias eligunt, & non mores : pulchritudinẽ & non fidem, & quod in meretricibus ſolet quari, hoc in conjugibus optent : præterea non generant filios ſubditos vel ſibi, vel Deo, ſed contumaces & contra ſe & contra Deum. Et filii eorum non ſunt fructus juſtæ conjunctionis eorum, ſed pœna condigna irreligoſitatis ipſorum.* Sicuti enim radice arboris alicujus bona exiſtente, fructus talis arboris boni quoq; erunt : & mali ſi ex vitioſa fuerint radice propagati : ita quoque ſi intentio, quæ-ſum matrimonium contrahitur, bona fuerit, filii quoque è tali matrimonio oriundi boni erunt ; quodſi autem intentio illa mala, atque à verme intereſſe vitiata ſit, boni inde filii naſci nequaquam poterunt. Fundamento ædificii alicujus ſemel malè collocato, quid de fabricæ illius reſiduo boni ſperari unquam poterit ? aſinus, qui ad ſe nobilitandum mulæ conjungitur, mulum progenerat protervum & contumacem, qui non ſolum nec patrem, nec matrem reverentur aut agnoſcit, verum etiam calcibus coſdem imperit.

Auth. Imp. hom. 1.

11. Magnus ad ſtuporem uſque fuit decor & pulchritudo ſponſæ, utpote quæ à Deo, qui ab omnibus rebus magnificatus & glorificatus, neminem laudat, ſummis celebrari encomiis meruit. Præcipuè verò oculi ſponſæ mirè adeò placuerunt, ut coſdem columbinis oculis aſſimilans dixerit : *Quàm pulchra es amica mea, quàm pulchræ es! oculi tui columbarum.* Quidnam obſecro hac comparatione indicare nobis voluit ? nimirùm intentionis ſuæ integritatem & ſimplicitatem, per quam in ſuo cum Deo pacto connubio Deum ſolum, non verò bona Dei reſpexit : *Oculi tui columbarum*, inquit Hugo, *id eſt, affectio & intentio ſimplex, id eſt, Deum ſimpliciter intueris, quia nihil aliud quæris, quàm ipſum.* Cùm igitur per ſponſam Dei hoc loco ſancta Dei Eccleſia intelligitur ; nemini mirum eſſe videatur, illam tot Deo obedientes genuiſſe filios, qui per ſuam obedientiam facti ſunt regni Dei patris ſui hæredes. E nuptiis ſine ullo intereſſe mundano contractis boni naſcuntur filii, eò quod intentio, quacum fuerint celebratæ, bona quoque & ſancta extiterit.

Cant. 4. v. 1.

Hugo Card. in c. 1. Cant.

12. Olympia, Alexandri Magni mater, matrimonia non ſolùm manibus & oculis uti vulgò fieri conſuevit, verùm etiam auribus paciſcenda eſſe dicere ſolebat. Neque enim in ſponſa ſolæ requiri debent divitiæ aut decor formæ, verùm etiam virtutes & integer bonæ & intemeratæ famæ odor. At verò hodie prò dolor intermiſſo in conciliandis nuptiis aurium uſu ſolæ adhibentur manus & oculi, dummodò enim ſponſa opulenta fuerit & ſpecioſa, de virtutibus, probitate & honeſtate ejus minimè curatur. Porrò hactenus de eo errore diſcurrimus, qui dum matrimonia manibus duntaxat contrahuntur, ſolet committi ; nunc quoque de iis inconvenientiis tractare incipiamus, in quæ conjugia oculis tantum paciſcimur, communiter incidimus. Etenim quis eſt, qui neſciat eos, qui in uxoribus ſuis formæ ſpeciem & pulchritudinem deſiderant, paulò poſt communiter adulteros fieri, aut aliis ejuſmodi ignominiis notari ? Scripturiſtæ equidem optimè norunt, qualiter flos in ſacra pagina, ſymbolum ſit pulchritudinis, utpotè quo terra nihil unquàm elegantius aut ſpecioſius produxit. Unde quia ſponſus à ſapiente

tantoperè celebratus, pulcher erat, ideo eum florem quoque appellavit: *Ego flos campi & lilium convallium.* Ob eandem quoque
Ibid. v. 2. causam ſponſa, utpotè pulcherrima, lilio paratur, *ſicut lilium inter ſpinas.* Hinc quoque fabulæ Poëticæ Adonidem & Hyacinthum pulcherrimos adoleſcentes in flores transmutatos eſſe comminiſcuntur. At verò pulchritudinē ideo flori comparari, quod oculis intuentium placeat, eoſdem mirè oblectet, minimè credendum eſt, quin potiùs ideò quoque flori comparatur, quia nimirum ad inſtar floris modicum tradat. Flos enim quia modico tempore ſubſiſtit, à *fluendo flos* dicitur, ut inquit S. Iſidorus. Seneca quoque pulchritudinem floris ſimilem videri dixit, quando illam *exiguum donum brevis temporis* appellavit. Quotquot igitur hoc flore allecti uxorem ſibi ducunt, paulò poſt odio illam proſequentur & deſerent. Sicut enim illam, quia pulchra & ſpecioſa erat, amarunt & uxorem ſuam eſſe voluerunt, ita pulchritudine hac deficiente, quod brevi futurum erit, eandem deſpicient, repudiabunt, domoque ſua ejicient; nam ut
Calius l. 26. c. 21. Philoſophi ajunt: *remota cauſa removetur effectus*, ut proindè Cœlius dicat, *Momento evaneſcere ſolet novorum conjugum amor, ſolum forma corporis conciliatus.* Et Franciſcus
Petrarc. in Dialogo. Petrarcha, *Qui uxorem propter formam eligit, citò illam oderit.* Ignis in ſtramine accenſus modicum durat, quia exigua & modica eſt ſtraminis duratio: ſic quoque affectus in rebus facilè evaneſcentibus fundatus & ipſe facilè quoque evaneſcet & peribit. Perſæpe namque videmus, quod uxor pulchritudinis & venuſtatis ſuæ gratioſo flore, cujus ſolius intuitu à marito adamata, atque in conjugem adoptata fuerat, ſive per infirmitatem, ſive ex ſupervenienti ſenio, aut alio quovis accidente amiſſo, non jam deinceps amplius ametur, ut fieri ſolebat, verùm potiùs horrori ſit & abominationi, ideoque tametſi ob certum aliquem reſpectum domo ſuâ non ejiciatur aut pellatur, à marito tamen non velut uxor ejus & conjux, ſed veluti famula & ancilla viliſſima habeatur, viliſſimiſque adhibeatur domus laboribus, meretrice quâdam interea temporis in ejus locum ſuperinducta. Equus in flotidis adhuc annis conſtitutus ſolius Domini ſui uſibus reſervatur: ubi verò conſenuerit, à Domino ſpretus oneribus ad ſtabulum adportandis adducitur, dum interea Dominus equo alio circumportatur. Quoadusque plenus primum ſuum conſtanter retinet colorem & valorem, in capite geſtatur, qui colore ſuique pretio aut valore amiſſo, veluti vile ſcrutum pedibus calcatur. Videsigitur, quâ ratione matrimonium ſolâ mulieris pulchritudine alliciente aut ſuadente contractum, cum tanta Dei offenſa & ejus, quam ſive juvenculam, ſive vetulam, ſive formoſam, ſive turpem amare & honorare obligaris, contemptu claditur ac terminatur.

13. Nec eſt, quod tibi perſuadeas, quod lætus, jucundus beneque contentus dies tuos tamdiu ſaltem ſis tranſactutus, quoadusque flos hic pulcher & venuſtus perſeveraverit; nam quamdiu conjugis tuæ ſpecies & pulchritudo continuat, in continuis tibi timoretibus vivendum erit, ne fortè tibi furripiatur, aut à laſcivis lenonibus in turpitudines ſeducatur, ſicque tantoperè à te amati floris ſimul ac propriæ reputationis jacturam turpem facias. An ignoras quid Pittacus ſapientiſſimè dicat: *ſi duxeris deformem, habebis pœnam: ſi pulchram duxeris, habebis communem?* num tibi fortè imaginaris, quod ſpecioſam conjugem tuam à laſcivorum amoribus cuſtodire, tueri, atque defendere poteris? difficulter admodum res illæ cuſtodiuntur, quas omnes concupiſcunt & deſiderant: *nihil difficilius exiſtimo, quam ſervare, quod omnes cupiunt*; inquit Oleaſter. Prudenter Columella ſuader, ne gallinam albam domi tuæ diu ſuſtineas, utpotè quæ præterquàm quod ſterilis ſit, præ cæteris quoque gallinis maximè expoſita eſt accipitris inſidiis. Lac mulieris alicujus ſubfuſcæ & nigræ, inquit Ariſtoteles, melius eſt, quàm quod è candidæ alicujus mulieris uberibus exprimitur. Et reverà ita eſt, ſiquidem qui uxorem turpem habet & nigram, ſecurus eſt, quod filios ſuos proprios enutriat, cum alius, qui uxorem habet pulchram valdeque ſpecioſam ſuis ſæpe ſumptibus alienos ſæpè filios enutrire cogatur.

Pittacus.

Oleaſt. in cap. 6. Gen.

Columella lib. 7. c. 2.

Ariſt. l. 3. de anima.

14. Præter hoc jam recenſitum periculum miſer talis maritus ſpecioſæ mulieri alligatus, alteri eidem longè pernitioſiori malo ſubje-

ſubjectus ſuccumbit, ſiquidem in continuo hæret vitâ omni hora perdendi timore atq; periculo. Sic enim in Geneſi ſcribitur quod cum Abraham Patriarcha ad declinandam, quam in regione ſua patiebatur famem, in Ægypto appuliſſet, propria ei uxor à latere ſuo adempta ſeu rapta fuerit, ut Pharao Rex regni illius eadem ad ſuas abuteretur voluptates. Quod miſer Patriarcha videns congi ſuæ dixit: *Nunc novi, quod pulchra ſis mulier*, quaſi diriſſet: Tu lectiſſima conjux mea noſti, verum eſſe, quod tot jam effluxerint anni, à quibus tibi perpetuo convictu adhæſi, & tamen formæ tuæ pulchritudinem & elegantiam, præterquam modò, nunquam cognovi. Cur obſecro tunc pridem, non verò antea conjugis ſuæ pulchritudinem advertit, cum tamen illam à tot retro annis curioſè & ſæpe aſpexerit? Num fortè in regione ſua cœcus exiſtens in Ægypto viſum recuperavit? Nunquam Abraham cæcus fuit, inquit Toſtatus, ſed ſemper, tam in ſua quàm in aliena regione abſque difficultate ulla vidit. Quod autem ſe conjugis ſuæ pulchritudinem & ſpeciem in Ægypto ſolum agnoviſſe ſeu animadverti ſſe dicat, id fit, quia tunc pridem, quanta ſibi uxoris ſuæ pulchritudo damna accumularit, clarè cognovit. Unde dicit hic Doctor quando Abraham dixit: *Nunc novi, quod pulchra ſis*, dicere voluerit: *licet ſemper ſcivi, quod pulchra ſis, nunquam tamen conſideravi de pulchritudine tua, quia nunquam mihi fuit utilis, vel nociva. Nunc autem novi, quod pulchra ſis, id eſt, Nunc cognovi pulchritudinem tuam, quia eam valdè mihi periculoſam eſſe conſpicio.* Quia etenim magnus ille Dei ſervus in magno tunc erat vitæ perdendæ periculo, timens, ne barbatus ille Princeps ſicut ſuam ſibi raperetat conjugem, ita eum quoque occiſurus eſſet, ideo ex tunc manifeſtè cognovit, quàm periculoſa marito ſit conjugis ſuæ ſpecies & formoſitas, ſimulque intellexit virum, qui pulchram domi ſuæ uxorem habet, in continuo verſari illam ſimul cum vita ſua amittendi periculo.

Gen. 12. v. 11.

Abluenſis ſuper cap. 12. Gen. q. 18.

15. Quia S. Apoſtolus mulierem à Deo in adjutorium viri ſui creatam eſſe intelligebat (mox enim ut Deus illam creaverat, eandem quoq; *adjutorium ſimile ſibi*, id eſt, viro appellavit) ideo eidem in Epiſtola prima ad Corinthios velato ſemper capite incedere præcepit: *Non eſt creatus vir propter mulierem, ſed mulier propter virum, ideo debet mulier velamen habere ſuper caput.* Quidnam, dic ſodes, viri interest, quod mulier velato capite incedat, aut quodnam Cæremonia iſthæc auxilium viro præbere potuit, quod Apoſtolus illam veluti rem magni momenti & ponderis tam rigidè ſervari præceperit? Imo velamen iſtud nihil viro utilitatis, aut commodi adferre videtur? Reſpondeo igitur mulierem velato eſſe capite tanti interest, quanti vita ejus propria illius interest; conſervatio namque vitæ mariti ab hujus veli uſu dependet; quodſi enim uxor ejus velum iſtud vel ſemel deponeret, facilè miſer maritus ejus vitam ſuam amiſſurus eſſet. Dum igitur Apoſtolus mulierem velato capite eſſe præcipit, dicere velle videtur, inquit gravis quidam author: *Non ad mariti ſui interitū creata eſt mulier, propterea ſervet & abſcondat ſuam pulchritudinem.* Quia igitur mulier non ideo à Deo creata eſt, ut marito ſuo cauſa mortis exiſtat, ideo pulchritudinem ſuam ſemper tegere & abſcondere debet, quam ſi revelata facie apertè coram alienis oculis videndam exhiberet, maritum ſuum in manifeſtum vitæ perdendæ periculum conjiceret. Quia Bethſabeę hoc ſibi velum à facie ſua ſuſtulit, ejuſque pulchritudo à Davide Rege viſa & concupita fuit, confeſtim ejus maritus à Davide occiſus fuit, adeo ut Uriæ tamdiu ſolum vivere licuerit, quamdiu conjugis ſuæ ſpecies & forma contecta & abſcondita permanſit. Cum itaque veriſſimum ſit, quod ſpecies mulieris maritum exponat periculo mortis, ſequitur manifeſtè, quod quiſquis in conjuge pulchritudinem diligit, idem quoque vitę proprię perdendę periculum data opera eligat, tandemque aliquando certò certius moriturus ſit: *Qui enim amat periculum, peribit in illo*, inquit Spiritus ſanctus. En tibi lucrum, quod mariti ex quęſito cum ſpecioſa ac decora muliere matrimonio ſibi reportant. Benè igitur certus quidam juvenis fecit, qui dum potentes laſcivoſque alios juvenes ob conjugis ſuę pul-

1. Cor. 11. v. 9.

Thom. Truxill. Tom. 2. Fer 2. poſt Paſch.

Gen. 2. v. 18.

Eccl. 3. v. 27.

chritudinem vitæ ſuæ inſidiari adverteret, mortuaque hac uxore ad ſecundas nuptias tranſitutus eſſet, non ſolum turpem, verum etiam uno oculo luſcam ſive cœcam in uxorem ſibi adoptavit.

16. Porrò præcipuum matrimonii motivum & cauſam eſſe illicitum pulchritudinis in uxore ſua appetitum. Deo ſummoperè diſplicet, ab eodem vel in ſtultis ejuſcemodi matitis, vel etiam ſæpè in eorundem filiis, idipſum rigoroſiſſimè caſtigari ſolet. Geneſeos cap. 6. Gygantes, gens nimirum deformis valdè atque monſtroſa, geniti fuiſſe dicuntur à filiis & nepotibus Seth viris adeo perfectè pulchris atque formoſis, ut propter vultus decorem filii Dei paſſim dicerentur, & filiabus Caini, quas illi ob eximiam ipſarum pulchritudinem ſuam in uxores ſib duxerant: *videntes filii Dei filias hominum, quod eſſent pulchræ, acceperunt ſibi uxores ex omnibus, quas elegerant. Gigantes autem erant ſuper terram in diebus illis poſtquam ingreſſi ſunt filii Dei ad filias hominum, illæque genuerunt.* Eſtque res iſthæc conſideratione digniſſima. Qua enim ratione fieri poterat, ut ex ſpecioſiſſimo Patre & formoſiſſima matre, filii naſcerentur turpiſſimi, maximeque deformes, cum potius progenitoribus ſuis aſſimilari & pulcherrima ſpeciei forma præditi eſſe debuerint? Ita equidem eſt, Naturæ curſum conſiderando, neceſſariò eſſe debuiſſent pulcherrimi, utpote à pulcherrimis parentibus procreati, veruntamen Deus, cui illos ex ſolo pulchritudinis corporalis appetitu atque deſiderio conjunctos eſſe, vehementiſſimè diſplicet, ipſorum intemperantiam filiorum à ſe progenitorum monſtroſitate atque deformitate punire & caſtigare voluit. Audite hac de re diſſerentem S. Cyrillum, cum de filiis Seth loquitur: *Poſtquam ad carnis deſideria prolapſi, & mulierum forma capti turpiter defecerunt, pepererunt quidem mulieres monſtra, depravante nimirum deinceps Deo humanorum corporum pulchritudinem, ob eorum in meretricios appetitus intemperantiam. Patiebant enim gygantes, hoc eſt, robuſtos atque agreſtes, multaque deformitate laborantes.* Deus igitur illicitum & intemperatum pulchritudinis in uxoribus ſibi junctis appetitum, quo ſuadente & perurgente matrimonia ſua contraxerant filiorum inde natorum deformitate ac turpitudine, caſtigare, & per eandem filiorum deformitatem toti mundo inſinuare voluit, quam turpe ſit, ex tali motivo pulchritudinis contractum matrimonium, cum potius inter conjuges quærenda ſit animæ, quam corporis pulchritudo, quæ ſicut ad nihil conducit, ita plurimum ſæpè nocet.

Gen. 6. v. 2.

D. Cyrill. Alex. in Geneſin, de Noë & arca.

17. Cum Apoſtoli die quadam in Divini Magiſtri ſui ſocietate conſtituti, in certo quodam itinere obvium ſibi haberent cæcum quendam natum, curioſè à Chriſto ſciſcitati ſunt, unde huic homini cæcitatis hujus miſeria accidiſſet, an ſcilicet culpa ſua propria, vel parentum peccata id ei malum conciliaſſent: *Rabbi, quis peccavit, hic aut parentes ejus, ut cæcus naſceretur?* Quibus Chriſtus reſpondit, hunc hominem nec propter ſuamet, nec propter parentum ſuorum peccata cæcum fuiſſe natum, ſed pro majori Divinæ gloriæ incremento, quia nimirum ſuis manibus ſuo tempore ſanandus & illuminandus erat. Verum inquiet fortaſſe aliquis: Num igitur culpabilis fuit Apoſtolorum cogitatio, quando cæcitatem hanc Patris & matris peccato attribuebant? Minimè gentium, inquit Dionyſius Carthuſianus, & rationem aſſignat dicens: *Quoniam unus punitur propter peccatum alterius, in quantum eſt aliquid ejus, ita quod pœna ejus redundat in illum, propter quem punitur.* Quodſi demum ſcire deſideretis, quænam ſint illa parentum peccata, ob quæ filios defectuoſos & deformes naſci videmus, ea ejurè illa eſſe edicam, quæ in ipſomet matrimonio contrahendo committuntur, quia videlicet uxor non ducitur recta intentione & fine à Deo ordinato. Ita hac de re S. Antonius de Padua diſcurrit: *Infirmitates,*

Dion. Carthuſ. in Ioan. Art. 24.

D. Anton. de Pad. ser 4. Dom. 4 Quadrag.

firmitates, sive deformitates, adveniunt filiis, quando causas copulæ parentes non servant. Matrimonia, quæ non eo fine & intentione celebrantur, qua primitus a Deo fuerunt instituta, sed vel per avaritiam propter dotis excellentiam, vel per superbiam ob nobilitatem, vel per pulchritudinis inordinatæ adamatæ appetitum, vel per similem aliam causam, à Deo communiter in filiis castigantur, dum sua providentia efficit, ut vel claudi, vel cæci, vel debiles, vel stupidi, vel monstrosi, vel alio quodam turpi defectu notati nascantur, ut hac ratione parentes eorum dolere, sinistrique finis, propter quem contra divinam sunt voluntatem conjuncti, pœnas debitas luere cogantur.

18. Postquam prothoparentes nostri divinum prævaricati fuissent præceptum, jamque de fructibus arboris veritæ scientiæ boni & mali manducassent, jamque coram districto tribunali Dei rationem factæ transgressionis reddituri, constituti essent; Primò omnium interrogatus Adam respondit: *Mulier, quam dedisti mihi sociam, dedit mihi de ligno & comedi*, quasi diceret: Spero, ô Domine, me hujus commissæ prævaricationis causa apud tuam pietatem excusandum fore, siquidem mulier, quam mihi sociam dedisti, unica est hujus peccati causa, utpote quæ fructum prima ab arbore decerpsit, mihique eundem manducandum porrexit. Circa quem locum omnibus aliis prætermissis, sola mihi causa investiganda videtur, cur Adam qui Deo dicere poterat: Mulier quam dedisti mihi uxorem, tanti mali causa extitit, hoc responso omisso dicere voluerit? Mulier quam dedisti mihi sociam? cur inquam illam sociam potius quam conjugem appellare voluerit? Quia nimirum primum hocce inter eos contractum matrimonium verè inter pares pactum esse intellexit. Author Polyantheæ existimat, hoc nomen *socius*, aliquam inter pares & æquales societatem significare. Poterat utique Deus aliam quandam alterius speciei creaturam creare, eamque Adæ velut conjugem copulare, id tamen quantumvis facere potuerit, facere tamen noluit, sed conjugem ejusdem cum marito speciei eidem attribuit; per hoc simul insinuans, quod ad hoc ut Matrimonia bona sint, felicique ac fausto omine inchoentur, inter personas omninò æquales, contrahi debeant. Inter conjugem enim & maritum amor esse reciprocus debet. hic autem amor sicut inter similes augetur & proficit, ita à dissimilibus declinat & fugit. *Nihil est*, inquit Tullius, *quod rem ad se ullam tam alliciat, atque attrahat ad amicitiam, quàm similitudo.* Unio inter dissimilia attentata, semper impossibilis esse cognoscitur: Quia saxum & lignum dissimilia sunt, ideo inter sese uniri nequaquam possunt. Rusticus cum aulico, dives cum paupere, sacerdos cum prophano laico difficile inter se habent commercium. Unde Carbonario apud Æsopum in tinctoris officina hospitium exposcenti responsum fuit, id ipsi utpote qui cum tinctore nullo prorsus modo conveniat, indulgeri non posse, quando eundem pannum, quem unus dealbat, alter sordibus suis denigrare & commaculare facilè posset. Quocum alter quidam ejusdem Æsopi apologus, de Hirundine, aptissimè convenit; cum enim Hirundo matri suæ sese fidissimum quendam assecutam esse amicum referret, & quisnam ille esset interrogata, turturem illum esse respondisset; ô te stultam confestim subjunxit mater, qualis hæc amicitia esse poterit, quando tu calido, illa frigido gaudet, te vernum tempus exoptante, illa hybernum exoptat? Hinc igitur quilibet homo prudens æstimare facillimè poterit, matrimonia illa felicem finem sortiri nequaquam posse, quæ inter pares & æquales non celebrantur: cum enim matrimonium indissolubilis quædam sit duorum animorum conjunctio, soli illud pares & æquales feliciter pacisci poterunt. Ex conjugatorum inter se dissimilitudine tot nascuntur litium & continuarum discordiarum rumores & strepitus, ut in vivo quodam Inferno simul degere videantur. Matrimonium ex eo tantum fine contractum, ut per illud alteruter eorum nobilietur, in quo proinde simul sibi associantur opulenta quædam villana vel rustica & nobilis pauper, amaritudinibus continuis, perpetuisque injuriis & rancoribus semper est

Gen. 3. v. 12.

Polyanth. v. Socius.

Cicero De amicitia.

est obnoxium. Hic uxori suæ ignobilitatem suam continuò improperat, illa marito suo paupertatem suam indesinenter exprobrat. Id quod cœcus ille peroptimè intellexit, qui uxorem sibi quærens, tandem cœcam quandam elegit. Causamque hujus suæ optionis factæ interrogatus, se parem sibi eligere voluisse respondit, ut vel sic constantem sibi in domo sua cum conjuge pacem futuram esse promittere posset, cum ipsamet cœca existens cœcitatem meam mihi objicere minimè possit. Interesse cuivis consilio malum est & noxium, ei tamen, quo de matrimonio ineundo deliberatur, pessimum & damnosissimum.

SERMO III.

IN DOMINICAM II. POST EPIPHANIAM.

THEMA.

Gustavit Architriclinus Aquam vinum factam. *Ioan. 2.*

ARGUMENTUM.

Nihil est deformius & abominabilius, quam quod vir aliquis, virilis sui sexus oblitus, in mollem & imbellem fœminam degeneret.

INter maximos honores quos Deus viro alicui contulit, est quod illum marem, non verò fœminam nasci fecerit. Cum enim natura tūc cum mulierem producit, non mulierem, sed marem producere intendat, meritò mulier mas imperfectus dici communiter solet; adeoque non minor inter marem & fœminam, quam quæ inter perfectum & imperfectum intercedet differentia; nec mulier ulla unquam laude digna erit, si comparetur cum viro ad naturæ complementum efformato. Vir cum uxore sua domi suæ degens, est veluti Rex quidam in suo Regno Vasallo suo associatus? adeoque hæc cum illo collata quasi Rex quidam cum vasallo suo comparatus erit. Præterea cum mulier formata

formata sit propter virum, non verò è contra, vir utique fœmina longè nobilior erit. Cùm finis semper excellentior sit quovis alio, quod ad talem finem ordinatur & respicit. Adhæc cum vir in domo sua solis, mulier verò lunæ officium & locum obtineat, ut proinde Legistæ dicant, quod *mulieres maritorum suorum radiis coruscent*, facilè inde liquet omnem mulieris honorem & gloriam à viro derivari, sicut totum lunæ lumen & splendorem à solis splendore nasci videmus; Erit igitur vir muliere sua longè honorabilior, juxta illud axioma Aristotelicum: *Propter quod unumquodque tale, & illud magis.* Cui accedit, quod Deus virum haud secus ac nobilissimam quandam omnibusque numeris absolutissimam picturam efformarit, quam ad majorem gloriam suam in cœlo Empyreo veluti artis suæ divitiarumque suarum gaza reponere decrevit: Cujus tamen operis, utpotè quod mirè sibi complacebat, copiam efformare volens, mulierem condidit, quæ proinde *simile sibi* dicitur. Verum equidem est copiam aliquam ab excellentissimo quodam pictore delineatam laude dignam esse, non tamen tanta, qualem ipsum originale meretur. Deus quidem virum sine muliere condidit, non tamen mulierem sine viro plasmavit; vir enim sine muliere optimè valet subsistere, cùm tamen mulier sine viro subsistere haud quaquam possit. Vitis utique per terram contemptibiliter serperet, nisi ulmum, cui inniti & adhærere solet, sibi præsto haberet. Porrò matrimonium tam propter mulierem, quàm propter virum, potius tamen mulieris causa fuit institutum. Mulier namque suo coniuncta & copulata est marito, ut aliquod haberet debilitatis suæ fulcrum & sustentaculum. Fœmina *à mollitie mulier* dicitur: mas autem *vir*, *à virtute* nuncupatur, quia quantum illa debilis est, tantum hic fortis esse dignoscitur & generosus; Illa aqua est, hic verò vinum. Quanto igitur honore Deus virum decoravit, quando illum ab aquæ debilitate præservatum vini fortitudine, prædictum esse voluit? Porrò Christus in præsenti Evangelio non vinum in aquam, sed aquam in vinum transformavit: *Gustavit Architriclinus Aquam vinum factam*; vult enim, ut vir in omnibus actionibus suis eum, quem sibi, dum matrem illum creavit, contulit honorem studiosè conservet; caveatque ne iners & effœminatus in fœminam degenerer. Verum enimverò non desunt hodie viri, qui quasi cœci essent, ad hunc honorem suum minimè attendentes, nimis delicatè molliterque vivendo, ex vitis in fœminas, & ex aqua in vinum infelici commutatione degenerant. Horum igitur deformitatem, quam hoc sermone sum explicaturus attendite, & videte, quàm turpe sit, si vir vitilis suæ conditionis veluti pertæsus, suis in negotiis mollem se fœminam esse probet.

Chassanæus.

Aristot.

2. Quia etenim lepus inter alia animalia quæ ut in Levitico legitur, ex divina ordinatione Hebræorum populo abominationi esse debebant, secundum locum obtinet, Deus gentem illam suavissimo ac delicatissimo quodam, quod opiparis inferri mensis posset, ferculo privare voluisse videtur. Quis enim adeo est rerum inexpertus, qui ignoret, quod sicut turturis caro omnium est avium suavissima, ita inter quadrupedia nullum gratiorem homini cibum præbeat, quàm lepus: Unde Martialis ait:

Levitici 11. v. 6.

Inter aves turdus, si quis me judice certet,
Inter quadrupedes gloria prima lepus.

Martialis

Verum die quænam est ratio, quod Deus populum suum sibi adeò dilectum delicatissimo, qui in terra haberi potest, cibo privare voluerit? Quia nimirum edulium quoddam est rationi non minus adversum, quam sensui gratum. Cùm enim Deus Hebræis, ut certos quosdam animæ defectus & vitia abominarentur, persuadere contenderet, ea illos animalia abominari volebat, in quibus vitia talia significabantur. Sic illis Cameli horrorem incussit, ut illos superbiam detestari faceret: Porcum quoque illos abominari volebat, ut in eo luxuriam exhorresceret; Et sic per alia quoque in prædicto loco prohibita animalia, veluti totidem vitiorum symbola discutiendo. Unde cùm lepus id sibi speciale habeat præ re-

2.

tel quis animantibus, quod ut Naturalistæ eradunt ex fœmina facilè mas oritur & è contra fieri soleat: *Dicunt aliqui*, inquit Olea ste, *leporem quandoque marem, quandoque fœminam esse*; idemque lepus, ut vult Pierius, quoddam sit effœminati viri symbolum, quicùm vir sit, in imbellem tamen fœminam degenerasse se probat; ideo ut Deus clarè nobis innueret, quàm sit vir ille abominabilis, qui masculino sexu à Deo exornatus, se tamen non virum, sed fœminam potius esse restatur, leporem abominabilem esse voluit, per leporem virum ejusmodi effœminatum intelligendo.

Oleast. in cap. 11 Levitici. Pierius Valer.

3. Audite ad hoc propositum pulchram quandam S. Joannis Chrysostomi sententiam. *Quemadmodum licet loqui de materia, ita & de homine: materia quidem est homo, fieri enim potest & Angelus, & bestia.* Quasi diceret vellet: Homo est veluti materia quædam prima, ad quamvis formam tam meliorem, quam habita deteriorem, recipiendam disposita. Potest accipere formam Angeli, & meliorari & perfici, potest item formam induere bestiæ, & deteriorari, tam Angelus, quam homo, fieri potest: *Materia quidem est homo.* Porrò quod materia nunc formam auri recipiat, mox luti, nunc formam induat nobilem, paulò post ignobilem acceptura, idipsum fit, quia in ejus facultate seu potestate non consistit formarum electio; quodsi enim ipsa juxta suum posset arbitrium & beneplacitum formas eligere, utique meliores semper præeligeret, recipieretque primis semper meliores; natura namque ab imperfecto ad perfectum contendit, non verò è contra. Unde quantumvis asinus præ cæteris animantibus maximè sit stolidus, non tamen ut Æsopus in Apologis suis refert, animalis alicujus se ignobilioris, sed leonis excellentia sua ipsum longè supertantis exuvias apprehendit & induit, non enim formam suam deteriorem, sed meliorem potius facere meliebatur. Postquam Nabuchodonosor Rex in bestiam degeneravit; à civitatibus fugiens, omne prorsus hominum commercium & conversationem declinavit, non solum quia bestia erat, verum etiam quia inter homines comparere deinceps erubuit, utpotè qui cum meliorem cæteris animantibus formam habere posset, & deberet, sibi tamen deteriorem commeruerat. Forte ob eandem quoque causam Adam post peccatum de divinis sese oculis subduxit & abscondit. Creatori namque suo præsentari erubescebat, utpotè qui cum Angelus fieri potuisset, bestia factus erat. Porrò si fœminam cum viro conferamus, sicut hunc perfectum, ita illam imperfectam esse comperiemus; Nunquid enim mulierem *marem imperfectum* dici, aliquando legistis. Cùm igitur viro illum molliter nimisque delicatè vivendo effœminari, atque in fœminam veluti transmutari contingit, ipse solus quædam erit talis conditionis materia, quæ contra omnem naturæ rationem ad formam inclinat, eâ, quam de facto habet, longè imperfectiorem, & deteriorem, imò ad formam adeò imperfectam, ut Platoni, neminem determinare posse, videarit, an creatura sit rationalis vel irrationalis *Divinus ille Plato*, inquit Andreas Tiraquellos, *dubitare videtur, utro in genere ponat mulierem, rationalium animalium, an brutorum?* Talis homo erubescere meritò & confundi deberet, quod vir existens effœminari, & fœmina fieri voluerit, cùm tamen si sano fuisset judicio prædituus. Angelus potius fieri, eaque quam habet, forma nobiliorem consectari, seque meliorem excellentiorem que reddere debuisset, eò vel maximè, quod in manu electionis suæ positum sit, formam sibi talem accipere, quam voluerit. Meritò igitur Diogenes effœminatum quendam juvenem intuitus, eidem dixit: *Non te pudet, qui peius tibi velis, quam ipsa Natura voluit? siquidem illa te virum fecit, tu teipsum refingis in fœminam.* Magnoperè erubescenda est similis dfformatio, utpotè quæ cuilibet ipsimet quoque naturæ, abominationi est atque horrori.

D Chrysost. Hom. 12 in Act.

Plato apud Tiraquellum de legib. Conn. legit. 69.

Apoph. lib. 3.

4. Porrò verum est, quod Deus miserabiles prothoparentes nostros Adamum & Evam nudos videns, eosdem que in Moyses refert, vestire & contegere volens: *Fecit Dominus Deus Adæ & uxori ejus, tunicas pelliceas, & induit eos*; Verum inquam est, quod idipsum faciens, se ad instar amantissimi cujusdam Patris habuerit, qui permittere noluit, ut nudi relicti tam ab hybernis afflgerentur frigoribus, quam à caloribus coquerentur æstatis. Veruntamen etiam

Gen. 3. v. 21.

ad

ad modum Judicis sese hac in re exhibuit, dum illos ejusmodi libus in peccati sui pœnam induere voluit: *In pœnam datæ fuerunt homini vestes, quasi vinculum latroni in pœnam furti*, inquit S. Vincentius. Unde exiguum illorum judicium manifestè arguitur, qui in ornatis pulchrisque vestibus tantam complacentiam & gaudium repositum habent, haud secus ac si latronum aliquis, de eo gloriari signo vellet, quod in latrocinii sui pœnam à Judice recepit. Portò homo ratione & judicio pollens, de pœna, quam in peccati sui supplicium & castigationem sibi impositam accepit, non solum non gloriari, verum potius erubescere & contristari deberet. Simili igitur ratione quis est qui nesciat, certam olim pœnam fuisse, qua mulieres jubebantur induere, qui delicti aut criminis alicujus rei erant? Id quod non ideo dico, quasi doctrinam proficeat Platonis, Pythagoræ, Apollonii & aliorum, qui animas mulierum, animas fuisse virorum sceleratorum finxerunt, quæ ut post mortem pro culpis suis in vita commissis digno castigarentur supplicio, in peccatorum suorum pœnam, corpore indutæ fuerunt muliebri, prout Cœlius scribit; hanc namque de animarum transmigratione olim traditam sententiam scio esse falsissimam. Sed ideo potius id assero, quia olim apud Tyrios legem quandam fuisse lego, qua statuebatur, ut milites contra militiæ sanctiones & præcepta è campo fugientes, in turpis fugæ suæ pœnam muliebri veste induti in publicum exponerentur spectaculum, veluti qui ex viris in imbelles degenerassent fœminas; prout latius videri potest apud Alexandrum Neapolitanum. Quodsi igitur in mulierem commutari & degenerare, pœna quædam & supplicium est, quis non videat eos, qui in cunctis actionibus suis effœminantur, mulierumque consectari mollitiem, & veluti in fœminas degenerare non erubescunt, in ejusmodi actionibus, quæ verecundia & vituperio dignissimæ sunt, delectari, de quibus erubescendum potius, quam gloriandum fuisset; eosque imitari latrones, qui de delicti sui impresso carni suæ stigmate aut charactere stulte & inverecundè gloriantur?

D. Vincen serm. 5. Dom. 3. Advent.

Cœlius lib. 6. c. 13

Alex. ab Alex. Gen lib. 2. c. 13

5. Ne igitur vir aliquis sub muliebri se veste absconderet, & fœminam indueret, Deus in Deuteronomio districtè prohibuit, ne virorum ullus muliebri se veste contegeret: *Vir non utetur veste fœminea.* Veruntamen sciendum, quod Deus in hac lege viro non solum vestem illam interdixerit, qua mulieres ad corpus suum contegendum uti solent, prouti litera loqui videtur, verum etiam juxta sensum mysticum eidem viro animi vestem id est, affectum & conversationem effœminatam interdixit. Æquè enim affectus & mores fœminei, quàm fœminea vestis virum dehonestant & dedecorant. *Arbitror quod non tam de veste, quàm de moribus dixerit, vel de usibus nostris, ac de actibus, cum alius virum, alius fœminam deceat actus*; inquit S. Ambrosius. Verum num fortè rationem scire desideras, cur Deus hanc populo suo legem stabiliverit? Nimirum quia idipsum maximam secum subinfert deformitatem *Abominabilis enim*, subjungit Sacer textus, *apud Deum est, qui facit hæc.* Deus virum illum, qui in muliebris vitæ mollitie delectatur, adeò vehementer odit, execratur & exhorrescit, ut coram oculis suis illum sustinere omninò nequeat. Adeò etenim magna est isthæc enormitas, ut ne ipsemet quidem Deus, qui omnem imperfectionem humanam alias patienter tolerat, illam sustinere nequaquam posse videatur. *Abominabilis enim apud Deum est, qui facit hæc.* Audite portò quid S. hic Doctor circa hanc deformitatem subjungat: *Quàm deforme, virum facere opera muliebria! ergo & pariant, ergo & parturiant, qui crispant comam sicut fœminæ. Meritò illic non servatur castimonia, ubi non tenetur sexus distinctio.* Portò adeò vehemens est nonnullorum ad effœminatas mulierum actiones inclinatio atque propensio, ut magno sibi gaudio & delectationi ducerent, si imprægnari quoque & parere possent. De Nerone etenim viro effœminatissimo in Historia Lombardica scribitur, eum omnes totius Romanæ urbis Medicos de remedio quodam consuluisse, cujus virtute imprægnari & masculum parere posset. *Faciatis me puero imprægnari, & postea parere*, dicebat Medicis. Hinc quoq; Jupiter non minus mollis atque effœminatus, à certo quodam Apellis discipulo Lybica

Deuteron 22. v. 5.

D. Ambr. in cap. 22. Deuteron

D. Ambr. Ibid.

Hist. Lom. de S. Petro Cartar. de Imag. Dei.

rum mulierum more vestitus, & quasi Bacchum parturiens, in tabula quadam depictus fuisse legitur. Quia enim effœminati viri istiturpi luxuriæ vitio nimium dediti erant, hinc non contenti, quod idipsum in proprio suo sexu exerceant, etiam si possibile esset, in alio quoque sexu experiri desiderant. Viri profectò omnibus modis abominabiles. *Abominabilis apud Deum est, qui hæc facit.*

6. Naturæ prorsus adversatur, quod viri in vestitu, aliisque in rebus mulierem referant. *Nonne videtur sibi contra Naturam vivere,* inquit Seneca ad Lucillum suum, *qui commutat cum fœminis vestem?* Cùm enim natura alias actiones viro, alias fœminæ dederit, ipsimet naturæ contrariabitur vita hominis illius, qui vita & moribus suis mulierem refert; eumque bestiæ naturæ suæ conformiter vivant, hic statuto à Natura ordini se opponit & contradicit. Etenim homo talis, quantum videre possum, nec vir, nec mulier, nec bestia erit, verum hominum quoddam bestiarumque horridum monstrum, omni abominatione dignissimum. Porrò quod mulier viriliter vivat, moresque & conversationem virilem induat, per hoc nihil facere prætendit, aut propriæ naturæ suæ contrarium, nec ei, in quo est, sexui quovis modo repugnant; Eo ipso enim, quo virum, virilesque mores, & actus induere, & imitari contendit, sese, ut supra diximus meliorare & perficere conatur. Unde & multæ quoque mulieres in viros transmutatæ esse leguntur; virum tamen in mulierem commutatum esse nusquam legitur; Hoc enim naturæ fini repugnat, illud verò non repugnat. *Legimus,* inquit Andreas Tiraquellus, *aliquando fœminas mutari in mares; è diverso autem nunquam mares mutari in fœminas, quod sciam, aut recorder: veluti natura ex deterioribus, ad meliora nitatur, non è diverso.* Castinus infantulus in puellari sexu natus fuisse legitur: Arescula certo cuidam viro nuptui tradita, postea in virum transformata, uxorem necessariò ducere debuit, qui & deinceps mutato simul cum sexu nomine Arescon appellatus fuit. Idem quoque de Smyrna, Cenco, multisque aliis memoriæ proditum legitur. Nunquam tamen vir aliquis in mulierem conversus fuisse reperitur, eo quod hæc viri in mulierem transformatio viri naturæ totaliter repugnat. Per quod simul etiam viro cuivis innuitur, virum effœminatum, qui fœmineos in se mores & mollitiem non erubescit, monstrum quoddam hominum, non verò hominem esse, omniumque odio, abominatione, & execratione dignissimum.

Seneca lib. 22. Epist. 123.

Tiraquellus Ibid. leg 1. n. 100.

7. Poetæ gentiles Cupidinem fœminino, non masculino nomine appellare solent, cùm tamen eandem, utpotè quem matrem esse fingunt, matrem potius, quàm fœminam dicere debuissent:

Captaque fœmineus viscera terret amor.

inquit Ovidius; cui Sillius concinit dicens: *Ovidius. Sillius.*

Fœmineo socio violavit fœdere amore;

Cur obsecro fœminino illam nomine vocant? Id quantum capere possum, ideo fieri arbitror, quia viros in fœminas transmutat, dum eosdem in mulierum ardentem amorem inflammat. Porrò amorem, amantem in id transformare, quod amat, nemo nescit; ideoque sicut qui Deum amat, Deus fit, ita in mulierem evadit qui mulierem diligit. Unde cũ sacra scriptura de ardenti Salomonis erga mulieres amore loquens, concludit; *His itaque copulatus est Salomon ardentissimo amore,* idem est ac si diceret: Salomon ex viro, est in mulierem transformatus. *Dilexit eos nimis,* inquit Tostatus, *plusquam vir diligere debeat uxorem, ita ut efficeretur totus fœmineus.* Meritò igitur ille inter sanctos Patres senior mulierem aquam, virum Salem, appellavit; cùm vir è muliere nascatur, sicut sal ab aqua producitur. Hac namque comparatione adhibita virum lascivum in mulierem transformari optimè & facilimè explicatur. Sicut enim sal aquæ approximans in aquam resolvitur, ita vir ad mulierem propius accedens, in mulierem convertitur. *Filioli sal ex aqua est, si appropinquaverit aquæ, continuò solvitur & deficit. Et homo similiter ex muliere est; itaque si appropinquaverit mulieri, solvitur & ipse, atque in id definit.* Hoc igitur supposito colligitur, quemvis virum effœminatum valdè esse de luxuriæ crimine suspectum; neque enim

3. Reg. 11. v. 2. Abulensis q. 8. c. 11. lib. 3. Reg.

Vita Pat. lib. 10. c. 217.

enim in mulierem transformari valeret, nisi id ardenti mulierum amore mediante fieret, cujus vi & efficaciæ probrosa hæc transformatio attribuitur. Veteres olim Bacchum depingere solebant habitu seu veste induto fœminea; quo modo inter alios illum Philostratus in tabula depinxit Ariadnæ, non quod mulierem illum esse crederent, verè enim vir, non mulier erat, sed quia luxuriosi erga mulierem amicam suam affectus excessum exponere volebant; vir etenim luxuriosus à turpi, quo erga fœminam ardet amore, in fœminam convertitur. Ac proinde luxuria ejuscemodi homines Hermophroditas efficit: *Plures fecit Hermophroditas* — *Simon Cassian. l. 8. c. 52.* — *sua concupiscentia, quam ex sua operatione natura*; inquit Simon de Cassia. Hermaphrodita est homo, utrumque in se sexum distinctè habens. Enimverò tametsi mula ejuscemodi monstra à natura facta esse videantur, infinities tamen plura illorum producuntur per luxuriam, hac namque instigante sordidis ejusmodi hominibus, non sufficit quod viri fiant, nisi etiam mulieres evadant. Ejuscemodi Hermaphroditæ fuere Hercules, Clisthenes, Batalus, Nitarus, Philostratus, Heliogabalus, & Sardanapalus, & plura alia similia luxuriæ & libidinis mancipia. Hæc fœda, turpisque luxuria Herculi clavam suam, qua mundum domaverat, turpiter deponere, exuviis se leoninis, per quas cuivis erat homini formidabilis, spoliare, è contra verò muliebri se veste induere, randemque arrepta colo & fuso cum levissimis mulierculis, & meretriculis, quas lascivo deperibat amore, filare persuasit. Quodsi idem Sardanapal. Assyriorum regem effœminatum, & in delicatam mulierem versum fuisse audiatis, eidemmet opus istud luxuriæ attribuere non dubitare. Quia enim, ut de illo — *Diod. Sicul. lib. 2. c. 27.* — Diodorus inquit, *Excessit omnes luxuria, vitam muliebrem duxit.* Maledictum vitium illud simile est herbæ illi, quæ ut Plu- — *Plutarch.* — tarchus tradit, vinum, in aquam commutat. Viri tales lascivi ipsissimis sunt Hyenis deteriores. Licet enim Hyena, ut Ælianus à Cœlio citatus narrat, uno anno mas sit, altero anno sequenti fœmina, atque in utroque hoc sexu, quovis anno continuo alternet: hi tamen uno eodemque tempore marem simul & fœminam referunt, utpotè qui utriusque sexus operibus indistinctè attendunt. Unde cùm Diogenes à tali quodam Veneris mancipio de certa quadam re interrogaretur, responsum petitum suspendens, eidem dixit: *non prius se responsurum, quam apertè exploraret, virne esset an mulier*; — *Laert. l. 6.* — neque enim certò cognoscere poterat, an vir dicendus esset, an verò mulier, quando Hermaphrodita, seu vir & mulier simultaneè esse videbatur.

8. In Genesi capite 16. invenietis, quod Abraham, cùm Sara uxor ejus sterilis esset & infœcunda, Agar ancillam domus suæ cognoscere nequaquam voluerit, nisi ad faciendum à propria sua conjuge persuaderetur, illam verò tandem cognoverit, postquam Sara eidem dixit: *Ecce concluſit me Dominus, ne parerem, ingredere ad ancillam tuam, si forte saltem ex illa suscipiam filios.* — *Gen. 16. v. 2.* — Quo idem Abraham postea ancillam à se adamatam superbire & extolli, suamque Dominam contemnere videns, eadem eum facilitate qua illam primitus adamare cœpit, suos ab eadem ancilla amores sustulit, eandemque prout merebatur, castigandam conjugis suæ plenariæ potestati tradidit, hisce uxorem suam verbis affatus: *Ecce ancilla tua in manu tua est, utere ut ea libet.* Quem locum S. Augustinus considerans, Patriarcham summoperè laudat & celebrat dicens: *O virum viriliter utentem fœminis, conjuge temperanter, ancilla obtemperanter, nulla intemperanter.* — *D. Aug. de civit. l. 16. c. 25.* — Ubi attendendum, quod Abrahamum ob factum istud appellet *virum viriliter utentem fœminis*; visusque fuit hic Patriarcha S. Doctori in hac actione amoris, vir quidam ratus & singularis, omnique admiratione dignissimus, quasi pauci reperirentur viri, qui eâ ratione, quâ ipse fœminas adamarent, ô virum viriliter utentem fœminis. Verum dicat aliquis, quo igitur modo alii mariti uxores suas diligunt, si eas non diligunt viriliter? alii enim conjuges suas non viriliter, sed effœminatè amant; neque enim illas, cum finis intentione diligunt, sed potius ad luxuriæ suæ satisfactionem. Non viros sed fœminas se esse demonstrant; uxoribus suis non imperant, sed suarum potius uxorum imperiis obtemperant; qui domuum suarum capita esse debebant, non caput, sed pedes domus suæ existunt.

stunt. Non appellantur ab uxoribus suis Domini, quo honoris titulo Sara Abraham maritum suum adornabat, quia uxorum suarum non Domini, sed servi esse dignoscuntur; eæque quæ maritorum ancillæ esse deberent, ob effœminatum illorum animum, veluti eorundem Dominæ, iis principantur. Verum enimverò viri non solum per luxuriam, verum etiam per delitias & voluptates, utpotè luxuriæ matres & nutrices effœminantur, & in mulieres convertuntur. Quod in reliqua concionis parte pro cæptæ materiæ torali complemento me explicantem, si placet, auscultate.

9. Elegantissimum quod pro mundanis delitiis explicandis adduci potest symbolum, est aqua. Delitiæ enim tales sunt aquæ, quas qui biberit, *sitiet iterum*, ut Salvator inquit, quia nunquam satiant. Nunquam feruntur in altum, sed deorsum semper præcipitantur; neque enim homo à delitiis, sed a laboribus in cælum extollitur. Sunt aquæ quæ in animam hominis ingressæ, eandem in variorum scelerum lutum & sordes turpiter demergunt, de quibus proinde David lamentabatur, dicens *Intraverunt aquæ usque ad animam meam; infixus sum in limo profundi.* Sun aqua illa, per cujus unicum haustum Sisimachus amplissimum regnum suum deperdidit, siquidem homo per unius modicæ delectatiunculæ guttum immensum cælorum regnum amittit. Portò tametsi aquæ illæ in humani cordis mare continuò influerent, illud tamen ab iis nunquam dulcedine aliqua vel consolatione imbuetur, eũ Deum excludant, a quo omnis humana consolatio duntaxat dependet. Denique hæ aquæ solam habent ab aquis Salmacis fontis propè Halicarnassæam urbem emanantis scaturiginem, in quibus is, qui immergitur, seminimuliet confestim fieri videtur, prouti, si aliqua Poetis est adhibenda fides, Hermeti puero accidisse refertur. *Voluptas terrena est fons Salmacis, in quo secundùm fictionem Poetarum, unusquisque vir balneans media efficitur fœmina*; inquit Cancellarius Parisiensis

Ioan. 4. v. 13.

Psal. 68. v. 2.

Gerson serm. ad Reg. Franc.

10. Sicut Christum per terram longinquam, in quam mercator ille Evangelicus pecuniis bene onustus, ad pretiosas sibi margaritas comparandas se recepit, cælum intelligit, ita per inventam & compatatam sibi postea margaritam, animam nostram intelligi voluit. Et certè sub elegantiori symbolo anima nostra explicari nequaquam poterat, quam sub jam dicto symbolo margaritæ. Anima namque nostra adeò est pretiosa, ut pro ejus conservatione & salute, omnes erogari divitiæ debeant, quæ in terra uspiam acquiri possunt. Id quod adeò verum est, ut ipsemet Deus incarnatus pro eadem ex infernicarceribus liberanda, proprium suum effundere sanguinem non dubitarit, cujus pretiũ omne aurum, omnes mundi gemmas, cunctasque, quibus in cælesti gloria Angeli fruuntur, divitias incomparabiliter superat. Denique anima nostra vera quædam margarita est, quia sicut margarita foris extra aquas constituta fortis, in aquis autem consistens mollis est: ita quoque anima nostra extra frigidam illam terrenarum deliriarum aquam posita fortis est & dura, in illis autem aquis immersa, mollis esse cernitur & tractabilis. *Margarita in aqua est mens justi*, inquit S. Antonius de Padua, *quæ in aqua de voluptatis mollis efficitur, sed exempta per Dom. 7. austeritatem durescit.* Portò eo ipso, quo *post Trin.* vii terrenarum delectationum aquis immersus mollis fieri dicitur, simul quoque insinuatur eundem in fœminam commutari, fœmina namque *à mollitie mulier* dicitur. Etenim sicut Dæmon animam in delitiis viventem summa cum facilitate vincit & superat, ita aliam, quæ terrenas à se delitias procul arcet, summa cum difficultate invadit & impugnat, siquidem cum hac pugnans, cum viro, cum illa verò decertans cum imbelli fœmina, pugnare censetur, quæ facillimè superatur. Dæmon alter quidam Zerxes est. Cùm enim Zerxes post subjugatam sibi Babyloniam, civium imperium ejus detractantium rebellionem timeret, ideo ut eos in casu talis rebellionis facile vincere & in suam redigere potestatem posset, mox illos effœminare voluit, ideo illos in continuis choreis, ludis, turpibus luxuriis, commessationibus, ebrietatibus, aliisque similibus, quibus dies suos jucundè transigebant, delitiis duntaxat exercuit, & effœminatos, molles, & imbelles omnes reddidit.

Matth. 13. v. 45.

D. Anton

11. In alpibus sive montanis Franciæ arbor quædam nascitur, à Theophrasto *Dioscoron* *Ruellius. lib. 1. c. 91*

poron, à latinis verò *Iovis barba* appellata, quæ contra arborum aliarum naturam & indolem aquas odit & abominatur. Meritò autem magnoque cum judicio hæc aquas exhorrescens arbor Barba appellata fuit, qui enim hoc eam nomine nuncupavit, utique si eam aquas amantem, non verò exhorrescentem vidisset, non Barbam, sed *Veneris capillum* potius nominasset; quo nomine Adianthus aquis addictissima, olim vocitata fuit. Nomenclator igitur ille hujus nominis impositione mundo clam innuere voluit, quemvis virum, qui viriliter vivere, atque in cunctis actionibus suis virum se probare & exhibere intendit, cui proinde natura in virilitatis & generositatis suæ signum barbam attribuit, terrenarum delitiarum aquas debere exhorrescere. Secus enim si fecerit, barbam suam utique perdet, & vir amplius non erit. Continua namque & quotidiana nos experientia docuit, quod delitiæ viro barbam adimant, eundemque in mulierem seu potius prophanam & luxuriosam quandam Venerem transformet.

12. Moyses Propheta Geneseos capite 5 filiorum Seth hominum scilicet virtuosorum, maximorumque Dei amicorum genealogiam scribens, similiter describere pergit genealogiam filiorum Cain, hominum sceleratissimæ & perditissimæ vitæ, cum hac tamen differentia utriusque stirpis istius genealogiam absolvit, ut illi nullam prorsus inserat mulierem, huic verò non solum multas mulieres immiscens; verum insuper totam Cainæ stirpis recensitionem, per mulierem quandam Noema appellatam concludit. Unde meritò hic aliquis quærat, cur in sceleratorum hominum generatione recensentur mulieres, cum tamen in generatione Sanctorum ne una quidem locum habeat? num forte Sancti de terra nati sunt, non verò sunt ex mulieribus, sicut alii peccatores progeniti? nequaquam, quin potius tam Sancti, quàm peccatores communem sortiuntur è muliere generationem. Ratio igitur cur in generatione sanctorum nullæ recenseantur mulieres, cum tamen in alia sceleratorum multæ adducantur in medium hæc est, quia sicut nulla prorsus in sanctis actio videtur sive notatur, quæ fæmineæ sit aut muliebris, & non viri, aut quæ effæminata sit, & non virilis, ita peccatorum omnes actiones sint effæminatæ, id quod delitiis, quas perpetuò consectantur unicè est tribuendum, quæ per ultimam illam mulierem significatur, in qua ipsorum generatio clauditur, quæ *Noema* appellabatur, quod in sermone latino *voluptas* interpretatur. Ecce tibi Hugonem Cardinalem hæc omnia clarissimè explicantem: *In generatione justorum nulla fœmina numeratur, quia nihil in bonis fœmineum invenitur. Generatio verò malorum in fœmina terminatur, quia quod in eis est, molle, ac fœmineum est. Nec vacat, quod fœmina, quæ ultimo ponitur in generatione malorum, Noema dicitur, id est, voluptas, quia totum vertunt ad corporis voluptatem.* Ecce igitur quàm sit veri arti consentaneum viros ex hujus mundi delitiis effæminari; hæ enim sunt aquæ illæ præstigistrices probrosam hanc viti in fœminam, vini in aquam metamorphosin & murationem procurantes. *Hugo Card. in c. 5. Gen.*

***

SERMO

SERMO I.

IN DOMINICAM III. POST EPIPHANIAM.

THEMA.

Ecce leprosus veniens adorabat eum.
Matth. 8.

ARGVMENTVM.

Hominibus longè pernitiosiores sunt ii latrones, qui in compitis platearum, quàm alii, qui in sylvis homines depradantur & spoliant.

1. TAmetsi lepra à sacra scriptura variis in locis velut diversorum peccatorũ adducatur symbolum, ipsa tamen ad latrocinium significandum adeò est appropriata, ut præter hoc aliud nihil significare videatur. Primo enim lepra malum quoddam est corporis valdè vile & infame: sic & latrocinium est adeò turpe & infame, ut à judicibus patibuli supplicio, tormento nimirum vilissimo maximeque infami castigari soleat, unde quia crux apud Hebræos proprium erat infamiũ criminosorum supplicium, latrones quoque in Calvario monte crucifigebantur. Secundò lepra morbus quidam est curatu difficillimus: sic quoque latrocinium crimen quoddam est emendatu difficillimum, adeò ut pauci sint, qui illo semel obnoxii, immunes ab eo tandem fiant. Ex innumeris, qui in terra erant latronibus, Christus unicum duntaxat latronem salvavit, qui & ipse fugere forsitan potuisset, nisi illum crucis ligno adeò fortiter firmiterque astrictum & alligatum non invenisset. Tertiò lepra ab interna quadam corruptione enascitur: ita quoque latrocinium à perversa & corrupta intentione proficiscitur. Nullus unquam auditus est latro, qui delictum suum suæ attribuat necessitati, quodsi enim furta à necessitate suam ducerent originem, nullus futurus esset pauper, quin is latro quoque futurus esset. Quartò lepra corpus variis maculis deturpat: ita quoque latrocinium hominem diversis quoque vitiis coinquinat, communiter

niter enim latro otiosus, gulosus, perjurus, aleator, traditor, hypocrita, & homicida esse videtur. Quintò sitis à lepra causata sitim illam significat, qua latro aliena semper bona ardenter concupiscit, latro enim tanta siti ardet, ut si integrum quoddam divitiarum mare furaretur, furandi tamen inclinationem minimè deponeret, furando namque habendi si non extinguit, sed auget, sed accendit potius. Porrò quando leprosus ille, uti in hodierno resenfetur Evangelio, Christo Salvatori nostro appropinquabat: *Ecce leprosus veniens adorabat eum*, latro quidam ad eũ videbatur propius accedere. Sed qualis putas latro? non aliquis ex eorum latronum numero, qui homines in sylvis, nemoribus, horridisque desertis deprædatur & spoliat: sed potius unus erat ex iis latronibus, qui in civitatibus publicè furantur, Christus enim S. Lucæ teste, hunc leprosum non in sylvis, sed in civitate quadam vidit, quam nonnulli Capharnaum fuisse dicunt: *Cùm esset in una civitatum, ecce vir plenus lepra, videns Iesum, & procidens in faciem, &c.* Civitates enim haud secus ac sylvæ & nemora latrones suos habent, qui homines in plateis & tribunalibus spoliant. Cùm igitur præsens Evangelium similem nobis peccatorem proponat, de eodem quoque noster instituetur præsens discursus, qui totus ad id conabitur, ut planè & perspicuè demonstret, talem quempiam latronem in civitatibus non aggredientem hominibus mundanis crudeliorem & pernitiosiorem esse quovis alio latrone, qui sua habet latibula, latrociniaque exerceat in sylvis.

Matth. 8. v. 2.

Luc. 5. v. 12.

2. Principes illi, qui miseros subditos in civitatibus & tribunalibus facultatibus suis exuunt & spoliant, lupis ab Ezechiele Propheta ritè assimilantur. *Principes ejus in medio illius, quasi lupi rapientes prædam.* Et meritò quidem hac circa eos comparatione utitur, cum enim principes passim latrocinia exerceant, veri quoque à nobis censendi sunt lupi. *lupi sunt raptores & Principes hujus mundi*, inquit Petrus Berchorius. Lupi sunt, quia *lupus* idem quod *leonis pes* interpretatur, qui *quicquid pede premit, non vivit*, inquit idem. Nulla etenim est in terris hominum conditio, quæ si tali alicui homini fuerit subjecta, civiliter non censeatur mortua & prorsus desperata. Lupi sunt quia insatiabiliter existunt. Tanta namque est eorum avaritia, ut nihil sit in mundo, quod illorum satisfacere possit cupiditati. Alexander Magnus, latronum illorum, de quibus loquimur facilè maximus, qui integras civitates, potentissima regna, aliaque bona velut latro publicus deprædari solebat, licet à tot Regibus majorem mundi partem ad se rapuisset, haud secus ac si nihil omnino sibi comparasset, tanta erat fame rapidus, ut inconsolabiliter nonnunquam lachrymas fundere visus fuerit. Lupi sunt, quia bestiæ sunt & non homines. Porrò ratio, cur Deus Adamum de terra rubea formarit, unde & nomen obtinuit, quod *Adam*, id est, *rubeus* appelletur, præcipua hæc fuit, quia voluit, ut de vitiosis & illicitis operibus suis ex naturali quadam proprietate verecundaretur & erubesceret. Unde ut Albertus inquit, inter omnia hujus terræ animalia solus homo erubescere videtur, ut proinde homo aliquis imprudens & inverecundus bestia potius, quàm homo dici mereatur. *Una de proprietatibus hominis, secundùm quod est homo, verecundari est de turpi perpetrato; quod non convenit alicui animali, nisi homini. Inverecundi in aliquo mutati sunt à rationis honore, pecuniâ naturâ assumentes irrationabilitatem.* Ex quo signo perspicuè satis colligi potest, eos, qui in publicis plateis aut foro furantur, & prædas agunt, non homines, sed lupos & bestias esse rationis expertes iis, qui in sylvarum latibulis delitescunt, latronibus longè deteriores. Cùm enim hi eo tempore quo furantur, ab hominum sese oculis subducentes, larvata se facie occultent, atque à solis facie se abscondentes, sub obscuro noctis velo furta sua committant, satis evidenter se de peccato suo erubescere testantur, certaque de se humanitatis signa edunt. Illi econtra homines in plateis revelata & aperta facie, in omnium oculis, & in clarissima meridiei luce invadunt, deprædantur & spoliant: *Rapax fur est & latro, fure longè deterior, quanto & violentior. Ille namque tum latendo, tum nocte grassando, multum de facinore succidit, utpotè quia veretur & timet peccare. Hic autem perfricata fronte, nudo capite, per medium forum, res omnium rapit*, inquit

Ezech. 22 v. 27.

Berchor. lib. 1. c. 63

Albert. de animal. l. 22. c. 1.

quit Chryſoſtomus, non ſunt cenſendi homines, qui ſunt ejuſmodi, utpotè quibus una ex veris hominis proprietatibus deeſt; feras potius illos eſſe cenſete, lupos æſtimate, imò lupis longè deteriores.

3. Quænam obſecro eſt ratio, quod lupus laqueo irretitus & implicatus, aut in foveam ſibi à venatoribus inſidioſè præparatam collapſus, prædam à ſe captam, nec tangat, aut manducet? cur non audacter omni timore poſito de ea comedit? ergone rabida fame vexatus, ſemetipſum ultro confecit? tot leucas currendo abſolvit, tantoſque ad rapiendam eſcam labores adhibuit, nunc verò de eſca coram ſe expoſita non comedit, imò nec tangit eandem, ſed menſæ accumbens jejunat? Vincentius Bellovacenſis dicit lupum in furto deprehenſum in verecundia, qua furtum ſuum erubeſcit, non poſſe comedere. Lupus enim ſe in flagrantis furti crimine ab hominibus deprehenſum eſſe tantoperè erubeſcit, ut tametſi rabida quadam fame urgeatur, jamque fercula longo ſibi labore comparata ante ſe habeat, illa tamen vel attingere, aut minimum illorum bolum deguſtare, aut comedere nequaquam audeat. *Lupus volens capere & furari ovem, quæ ponitur in pedica, vel fovea ad capiendum lupum: quando cecidit in ea, ita verecundatur ſe ita captum & deprehenſum in furto, quod licet ejuriat, & ſecum ſit ovis in fovea, non tangit eam, ſed erubeſcit humanos aſpectus, non audens ad intuendum homines, caput erigere.* Prô dolor! lupus tametſi beſtia & verecundiæ incapax ſit, in furto tamen manifeſtè deprehenſus ſuo modo verecundatur & erubeſcit; & homines, quibus verecundia veluti naturalis proprietas congenita eſt, publicè in conſpectu omnium hominum rapere & prædari, & integri alicujus regni latrones famoſi & depopulatores appellari non erubeſcunt, ô incredibilem impudentiam! ô temeritatem magnam!

Vincent. Bellovac. ſpec. mor. l. 3. diſt 10 par. 7.

4. Didacus Stella exiſtimat, quod quando S. Lucas Mariam Magdalenam in civitate peccatricem fuiſſe dicit; *Mulier, quæ erat in civitate peccatrix*; iis verbis ſanctæ hujus pœnitentis peccatum magnoperè aggravaverit. Cur obſecro? quia nimirum illam non in villa, vel in pago, vel in caſtello, ſed in civitate peccatricem fuiſſe dixit? quod ruſticus villæ alicujus incola, in qua homines haud ſecus ac beſtiæ vivunt, ubi nullæ unquam conciones audiuntur, nulla videntur bonorum operum exempla, non leguntur libri ſpirituales & pii, ubi denique nullus eſt, qui admoneat, reprehendat, & caſtiget, quod inquam talis loci inquilinus peccator ſit, res quidem in ſe valdè mala eſt, ita tamen ut velut quodammodo tolerabilis compaſſionem mereatur: at verò quod alius quidam in civitate peccet, ubi mane & veſperi ſolemnes conciones habentur, ubi tot quotidie cernuntur bona exempla, tot leguntur libri pii, ubi tot ſunt Eccleſiæ, tot ſunt ſacerdotes & boni religioſi, id nequè tolerabile eſt, nec ulla prorſus compaſſione dignum: *ſi in vico vitam degeret, ubi raræ ſunt conciones, ubi homines vivunt, ſicut bruta, tolerabile videretur: ſed in civitate ubi tot habentur conciones, tot ſacerdotes, tot religioſi, tot denique auxiliatores, ad animarum ſalutem, deteſtabile eſt.* Majores utique peccatores ſunt ii, qui in civitatibus peccant, ubi tot abundant remedia peccatorum præſervativa, quàm qui in villis Deum offendunt, ubi hæc omnia deſiderantur. Unde facilè & perſpicuum eſt colligere latrones civitatum majores eſſe latronibus in ſylvis latitantibus, illorumque latrocinium longè gravius & enormius eſſe latrocinio horum. Hi namque in eo loco furantur, ubi nulla prorſus timetur juſtitia, ad quem oculi non pertingunt judicis, ubi nullæ, quæ ipſorum actiones prohibeant, audiuntur leges, ubi cum feris viventes & converſantes, ferinos quoque mores induunt, illi verò in eo loco furta committunt, ubi judex præſens adeſt, ubi erecta ſunt patibula & cruces, ubi promulgantur leges, ubi in hominum civilium & rationalium ſocietate & conſortio pacificè vivitur. Portò majus utique fuit peccatum Luciferi peccantis in cælo, in ſanctorum Angelorum conſortio, & coram ipſiſſimis Dei oculis conſtituti, quam ſi peccaſſet in inferno, procul à judicis oculis remotus, in ſocietate Dæmoniorum, & jam ipſemet Dæmon effectus.

Didacus Stella in c. 7. Luc.

Luc. 7. v. 37.

5. Ea, quæ Hebræi eo tempore, quo Deus ipſis per manum Moyſis legem ſuam impertiebatur, audierunt & viderunt, adeò fuerunt terribilia atque horrenda; ut panico omnes

Exod. 19. v. 16. omnes timore correpti fuerint, *Caperunt audiri tonitrua, & micare fulgura, & nubes densissima operire montem, clangorque buccinæ vehementius perstrepebat, & timuit populus qui in castris erat.* Porrò causam scire percuperem, cur Deus Hebræis tanto cum pavore & terrore legem concesserit? nimirum innuere nobis voluit, inquit S. Antoninus, leges propter timorem observari: *ut per motum inducerentur homines ad servandas leges.* Nisi lex strictum in manu sua ensem haberet, prouti in Bibliotheca Vaticana depicta conspicitur, nullus foret illius respectus aut ratio: nisi metus pœnarum homines coerceret, à paucissimis observanda forent principum statuta; nisi timeretur, quod leges adversus adulteros decernunt supplicium nihili prorsus fieret alieni thori violatio. Quia scelerati judices illi, utpote moderatores justitiæ, ex mente D. Chrys. *Seniores populi sumus, credita sunt nobis leges, coercendi atque ligandi accepimus potestatem.* Ideo nulla coercebantur formidine, quin castissimam Susannam ad desideratum sollicitarent & tantum non violentarent adulterium. Si duos mihi latrones dederis, quorum unus aliquali etiamnum est imbutus justitiæ, legumque timore, alter verò nullo prorsus, sive legum, sive justitiæ timore constringitur, ex his, hunc confestim, altero longè pejorem & sceleratiorem esse pronuntiabo. Cũ enim ille inter latrocinandum nonnunquam ex timore exhorrescat & deterreatur, hic omni prorsus fræno carere videbitur. Ehem quanta talis homo mala facere non erubescit, quot latrocinia committit, quàm enormia patrare scelera audet, eò quod justitiam non formidet, utpotè qui velut justitiæ minister: eandem pro suo arbitrio libertimè moderatur.

D. Anton. p. 4. tit. 14 cap. 1.

D. Chrys. tract. 16. Paneg. in Susan.

6. Postquam Christus Salvator noster S. Petrum in sublimem sanctæ Ecclesiæ thronum evexisset & sublimasset, eundem mox animarum fidelium suorum pastorem creavit, easdemq; pascendi curam ei dedit, dicens: *Pasce oves meas.* Nec contẽtus se hæc verba ei semel dixisse, binis aliis vicibus eadem replicavit. S. Bern. hunc scripturæ locum considerans, optimè notat, quod Christus S. Petro tribus distinctis vicibus, ut oves suas pascat & nutriat, districtè præcipiat, nec tamen vel semel etiam ut illas hoc modo à se

Ioan. 21. v. 17.

pastas mulgeret & tonderet, jubeat vel imperet, unde dicit: *Tertio dictum pasce: nec mulge, seu tonde, vel semel dictum est.* Verum enimverò quandoquidem pastores oves ob lactis & lanæ utilitatem pascere soleant, cur igitur Christus vicatio suo ter imperare voluit, ut oves pascat, nec tamen vel semel jussit, ut pro lacte vel lana ab iisdem accipienda, eadem mulgeat, vel tondeat. Ratio hujus, quantum capere possum, hæc est, quia Christus S. Petrum esse nolebat de illorum pastorum numero, qui ab ovibus suis accipientes nihil donant, sed potius illis eum accensẽri voluit, qui ovibus suis alimenta præbent, nihil ab illis recipientes. Talis Pastor & rector S. Petrus ex mente Christi ipsum constituentis esse debebat, qui non in proprium, sed in communem utilitatem oculos suos directos haberet, id est pastor non verò mercenarius esse deberet. Denique similem eum illi rectori esse volebat, qui ad populi Hebræi regimen postulatus, electoribus suis respondit: *In domo mea non est panis, neque vestimentum, nolite me constituere Principem populi,* hinc inquit Oleaster *noluit esse Princeps, qui non habebat ad dandum: ut eos ostendat non debere esse Reges, qui nihil dant.* Ex qua doctrina clarè conspicitur, quod si is, qui aliis imperat & præest, latro sit, confestim quovis alio latrone major sit, majusque præ cæteris latrocinium committat. Magis namque te ille offendit, qui cum ad tibi dandum sit obligatus, non solum id nequaquam facit, quin etiam ea, quæ tua sunt, tibi surripit, quàm alius prædo ad aliquid tibi elargiendum neutiquam obstrictus. Cùm enim hic unicum duntaxat latrocinium committat, ille unico actu duo perpetrat, siquidem & quod dare tibi obstringitur, non donat, & eo, quod habes, te exspoliat.

D. Bern. in Declamat.

Isaiæ 3. v. 7.

Oleast. in c. 3. Isaiæ.

7. Verba illa, quæ Zachæus Christo dixit postquam oculis pietatis suæ eum esset intuitus, suamque domum in suum sibi adoptare hospitium est dignatus, magna cum attentione audiri merentur, & sunt sequentia: *Ecce dimidium bonorum meorum, Domine do pauperibus, & si quid aliquem defraudavi,* redd o quadruplum, q.d. In condignam iniquitatum & injustitiarum à me commissarum pœnam, dimidium bonorum meorum

pauperibus dare, & si alicui decem scuta surripui, eidem quadraginta, id est, quatuor pro uno restituere constitui. Circa quæ verba meritò quærendum existimo: cur Zachæus se ad quatuor scuta pro uno ablato restituenda obligaverit, Dominoque dixerit: si quid aliquem defraudavi, reddo quadruplum, quando ad nihil aliud, quàm quod vere ablatum fuerat, restituendum obligatus erat, ut si decem scuta sustuliset, decem tantum, & non plura, restituere debebat. Respondeo igitur, quod si se solum id, quod ablatum erat, aut verò duplum ejus, prout Romanis statutum erat, restituere dixisset, ostendisset utique, quod furti seu injustitiæ gravitatem non satis sufficienter penetrasset; neque enim Zachæus de eo erat latronum genere, qui in sylvis vel nemoribus prædam faciebant, utpotè qui in publicis plateis aut tribunalibus homines deprædabatur, quia Princeps erat, officialis erat, usurarius erat, qui publicè furari consueverunt. Sciebat igitur, quod ex quo latrones in sylvis vel campis oberrantes, id quod ablatum est, vel duplum ejus restituere obligantur: latrones publici ad minus quadruplum, id est, quatuor pro uno reddere sint obstricti. Reddo quadruplum. Atque hinc est, quod Cato ad antiquas Romanorum leges attendens latrocinii illius, quod ab ejusmodi hominibus in civitatibus publicè exercetur, gravitatem facilè agnoscat, utpotè quod longè deterius & criminosius esse fatetur, eò quod à latrocinantibus in sylvis perpetratur: *Majores nostri sic se habuere, & ita in legibus posuere, furem duplici condemnari, faneratorem quadrupli. Quantò peiorem civem existimarint faneratorem, quàm furem, hinc licet existimari.*

Cato de re rustica in Præm.

8. Angelus, ut Loth à Sodomæ incendio immunem & illæsum conservaret, eidem in montem quendam civitati superimminentem salvare se præcepit dicens: *Salva animam tuam, ne fortè in omni circa regione, sed in monte salvum te fac, ne & tu simul pereas.* Quia verò vir sanctus metuebat, ne in eum montem se recipiens subitò morti cogeretur; Angelum instanter rogavit, ut ipsum in castellum quoddam quod civitati proximum habebat perducere acquiesceret: *non possum in monte salvari, ne fortè apprehendat me malum & moriar; est civitas hæc juxta, &c.* Quis hic mihi rationem enucleare poterit, ob quam Loth in montem istum confugiens mori timuerit? Ratio, quam Hebræi hoc loco adferunt, ut Lyranus notat, hæc est: quia Loth in monte isto Abrahæ associandus erat, utpotè qui eo tempore in montianis istis suum sibi domicilium fixerat, metuebat igitur, ne dum in societate viri illius adeò sancti & virtuosi constitutus erat, ejus imperfectiones coram oculis Dei tanto se manifestius & evidentius produrræ essent, hacque ratione in peccatorum suorum condignum supplicium morte à Deo plecteretur: *Timebat enim Loth, ne si veniret juxta Abraham, qui erat sanctus, ejus imperfectio magis appareret, & à Deo puniretur.* Optimè namque ille vir Dei noverat, quod *opposita juxta se posita magis eluceſcunt.* Sciebat deformitatem tanto se evidentius prodere, quantò ad pulchritudinem accedit proximius. Noverat quod pictores summam Luciferi deformitatem delineaturi, eundem S. Michaelis Archangeli pulcherrimi inquam spiritus illius pedibus substernant. Ad hæc sciebat, quod luna ob varias faciei suæ adhærentes maculas, deformis, soli proximior facta, non ob aliam se causam subducat & absondat, quam quia timet, ne si soli utpotè pulcherrimo totius mundi astro & luminari proximus appropinquet, ejus se turpitudinis & macularum notæ tantò ab omnibus expressiùs & evidentiùs conspici possint. Intelligebat denique, quod sicut in mundo nihil est virtute pulchrius, nihilque vitio turpius aut deformius, ita vitii deformitatem & turpitudinem nunquam se prodere manifestius, quàm dum in simultaneo virtutis consortio collocatur; Quantumvis igitur latrocinandi crimen, in quocunque demum loco reperiatur, turpissimum sit, in eo tamen loco, ubi justitia vires suas exserit, incomparabilem secum deformitatem & infamiam conjunctam habet. Verum equidem est, quod vitium istud in prædone per sylvas discurrente & latrocinante valdè deforme sit: veruntamen si in eodē homine, cui Deus justitiam administrandam commisit, notetur, longè deformius est atque deterius. Unde latrocinium in superiore longè est turpius, quàm in quovis alio latrone. Ad

Gen. 19. v. 17.

Gen. ibid. v. 19.

Nicol. Lyr in cap. 19. Gen.

hoc

hoc utique se Diogenes reflectebat, quando prædones in sylvis oberrantes parvos latrones sive latrunculos nominabat, magnos verò latrones illos esse dicebat, qui præter quam quod Justitiæ esse debeant administratores, latrociniis nihilominus operam suam impendunt.

Psal.103. v.17. D. Hieron

9. Psalmo 103. ubi nos legimus: *Herodis domus dux est eorum.* Hieronymus vertit: *Milvo abies domus ejus;* Ubi sicut per abietem Princeps aliquis sceleratus intelligitur, ita per Milvum vasallus, seu servus latro intelligi debet. Quia enim abies arbor quædam est, quæ utpotè altissima *abies* dicitur, ut S. Isidorus dicit, quasi *in calum abiens*, hinc symbolum quoddam est omnium hujus mundi magnatum, qui in humanæ felicitatis cælo sublimati conspiciuntur. Hæc autem arbor sterilis est & infæcunda, & significat talium hominum in producendis vitæ æternæ fructibus summam infæcunditatem. Quia enim nulli alteri rei intenti sunt, quàm ad lucra caduca & humana, ideo nihil, quod illis ad Paradisi lucrum comparandum proficiat, producere possunt. Umbra quoque harum arborum adeò est pernitiosa, ut haud secus ac si venenum quoddam de se spargeret, omnibus aliis arboribus sub illa succrescentibus, exitium & interitum præsentissimum adferat. Pari quoque ratione similis hominis umbra, iis, qui eidem ignoranter vicinis appropinquant, adeò est pestifera & exitiosa, ut eo ipso civiliter mortui remaneant. Corpus populi illius, super quo hæc abies erigitur, splenem habet adeò infirmum, ut is pro sui incremento, quicquid est aliorum sibi attrahat, omnes spoliet, debiliter & extinguat. Cæterum Milvum vasalli latrocinantis hieroglyphicum esse nunc sine ulla difficultate intelligitur, utpotè cùm avis hæc rapax sit & prædatrix, quæque ab Andrea Alciato veluti viscera sua evomens depingitur, cum hoc Salustii loco veluti Epigraphe adjecta: *Malè parta, malè dilabuntur.* Cùm igitur Propheta dicit: *Milvo abies domus ejus,* nihil aliud dicere intendit, quàm quod latrones, qui hodie mundum deprædantur & despoliant, à Magnatum authoritate, eorumque qui civitatibus imperant & præsunt, potentia, suis in latrociniis sustententur, adjuventur & defendantur.

Andr. Alciatus Salustius.

Dicit Milvus abies domus ejus, inquit Hugo de S. Victore: *quia raptores nocendi potentiam à principibus habent.* Nisi fures, latrones, & prædones hoc fulcro sustentarentur, neque ex talium Magnatum potentia & complacentia temeritas illorum incrementa sumeret, tanta utique damna nequaquam facerent, neque tot annis per campos sylvas & dumeta impunè oberrarent. Quis igitur hic non videat, ejusmodi magnates non solum in civitatibus propriis manibus prædas agere & furari, verum etiam in sylvis & nemoribus per manus illorum, quos potentiâ & authoritate suâ protegunt, auxiliantur & defendunt? suntque latronibus sylvestribus longè deteriores, cùm enim hi duabus manibus furentur in campis & sylvis, illi tam propriis, quàm alienis manibus, tam in civitatibus, quàm in sylvis homines sibi subditos deprædantur & expoliant.

Hugo de S. Vict. lib. 1. c. 26. De Rost.

10. Deus in Levitico præcepit, ut pro Principis peccato in altari suo offerretur in sacrificium hircus, capra autem sactificaretur pro peccato plebis & subditorum: *si peccaverit Princeps, & postea intellexerit peccatum suum, offerret Deo hircum de capris;* ita de peccato superioris loquitur: De peccato vero subditi mox subjungit: *Quodsi peccaverit anima de populo terræ, offeret capram.* Circa quod Dei præceptum bene observandum, quod animal pro superioris peccato offerendum, masculum esse debebat, quod verò pro subditis, sexus esse debebat fœminei. Cur obsecro Deus pro peccato superioris animal masculum exposcebat, pro subditi verò peccato expiando fœmellum? Nimirum ut per hoc insinuaret superiorem, Principem, aut alium quemvis Rectorem, in suo regimine, veluti masculum esse, subditum verò, fœminæ locum obtinere. Sicut enim fœmina non à semetipsa ingravidatur, sed adhibita maris opera, ita dum populus peccat, non à semetipso hoc facit, sed propter pessimum sibi à superiore suo exhibitum exemplum. Ita hæc de re Venerabilis Rupertus Abbas Tuitiensis discurrit: *Nam quemadmodum fœmina non à semetipsa concipit, sed à masculo semen suscipit, sic plebeis, sive popularis, ignem peccatorum non à semetipso invenit, sed à præsente, majoris exemplo peccatum admittit.* Certum namque

Levit. 4. v. 22. & 27.

Rupert. lib 1. c. 19. Levit.

est, quod omnia populi peccata, suam ab eo, qui illum gubernat, originem trahant:

Regis ad exemplum totus componitur orbis,
Mobile mutatur una cum Principe vulgus.

D. Chrys. Hom. 20. ad Pop.

Et quia, ut Chrysostomus inquit: *Qui præbuit radicem, hic utique fructuum author est*, eo ipso, quo populus ob visa à Principibus & officialibus ipsos gubernantibus, commissa furta, ipsemet quoque ad furandum manus suas extendit, omnia hæc populi furta superiori imputanda veniunt, ipsiusque furtum haud dubiè gravissimum & maximum erit, utpotè quod tot in se furta alia complectitur & includit. Unde non absimile erit illi in Malavar, qui locus quidam est Indiæ, nato fructui, qui intra viscera quingentos alios similes fructus complectitur. Videbiturque superior aut Princeps, sive Rector talis vetus quidam, non verò fabulosus Briareus, utpotè qui centenis manibus prædatur & rapit, totidem videlicet manibus, cum quot illi prædabuntur, qui malo suo exemplo permoti, latrociniis similibus dabunt operam. Tantaque erit inter talem quendam latronem, latronesque alios differentia, quanta esse poterit inter opus alicujus exercitus & unius solius hominis opus, siquidem unicum duntaxat talis in dignitate constituti viri furtum, non unius tantum latronis, sed integræ latronum turbæ furtum erit.

11. S. Matthæus cap. 18. Evangelii sui refert; certum quendam potentissimum Dominum omnes illos, quibus bona sua administranda commiserat, ad rationicinia reddenda evocasse, inter cæteros autem comparuisse quendam, qui revisis bene rationibus, inventus est debens decem millia talenta (unum autem talentum, ut vult Budæus, valet decem scutorum milliones nostræ monetæ) cumque infelix homo iste, unde tam ingentem pecuniæ summam solveret, non haberet, inquit sacer textus: *Iussit eum Dominus venundari, & uxorem ejus, & filios, & omnia, quæ habebat, & reddi.* Videte, quam ingentem pecuniæ summam vir ille administrationis suæ tempore Domino suo furatus fuerit. Verum enimverò, quodsi ut Interpretes unanimiter docent, per Dominum istum Deus ipse intelligatur, cujus misericordia & pietas est ineffabilis & infinita, cur obsecro, is debitorem hunc non solum non toleravit, neque miserabili illi aliqua ratione compassus est, verum etiam eundem, ut una cum uxore & filiis, omnibusque facultatibus suis venundaretur, summo cum rigore condemnavit? Nimirum, quia tantam pecuniæ vim, non pro sua aut domus suæ necessitate rapuerat, sed potius in meras vanitates & superfluitates expenderat, scilicet ad uxorem suam & filios suos superbo cum fastu vestiendos & ornandos, & quia principis more familiam & status sui rationem gubernabat & vivebat: *Non enim timuit aliena rapere*, inquit Oleaster, *ut uxorem, filios pomposè induceret & ornaret.* si ea, quæ rapuerat pro sua domusque suæ necessitate surripuisset, fortè Deus aliquam ei compassionis affectum exhibuisset, nunc verò nullam merebatur cõpassionem experiri, quando in meras pompas, superfluitates, aliasque suas & domus suæ vanitates tanta latrocinia congregarat. Sicut enim necessitas furtum ejus notabiliter alleviasset, ita quoque maximoperè id ipsum aggravavit vanitas. Hic latro omnes in se latrones in civitatibus suis prædam agentes claré repræsentat, id est, illos, qui proximum suum exspoliant, non aliqua necessitate aut egestate compulsi, sed potius ad cupiditatis animi sui satisfactionem; Audite S. Joannem Chrysostomum: *Quod gravissimum est, nulla necessitate aut fame compulsus, sed eo duntaxat ut equorum frœna, domus fastigia, & columnarum epistolia multo auro obducantur, rapiendo semper in te crescit cupiditas.* Quodsi quis ad necessarium victum & amictum sibi procurandum, aut ad solvendum creditorem suum cæteros eidem in casu non secutæ solutionis minitantem aliena bona furatur & rapit, aliqua adhuc ratione tolerari & excusari potest, & compassionem meretur: at verò quod is, qui commodissimè vivere potest, & cui Deus utpotè opulento & diviti plus quàm cõæqualibus suis, longè quòque supra necessitatem suam de victu & amictu prospexit, quique nulli hominum tenuncium debet, publicus fieri latro velit tantum, ad curanda pretiosissima domus suæ aulæa & tapetes, ad splendidas

Matth. 18 v. 25.

Oleaster in c. 3. Isa.

D. Chrys. serm. de malis à nobis aver

didas thædas, ad onerandam auro variisque gemmis suam uxorem, ad tot alendos Equos & canes, ad mensas suas variis exquisitisque ferculis onerandas, ad nutriendum integrum quendam Ephebotum, servitorum, adulatorum, motionum, aliorumque sceleratorum hominum exercitum, id profectò omnem excusationem & compassionem excludit; omnique per sylvas discurrente & latrocinante prædone major est atque deterior.

12. Ex quotidiano usu loquendi nosse vos credo, latrones illos, qui res parvas & modicas verbi gratia scutum unum, aut par calceorum, aut alia exiguæ considerationis similia furantur, communiter latrones aut fures appellari: non verò magnos illos latrones, de quibus in præsenti nobis sermo est. Alexander Magnus in certum quendam pyratam sibi obvium incidens, eundemque latronem convitiosè vocans, hoc ab eodem responsum retulit, prout refert S. Vincentius Ferrerius: *Ego, qui parvo navigio victum quæro, vocor latro; sed tu, qui cum magna classe capis totum mundum, vocaris Imperator.* Optimè profectò pyrata hic Alexandro respondit, inquit S. Doctor: *Majores Domini sunt etiam majores raptores & prædones, sed si pauper homo recipit aliquid, dicitur latro.* Cacus boves Herculis rapiens, latro à Poetis est appellatus, non tamen hoc nomine Jupiter notatur, tametsi is, Patri integrum Regnum sustulerit. Verum dicat hic aliquis: cur potius latrones parvi quàm magni latrones dicuntur? dicere quidem hic possem; nec illis quoque latronis nomen deesse, ex quo enim Principis lateri continuò assistunt, latrones dicuntur, non solùm à latere, cui semper assistunt, verum etiam quia in Principis favore, & in ejus, quod in aula exercent, officii potestate confisi, diversa latrocinia committunt. Omnes quotquot furantur, sive parva, sive magna, fures dici mentur: *Omnes fures dicuntur, qui per iniquitatem festinant aliena facere sua*, inquit imperfectus Hac tamen ratione omissa dicam potius, latronis nomine minimè appellari, eò quod non satis aptè id illis conveniat. *Latro* enim *à latendo* derivatur (*propriè enim latro à latendo dicitur*, inquit S. Isidorus) ideoque nomen istud iis tantum latronibus applicatur, qui Justitiam & supplicia formidantes, mox ut furati sunt, se abscondunt. Non igitur latrones appellandi sunt, qui in plateis & tribunalibus publicè sine ulla verecundia aut pudore latrocinantur & rapiunt. Dici etiam potest id fieri, quia sunt latrones aliis incomparabiliter majores, quibus proinde ob ingentem latrocinii excessum vulgare latronis nomen minimè convenit. Sic namque tametsi sol vera stella sit, stellæ tamen nomen ei minimè convenit, utpotè qui omnibus aliis stellis excessivè major esse videtur. Sic quoque Palatium domus quædam est, & tamen ob nimiam sui amplitudinem non domus, sed Palatium esse dicitur, Civitas quoque Parisiensis verè civitas quædam est, ob ingentem tamen sui magnitudinem Franciscus I. Galliarum Rex cum Carolo V. loquens, eandem non civitatem, sed Regnum appellavit. Undè quod ejusmodi avari Magnates latrones minimè appellentur, evidens hoc signum est, quod sint omnium latronum maximi & pessimi.

D. Vincent. ser. 2 Dom. 2. Epiph.

Imperf. Hom. 15.

D. Isid. Differ. lit. 1.

***

SERMO

SERMO II.

IN DOMINICAM III. POST EPIPHANIAM.

THEMA.

Adorabant eum. *Matth.* 8.

ARGVMENTVM.

Peccatum fœtet, eſtque fœtor ejus adeo horrendus, ut fœtor eſſe infernalis videatur, adeo etiam eſt hic fœtor, ut ipſum quoque offendere Dæmonem videatur, denique adeo gravis & vehemens, ut ad cælum uſque pertingat.

1. SAnctus Matthæus præſentis Evangelii ſcriptor refert, quod leproſus hic dum deſideratam ſibi ſalutem poſtulaturus Chriſtũ acceſſit, eundem humillimè quoque adorarit: *Ecce leproſus veniens, adorabat eum.* Cur obſecro illum adoraſſe dicitur? Primò equidem dici poteſt hunc leproſum Chriſtũ adoraſſe, eò quod infirmus & afflictus eſſet: tribulatio namq; efficit, ut homo coram Deo proſternatur & humilietur, qui extra illud tempus in proſperitate conſtitutus Deum minimè agnoſcebat. Virga jumentum genua ſua flectere docet, alias flecti neſcia. Secundò Chriſtum adoravit, quia gratias poſtulaturus accedebat, ideoque humilitate ipſi opus erat. Pretioſi divinæ gratiæ liquores in vaſa vacua, non verò plena infunduntur, quia illæ duntaxat animæ ſunt gratiæ divinæ capaces, quæ pauperes & egenas ſe eſſe recognoſcunt. Tertiò, Chriſtum adoravit, qui excellentiam Majeſtatis magni illius Domini, coram quo cælum, terra, & infernus humillimè inclinantur, certò agnovit. Quodſi enim quondam dum adhuc ab uberibus matris ſuæ ſuſpenſus Ægyptum intrabat, ab arboribus eſt adoratus; Quodſi denique

Matth. 8. *v.* 2.

nique alias Hierosolymam peccata nostra ad nostram redemptionem sanguinis & vitæ suæ impendio expurgaturus ingrediens à marmoreis fuit statuis adoratus, quomodo leprosus hic coram eadem Majestate constitutus in pedibus suis consistere, & hunc infinitis titulis debitum illi latriæ sive adorationis cultum intermittere potuisset? Quarto denique illum adoravit, quia valde timuit, ut fœtor morbi sui magno huic cælorum Regi, qui inter pretiosos Paradisi odores continuò degit, nimium molestus esset. *Sentiebat plane leprosus Christi majestatem*, inquit Paulus de Palatio, *sentiebat & lepræ fœtorem, tremebat coram tanta celsitudine.* Porrò quia lepra juxta communem sanctorum Doctorum opinionem peccati symbolum est; ideo fœtor lepræ peccati fœtorem clarè significat; Qui fœtor adeo est vehemens & horrendus, ut infernalis fœtor esse videatur; adeo molestus, ut ipsimet quoque Dæmoni fastidiosus displiceat, adeo magnus & gravis, ut ad cœlum usque se extendat. Vos me hujus materiæ propositæ veritatem fusius exponentem, diligenter auscultate.

Paulus de Palat. in c. 8. Matth.

Levitici 4 v. 23.

2. Præceperat olim Deus, ut in quolibet sacrificio pro peccatis offerendo, hircus quidam Deo oblatus sacrificaretur. Hircus hostia erat, sive sacrificium quod pro Principis alicujus, sive pro plebei alicujus hominis peccato offerendum esset. Imo tametsi etiam aliam quandoque bestiam sibi sacrificari præceperit, eo ipso tamen, quo bestia talis pro peccatis offerenda erat, hircum in ejus societate offerri voluit, prouti in libro Levitici perspicuè licet videre. Equis autem rationem reddere poterit, cur Deus hoc animal sibi in quovis sacrificio offerri voluerit, quotiescunque populus suus peccati sui remissionem obtinere contendebat, cum tamen non defuerint tot animalia longè gratiora & pretiosiora, quæ in eundem finem super sacro altari suo offerri potuissent. Oleaster respondet, Deum id præcepisse, ut per hoc peccati fœtorem innueret. Inter omnia enim & singula animalia, nullum est, quod adeo fœteat, sicut istud, atque ideo quotiescunque Hebræi Deum pro peccatis suis sibi reconciliare volebant, hoc & non aliud à populo suo sibi sacrificium volebat. *Mirum valde est*; inquit hic Doctor, *quod ut plurimum hircus pro peccato offertur, quo Deus peccati fœtorem & horrorem voluit adumbrare, est enim animal horribile & fœtidum.* Atque hinc est, quod Dæmon, qui utpote peccatis plenus atque onustus, horrendum in modum fœtet, sub hirci alicujus forma communiter apparere soleat. Christus etiam judicium universale describens, reprobosque sub hædi symbolo proponens, eosdem sub alterius alicujus animalis symbolo proponere utique potuisset, id tamen facere noluit, ut hac ratione peccatorum, quibus reprobi obnoxii erant, fœtorem tanto enucleatius describere & exprimere potuisset. *Hædis peccatores comparantur*, inquit Jansenius, *ob illorum fœtorem & immunditiam.*

Oleaster in c. 7. Num.

Iansen. in Concord. c. 127.

3. Danieli Prophetæ quondã bestia quædam monstrosa, in ore per tres dentiũ ordines armata & munita in visione ostendebatur, eaque sibi ursus esse videbatur: *Ecce bestia, similis urso in parte stetit, & tres ordines erant in ore & in ejus dentibus ejus.* Horrenda profectò bestia, & ursus hactenus nunquam visus vel auditus: verum quidnã obscuro ursus iste significabat, murmuratorẽ, inquit Hugo Cardinalis, cui haud secus ac urso alicui os horribiliter fœret: *ursus habet os fœtidum, & sunt similes detractores, quia quæ fœtent in homine, illa masticant.* Fœtor clerici cujusdam murmuratoris condemnati adeo ingens & vehemens erat, ut usque ad Purgatorium pertingeret, ibidemque Episcopum suum, qui eum dum viveret de peccato suo non reprehenderat, miserabiliter affligeret & molestaret. Porrò quia maledictum os illud, dum adhuc in terra viveret, nihil aliud quam hujus & illius vitia & imperfectiones commissas masticabat, fœtor quem inde sibi contraxit, tantus fuit, ut etiam post mortem incredibilem de se fœtorem spargeret, ut S. Vincentius scribit. Sicut enim fœtor vasis, fœtorem indicat rei intra illud contentæ, ita fœtor oris detractoris, in quo præter peccata aliud nihil masticatur & teritur, peccati fœtorem perspicuè manifestat.

Daniel. 7 v. 5.

Hugo Card. in c. 5. ad Galat. b.

4. Misericors & pius ille Samaritanus confestim ut miserabilem illum hominem qui in via inciderat inter latrones, despoliatum

S. Vincentius.

rum & crudelitet vulneratum vidit, eundem in jumentum suum imposuit, atque sanandum ac curandum in stabulum perduxit: *Imponens illum super jumentum suum; duxit in stabulum, & curam ejus egit.* Magna profectò fuit viri illius charitas, & ingens versa in felicem illum & miserabilem hominem compassio; id quod nemo facilè negabit. Veruntamen longe major & commendabilior fuisset, si hunc hominem curandum & sanandum non in stabulum, sed in domum suam perduxisset. Cur igitur Dominus Samaritanum non in domum, sed in stabulum hominem istum conduxisse dicit? Respondeo Christum sub infelicis hujus hominis typo de infelicissimo Adamo prothoparente nostro loqui voluisse, qui per peccatum suum in manus Dæmonum crudelissimorum utique latronum incidit, proque sui curatione in præsentem miseram vitam relegatus fuit, quia ex opinione Christi non domus, sed stabulum quoddam est, ideo in stabulum perductus esse dicitur: *Duxit in stabulum.* Verum haud dubiè percupidi eritis sciendi causam, cur præsentem vitam stabulo comparavit? En tibi in promptu illius causam, nimirum, ut peccatorum, quibus hæc vita plena est, fœtorem significaret: *Potius ait stabulum, quam domum, ut præsentis vitæ fœtores attendamus*; inquit Dionysius Carthusianus. Quia igitur, vita nostra peccatis graveolentibus plena est, non immeritò stabulum esse dicitur, utpote quod stercoribus semper refertum, continuè fœret.

Luc. 10. v. 34.

Dion. Carth. in cap. 10.

5. Christus Dominus horrendum Judicii universalis spectaculum proponens refert, quod postquam sanctos suos dulcibus hisce verbis ad se advocavit: *Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi*; mox quoque reprobis dicturus sit: *Discedite à me maledicti in ignē æternū, qui paratus est Diabolo &c.* Quasi per hæc verba innuere voluisset, quod sicut Deus in die illa venerabilem sanctorum chorum coram se videre gaudebit; ita quoque summo cum fastidio & nausea coram oculis suis infelicem peccatorum turbam sit toleraturus. Gaudium enim, quod ex justis coram se constitutis hauriet, verbis illis declarat: *Venite benedicti*: sicut è contra ob nauseam & fastidium, quod de constitutis coram se peccatoribus in corde suo habet, illos confestim à se propulsabit & repellet, dicens: *Discedite à me maledicti.* Verum cur obsecro Dei filius peccatores adeo subito à facie abjiciet & relegabit, nunquid satius fuisset, si ad majus illorum opprobrium, ignominiam & confusionem, illos diuturniori tempore in illo orbis theatro spectandos detinuisset? Ideo id fecit, inquit Author operis imperfecti, quia nimirum ob intolerabilem peccatorum suorum fœtorem illos longiori tempore sustinere non poterat, Fœtor enim, quem illæ miserabiles animæ exhalabunt, adeo erit horrendus, ut modico illo tempore, quo ut judicentur, præsentes erunt, non nisi summa cum difficultate & fastidio tolerari possint; *Deus, qui in sanctitate delectatur animarum, peccatrices animas aspiciens, quasi gravatus non sufferet. Tanquam si dicat eis: Quasi putredo & spurcitia estis, nec tamdiu vos sustineo; quamdiu statis in judicio meo.* O stupendam puteolentiam! Christus putrescentis corporis Lazari fœtorem tolerare potuit, nec tamen tolerare poterit fœtorem peccati. Potuit Angelus sancti illius Eremitæ comes fœtorem sufferre corrupti cadaveris morticini instar secus viam jacentis nec tamen tolerare potuit graveolentiam obvii sibi luxurioši & lascivi juvenis. Quanto id, quod corrumpitur nobilius, tanto gravior & intolerabilior est fœtor, quem spirat; unde intolerabilior est fœtor corruptæ animæ, quàm corporis alicujus putrescentis, quia anima corpore longè nobilior est.

Imperf. Hom. 54.

Matth. 25. v. 34.

Ib. v. 41.

6. S. Lucas de S. Maria Magdalena inclyto illo pœnitentiæ speculo loquens, refert, quod Christum pro peccatorum suorum venia & remissione requirens, vas quoddam alabastrinum pretiosissimo unguento plenum secum tulerit, idemque sanctissimis Christi pedibus summa cum devotione super refudisse: *Attulit alabastrum unguenti, & stans retro secus pedes ejus, lachrymis cœpit rigare pedes ejus, & capillis capitis sui tergebat, & unguento ungebat.* Verum quærat hic aliquis, quidnam sanctæ huic pœnitenti unguento hoc opus fuerit? Num fortè Christum quasi hominem quendam

Luc. 7. v. 38.

mun-

mundanum ejusmodi odoribus delectati credebat? Nequaquam hic si illa error præsumi potest; nam si Christus ejusmodi delectatus odoribus fuisset, non utique in fœtido stabulo natus, nec in monte Calvariæ, ubi tot graveolentia cadavera erant, mortuus fuisset. Quo igitur fine unguentum istud secum ferebat, quando Domino nullum per hoc reddere obsequium poterat? unguentum istud utique secum tulit, non quod Christum talibus odoribus delectari crederet, sed potius ne Dominum suum gravi peccatorum suorum fœtore nimium offenderet. Unde infirmum quendam imitata fuisse videtur, qui medico vulnus aliquod pessimum de se odorem spirans, exhibiturus, ne eum vulneris fœtor offendat, naribus ejus aquam rosaceam aut alium quendam liquorem odoriferum admoveri curat. Est hæc devoti Didaci Stellæ meditatio, qui dicit: *Peccatrix hæc mulier suavissimis odoribus venit ad filium Dei, ne peccatorum fœtore Christum offenderet.* Stella in cap. 7. Luc.

Verum devotus hic scriptor utique sanctum Ecclesiæ Doctorem Gregorium legit, qui eandem rationem hisce verbis adducit: *Illicitis artibus prius mulier intenta, unguentum sibi pro odore suæ carnis adhibuit.* D. Greg. in Evang. Hom. 33. Paupercula hæc peccatrix peccatorum suorum graveolentiam utique ipsamet persensit, utpote quæ non solum animam, verum etiam corpus tabe quadam infecerant, ideoque Cælorum Regem tanta cum graveolentia accedere & molestare metuens, pretiosum valde secum unguentum attulit, ut hac ratione fœtorem hunc fragrantia unguentorum mortificaret & supprimeret; neque offenderet eum, quem pro animæ suæ salute, qua maximopere indigebat, mitigare, sibique propitiam reddere contendebat.

7. Refert S. Matthæus, quod tres Reges orientales stabulum Bethlehemiticum, in quo Cœlorum Rex natus erat, ingressi, apertis gazis suis, magnam Regi recens nato auri, incensi & Myrrhæ quantitatem obtulerit: *Apertis thesauris suis obtulerunt ei munera aurum, thus, & myrrham.* Matth. 2. v. 11. Porrò aurum quod attinet, nequaquam dubitandum est, illud pro egenæ matris sublevamine & subsidio oblatum fuisse, siquidem turpissimum existimabant non succurrere ejus matri, qui omnibus sine personarum acceptione promptissima subsidia præstat. Quoad myrrham etiam notum est, hanc eo fuisse fine oblatam, ut mater per eam tenella divini Infantuli membra recrearet, roboraret, & consolidaret, quo fine Myrrha mirè conducit. Veruntamen quonam fine incensum quoque secum attulerint, equidem ignoro. Quo enim fine incensum in tali loco servire poterat? S. Bernardus incensum oblatum esse existimat ad profumandum stabulum, & fœtorem omnem ab illo propulsandum: *Obtulerunt ei thuris odoramentum ob sordidam stabuli mansionem.* S. Bernardus in sent. Indecentissimum namque esse judicabant, Regem aliquem in loco adeo squalido & fœtido diuturnam moram trahere, nisi thimiamata secum haberet ad suffitum, quo squalor & fœtor loci expurgaretur; Incensum itaque ad suffitum excitandum obtulerunt, ne sordidi stabuli fœtor offendere posset. Enimvero quia ex hactenus dictis sufficienter intelligimus bonos odores eo fine excitari, ne malos quis persentiscere possit, simul quoque ex iisdem veram causam percipimus, cur hisce temporibus tam viri, quam mulieres luxuriæ vitio deditæ, unguentis, suffitibus, aut vestimentis odoriferis delectantur, quorum fragrantia è longinquo percipitur, nimirum ne peccatorum suorum fœtorem persentiscere possint, sibiquemetipsis deinceps displiceant: *Eorum ipse odor acerbus est, nisi suavissimis inhalationibus suavissime condirentur: necesse est enim, ut odore delectetur peregrino, qui offenditur proprio,* inquit Cassiodorus. Cassiod. lib. de Anima. Quisquis foris benè olet, intus fœtet, inquit Chrysostomus: *Nihil anima immundius, quando corpus talem habet odorum suavitatem.* D. Chrysost. Hom. 22. ad populum. Ipsimet igitur peccatores, iis, quos secum communiter deferunt, pretiosis odoribus peccatorum suorum fœtorem sufficienter insinuant. Odores namque illi non tam suaviter fragrant, quam conscientiarum suarum puteolentiam manifestant; Neque enim ullis indigerent odoramentis, nisi propriis horridi essent fœtoribus. Sicut

enim medicamento solus indiget infirmus, non sanus, pane solus famelicus, non vero benè epulatus, vestibus nudus, non verò benè amictus, ita bonis odoribus solus, qui fœtet indiget, non vero qui suaviter fragrat. Unde lascivus ille & inexpertus juvenis, qui Vespasiano Imperatori pro collato sibi certo officio gratias acturus, eundem totus profumatus, & Myrotheciі instar odores spargens accedebat, lasciviæ suæ fœtorem odoribus istis non tam occultavit, quam manifestavit, adeo ut melius ei fuisset, si fœtidus malèolens suum exsolvisset gratiarum debitum; Neque enim ab Imperatore hanc coactus fuisset audire sententiolam: *Vtinam allium oboluisses*; hoc namque odore Principi turpium morum suorum fœtorem clarè nimis manifestavit, seque collata sibi dignitate indignissimum esse ostendit. Etenim videri nonnemini posset, quod quando communiter dicitur; *Mulier, cum benè olet, malè olet*, propositio quædam enuntietur contradictoria, nam si bene olet, quomodo fœtet, aut si fœtet, quomodo bene olebit. Veruntamen nihil dici melius potest; siquidem mulier, quæ foris quoad corpus benè olet, intus fœtet. Vestium namque fragranti odore fœtorem explicat lascivientis animæ interius absconditum: *Corporis enim ac vestium fragrantia*, inquit Chrysostomus, *arguit intus latere animam graveolentem, & immundam; atque ideo simul benè olere & fœtere dicitur.*

D. Chrysost. Hom. 1. de Lazaro.

8. Talis ac tantus est, quem peccatum exhalat fœtor, ut tametsi peccator illum omnibus excogitabilibus odoramentis impediri, supprimere aut mortificare studeat, ne ab aliis percipi valeat, frustra tamen laborando oleum, unguentum, & operam perdat. Portò Deus olim in Levitico præcipiebat, ut quotiescunque Aaron Divinam suam Majestatem placaturus, pro peccato cujuspiam de populo sacrificia offerre statuisset, agnum sacrificaret vel capram: pauperes vero par turturum offerrent aut columbarum: aut vero si nec hasce aves habere possent, partem offerrent similæ, hac tamen illis generali lege imposita, ne hostiis illis oleum vel incensum ulla ratione adhiberent, aut intermiscerent. *Quodsi non quiverit, manus ejus duos offerre turtures aut duos pullos columbarum, offeret pro peccato suo similæ partem Ephi decimam: non mittet in ea oleum, nec thurus aliquod imponat.* Cur obsecro Deus super similam pro peccato oblatam incensum poni prorsus noluit? maximè cum incensum tali sacrificio, utpote pro peccato coram Deo adeo graveolente oblato optimè convenire videatur, ut suo odore illius fœtorem supprimeret atque fugaret. Verum enimvero dicendum, quodsi odor incensi peccati fœtorem exterminare potuisset, utique ab hac lege condenda abstinuisset; nunc vero hanc legem statuit, quoniam probè sciebat, quod tantæ peccati graveolentiæ nec per odorem incensi, nec per aliam quamcumque rem odoriferam adhiberi remedium posset, ideoque incensum adhiberi prohibuit, cujus adhibitione tempus tantum perdidissent & operam. *Prohibet thus*, inquit Oleaster, *tam horribile & fœtidum ejus peccatum, ut quibuscumque illud odoribus misceas aut respergas, fœtorem non perdat.* Fœtor etenim peccati eodem se modo habet, quo maris amaritudo. Quot enim flumina diu noctuque in mare influunt, ut illud dulcedine aliqua imbuant, & præterquam quod tempus perdant, aliud nihil efficiunt. Quodsi ad hanc graveolentiam exterminandam omnes excitavetis odores, qui in Arabia reperiri possunt, incassum tamen te laborare experieris.

Levitici 5. v. 11.

Oleaster in cap. 5. Levit.

9. Maria Magdalena, prouti Evangelistæ scribunt, Corpus Domini & Magistri sui bis inungere promeruit: semel videlicet in domo Simonis leprosi, in quam gravium peccatorum suorum veniam & remissionem postulatura concessit: & semel in Bethania, in proprio nimirum palatio suo, quando Christus in societate Lazari fratris sui jamam resuscitati prandio accumbebat. Portò jS. Lucas de primo unguento loquens, illud odoriferum fuisse silet; non tamen id silet S. Joannes de secunda unctione scribens, quin potius illud adeo odoriferum fuisse dicit, ut domus tota illo fuerit gratissimo odore imbuta: *Maria accepit libram unguenti nardi pistici, pretiosi, & unxit pedes Jesu, & domus impleta est ex odore unguenti.* Dicite mihi obsecro causam, cur primum

Ioan. 11. v. 3.

mum unguentum non æquè ac secundum odoriferum fuerit? Scio equidem dicturos vos forsitan esse, id factum esse, eò quod primum non fuerit, sicut secundum pretiosum & odoriferum. Verum contrarium illius asserit S. Ephrem Diaconus, qui unguentum primum adeo odoriferum & pretiosum fuisse dicit, ut Maria Magdalena Aromatario pro illo sibi comparando omnes suas divitias dare promiserit, & casu quo illæ ad unguenti illius valorem non sufficerent, ad carnem & ossa corporis sui eidem vendenda promptissimam obtulerit, ut tantò sibi pretiosius unguentum comparare valeret. Audite quibus id verbis S. hic Pater recenseat: *Proprias divitias vendo; ut unguentum emam; & si oportuerit me totam usque ad corpus & ossa vendere, & dare tibi, promptissime faciam.* Unguentum igitur istud à ditissima plurium castellorum Domina tanta cum libertalitate comparatum valdè pretiosum & odoriferum fuerit necesse est; atque ideò cum æquè fuerit ac alterum pretiosum, cur non fuit æquè ac alterum odoriferum? causa hujus accidentis, inquit Paschasius, peccatum Mariæ Magdalenæ fuit. Quia enim Maria Magdalena prima vice, qua Dominum unxit, peccatrix erat, unguentum ab illa adhibitum licet verè odoriferum esset, odoriferum tamen esse minimè videbatur: *Neque odoriferum dicitur, quia peccatrix mulier accusatur*, inquit hic Doctor. Quando Maria sancta erat, unguentum ejus odoriferum fuit, nullum autem de se odorem sparsit, quando peccatrix erat; fœtor enim peccati sui odorem tollebat sui unguenti, ut percipi non posset. Adeò præpotens est peccati fœtor & graveolentia, ut unguentum ad ejus exterminium adhibitum eundem non tantum non exterminet, sed & ipsum odorem suum amittat. O magnum & admirabilem fœtorem? Muscus, Zibetium, alia similia odorifera latrinæ alicui approximantia amissum odorem recuperant, unguentum autem juxta peccatum aut peccatorem positum habitum odorem amittit. Admirabilis igitur, & inauditus fœtor illius esse debet.

D. Ephrem in peccatr. & Pharis.

Paschas. in cap. 26. Matth.

10. Disputant inter se Theologi an si Adam Prothoparens noster non peccasset, omnes filii ejus in statu innocentiæ inter delitias mansissent Paradisi, habituri quoque fuissent corporis excrementa, sicut post peccatum habent? & respondent communiter affirmativè, in eo namque statu eadem prorsus habituri fuissent instrumenta, quibus excrementa evacuantur, siquidem digestio & egestio homini naturaliter competunt, illa tamen excrementa tunc nequaquam fœtuissent ad eum modum, quo in statu naturæ corruptæ fœtent. *Fuisset hujusmodi egestio in statu innocentiæ, quia competit naturæ humanæ, veruntamen sine fœtore*; inquit Canophilus Sangrensis. Peccatum igitur causa est, cur excrementa nostra fœteant, nisi enim peccassemus, non fœterent. Talis igitur ac tantus est fœtor peccati, ut ipsimet quoque communicetur corpori, animam parilet inficit & carnem, totum corrumpit hominem interius simul & exterius, eumque Deo pariter & hominibus horribilem facit & abominabilem.

Canoph. Sang. de mort. Med

11. D. Joannes Chrysostomus pecunias per usuras, sive per aliud quodvis rapinæ genus acquisitas in Ecclesiarum suarum altaribus Deo nullo modo offerri voluit. Cur obsecro? non solum quia res alienæ erant, quæ proprio suo Domino debebantur, verum etiam quia turpiter fœtent, & adeò quidem graviter, ut morticinium aliquod putrescentis asini graveolentius esse non possit. *Pecunia quæ ex rapina conditur, asino mortuo gravius olet*: quasi S. hic Doctor diceret: non convenit, ut Dei altaribus adeo fœtida superimponantur, sicut cadaver asini mortui eo inferre omninò indecens esset. Dei altaribus imponi debent rosæ, lilia, violæ, & alia ejusdem generis, quæ non solum non fœtent, verum etiam optimo odore fragrant. Hanc Philosophiam Vespasianus Imperator minime intellexit, qui à filio certi cujusdam injusti & turpis lucri causa monitus eidem præcepit, ut pecunias inde natas olfaciens, illas non fœtere experiretur. Etenim mirum non erat, quod is fœtorem hunc non perciperet, siquidem de eorum numero unus erat, qui *nares habent & non odorabunt*. Quam igitur vehemens & prædominans peccati fœtor esse debet, quando is iis quoque rebus communicatur,

D. Chrys. in cap. 24. Ioan.

Psal. 113. v. 6.

nicatur, quæ omnis fœtoris sunt incapaces!

12. Psalmo 37. ubi nos Davidem Deo dixisse legimus: *Putruerunt & corruptæ sunt cicatrices meæ à facie insipientiæ meæ.* Græcus Codex legit, *fœtuerunt & corruptæ sunt, &c.* Quasi Deo dicere voluisset: animæ meæ vulnera non solum sunt gravia, dolorosa, mortalia, è quibus præsentissimum mihi mortis periculum immineat, verum insuper adeo graviter olent, ut illa sustinere vix possim. Verum dicat aliquis unde vulnerum pœnitentis hujus Prophetæ fœtor enascebatur? Porrò causam fœtoris hujus innuere volebat, quando de peccatis suis intimè pœnitens, Deumque pro liberatione à tanto malo invocans, Dæmonem, quem sub leonis symbolo explicabat omnis mali sui causam dixit: *Salva me ex ore leonis*: non dixit, salva me ex ore canis, lupi, serpentis, aut alicujus alterius truculentæ feræ, sed *ex ore leonis.* Naturalistæ enim dicunt, & in particulari quidem Plinius, quod caro quam leo in ore suo vertit, cuivis alteri feræ horrori sit & abominationi, ob intolerabilem fœtorem, quo leo ob fœtentissimum halitum suum carnem talem imbuit. Peccatum quidam est morsus leonis, ideoque vulnus ejus non solum lethiferum est, verum etiam adeo fœtidum, ut tolerari non possit. Ab hujus leonis ore vulneratus David fuit, tum quando eidem adulterium cum Bethsabæa patrandum persuasit, tum etiam quando illum ad innocentem Uriam occidendum induxit; ideoque vulnera ejus adeo fœtebant, ut ne ipsemet quidem illa tolerare posset. Fœtor peccati intolerabilis est, inquit ad hunc locum se reflectens Chrysostomus, utpote quo nihil est in terra graveolentius. *Revera enim putredine omni peccatum deterius est atque fœtidius.*

Psal. 21. v. 22.

Plin. l. 8. cap. 16.

D. Chrys. hom. 2 in 1. ad Tim. cap. 1.

13. Frequenter à diversis sum interrogatus quinam per porcos illos intelligantur, coram quibus Christus Apostolos suos gratiarum suarum margaritas projicere prohibuit? *Nolite dare sanctum canibus; neque mittatis margaritas vestras ante porcos, ne fortè conculcent eas pedibus suis.* Semper autem per illos peccatores intelligendos esse respondi. Primò quia hi ad nihil aliud attendunt, quam ad cibum & potum, & veluti porci *habent vitam pro sale.* Secundò quia sicut porci sibi nisi terram & terrena respiciunt, quasi nullam in cælo in regno viventium partem haberent. Tertiò quia non in vita, sed in morte boni sunt, sicut enim civitas aliqua ex ipsorum vita grave damnum patitur, utpote quæ ab ipsorum scandalosis operibus & pessimo exemplo multifariam offenditur: ita quoque magnum in eorundem morte recipit beneficium, dum à se tanta corruptione, quæ a malo illorum nascebatur, liberam se esse experitur. Quartò quia porcus à latinis quoque *sus* dicitur, eo quod ut vult S. Isidorus, *terram subigit*, sive terram susque deque invertit, hac in re sceleratum quemvis hominem repræsentans, à quo pro pervertsarum cogitationum suarum nutrimento, totus mundus susque deque invertitur, omnia conturbantur, infestantur omnes populi, nec ullam sibi nisi per mortem ejus sperare requiem potest. Attamen vera ratio, cur peccator dicatur porcus, ea est, quam in quintum usque locum reservavi, eamque assignat Origenes. Videlicet quia porcus malo odore delectatur haud secus ac alia animalia bono odore pascuntur. Peccatores igitur, qui in peccatis quæ fœtent, & fœtore suo totum mundum inficiunt, delectantur, meritò porci censentur & nominantur: *Porcos appellat eos, qui peccatorum fœtoribus delectantur, sicut porci, qui fœtorem omnem, tanquam odorem suavissimum expetunt.* Unde quia Dominus peccatum magnum de se fœtorem spirare intelligebat, ideò sub porcorum symbolo peccatores intelligi voluit, qui haud secus ac porci simili graveolentia plurimum delectantur. *Peccatorum fœtoribus delectantur.*

D. Isidor. Ethym. lib. 2. c. 3.

Origenes in ps. 37. hom. 1.

Matth. 7. v. 6.

14. Porrò ex quo de porcis in præsenti loquimur, proponamus quoque hoc loco id, quod animarum nostrarum Salvator in Gerasenorum regione fecit. Refert enim S. Lucas, quod dum Christus in regionem illam navigio exscenderet, obvius ei occurrerit Dæmoniacus quidam ab annis plurimis, ab integra quadam Dæmoniorum legione angustiatus & afflictus; Dæmones autem ex præsentia judicis sui

pertet-

pertertefacti clamabant & rogabant, ne eos ultra præfixum terminum torqueret, aut certè si omninò ipsi decretum esset, omninò illos ex miserabilis hominis illius corpore eos exterminare, ne illos in infernum abire compelleret, quin potius porcos in regione illa pascentes ingrediendi facultatem & licentiam illis concederet; Christo itaque illorum petitioni quo ad hoc annuente, confestim è corpore hominis illius egredientes in porcos ingressi sunt. Quid accidit? porci mox ut à Dæmonibus possessi fuere, repentino quodam impetu omnes separiter in lacum quendam vicinum submergentes occiderunt & suffocarunt: *Erat autem ibi grex porcorum multorum pascentium in monte; & rogabant eum, ut permitteret eis in illos ingredi, & permisit illis. Exierunt ergo Dæmonia ab homine, & intraverunt in porcos; & impetu abiit grex præceps in stagnum, & suffocatus est.* Ubi meritò quærendum, quidnam porci in Dæmonibus persenserint, quod illos tolerare non valentes, mori potius, quam vivere, illisque monstris obnoxia semper esse voluerunt? fœtorem quendam ad illorum ingressum infernalem percepere, inquit S. Petrus Chrysologus: *Sic est odor ejus tartareus, & crudelis, ut eum nec porcorum natura sufficeret sustinere: denique demergi in mare, & fluctibus maluit deperire, quam ejus immunditiam pati, & putredinem tolerare.* Adeò erat maledictorum illorum spirituum fœtor horrendus, adeoque intolerabilis, ut tametsi porci malis odoribus summè delectentur, similem tamen graveolentiam sustinere minimè potuerint, & potius mori, quàm in tali tormento diu vivere elegerint. Fœtor ille infernalis quidam fœtor erat, ideoque intolerabilis erat, nascebaturque ab ipsorum Dæmonum peccato, omne namque peccatum, tam humanum, quam diabolicum, infernus fœtet.

Luc. 8. v. 32.

D. Chrys. serm. 17.

Prudenti. apud Lip. 10. Aug.

Peccante nihil est tetrius
Nil tam leprosum & putridum,
Cruda est cicatrix criminum
Oletque ut antrum tartari;

cecinit Prudentius.

15. Ad hoc propositum optimè facit verborum illorum ponderatio, quibus Christus Redemptor noster in horto constitutus, seque à Juda pessimo discipulo suo osculo quodam traditum esse conspiciens, eundem traditorem est allocutus: *Juda, osculo filium hominis tradis?* quasi dicere vellet: quo fine ô Juda osculo mediante me tradere constituisti? quasi non tam de dolorosa & probrosa morte, quàm ei traditor discipulus moliebatur inferre, doluisset, quàm de osculo suavissimis labiis suis impresso: aut quasi innumeros sustinere dolores & martyria, ad quæ erat condemnandus, quam osculum illud accipere maluisset. Id namque necessario dicendum videtur, siquidem Christus apud Judam de nulla re alia, quàm de hoc sibi impresso osculo lamentatur. Quidnam obsecro osculum istud se cum subinferre poterat, ut illud Domino nostro tantopere displiceret? secum intulit fœtorem adeò horrendum & fastidiosum, ut nihil unquam in vita sua persenserit abominabilius aut puteolentius: *Putredo illius osculi fuit de horribilibus fœtoribus, quos unquam sensit Christus*; inquit S. Bernardinus. Fœtor quidem infernalis erat, eo ipso quo fœtor erat peccatoris. Christus non tam de fœtore stabuli, in quo natus est, quam de graveolentia oris Judæ indoluit. Horrendum equidem olim judicabatur esse illud Maxentii tormentum, quando hominem vivum membratim putrido alicui & fœtido mortui hominis cadaveri alligatum, cadaveris illius fœtore hominem lente conficiebat, & occidebat. Verum nihili æstimandum est tormentum illud, si cum eo tormento comparetur, quod Christus à Juda osculatus sustinuit; illud namque tormentum quoddam erat, quo homines hic exercentur in terris, hoc verò de eorum numero erat, quæ damnati patiuntur in inferno, ubi vera sunt tormenta.

Luc. 22. v. 48.

D. Bern. p. 4. ser. 45.

16. Qualesnam illos fuisse putas, qui Davidem circumdantes, affligebant & infestabant, quos ille proinde apibus similes esse dicebat, *Circumdederunt me sicut apes?* Erantne viri vel fœminæ? nonnulli inter quos

quos est Hugo Cardinalis illos vitos fuisse volunt. Alii inter quos est sanctus Augustinus probabilius illos Dæmones fuisse existimant. Verum enim vero quomodo hæc ultima opinio vera esse possit, non video, quomodo enim apes Dæmonum symbolum esse possunt, cum illæ mel adferant, ille verò fel producat: cum apes inter florum gratos odores, Dæmones verò inter tetros commorentur inferni fœtores? Hoc tamen non obstante dicendum est; verum equidem esse, quod Dæmones fel inferant, veruntamen simul etiam mel ingerunt, adeò ut fel cum melle permisceant, peccator namque infirmo est puero similis, qui medicamentum amarum non bibit, nisi labia vasis aliqua imbuantur dulcedine, sicque decipiatur. Porro Dæmones apes dicuntur, quia haud secus ac apes fœtorem exhorrent peccati. De apibus enim refertur, eas homines luxuriosos, præcipuè verò adulteros adeo abominari, ut dum hi ad earum alvearia propinquius accedunt, eosdem pungendo & infestando vix perdere nequaquam timeant. Idque quia ex mente Plutarchi, veluti animalcula mundissima immunditiæ fœtorem extremè exhorrescunt: *Apis animal est munditiei & elegantiæ perquam studiosum, propterea olfactus sensu valet plurimum: cum itaque impuri ingressus propter impudicitiam & immoderatam libidinem soleant esse immundiores, eo citius ab apibus deprehenduntur, & odium vehementius adversus illos concipiunt.* Robertus Holkott scriptor doctissimus de certo quodam Nigromantico scribit, Dæmonem sæpius ab ipso advocatum, tandem ei apparuisse in loco tamen à Nigromantico satis remoto, cujus rei novitatem magus admiratus, rationemque ab eo scisciratus, cur toties vocatus tardè adeo advenisset, nec more suo solito propius ad se accederet, hoc ab illo responsum retulit: *Fator luxuriæ tuæ non permittit, me ad te accedere.* q. d. Pro hac vice patienter ferre debes, si procul à te remotus tibi loquar, neque enim tibi more solito magis appropinquare possum, quia luxuriæ tuæ fœtorem sufferre nequeo. Pridiana namque nocte cum scorto quodam fornicatio concubitu delinquerat. Unde satis liquidè apparet talem ac tantam esse peccati fœtorem, ut ipsemet Dæmon, qui in continuis versatur ipsiusmet inferni fœtoribus, illum veluti infernali validiorem intolerabilioremque tolerare omnino nequeat.

Plutarch. de cauſ. nat. c. 36.

Holcoth. in lib. 1. Sap. lect. 128.

17. Quandoquidem paulatim ad præsentis discursus finem propius accedo, verba illa, quæ filius prodigus ad offensæ paternæ veniam & remissionem postulandam domum reversus benignissimo patri suo deliberatè dixit, hoc loco menti meæ aptissimè incidunt, nimirum: *Pater peccavi in cælum, & coram te, jam non sum dignus vocari filius tuus, &c.* Circa quæ verba attendendum, quod à patre veniam rogaturus, in cælum se peccasse dicat: *Peccavi in cælum.* Cur id obsecro dixit; solus pœnitens & contritus Dæmon, si pœnitere posset, verba hæc dicere potuisset, nullus autem hominum illa unquam videre dicere poterit. Dæmon namque verum dicit, si peccando, cælum se offendisse asserat, in cælo namque peccando cælum offenderat, quia illud ceu templum Dei contaminaverat. Homo autem in terra peccans, adeò procul à cælo remotus, cælum offendere minime videtur. Verumtamen re bene considerata adolescentem hunc prodigum optimè dixisse reperiemus, licet enim in terra, non verò in cælo peccaverit, cælum tamen peccato suo verè offendit. Eo ipso namque, quo is in terra peccaverat, tantus è peccato suo fœtor est natus, ut sursum ascendens, ipsum quoque cælum pestilenti fœtoris illius contagio offenderit atque infecerit; bene igitur se peccando cælum offendisse dicit: *Dixit, peccavi in cælum,* inquit S. Bernardinus, *quia cælum fecit peccati fœtore.* Quis igitur gravitatem & vehementiam fœtoris peccati dignè explicare poterit, quando nobis peccantibus fœtor in aera extolli, penetrare nubes, transcendere stellas, & ipsos ingredi cælos videtur.

D. Bern. p. 1. ser. 24 part. 2. c. 2.

18. Exodi 29. invenietis, quod Deus præceperit Moysi, ut postquam arietem in altari suo obtulisset, ejusdem quoque arietis adipem incenderet, eo quod fumi illius odore

Exod. 29. v. 25.

odore opus haberet. Quidnam obsecro Deus in hoc odore quærebat : hoc scilicet per illum moliebatur, ut placaretur ab ira, qua adversus peccatores inflammatus erat, atque ideò odor iste dictus est *odor quietis*, quia nimirum faciebat Deum quiescere, inquit Oleaster. Fœtor peccati coram Deo est adeo horrendus, ut homine peccante ob hanc fœtoris nauseam atque fastidium turbaretur, indignaretur, arreptisque armis, ut peccatorem juxta demeritum suum castigaret, adversus eundem de cælo deorsum descendere statueret, ac proinde ut Deus ira deposita acquiesceret, atque ab ense & vindicta paternè remitteret, pro fœtore hoc exterminando & dissipando ad hujus ex arietis adipe excitati odoris recurrebatur remedium. *Oleast. in cap. 29. Exodi.* *Fœtent valde vitia nostra Deo nostro*, inquit hic Doctor, *quare quamprimum nares ejus hujusmodi fœtor tangebat, excitabatur furor ejus ad delendum nos. Quemadmodum nobilis si fœtorem domi olfaciat, clamat, conqueritur ; cui bonis & odoriferis suffitibus occurritur, & ab ira quiescit. Sic Domino peccatorum nostrorum malo odore concitato hujusmodi suffumigationibus occurrebatur. Unde sæpius hujusmodi suffitus vocatur odor quietis, quod humano amore Deum ab ira quiescere faceret.* Audite hic igitur ad fœtoris hujus gravitatem, qui talis ac tantus est, ut in cælum elatus ad divinam usque præsentiam pertingat, ibidemque Deum ipsummet sua tranquillitate private, ipsissimamque quietem inquietare & conturbare videatur.

19. Nunquid aliquando illum Apocalypseos locum attendistis, in quo S. Joannes Apostolus se viginti quatuor vidisse coronatos reges refert, coram throno Dei prostratos, habentes phialas aureas pretiosissimis odoramentis referras ? *Apocal. 5. v. 8.* *viginti quatuor seniores ceciderunt coram agno, habentes singuli phialas aureas plenas odoramentorum*, inquit in capite 5. libri citati. Quidnam hi Reges odoramentis istis opus habebant ? nimirum illis ad malum quendam odorem dissipandum & exterminandum utebantur, qui fortè maximum & augustissimum cælorum Monarcham, quem adorabant, poterat offendere. Verum dicet fortè aliquis, cum Deus eo tempore in cælis, non vero in terra fuerit ; fœtor autem econtra in terra solum, non vero in cælo inveniri possit (utpote quod propter omnium odoramentorum & thymiamatum abundantiam dicitur Paradisus) quis igitur tunc in Paradiso fœtor reperiri poterat ? Dicendum igitur, quod tametsi Deus tunc in cælis fuerit, ibi tamen etiam hisce habuerit odoribus opus, scilicet ne à peccatorum nostrorum fœtore offenderetur, aut aliquam pati molestiam posset, inquit Gregorius IX. in Bulla Canonizationis Seraphici patris mei S. Francisci : *Phiala aurea, quas vidit Ioannes plenas odoramentorum in conspectu altissimi, ad abolendam nostrorum criminum corruptelam, odorem suavitatis emittunt.* *Greg. IX. in Bulla Canoni. S. Francisci.* Inexplicabilis igitur & imaginabilis est peccatorum nostrorum fœtor, adeoque vehemens, ut de terra in cælum sublevari, atque ad ipsum usque Dei thronum pertingere, divinamque ibi offendere majestatem videatur, cunctique loci illius amœnissimi & pretiosissimi flores & odores illum dissipare aut supprimere minime possint.

§. 20. Finiamus obsecro discursum hunc per curiosum quoddam dubium. Qua enim ratione fit, quod eum mundus tot sit adulteriis, furtis, blasphemiis, aliisque sceleribus longe majoribus plenus, eaque tantum de se fœtorem spargant, hic tamen à nobis minime percipiatur ? Quodsi peccatum adeo fœteat, ut usque ad cælum pertingat, quomodo nares nostras præterit, nec à nobis percipitur, dum in hac terra sumus ? dico igitur, quod licet à nobis fœtor ille non percipiatur, ideò tamen non sequatur, quod nullam de se gravedinem diffundat, imò horribiliter fœtet, & plus quam hactenus explicare potuimus ; nec tamen à nobis percipitur, quia nares nostras putoribus istis plenas, oppilatasque habemus, utpote qui in fœtoribus istis nati & educati sumus. Sicut enim pisces inter amaras maris undas nati & enutriti, ejus amaritudinem minimè persentiscunt, ita quoque nos peccati fœtorem nequaquam percipimus, quia in illo nati & educati sumus. *Nec pisces sentiunt amaritudinem maris*, inquit sanctus Vincentius, *nec stabularius* *D. Vincent. ser. 1. Dom. 2. Adv.*

rius sentit odorem stabuli, nec nos sentimus fœtorem hujus mundi, quia nati & enutriti in isto fœtore. Sanctus Bernardus aliam illius rationem adducit: *Vbi omnes sordent, unius fœtor minime sentitur.* Ubi omnes fœtent, consortis graveolentia minimè percipitur, quam is solum persentiscit, qui omni prorsus fœtore caret. Sic quia sanctus Philippus Nerius, non sicut alii, fœtebat, peccatorum alienorum fœtorem optimè persentiscebat. Quia sanctissima Virgo Catharina de Senis non solum graveolebat, verum etiam instar lilii cujusdam suavissimum de se odorem fragrabat: ideò quotiescunque homines luxuriosos sibi habebat obvios, tantam patiebatur à peccatorum suorum fœtore molestiam, ut eandem diutius sufferre non sustinens hac illacque faciem suam convertere fuerit coacta. Et quod plus est, dum die quadam cum Gregorio XI. summo Pontifice sermonem familiariter misceret, dicere non dubitavit, se Senis constitutam, eorum peccatorum, quæ Romæ committebantur fœtorem manifestè & distinctè percipere. Audite S. Antonino referente ipsissima sanctæ hujus Virginis verba: *Ad honorem omnipotentis Dei audeo dicere, quod plus ego percepi fœtorem peccatorum, quæ in Romana curia permittuntur quotidie, existens in civitate mea, unde sum orta, quam percipiant ipsi, qui commiserunt ea.* Simon de Cassia aliam rationem in medium adducit, id namque particulari Dei providentia fieri existimat, quodsi enim peccati fœtor ab unoquoque percipi posset, nullus in hoc mundo vivere, aut cum altero conversationis consortium habere posset. *Si fœtor mortuorum in iniquitatibus sentiretur, conversatio mortalium omnino scinderetur; nec esset aliqua necessitudo aut copula, seu amor innectens simul conversari consentientes.* Quodsi cadavera (quæ peccato comparata parum aut nihil fœtent) non sepelirentur aut reconderentur sub terra, civitates inhabitari minimè possent, quomodo igitur in urbibus commorari posset, si infernalis peccati fœtor ipsis quoque Dæmonibus exectabilis & abominandus percipi posset?

D. Bern. lib. 1. de consid.

D. Anton. p. 1. tit. 23. c. 14. §. 13.

Simon de Cass. de gestis Christi lib. 5. c. 15.

21. Ergone nullum fœtori huic exterminando aut mortificando supereſt remedium? nunquid artificio aliquo adhibito fieri poterit, ut peccatum non fœteat? imò vero hac ex parte nobis non deest remedium; Deus enim tale nobis de facto concessit, nec deserere nos voluit divina misericordia. Verum autem & infallibile ac per experientiam comprobatum remedium est ipsamet peccatoris pœnitentia. Videte in sequenti historia remedii jam adducti experientiam, Christus parlet cum sancta Martha & Maria ejus sorore ad sepulchrum consistebant, in quo Lazarus solido fuerat quartiduo sepultus, cumque vitam defuncto redditurus & resciturus eum à mortuis, saxum sepulchri, quo tumba mortui obtegebatur, tolli ac levari præcepisset, Martha eum conata est à proposito divertere dicendo: *Domine jam fœtet, quatriduanus est enim.* quasi diceret: quid loqueris ô Domine? tune sepulchrum fratris mei jubebis aperiri? Quodsi graveolentia cadaveris in sepulchro reconditi atque recluſi tolerari nequit, quomodo sepulchro jam aperto sustineri valebit? Dicite Sodes, nunquid Christus corporis hujus mortui fœtorem percipiebat, prouti olfaciebant alii, ut proinde à Martha commoneri debuerit? minimè gentium, quodsi enim Christus fœtorem hunc percepisset, opus non fuisset Marthæ monitione. Porro Lazarus defunctus & mortuus coram oculis Domini symbolum erat peccatoris pœnitentis & mortificati, cujus peccata hominibus quidem fœtere possunt, sed non Christo. *Sororibus fatebar, non Christo; peccatum fatet ante te ipsius proximi, non tamen ante Deum, si de ipso pœnitentiam agat;* inquit gravis quidam Doctor modernus. Postquam peccator de peccato suo pœnitentiam egerit, fœtori animæ suæ pellendo adeo efficaciter subvenit, ut jam creatori suo non displicere, sed placere debeat. Sicut enim peccatum mox ut à nobis commissum est, magnoperè fœtet, ita postquam de eodem commisso seriò pœnituerimus, suavissimum ei, qui eam creavit & redemit, exhalat odorem. *Peccata nostra mali odoris sunt, putrida sunt.*, inquit Chrysostomus,

Ioan. 11. v. 39.

Thomas Trugillus serm. 6. Dom. 4. Quadr. conc. 2.

tamen

tamen ſi agamus pœnitentiam, propter peccata; ſi ploremus, peccata noſtra putrida unguentum efficiuntur Domini. Pœnitentia Zibetium ſive muſcus quidam eſt, qui peccati fœtore ab anima ſublato, eandem odoriferam reddidit. Peccator enim gallinæ cuidam Indicæ ſimilis eſt, quæ ſicut mortua fætet, ita vivens inſtar muſci optimè olet: ita quoque dum homo Deo mortuus eſt, fætet; ad ſtatum tamen vitæ divinæ gratiæ reverſus optimum de ſe odorem ſpargit. Mira profecto res! nullum prorſus fœtori inferni reperitur remedium, cum tamen adeo ſit promptum remedium fœtori peccati, nihil à fœtore inferni differenti ſeu potius ut diximus eum quodammodo recedenti. Stulti proinde mentiſque inopes illi homines erunt, qui cum eo tempore quo illis miſericorditer in hac vita conceſſum eſt, à tam horrendo fœtore liberari facillimè poſſint, in infernum tamen per ſummam ſuam negligentiam præcipitari ſe permittunt, ubi nec hujus, nec ullum unquam habere potuerunt remedium.

***

SERMO III.

IN DOMINICAM III. POST EPIPHANIAM.

THEMA.

Domine puer meus jacet in domo Paraliticus.

ARGUMENTUM.

Magna est Christianorum Dominorum crudelitas, quando servos suos tam in spirituali, quàm in temporali bono non servant, sed perdunt.

1. MAgni utique Evangelicus Centurio servum suum faciebat, utpote qui servo tuo infirmante eundem non solum in domo propria retinebat atque curabat, verum etiam ad medicum illum, qui animas simul & corpora nostra sanaturus de cælo in terram descenderat, requirendum personaliter properabat. Idque primò faciebat, quia bonus Dei servus erat, quod de illo, synagoga propriis illius sumptibus erecta, clarè testabatur; qui proinde optimè intelligebat, quod cum Deus erga ipsum tam bonum benignumque se Dominum exhibeat, justum pariter & æquum sit, ut similem ipse servo suo pietatis affectum & operam impendat, cùm longe major & rigorosior sit servitus illa, qua homo Deo, quam qua homo homini obstringitur. Secundò id faciebat, quia miles erat, ideò didicerat, quod nomen servi in victoriis natum, non solum a serviendo, verum etiam à servando derivetur, ac proinde suum quoque servum ab infirmitatis malo, quo obnoxius erat & affligebatur, servandum esse facile intelligebat. Tertiò id faciebat, quia Romanus erat, quod latinè *sublimis* interpretatur (homo autem quantò major est & nobilior, tantò communiter solet esse benignior) atque ideò præ magnitudine animi servum suum haud secus ac charissimum filium suum tractabat. Quartò quia humilis erat (quod in hoc testatum fecit, quia Christum, ut in domum suam venire dignaretur, humiliter rogavit (ideò illum non ut servum, sed ut gratum sibi amicum habebat; humilitas enim omnia eminentiæ & superioritatis nomina & facta

cta abhorrere consuevit. Quinto denique faciebat, quia Deum eo fine de cælo in terram descendisse probè noverat, ut servorum suorum obsequentissimus servus fieret, atque ideo & ipse servus servi sui fieri, eidem pro sanitate à Christo impetranda, servire & obsequi promptissimè voluit. Portò magnus hic centurio magnum omnibus Christianis Dominis exemplum dedit, dum illos servos suos Christiano more & ritu tractare & gubernare docuit. Verum ô ingentem præsentium temporum calamitatem & miseriam? siquidem Domini fisce temporibus ad hocce exemplum non solum non attendunt, sed potius ipsismet gentilibus deteriores & crudeliores facti, servos suos non servant, sed perdunt tam in corporis, quam in animæ bonis. Id quod in præsenti discursu latius exponere decrevimus.

2. Utraque pars hominis, id est, materialis, & spiritualis, corpus, & anima, hodie à crudelibus Patribusfamilias & Dominis in servis communiter malè habetur, & in perditionem redigitur. Et quidem de corpore, primo nobis sermo erit. Nemo etenim est, qui nesciat tertium præceptum, quod Deus in duabus legis suæ tabulis Hebræo populo in Sinai monte tradidit, festorum sanctificationem concernere. *Memento, ut diem Sabbathi sanctifices. Sex diebus operaberis, & facies opera tua; septimo autem die non facies omne opus in eo.* Exod. 20. v. 8. Hocque præceptum Deus tanto cum rigore observari voluit, ut transgressores illius pœna mortis plectendos esse decreverit, prout reapse multatus est, qui ligna in Sabbatho colligere temerariè præsumpserat. Verum enimvero quidnam Deum ad tale præceptum condendum permovit? Multa profectò & diversa motiva ad hoc ipsum adegere. Inter alia autem non infimum locum habet Dominorum erga servos attentata crudelitas, per quam quasi non homines, sed truculentæ feræ essent, servos suos quovis tempore, omnique hora sine ulla respiratione laborare, suasque possessiones aratro & ligone sulcare & arare desiderant, eosque quasi non carnei, sed ænei, aut ferrei essent, in continuo labore indefessos esse cupiunt. Verum qui servos creavit, & amat, Deus illos quidem vult servire & laborare, verum insuper illos post labores vult respirare & quiescere, atque ideo illos septem diebus laborare & uno requiescere constituit. *Vellent*, inquit Oleaster, *si possibile esset servum habere æneum vel ferreum, ut continuo ejus uterentur ministerio. Sed qui eos creavit, & ut propria diligit, non sinit eos sine requie esse.* Oleaster in cap. 25. Levitici. Deus ad modicam Dominorum erga servos charitatem, imo ad summam eorundem crudelitatem attendens, paterna erga miserabilem servorum conditionem compassione commotus, festorum observantiam rigorosè decrevit, ut hac ratione Domini servis suis ex omnibus septimanæ diebus unicum ad minus quietis diem indulgere cogerentur. Verum enimvero divinam hoc præceptum pauperculos servos parum aut nihil juvat, dum nulla illis requies conceditur, utpote qui sine ullo festivi aut prophani diei discrimine laborare coguntur. Verum quidem est, quod apud nonnullos diebus festivis fodere, aut agriculturam exercere non coerceantur, non tamen ob id ab aliis operibus servilibus etiam gravibus & laboriosis vacant, dum ligna fecare & adducere, grana ad molendinum deferre, aut alia, quæ domi sine strepitu fieri possunt, servilia opera diebus festis prohibita exercere coguntur, haud secus ac si dies festivi non essent. Imo tot illos iis diebus operibus applicant, ut ne una quidem iis hora supersit, qua ut divino & Ecclesiastico præcepto obediant, Ecclesiam adire, Missamque auscultare possint. Ac proinde non solum se Christianos esse, sed ne quidem homines se esse meminerunt, qui quod carne componantur & sanguine, post multos labores tandem aliquantula etiam indigent quiete.

3. David Psalmo 65. cum Deo sermones more suo familiariter miscens, inter cætera ait: *Imposuisti homines super capita nostra* q.d. Inter alias, quas in præsenti vita tolerare & deflere cogimur, miserias, hæc quoque non minimo loco habenda est, quod scilicet unum hominem veluti servum alteri velut Domino subjicere voluerit. Verum quidem est, quod plasmatum à te hominem, omnium, quæ in terra sunt, fecerit Imperatorem & Dominum, hoc tamen beneficium non nisi cum onerosa & Psal. 65. v. 12.

molesta pensione homini est collatum, quando unum hominem alterius voluntati & imperio subordinasti, ut ei obediret, coque bono, quod inter alia dona tua à nobis maximum censetur, orbaretur. Qua in re hominem adeo humiliasti & oppressisti, ut homo bestia quædam potius, quam homo esse videatur. Et id quidem verè exprimebat dicendo: *Imposuisti homines super capita nostra*, siquidem Franciscus Titelmannus ea verba ita vertit: *Equitare fecisti homines super capita nostra*; quasi diceret: servitus hominem in tantam miseriam redegit, ut pauperculi servuli non homines esse censeantur, sed bestiæ, muli nimirum, equi, asini, qui à Dominis suis inequitantur. Domini enim servis suis tanta cum indiscretione & crudelitate hoc tempore imperant, durisque adeo laboribus opprimunt, ut velut jumenta & non servi nunc laboribus subjaceant, qui mox in virga & baculo laborum suorum præmia reportant. Tales Domini veneficis & stygibus illis persimiles esse videntur, quæ ut S. Augustinus refert, homines in bestias præstigiando transformant, ut iis veluti jumentis & bestiis ad collibita sibi servitia & obsequia uti possint.

Titelmanus in Psal. 65.

D. Augustinus.

4. Quando Deus Moysen Numerorum Cap. 5. modum edocuit, explorandi mulieris alicujus adulterium, inter alia quoque tali mulieri farinam hordeaceam offerri voluit: *Adducat eam ad sacerdotem, & offerat pro illa decimam partem sati farinæ hordeaceæ.* Cur obsecro farinam hordeaceam potius quam triticeam illi præsentari præcepit. Nunquid convenientius & proposito accommodatius fuisset, si farina illi offerretur triticea, quæ non hordeo, sed frumento potius, seu tritico nutriebatur. Hordeum namque non hominum, sed bestiarum pabulum est. Deus, ut Salomon Doctor quidam Hebræus inquit, hordeum illi, non vero frumentum, offerri voluit, quia hordeum pabulum est bestiarum, quibus adultera potius, quam mulieribus accenseri meretur. *Quia hordeum est pabulum jumenti, cui adultera assimilatur, ideo non frumentum, sed hordeum offerebatur.* Unde etiam fit, quod sacri canones clerico luxurioso & lascivo panem hordeaceum apponi præcipiant, utpote qui non humano, sed bestiali more vivebat; *Quia qui factus est sicut equus & mulus, congrue non cibo reficitur hominum, sed annona pascitur jumentorum*, inquit Petrus Damianus. Porrò quia ex hordeo non homines, sed bestiæ nutriuntur, hinc clarè satis liquet, quod cum crudeles tales Domini & Patresfamilias, qui una ex parte totum diem otiosè transigant, mensas suas pane candidissimo triticeo summo cum studio pisto & excocto instruunt, ex parte tamen altera pauperculos servos & operarios suos, qui duris se tota die laboribus confecerunt, pane hordeaceo, nigro, mucido, tuditer pisto, & malè cocto nutriant, illos non hominum, sed bestiarum loco habeant; Quippe qui eundem illis panem manducandum apponunt, quo bestiæ nutriri consueverunt. O quam magna est isthæc crudelitas! dum Christianus aliquis, qui per susceptum baptismum factus est Dei filius, bestiarum more nutritur & educatur. Tolerare id omnino nequit Deus.

Num. 5. v. 15.

Rabb. Salomon apud Lorinum in c. 5. Num.

Petrus Damianus opusc. 7. cap. 15.

5. Porrò quodsi caput 25. Deuteronstudiosè legeritis, ubi Deus populo suo, ne bovi trituranti os claudant, præcepit: *Non ligabis os bovu terentis in area fruges tuas*, curiosa utique animum vestrum quæstio pulsavit, qualnam Deus de bove cogitationes conceperit, dum bovem inter triturandum à comedendo nequaquam impediendum esse præcepit? Quodsi ut Apostolus ait, nulla de bobus Deo cura est; *Nunquid de bobus cura est Deo?* quid igitur Deum ad hanc in favorem boum stabiliendam legem permovit? veruntamen dubium istud mox evaneseet, si per bovem, eo in loco non bovem, sed quem domi tuæ habes servum, intelligendum esse dicamus. Tametsi Deus boves non curet, de hominibus tamen illi cura est non parva, quos boves appellat, idque non quod verè boves sint, sed quia tu illos, quamdiu in tuis tibi servitiis obsequuntur, non hominum, sed boum more tractas & nutris. Agedum igitur videamus nunc modum, quo Deus hanc bestiam tuam rationalem & sacri baptismatis charactare insignitam tractari præcipiat? Nimirum vult Deus, ut os laborantis seque in tui obsequium conficientis, nequaquam illiges: vult

Deut. 25. v. 4.

1. Cor. 9. v. 9.

vult insuper, ut si una ex parte per continuos labores fatigetur, ex parte altera congruo tempore congrua quoque statui illorum alimenta submini strentur : *Docentur hic Principes & Domini, ministris suis necessaria ad vitam exhibere, neque jus negare ea, in quibus laborant*, inquit Oleaster. Probè namque Deus quorundam Dominorum noverat crudelitatem, qui dum servos suos asinorum & boum instar ad duros labores adstringunt, ex alia parte consuetum illis alimentum subtrahunt ; Pro his igitur hoc à Deo præceptum est conditum. Deus quidem permittit, ut servus tuus velut bestia quædam tibi inserviens habeatur, verum quod necessariam illi alimoniam subtrahas, permittere renuit, cum illos ad minus haud secus ac bestiam, quam stabulo inclusam tenes, nutrire debeas. Porrò quod aliquis majorem habeat bestiæ alicujus, quam hominis sibi inservientis curam, id omnes crudelitatis terminos longè transcendit, à quo ipsimet quoque barbari semper abhorruere : *Quomodo enim miseris utuntur agricolis*, inquit Chrysostomus, *nonne humanius eos barbari tractarent: Fame namque tabescentibus & per totam insudantibus vitam, non erubescunt onera & labores quotidie majores afferre & sicuti asinis, imo vero lapidibus corporibus illorum abuti, nec respirare quidem concedentes.* Quodsi hi servos suos ad minus sicut brutum aliquod animal, vel sicut vilissimum, quod in stabulo continent, jumentum, quales sunt asini tractarent, dissimulari id adhuc posset, sic enim necessarium illis victum, sicut asinis, dispensaturi essent ; nunc vero deteriori loco servos & operarios suos habent, quos haud secus ac si saxei essent, aut panis sumendi capaces non essent, omni prorsus pane destituunt.

Oleaster in cap. 25. Deut.

D. Chrysost. Hom. 61. in Matth.

9. Quærit Plutarchus, cur veteres olim servos mensam levare nunquam permiserint, nisi ex appositis in mensam ferculis aliquæ saltem reliquiæ superessent? Et tandem id ad servorum satisfactionem in consuetudinem deductum esse respondet ; servi namque non solum manducare desiderant, verum etiam ex iisdem cibis, quibus Domini sui se nutriunt, gustare gaudent. *Non enim tantoperè gaudent servi, si accipiant, quam si participes fiant, quod mensam sibi cū Dominis quodammodo communicatam esse putant.* Veteres non solum servos suos homines esse intelligebant, verum insuper quasi nulla ipsos inter & illos esset differentia, ex iisdem illos sibi præparatis cibis, ex eademque mensa illos nutriri gaudebant; Idque in magnam illorum Christianorum Patrum familias & Dominorum confusionem, qui servis non solum suummet panem manducandum apponunt, verum insuper quemvis alium panem, quantumvis rudem & mucidum dare detrectant, & fame illos emori permittunt. Et cum servi Jobi ob summam Domini sui liberalitatem de Domino suo dicerent : *Quis det de carnibus ejus, ut saturemur!* econtra famelici talium Dominorum servi, quasi totidem lupi ob incredibilem Dominorum suorum crudelitatem, eadem prorsus verba dicere poterunt : Quis det de carnibus ejus ut saturemur, quam Dominorum suorum mortem desiderantes, ut de ipsorum carnibus famem suam compescere liceat ; dignæ namque sunt, quæ devorentur haud secus ac viperarum carnes, quæ in veneni, quod dum viverent effundebant remedium devorari solent.

Plutar. in Problem.

Iob. 31. v. 31.

7. Deus in Exodo Moysen modum edocuit, quo Hebræi se erga servos suos gubernarent & dirigerent, atque inter alia ei præcepit : *Cum quali veste intraverit, cum tali exeat* q. d. Ne permittas, ut servus à Domino suo dimissus è domo sua alia veste indutus exeat, quam illa, qua cum ad inserviendum Domino suo ingressus fuit. Verum enimvero quidnam Dei de servo intererat, quod servus aliquis è domo Domini alia indutus veste, quam ea, qua cum intraverat, dimitteretur, ut peculiari lege & decreto, ne id fieret, cavere voluerit? Multum profectò idipsum referebat, sciebat namque Deus, quod nisi expressa lege sanciret, futurum esse ut Domini servos, quos bene honesteque vestitos, acceperant, laceros, nudos, beneque repetiatos, dimissuri essent. Deus igitur hoc præceptum condere voluit, inquit Guilielmus Pepinus. *Quia multi Domini & Domina malè remunerātes servos & Exodi clauſ. 1.*

Exod. 21. v. 3.

Guilielm. Pepin. in cap. 2.

& ancillas sibi famulantes, plerumque emittunt pauperiores, quam fuerint ingressi. Veruntamen crudeles & inhumani Domini præceptum istud parum vel nihil curantes, servos suos è domibus suis non solum corporis vestibus denudatos, verum etiam spoliatos honoris vestibus ejiciant, eodem namque tempore, quo illos nudos dimittunt, eosdem ad crudelitatem suam contegendam infamant, & hac moneta obsequia illis fideliter præstita, nequiter recompensant.

8. Inter innumeras, quas ut S. Jeremias Propheta refert, populus Hebræus Assyriis serviens, patiebatur miserias, hæc quoque una erat, quod scilicet de nocte, & non de die calamitates suas deploraret: *Ploransploravit in nocte. & lachryma ejus in maxillu ejus.* Etenim hi, qui è dulci patria sua extorres, & libertate, quæ omni Patria dulcior & acceptior esse solet, privati, crudelissimis Dominis servire cogebantur meritò plorabant. Verum cur obsecro de nocte & non de die plorabant, cum id potius diurno, quam nocturno tempore facere debuissent? Cum enim à crudelissimis Assyriis de die tantum, non vero de nocte affligerentur, consequentet in die potius, quam noctu plorandum illis erat. Respondeo igitur, dubium non esse, quin de die, non vero noctu à Dominis suis tribulati & vexati fuerint, & per consequens diu potius, quam noctu plorare debuerint, de nocte tamen solum ploravisse dicuntur, quia per diem id facere non poterant. Adeo namque sævis & immanibus Dominis miserabiles Hebræi subjecti erant, ut coram eorum oculis lachrymari non fuerint ausi, ne eos anguistiatos & afflictos, inque servitiis suis melancholicos videntes, acerbius indignarentur atque sævirent: *Ideo plebs in captivitate posita in abscondito plorat, quia tristitiam suam manifestare non audet propter crudeles Dominos, quibus subjecta est, ne erga se majorem excitaret iracundiam, si de sua servitute tristis appareret*; inquit Hugo de S. Victore. Crudelitas & servitia nonnullorum Dominorum erga servos suos tanta est & tam enormis, ut tametsi servi tot modis innumeris continuò ærumnentur, dum victus & vestitus illis, ut decet, non dispensatur, nec stipendia pro ratione obligationis illis incumbentis expediuntur, attamen miserabiles servi de tanta tyrannide coram oculis ipsorum dolere aut lachrymari non ausint, ne ad majorem exinde iram excitentur, adeo ut etiam in mediis ærumnis suis consolatione planctus, nulli prorsus misero denegata, pervertissimè priventur.

Thren. 1. v. 2.

Hugo de S. Vict. in Thren.

9. S. Paulus Apostolus Corinthiis scribens, in mundo nullum repetiri alium Dominum dicebat, præter Deum ac Dominum nostrum Jesum Christum: *Nobis unus Deus, unus Dominus Iesus Christus*; Id quod verissimè dicebat, adeò namque id verum est, ut ipsismet quoque fuerit gentilibus notum. Cum enim senatus Romanus eodem prorsus tempore, quo Christus hic nascebatur in terris, octavio Augusto Imperatori suo titulum Domini deferre & attribuere decrevisset, Sybilla Tiburtina illum titulum eum recipere omnino vetuit, eò quod hic titulus soli Christo, non vero alteri in terris competeret. Verum enimvero, quodsi honorificus Domini titulus soli Christo convenir, cur igitur hodie in mundo cuivis homini servos vel servum habenti communiter solet appropriari? Respondetur quod titulus hic aliis nullo prorsus jure, sed per abusum & ad satisfactionem humanæ superbiæ attribuatur. Cæterum nomen, quod hodie Patronis & Dominis erga servos suos communiter crudelibus & inhumanis proprissimè convenit, est nomen Tyranni, non vero Domini; nomine enim privari merentur, cujus opera non consectantur:

Si re priveris, nec nomen habere mereris,
dicunt legistæ.

Non bene convenit titulus Domini cum operibus & vita Tyranni. Atque ideo Macrobius dicere non dubitavit: *Domini animos induunt tyrannorum, & non quantum decet, sed quantum libet, exercere volunt in servos* Titulum Domini & animum Tyranni habebant, qui Indis in Insula Hispaniola

Macrob. lib. 1. Saturn. cap. 11.

niola primitus imperabant : tanta namque erat illorum erga miserabiles regionis illius indigenas barbaries atque crudelitas, ut ne talibus Dominis servire cogerentur, sibimetipsis violentas manus intulerint, mulieres quoque adhibitis sibi remediis abortiebantur, ne filios parerent, qui ejusmodi deinceps tyrannis servire cogerentur.

Hist. Gener. Indiarum lib. 3. c. 6.

10. Exodi cap. 16. invenietis Populum Hebræum impudenter & omni verecundia depositа contra Deum murmurasse, lamentando, quod eos ab Ægypti regno, ubi omnem habebant alimoniæ ad vitam humanam honestè transigendam affluentiam & abundantiam eductos, in desertum perduxisset Arabiæ, ubi omnes miserè emori cogebantur præ fame; Deum autem omnibus hisce lamentationibus de cælo auditis, confestim in terram descendisse, & Moysen ad se evocatum hisce fuisse verbis allocutum : *Audivi murmurationes filiorum Israel, loquere ad eos? Vespere comedetis carnes, & mane saturabimini panibus; scietisque quod ego sim Dominus Deus vester.* Circa quem locum Hieronymus Oleaster observat, Deum Dominii sui super populum istum, verum specimen dare volentem, illud non in tollendis subditorum bonis, sed in erogandis & largè dispensandis bonis propriis statuere voluisse; ut enim se Dominum illorum esse probaret, illos non aggravare laboribus & defatigare ærumnis, sed potius ipsorum necessitatibus prospicere voluit : *Considera quæso, in quo se Dominum suum ostendat, non in bonis auferendis, sed dandis; non in exigendo ministerio, sed in donis exhibendis.* Cum igitur Deus ut se hominum Dominum esse probet, iis tanquam servis suis de rebus illis, quæ ad victum illorum communiter requiruntur, pate nè prospiciat, profectò homines illi, qui ex una parte à servis suis servitia & obsequia studiosissimè exhibita exigunt, ex altera verò parte illis panem, quo sustentantur, dare renuunt, Dominos se esse minimè demonstrant. Quid ergo se esse probant? Tyrannos, qui enim ad alium præterquam ad commodum suum non respiciunt, veros se tyrannos esse testantur : *Tyrannus sibi ipsi conferens intendit*, inquit Cicero. Tales igitur nequaquam Domini, sed Tyranni vocari debent, qui Tyrannos, non verò Dominos se exhibent: *Nomen debet esse conveniens rei*, inquit Glossa.

Exod. 16. v. 12.

Oleaster in cap. 16. Exod.

Cicero lib. 2. officio. De orig. Jur. leg. 2. §. Ita.

11. Serenissimus Hierosolymorum Rex David ex aqua Putei Bethlehemitici eo tempore, quo puteus ab hostili exercitu cunctis & obsessus erat, bibendi percupidus erat, cum ecce tres de exercitu suo fortissimi & animosissimi juvenes se prodiderunt, qui siti Regis sui satisfacturi, vitam propriam contemnentes, mediaque hostium exercitus perrumpentes & penetrantes, tandem pervenerunt ad puteum, hausitque inde aquam salvi & incolumes Regi obtulerunt. Rex de hoc facinore obstupefactus, aquam quidem grato animo acceptavit, illam tamen bibere nequaquam voluit. *Rex noluit bibere, sed libavit eam Domino.* Enimverò rationem scire optarem, cur David de aqua hac adeo vehementer desiderata, tantoque cum periculo servorum suorum allata & adducta bibere noluerit? Nimirum quia tanto cum vitæ periculo hausta fuerat, ne pravum aliis Dominis exemplum daret, appetitui & desiderio suo cum manifesto servorum suorum vitæ discrimine satisfaciendi. *Quod autem noluit bibere*, inquit S. Ambrosius, *demonstravit prospexisse, ne cui Regum bibendi usus alienis periculis quæreretur.* Verum enim verò exemplum istud ad cohibendam Dominorum sævitiam parum vel nihil potius proficit. Multi enim ad hoc Davidis exemplum minimè attendentes, etiamnum appetitui & arbitrio suo cum periculo vitæ servorum satisfacere non erubescunt. Sic videbis, quod Dominus adulteræ amplexus ambiens, timensque ne in manus mariti, aut alterius cognati incidat, vitamque suam in præsentissimum discrimen constituat, servum suum ad adul[illegible] domum præmittit, ut si forte malus aliquis immineret eventus, is Domino salvo manente in servi caput incidat. Si in potu timeatur venenum, servus ad præstandum Domino suo vitæ securitatem

D. Ambr. in Apolog. David lib. 1. c. 7.

eundem è patera prælibare cogitur, licet cum evidenti mortis periculo. Vindictæ item publicæ quæ non nisi cum evidenti perdendæ vitæ periculo fiunt, servo committuntur; unde videtur, quod pro desiderii sui executione vitam servorum suorum quasi nihili faciant, adeoque si servorum suorum capitales inimici essent, eosdem gravius lædere aut offendere non possent, quam illos offendant, dum illorum sunt Domini.

12. Eodemmet in libro miles quidam de exercitu Joab Absalonem principem per capillos suos ex quercu suspensum vidisse scribitur, quod cum Capitaneo suo nuntiasset, isque militi huic suam sive pusillanimitatem, sive simplicitatem & stoliditatem exprobrasset, utpote in eo clarè demonstratam, quod stricto gladio, hunc ita à se inventum Absalonem sic pendulum, non confodisset, aut interemisset, proque eo præstito obsequio munus sibi regium conciliare neglexisset, respondit miles: *si appendas in manibus meis mille argenteos, nunquam mitterem manum meam in filium Regis.* 2. Reg 18. v. 11. & 13. Et si fecissem contra animam meam audacter, nunquam hoc Regem latere potuisset; & tu stares ex adverso. Tostatus hoc loco dicit, illa verba: *stares ex adverso*; idem significare ac si diceret: *tu esses præsens & non liberares me de morte.* Verum amen admissa hac Tostati expositione non video, in quo miles iste fundetur dum dicit, quod si id fecisset, quod Joab capitaneus ejus bonum esse arbitrabatur, hocque facinus occisi Absalonis in notitiam venisset Regis, nullum fuisset habiturus à Joab defensionis auxilium. Cur enim de Joab tantam inclementiam suspicari poterat, quod scilicet ei in mortis periculis constituto, advocando & patrocinando non succurrisset? Quomodo enim is, qui pro occiso Ablalone magnam paratus erat pecuniæ vim effundere, post illius occisionem adeo ingratus fuisset, ut apud Regem penes quem magni ponderis erat ejus authoritas, duo vel tria verba in occisoris mihi favorem interloqui omisisset? Hoc tamen non obstante dicendum, optimè hunc militem fuisse locutum. Probè namque frequenti forte experientia edoctus sciebat, quod sicut Domini servos suos in millia mortis pericula facilè exponunt, ita longè facilius eosdem in extrema necessitate constitutos derelinquant ac omni ope destituant. Sæpè numero Dominus aliquis servum ad inimicum occidendum foras emittit, quem postea à Magistratu captum veluti Assassinum seu homicidam ad patibulum duci permittit, absque eo quod vel unicum verbum in ejus favorem & defensionem loquatur Judici, licet illum authoritatis suæ interventu infallibiliter liberandum certò sciat. Quodsi qui servitutem jugo ad collum ejus alligato depinxerunt, loco jugi securim vel restim adpinxissent, longè ingeniosius servitutem opinione mea effigiassent. Quisquis enim crudeli Domino servit, non solũ continuæ vexationis & afflictionis restim ad collum secum adstrictum defert, verum etiam in continuo vivit mortis sive per restim, sive per securim, aut alio quovis modo inferendæ periculo.

Abulensis q. 2. in ca. 18. lib. 2. Regum.

13. Cum Hebræorum Principes Christum & gloriam ejus, quam sibi tum per miracula, tum per doctrinam in omnibus Judeæ civitatibus universali quadam acclamatione comparat, tolerare & æquanimiter sufferre diutius non possent, eundem de communi omnium consensu capere & occidere decreverunt, ut hac ratione submoveretur ab oculis, à quo propter ipsorum in eum invidiam tantoperè torquebantur. Ac proindè ministris suis, ut eum sollicitè ubique inquirerent, inventumque caperent, ligarent, secureque ad ipsorum tribunalia perducerent, seriò mandarent: *Miserunt Principes & Pharisæi ministros; ut apprehenderent Iesum.* Ioan. 7. v. 32. Scio equidem hanc Principum istorum resolutionem à multis velut valdè imprudentem judicandam fore, quia eo ipso, quo rem quandam moliebantur maximi ponderis atque momenti, opus erat ut ipsimet personaliter eandem perficiendam aggrederentur, utpote qui timere poterant seu potius debebant, quod si pro illius negotii executione ardua solos ministros mitterent, hi utpote homines viles atque vænales rem cum adversa parte sub pacta pecunia componere, illorumque

que consilium & propositum cassum & irritum reddere potuissent. Verum sciendum, quod tametsi hæc omnia vera sint, huic tamen arduo facinori personaliter præsentes esse noluerint, quia magnis obnoxium erat periculis. Cum enim illis nequaquam ignotum est, quantæ Venerationis & authoritatis Christus apud universum populum esset, meritò timere debebant, ne plebs eum, quem tanti æstimabat, & venerabatur, crudeliter captum, vinctum & ligatum esse conspiciens, arreptis in ejus defensionem armis omnes illos occideret, qui ad eum capiendum egressi fuerant; Ne igitur tanto se periculo exponerent, domi se continentes suos dimiserunt servos sive ministros. *Observa autem*, inquit Doctissimus Ferus, *quod non ipsi vadunt ad capiendum Christum, sed servos mittunt ne populus in seditionem verteretur, malunt servos exponere periculo, quam seipsos.* Ne tertium quidem valet vita servi similibus Dominis obsequentis, utpote cui omni hora superteminet Damocli ensis.

Ioan. Ferus in c. 7. Ioan.

14. Dicet mihi hic fortè aliquis. Inficiari quidem nemo potest, omnia hactenus dicta verissima esse, nihilominus Domini quadatenus excusandi videntur, si hac ratione servos suos tractent, eo quod servi utpote homines viles, nequam scelerati, & conversationis pessimæ, Dominos suos frequenter cogant, ut eos adeo durè & inhumaniter gubernent, cum hisce temporibus boni servi admodum rari inveniantur. Veum interrogandus mihi videtur, quisquis hoc regerit: unde proveniat, quod servi ut plurimum mali sint, rariqueinveniantur virtuosi & boni, nisi quia rari inveniuntur boni Domini, sed omnes, ut plurimum mali? An nescitis servos, in Patronorum sive Dominorum suorum conversationem & mores transformari, adeo ut bonorum Dominorum boni sint servi, & econtra scelerati Domini à sceleratis quoque servis sint associati, *Qualis forma fuerit Domini, talis totius domus est status*, inquit S. Ambrosius. S. Lucas Evangelista refert, quod cum Herodes personum Redemptoris nostri ob mira atque stupenda, quæ de ipso audierat, videndi cupidus, tandem illum in domum suam à Judæis introductum haberet, ipse quidem sperarit futurum, ut ad curiositatis suæ satisfactionem aliquod in conspectu ejus faceret miraculum; sed frustra: siquidem non tantum nihil simile facit, verum insuper ne verbo minimo Regem dignatus est aliquo alloquio, adeo ut Rex una cum ministris suis illum veluti delirum & mente captum derisserint atque exploserint: *Sprevit illum Herodes cum exercitu suo, & illusit.* Porrò contemni apud Herodem Christus debebat, siquidem ea, quæ cœlestia sunt, ab illis, qui mundana æstimant, nihili fiunt. Observandum est autem, Christum Dominum non à solo Herode contemptum, verum & ab omnibus servis suis fuisse illusum; neque enim fieri aliter poterat, quin contemptus à Rege, ab ejus quoque ministris contemneretur. Cur ita? Quoniam servi moribus suis à Domini vita dissidere non possunt; qualis Dominus, tales quoque servi ejus erunt; unde quia Herodes homo impius erat, impii quoque ac scelerati servi ejus esse debebant: *In Regem iniquum etiam Assistentes consentiunt*, inquit Simon de Cassia; *Et qualis Rex, talia & latera ejus. Hinc est, quod Herodes Christo illusit cum exercitu suo.* Quodsi Herodes virtuosos in domum suam servos conduxisset, iidem eo ipso, quo ad ei inserviendum domum ejus fuissent ingressi, virtuti ad Palatii regii portas renuntiassent; siquidem servus semper exemplum sequitur Domini sui, adeo ut apud sceleratum Dominum, alius quam sceleratus minister inveniri nequeat.

Luc. 23. v. 11.

Simon Cass. de gestis Christi l. 13. cap. 84

15. Verum enimverò etiam de Evangelio hodierno nonnihil edisseramus. Inter alia igitur in præsenti Evangelio notandum est, quod idemmet Evangelista Lucas de servo Centurionis ob virtutes suas tantoperè a Domino dilecto loquens dicat: *Illi erat pretiosus.* Quid significat ly *pretiosus?* Idem nimirum quod rarus; Quia Deus tempore Heli sacerdotis rarius loquebatur hominibus, ideo sermo Domini illis temporibus pretiosus dicebatur, ideſt, rarus: *Sermo Domini erat pretiosus in illis diebus.* Geminæ item quia raræ sunt, pretiosæ dicuntur, ut vult Isidorus, siquidē *omne rarum est pretiosum.*

Luc. 7. v. 2

D. Ambr. lib. 3. Epist 25

1. Reg. 3. v. 1.

Rarus illis temporibus bonus servus erat, quia rarus in virtutibus & bonitate erat ejus Dominus; adeo inquam rarus, ut Christus inter omnes passim Hebræos similem ei non reperiens, de eo dixerit: *Matth. 8. v. 10.* *Non inveni tantam fidem in Israel.* Quia igitur rari & pauci sunt boni Domini, ideo rari quoque inveniuntur boni servi, & econtra quia Domini communiter sunt vitiosi, ideo communiter quoque vitiosi sunt servi. Quodsi igitur tute domi tuæ bonum servum habere non posse lamenteris, tibimetipsi hoc imputa, à te namque idipsum procedit & nascitur, quia nimirum non es bonus Dominus, eò quod servitiis ejus tuis favoribus non respondeas, illum non diligas, non vestias, non sufficienter cibes & nutrias, aut stipendium illi debitum non solvas, vitam ejus nihili ducas, eumque cane deterius ac durius tractes. Tunc servum tuum latronem esse conquereris? tibi idipsum imputa, latro enim est ob latrocinia tua, quæ indies committis, quia enim, quod ei debes, solvere eidem abnuis, ideo latronem ipsum fieri cogis, qui quoadusque potest omnia tua furatur & rapit. *Habeat quod emat, ne cogatur cogitare, quod abstulerat,* inquit Cassiodorus. *Cassiodorus Variar. lib. 4. c. 13.*

16. Porrò damnum servorum, tametsi maximum sit, parvi tamen adhuc æstimandum esset si dum crudelibus & sævis ejusmodi Dominis inserviunt, id solum amitterent, quo temporaliter fruuntur & gaudent, etiam vitam ipsam, nisi ipsiusmet etiam animæ jacturam non facerent. Porrò S. Petrus Chrysologus verba illa Centurionis ad Christum: *Domine puer meus jacet in domo Paralytico,* benè attendens, pro solemni more suo, verbum illud, *jacet*, accuratissimè ponderat & dicit: Centurionem verbo isto uti nequaquam potuisse, nisi de servo quodam sæculari & mundano locutus fuisset. Quamobrem? quia nimirum impossibile est mundo servire & stare; eo ipso enim, quo homo aliquis mundi & vitio se applicat, necessum est illi, ut jaceat, econtra verò, qui Deo servit, erectus stat. En ipsissima sancti Doctoris verba: *Puer meus jacet. Meum dico, quia jacet, si tuus esset Domine, non jaceret: stant servi tui, hominum servi jacent.* Hodie in dissolutorum Dominorum ædibus rari inveniuntur servi, qui stent erecti, quin potius ut plurimum jacent, rari boni & virtuosi esse perseverant, sed in centenis millenisque vitiis sese coinquinant. Domini servis suis utuntur velut exactoribus ad palliandum suas usuras, tanquam fornicationum & adulteriorum suorum procuratoribus, sicut vindictarum suarum exequendarum instrumentis; id quod probatione non indiget, quia nemo est, qui illud velut omnibus notum non perlibenter concedat. Atque ideo servus ille, qui sine Dei offensa è tali Domini domo emigrat, aliam sibi mercedem quærere non debet, utpote cui bonum expeditum est laborum suorum stipendium. Ciconiæ à lupo operæ suæ mercedem poscenti, quam maximo lupi commodo & utilitate impenderat, dum immisso in fauces ejus collo, os quoddam, unde lupus suffocandum se metuebat, extraxerat, lupus subridendo respondisse fertur: *satis pretii tibi esse debet, quod ex lupi ore caput sine læsione eduxeris.* Idem quoque servo salva vitæ suæ morumque probitate ex impii alicujus Domini ædibus & servitio discedenti respondere licebit, dicendo: tune lascivo cuidam Veneris mancipio & Sardanapalo multis annis serviens, salva tamen pristina honestate tua è domo & societate ejus emigras? non est igitur quod aliam tibi mercedem exposcas, utpote cujus obsequia abundè compensata fuere. Etenim si servi saperent, cognoscerent utique in servitiis suis illis permissum quidem esse corporis, non verò animæ periculum subire, siquidem non anima, sed corpus Domino suo subjiciatur. *D. Chrysologus ser. 15.* *Æsopus.*

17. Moyses in Genesi lascivam sollicitationem, quam perversissima & improba Putipharis uxor castissimo Josepho proposuit describens, simul etiam redditum à Josepho responsum exponit dicens? *Dixit autem uxori Domini sui: si Dominus tuus &c.* Ubi præcipuè ad præsens propositum observandum, quod non dicat: *Dixit Domina* *Gen. 39. v. 8.*

Trans. at. septuag.

Domina ſua, ſed *dixit uxori Domini ſui*, cum tamen è converſo dicere debuiſſe videatur. Cùm enim ipſa ejus Domina verè fuerit (uti reverà fuiſſe dicendum eſt) cur igitur non ait: Dixit Dominæ ſuæ, ſed dixit uxori Domini ſui. S. Ambroſius hanc difficultatem in medium adducit, quam & ſequentibus verbis ſolvit: *Rectè uxor Domini, non ipſa Domina dicitur, quia non potuit extorquere quod voluit imperare. Nam quomodo Domina, quæ dominandi non habebat affectum, quæ diſciplinam Domina non tenebat, quæ ſervilis incentiva libidinis præſtabat?* Tametſi igitur verè Joſephi Domina eſſet, in hoc tamen facto ejus Domina minimè erat. Neque enim ipſa animam ſervi ſui ſub ſuo complectebatur imperio, ſicuti corpus, ut proindè illam hæc potuiſſet culpa aggravare, atque ideo nec erat nec appellari poterat illius Domina. Domini etenim hujus mundi non dominantur ſervorum ſuorum animabus, quia in ſolum corpus, non verò in animam ſe extendat Dominium; anima ſoli Deo, ejuſque vicariis ſubdita remanente. Cur obſecro ſervi coram Dominis ſuis ſiniſtrum, non vero dextrum genu flectunt nisi ob ſolam eam de qua loquimur, cauſam. Sicut enim per genu dextrum anima intelligitur, ita per ſiniſtrum intelligitur corpus. Quia enim Domini in ſola ſervorum ſuorũ corpora poteſtatem habent, non verò in eorũ animas, hinc quoque ſiniſtro duntaxat genu honorantur & coluntur. *Dominis temporalibus genu ſiniſtrum eſt flectendum, quia ſolum habent Dominium ſuprà partem minus principalem, id eſt, ſuper corpus ſolum*, inquit Vincentius. Hujus ceremoniæ commonendi ſunt ſervi, quibus à Dominis tale ſervitii genus imponitur, cujus executione offenſuri eſſent Deum, & ſeipſos perdituri. In tali namque caſu Dominis ſuis contradicere, repugnare, reſiſtere debent dicendo; in hoc nobis impoſito & præcepto ſervitio ſervi tui nequaquàm ſumus.

D. Ambr. de Ioſepho cap. 5.

D. Vincent ſerm. de Aſcenſ.

SERMO I.

IN DOMINICAM IV. POST EPIPHANIAM.

THEMA.

Accesserunt ad Jesum, *Matth.* 8.

ARGUMENTUM.

Magna est hominis dementia, qui in necessitatibus suis in mundum & Dæmonem sperat, & ad illorum auxilia recurrit, qui ipsum juvare nequeunt, non verò in Deum, qui juvare solus prævalet.

1. HEu! quot modis se hominum mundanorum ignorantia manifestat. Comedit homo quasi die sequenti moriturus: & in terris ædificat, quasi semper victurus. Mundum se odientem amat, & Deum se ardenter amantem non redamat. Salvari desiderat, & viam perditionis, quæ ad infernum, non verò ad cœlum perducit, inambulat. Mortem timet temporalem, & æternam, quæ sola timeri meretur, non formidat. Bona transitoria magni æstimat, æterna verò, quæ solùm æstimanda sunt, nihil ducit. Per sui extollentiam exaltandum se credit, & cùm præter humilitatem nulla sit alia ad exaltationem via, reverà se humiliat. Bona temporalia non dispensat, ne ea perdat, cùm tamen eadem servando potiùs amittat, saluti corporis brevi morituri sollicitè prospicit, & saluti animæ nunquàm emorituræ nequaquam attendit. Adversario suo credit, qui eum decipit, non verò Deo, qui optimè ipsi consulit. Aliena bona rapiendo sua se multiplicare existimat, cùm tamen ea potiùs diminuat & perdat, dum justè acquisita per latrocinium acquisitis aggregata omnia simul evanescunt. Ut bonorem

tur, virtutem à qua ſola veros ſibi potuiſſet comparare honores, contemnit & deſpicit; & ſuſpicit ac conſectatur vitium, unde omne ſibi probrum, ignominiam & vituperiam adſciſcit. Dum proſperatur beatum ſe judicat, miſerum verò dum ærumnatur, ſed errat, quia ſicut afflictio & tribulatio radix eſt beatitudinis, ita proſperitas fons eſt omnis infortunii & infelicitatis. Denique in anguſtiis & miſeriis ſuis ad mundum & Dæmonem inimicos ſuos, qui juvare nec poſſunt, nec volunt, pro habenda ope recurrit, Dei verò, qui ſolus juvare vult & valet, non meminit. Secùs in ærumnis ſuis Apoſtoli, utpotè ſapientes in hodierno Evangelio feciſſe leguntur, qui in mari ſummis in periculis navigantes, non ſperarunt in mundum, neque ad illius aut cujuſvis alterius inimici, ſed ad ſolius Chriſti Dei & & magiſtri ſui opem & auxilia ſuum habuêre refugium. *Acceſſerunt ad Ieſum*, inquit Evangeliſta, *dicentes: Domine, ſalva nos, perimus.* Hunc igitur diſcurſum in eum præcipuè finem ſum directurus, ut mundanus quilibet homo ab hac ſua ignorantia tandem reſipiſcat.

Matth. 8. v. 25.

2. Ad præſens itaque propoſitum, quod dam à S. Paulo Apoſtolo ad Rom. cap. 8 adductum paradoxum diligenter auſcultate, dicit enim: *ſpes autem, quæ videtur, non eſt ſpes.* Quis enim ſententiam iſtam verè paradoxam eſſe non dicat? quod ſi enim ſpes, quæ videtur, ſpei nomen verè obtinet, cur ſpes non erit? ſol in tantum hoc nomine vocatur, in quantum verè ſol eſt, niſi enim ſol eſſet, ſol quoque minimè appellaretur. Veruntamen S. Apoſtolus optimè & ſolidiſſimè loquitur: ſpes enim, quæ videtur, non eſt ſpes, licet hoc nomine appelletur. Dicitur quidem ſpes, quia apparet, ſed non eſt ſpes. Status Cæſaris Cæſar appellatur, ſed non eſt Cæſar, licet talis appareat. Non omnes res apparentes ſunt id, quod extrinſecus ſe eſſe demonſtrant. Cælum cæruleum eſſe videtur? ſed non eſt, nec hoc, nec alio quovis colore tinctum. Hypocrita ſanctus eſſe videtur, cùm ſit magnus peccator & ſæpe infernali Dæmone deterior. Apoſtolus igitur per ſpem, quæ videtur, ſpem in rebus viſibilibus fundatam intelligit, per ſpem verò, quæ non videtur, ſpem intelligit fundatam in Chriſto, quæ inviſibilis eſt, quia inter nos eſt, nec tamen conſpicitur: atque ideò cum dicit: ſpes quæ videtur, non eſt ſpes, idem eſt, ac ſi dicat: ſpes quæ in divitiis, poſſeſſionibus, favoribus magnatum, in auro & argento, aliiſque ſimilibus rebus viſibilibus fundatur, ſpes non eſt, ſed umbra ſpei eſt, vana eſt, mendax eſt, ideoque decipit tantùm. Spes autem in Chriſto collocata vera ſpes eſſe comprobatur; quiſquis enim in Chriſtum ſperaverit; nunquam decipietur. Eſt hic conceptus S. Ambroſii dicentis: *Pulchrè dicitur, ſpes, quæ videtur, non eſt ſpes, de poteſtatibus hujus ſæculi, de dignitatibus, de divitiis. Vides neſcio quem faſcibus præeminentem & curribus, nihil habet ſpei in curribus, qui videntur: nec dives in poſſeſſionibus, nec avarus in uſuris. Sed ille ſpem habet, qui in eo ſpem ſuam ponit, quem non videt, id eſt, in Domino Ieſu, qui medius noſtrum ſtat, & non videtur.* Unde quotieſcunque in neceſſitatibus tuis in mundum ſperas & confidis, ad eumque pro auxilio habendo recurris, ſpes tua non ſpes, ſed vanitas eſt, utpotè qui in occaſione nata deceptum te & deluſum invenies, cum is, in quem ſpem tuam collocaveras, auxiliari tibi nequaquam poſſit. Reliquum igitur eſt, ut in Deum ſperes, ſiquidem ſola ſpes in Deum collocata propriè ſpes eſſe dicitur, ipſe namque ſolus in tuis te neceſſitatibus etipere & adjuvare poteſt, teque ab imminentibus tibi periculis, quoties ad ejus divinam pietatem recurreris, liberare: *Ille ſpem habet, qui in eum ſpem ſuam ponit, quem non videt.*

Rom. 8. v. 24.

Ambr. l. 5 epiſt. 39.

Ioan 19. v. 34.

3. Ex ſcriptura ſcimus, quod animarum noſtrarum Salvatori pendenti in cruce, interveniente opera crudelis cujuſdam militis, qui poſtea in ſanctum virum evaſit, latus ejus lanceâ crudeli apertum ſit: *Unus militum lanceâ latus ejus aperuit*; inquit Evangeliſta. Hanc autem in latere ſuo aperturam fieri voluit, ut in hoc loco, velut in aſylo quodam ſecuriſſimum inveniremus in cunctis malis noſtris refugium. Ad hoc aſylum columbam animæ noſtræ evocavit, à milvi infernalis perſecutionibus periclitantem, dum ait: *Veni columba mea in foramibus petræ, & in cavernâ maceriæ.* S. imus item Chriſtum hanc aperturam in dextro, non verò

Cor. 2. v. 14.

verò in sinistro latere sibi fieri voluisse; ita enim nos in picturis suis antiquissimis docet sancta mater Ecclesia, nec non Innocentius III. de sacro calice loquens. Causam verò cur dextrum sibi latus, non verò sinistrum aperiri voluerit, omninò ignoramus. Quod si tamen, ut jue merito convenit, S. Bernardo mellifluo Ecclesiæ Doctori fidem habeamus, ratio hujus mysterii fuit, ut per hoc doceamur, quod in ærumnis & necessitatibus nostris in dextera solùm, non verò in sinistra invenire possimus salutem atque refugium. Verba ejus sunt sequentia; *Etenim Dominus Iesus post cætera inæstimabilis suæ erga me beneficia pietatis, etiam dextrum sibi propter me passus est latus fodi; quod videlicet nõnisi de dextra mihi propinare vellet, non nisi in dextera locum parare refugii.* Sicut enim sinistra præsentem vitam significat, in qua in sinistros plerumque & ærumnosos eventus prolabimur: ita dextera symbolum est alterius vitæ, quæ in Deo consistit, ubi omnia dextera, læta sunt & prospera, atque ideò ut nos refugium nostrum in solo Deo, non verò in hujus vitæ rebus consistere intelligeremus, Christus dexterum sibi latus aperiri, sinistrum verò clausum relinqui voluit. Mirum proindè nemini esse debet, si homo in necessitatibus suis ad hujus vitæ remedia recurrens se delusum inveniat, dum clausam sibi portam esse deprehendit; in similibus namque casibus ad Deum recurrere oportet, cujus portæ pro auxilio & refugio nostro semper patulæperseverant.

Innoc. III. de alt. myst. l. 5.

D. Bern. serm. 7. in Psal. Qui habitat.

4. Rex David postquam se in sublimissimum augustissimumque magnæ Judæorum Monarchiæ thronum sublimatum, omnesque adversarios devictos & mortuos esse vidit, seque post tot turbulentias miræ cujusdam quietis & pacis expertus est esse possessorem, ad Deum conversus dixit: *Deduxisti me, quia factus es spes mea*, quasi diceret: ideò ô Domine ad augustæ hujus felicitatis statum me sublimâsti, quia in te speravi & credidi. Verùm enimverò quod si Deus hæc verba audiens, Davidem hunc in modum interrogasset: Dic mihi sodes ô David, quid si spem tuam pro ærumnarum tuarum remedio, non in me, sed in homine aliquo hujus mundi, vel in aliquo mundi Principe te longè excellentiore collocasses, videturne tibi, quod in tali casu à me tuis in necessitatibus derelinquendus fuisses? quidnam David fuisset responsurus? utique respondisset, inquit Hugo Cardinalis; *si in malum haberem spem & confidentiam, tu me derelinqueres & non deduceres.* Atque ideo qui non sperat in Deum, à Deo non solùm non adjuvatur, verùm etiam derelinquitur. At verò quodnam homo à Deo derelictus pro suis malis reperire in mundo remedium poterit, tametsi homo cum hoste prælliaturus in auxilium suum secum habeat omnes terræ exercitus: tametsi cum infirmatur omnia præsto habeat Hippocratis & Galeni remedia: tametsi in tribunalibus litigans Bartholum & Baldum omnesque alios Jurisconsultos in favorem suum addictissimos habeat, perditus tamen atque inter omnia jam dicta subsidia omni prorsus auxilio & ope destitutus esse censebitur. In Deo igitur & non in alio in necessitatibus nostris sperare & confidere debemus. Ipse namque solus, & non alius nos adjuvare, nobis succurrere, nos consolari, & juvare efficaciter poterit.

Hugo Card. in psal. 60.

Psal. 60. v. 4.

5. Semper curiosus & cupidus fui sciendi, quinam sint homines illi, quos Psalmista ob vanitatem observatam Deo exosos esse dixit: *Odisti observantes vanitates supervacuè*, donec tandem casualiter Aliacum Cardinalem super hunc Psalmum scribentem legens, hosce observantes vanitates illos esse intellexi, qui in terrenis atque mundanis auxiliis confidunt & sperant. Omnes namque illi, qui in Deum sperare desinunt, & in mundanis auxiliis atque subsidiis confidunt, vanitates observant, id est, nihil efficiunt, & in necessitatibus suis deceptos se esse animadvertunt. *Qui sperant in potentia & gloria, aliaque falsa & vana beatitudine sæculi, non solùm vacuè, sed supervacuè spem suam constituunt. Qui in his rebus temporalibus sperant, vanitatem observant, quia dum eam sperant, tunc exspirant.* Si homo ab amico quodam à suis se inimicis defendendum esse speret, vana spes ejus est, quot enim reperiuntur amici, qui in maximis necessitatibus illos derelinquunt, qui pro iisdem proprium suum effundere sanguinem non dubitârunt? si in principis alicujus

Psal. 30. v. 7.

Aliacus Card. in Psal. 30.

cujus favoribus ſpem tuam repoſitam habes, eò quod plura illius ſervitio & honore accepta vulnera, quàm capillos in capite numerare poſſis, in vanum ſperas, talis namque Princeps intereà vel animum mutare, & hâc ratione ſpes tua evaneſcere poteſt: Fortènè in denario ſeu pecunia tua ſperabis? an non vides, quod cum hæc figuram in ſe ſphæricam habeat, ideoque in continuo motu verſetur, Dominum ſuum frequenter mutare, & ab uno ad alium perſæpè tranſmigrare ſoleat? Porrò obſervandum eſt, quod præterquàm ſpes talium falsè fundata ſit, ipſi inſuper Deo quoque exoſi exiſtant: *Odiſti obſervantes vanitates*: non ſolùm à Deo ſunt derelicti, ſed inimici quoque Dei exiſtunt. Quodnam obſecro inimicus Dei in toto mundo auxilium & refugium invenire unquàm poterit, quando quocunque recurrit, Deum quem lodit, ubique invenit, tametſi in ipſummet quoque infernum ſe recipiat? cui exoſus non erit, quem Deus odio habet? talis utique ſuis in neceſſitatibus non ſolùm ne vel modicum ſperare auxilium poterit, verùm etiam quodvis à Dei creaturis malum timere habebit. Quia Judas vanæ atque in pecuniis fundatæ ſpei inſiſtens, Deo exoſus erat, ideò nec in cœlo nec in terra, non ſolùm ad vivendum, ſed etiam ad moriendum locum aliquem invenire potuit.

6. Poſtquam ſanctus Patriarcha Joſeph Pincernæ Pharaonis Regis ſomnium ſuum magna cum ſatisfactione interpretatus fuiſſet, dicendo, futurum eſſe ut quantocius in gratiam Domini ſui redeat, atque in palatio regio, priſtinum munus ſuum infrà triduum honorificè obeat, precatus eſt eum, ut ſui recordaretur, ſuique regio lateri adſtans memor, ad ſui è carcere, in quo innocenter detinebatur, liberationem ſtrenuè cooperaretur. Accidit autem, quod dum Pincerna recuperatâ Regis gratiâ è carcere dimiſſus, atque in palatium denuò introducturus eſſet, omnem pauperculi Joſephi memoriam depoſuerit: *Succedentibus proſperis, præpoſitus Pincernarum oblitus eſt interpretu ſui*, inquit Moyſes: Mira profectò res! Illene Pincerna tanti ſibi præſtiti obſequii oblivisci poterat? hominis nimirum alicujus, cui tantùm debebat? quidnam illi

Gen. 49. v. 23.

pro Joſepho faciendum erat, quod id omiſerit? num fortè aliquo pecuniarum ſumptu opus erat? vel faciendum illi erat iter aliquod valdè prolixum & laborioſum? minimè gentium; imò verò Rege menſæ accumbente, duobus duntaxat verbis ab hac ſe obligatione facillimè poterat liberare. Cùr igitur eum non juvit? exiſtimo equidè Pincernam iſtum amicum ſuum facillimè liberaturum, ſeque gratum exhibiturum fuiſſe, niſi Deus ab hoc illum officio impediviſſet. Noluit Deus, ut illum etiam vel minimo verbulo adjuvaret, eo quod in ſubſidio mundi hujus ſpem ſuam collocaſſet. ita opinantur Doctores Hebræi. *Dicunt Hebræi*, inquit Nicolaus de Lyra, *quod hoc fuit, quia Joſeph nimis confiſus fuerat de auxilio humano.* Quia enim Joſeph divini auxilii oblitus, ad favores hujus mundi confugerat, ideo deceptus fuit atque deluſus. Vult enim Deus, ut in neceſſitatibus noſtris nullum habeamus aliud refugium, præterquàm ſuum, atque ideò nunquàm permittit, ut vanam eſſe experiamur confidentiam in hominibus, vel in aliis mundi hujus rebus collocatam.

Nicol. Lyr. in c. 40. Gen.

7. Paralitico illi, qui ut S. Marcus cap. 2. refert, in proprio ſuo lecto ad Chriſtum delatus, atque è tecto domus, intrà quam Dominus ſermocinabatur, ad obtinendam corporis ſanitatem demiſſus, Chriſtus dicit: *Fili, remittuntur tibi peccata tua.* Quia verò infirmus ille, non eo præcisè fine adductus fuerat, ut peccatorum ſuorum veniam impetraret, ſed potiùs ut corporis amiſſam recuperaret ſalutem, ideò operæ pretium mihi eſſe videtur quærere, quâ ratione factum ſit, quod petenti corporis ſanitatem, Chriſtus remiſſionem conceſſerit peccatorum? cùm hic adductus ſit, ut purgaretur à morbo, cur Chriſtus illum purgat à peccato? videbatur Chriſtus convenientius facturus fuiſſe, ſi dum miſero huic homini gratificari volebat, eam illi dediſſet gratiam, quam poſtulabat, deque nulla alia illi danda curaſſet. Etenim non ſine particulari myſterio divina ſapientia hac in re ſe habuit. Chriſtus enim hunc hominem à Paralyſi, prout rogatus fuerat, curare quidem volebat, non tamen priùs quàm illum curaſſet à peccato. Quia enim illum curare

Matth. 2. v. 5.

volebat à morbo, ideò prius illum immunem reddidit ab omni peccato. Medicus aliquis prudens & judiciosus, nunquàm aliquem à morbo curat, nisi morbi prius removerit causam; ita quoque Christus causam morbi hujus peccata fuisse intelligens, prius hominem illum à peccatis solvit, quem posteà sanavit à morbo. Christus hac in re se habuit, inquit Nicolaus de Lyra *ad modum boni medici, qui primò removet causam morbi, & tunc posteà intendit curationi.* Atque hinc existimo Ecclesiã ordinem didicisse, quem ipsa medicis præscripsit, ut videlicet primitus infirmum visitantes, illi confessionem persuaderent suorum peccatorum. *Præcipitur medicis corporum*, inquit S. Antoninus, *quod cùm fuerint vocati ad infirmos, inducant eos ad confessionem faciendam: ut per hoc citiùs curentur infirmi; quia sublata causa, removetur effectus.* Quia igitur peccata non solùm sunt causa morborum corporis, verum etiam cujuscunque alterius adversitatis, quæ in hoc mundo sustineri aut deplorari potest, juxtà id, quod communiter dicitur: *propter peccata veniunt adversa*, hinc clarè & evidenter colligitur, quod nemo alius præter Deũ à nostris nos adversitatibus liberare possit, quia nullus alius peccata dimittere, & tot miserabilium effectuum causam removere poterit: maxima proinde est eorum hominum ignorantia, qui pro calamitatum suarum remedio non ad Deum, sed ad mundum recurrunt, qui cùm causam malorum suorum removere non possit, effectum quoque talis causæ ab illis removere, eosque prout sperant, sibique promittunt, juvare non poterit.

Nicol. Lyr. in c. 9. Matth.

D. Anton.

8. Quid obsecro de tot libris factum est, quos Salomon scripsit, in quibus de tot herbarum, arborumque, quæ in terra nascuntur, virtutibus divinè disserit, à maximis ad minimas, à cedro Lybani, usque ad hyssopum, qui nascitur in parietibus, in quibus quoque prolixè tractavit, tam de avibus cœli per aëra volitantibus, quam de bestiis, quæ ambulant & serpunt per terram, nec non de piscibus, qui vivunt & moventur in aquis maris? *Locutus est Salomon tria millia parabolas & fuerunt carmina ejus quinque millia: & disputavit super lignis à Cedro, quæ est in Libano, usque ad hyssopum, quæ egreditur de pariete, & disseruit de jumentis & volucribus, & reptibilibus, & piscibus.* inquit sacer textus. Quonam (repeto) tot libri abierunt? ubinam tot chartæ pretiosæ occultantur? è quarum lectione homines vera corporis sui medicamenta discere poterant; aliqui, inter quos est Nicolaus Lyranus, à Nabuchodonosor Assyriorum Principe combustas esse dicunt. Alii, inter quos est Anastasius Nicænus, ab Ezechia Hebræorum Rege igne concrematos esse asserunt. Utrum horum duorum hujus tam memorabilis facinoris authorẽ fuisse creditis? equidem vos dicturos esse prævideo, quod cum conflagratio illa librorum ex industria & data opera facta opus sit summè detestandum, utpotè quod humano generi adeò pernitiosum extitit, facinus istud ab aliis manibus patrari minimè potuerit, quàm Nabuchodonosoris viri barbari, tantique Dei & hominum inimici, qui quod humanitate seu humanâ naturâ indignus esset, à Deo in bestiam transformatus fuit, nec possibile sit facinus istud ab Ezechia attentari potuisse. Verùm enimverò tametsi quidem ita videatur, Nabuchodonosorem scilicet tanti mali fuisse authorem; longè tamen verisimilius est, libros illos ab Ezechia Rege fuisse combustos, utpotè qui incendium librorum istorum, non solùm nullum allaturum esse hominibus in hoc mundo damnum, verùm etiam eximiæ utilitatis futurum esse occasionem intellexit. Videbat enim, quod quamdiu subdit sui hisce erant libris instructi, ad humana duntaxat recurrentes remedia, ad Deum accelerare & auxilium poscere obliviscantur. Unde Anastasius dicit, quod Ezechias libros illos flammis devorandos tradere voluerit, *propterea quod medelas inde acciperet populus, & nihili faceret à Deo curationes exposcere.* Sanctus etenim Rex per ipsammet experientiam comprobârat, quod quamdiu hominibus librorum istorum legendorum copia erat, omnes in infirmitatibus suis eâ ratione confugerint ad subsidia humana, licet irrito prorsùs & cassò effectu, ut Dei, à quo solo sperari auxilium poterat, & auxilii ab eo petendi omninò fuerint obliti, ideoque illos comburi præcepit, ut his e libris carentes, totam spem & fiduciam suam in Deum,

Anast. Nic. q. 39. in script.

3. Reg 4. v. 32.

Deum, qui ſolus ſanare illos poterat collocarent. Herbæ equidem & medicinæ ad conferendâ corporis ſanitatem bonæ ſunt & ſalutares, verùm ut plurimùm decipiunt eos, quia in earum virtute minimè confidunt. In Deo duntaxat ſperare, & fiduciam noſtram collocare debemus; ille enim ſolus non liberat, ille ſolus à quacunque tandem infirmitate poſſibili & excogitabili nos ſanat, ipſe namque eſt, ut inquit Pſalmiſta: *Qui ſanat omnes infirmitates tuas.*

Pſal. 102. v. 5.

9. Neminem eſſe opinor, cui ex ſacris litteris perſpicua non ſit incredibilis Davidis Regis potentia. Fuit namque David omnium Regum ſuo tempore in terris regnantium potentiſſimus; tantis pollebat divitiis, ut argenti nulla eſſet æſtimatio aut pretium, Dominus quoque talis regni erat, cui nullum aliorum comparati aut æquiparari poterat: potentiſſimos etiam & numeroſiſſimos habebat ſub ſuo imperio tam peditum quàm equitum exercitus: ſtrictam denique cum multis aliis principibus & Regibus profitebatur amicitiam, à quibus in caſu deficientium virium ſuarum in omnibus occurrentibus neceſſitatibus ſuis, ab inimicis ſuis omni cum promptitudine adjuvari & defendi poſſet. Et tamen non obſtante tantâ potentiâ Deo expreſsè dicere non erubuit: *Deus noſter refugium & virtus, adjutor in tribulationibus, quæ invenerunt nos nimis*, quaſi diceret: tu ô Domine ſolus es in periculis meis refugium & adjutor meus, tu ſolus, & non alius, fortitudo & virtus mea es, quæ liberare & ſalvare me poterit. S. Joannes Chryſoſtomus hæc verba conſiderans dixit: quid eſt, quod David, qui tantis pollebat divitiis, tantâque potentiâ & virium robore, & fortitudine valebat, quibuſcum in omnibus occurrentibus caſibus prævalere adverſus quoſcunque poterat, nihilominus ſe prætet Deum nullum aliud refugium, aut adjutorium habere dicat? & reſpondet: quia ſapientiſſimus hic Rex ſciebat, & per experientiam didicerat, divitias, exercitus, amicos in neceſſitatibus occurrentibus non ſemper feliciter cedere; ideò tametſi ditiſſimus, tantique regni potentiſſimus monarcha eſſet, nullum ſibi præter Deum alium adjutorem & defenſorem non promittebat, *Ne mihi dixeris*, inquit S. Doctor, *arma, muros, & foſſas, nec pecuniæ copiam, rei militaris ſcientiam; nec equorum multitudinem nec ſagittas & loricas, nec ſociorum vires, ſunt enim hæc omnia aranea tela, & umbra imbecilliora. Sed ſi videre vis copias inexpugnabiles, præſidium, quod non decipit, turrim, quæ labefactari non poteſt, ad Deum confuge, vires illius attrahe.* Saul equidem Davidis inimicus quoad Divitias, exercitus, aliaque auxilia humana ditiſſimus & potentiſſimus erat, & tamen altera ex parte Deus, illiuſque refugium illi deerat, ideò dum ſimul cum exercitu ſuo à Philiſthæis proſtratus eſſet, ad evadendum & declinandum mortis periculum, nullum in rebus illis, in quibus fiduciam ſuam collocârat, reperit auxilium.

Pſal. 45. v. 2.

D. Chryſ. in Pſal. 45

10. Ad hoc ut populus Hebræus tandem aliquando à ſua præſumptione & inertia, in qua ſuis in divitiis nimium confiſus, vivebat, reſipiſceret, & ad emendationem coerceretur, adverſus illum Medorum exercitus ſuſcitare decrevit; ideoque Prophetæ Iſaiæ, quocum veluti cum amico longè chariſſimo deliberationes & conſilia ſua conferebat & conſultabat, dixit: *Ecce ego ſuſcitabo ſuper eos Medos*; quaſi diciſſet: tantas in populo meo imperfectiones & ſcelera tolerare diutiùs nec poſſum, nec volo, ideoque validum Medorum exercitum in eum immittere ſtatui, eorundemque armis in extremam illos perditionem redigam. Scitiſne cauſam, cur Deus adverſus populum ſuum potius Medos armare voluerit, quàm Perſas, Aſſyrios, Philiſthæos, aut quamvis aliam gentem Medis longè crudeliorem, magiſque bellicoſam? ratio hæc eſt, quia ſoli Medi, inter omnes alias gentes, nec aurum quærebant, nec argentum. Unde & Deus ipſe de Medorum gentibus loquens, ſubjungit: *Qui argentum non velint, nec aurum quærant.* Porrò Deus flagellum iſtud inevitabile & certum eſſe volens, adeo ut nemo de populo ſuo illud declinare aut evadere poſſet, in eos gentè immittere voluit, penes quam nec aurum, nec argentum ullius pretii eſſent, quod ſi enim avaros & pecuniæ cupidos inimicos in eos immiſiſſet, oblatis pecuniis prouti ſibi promittebant, à malis ſibi imminentibus libe-

Iſaiæ 12. v. 17.

rari potuisset. Idque illis accidere volebat, quia majori in pretio & æstimatione pecuniam & alia bona, quàm in ipsomet Deo habebant; magis in auxilium & subsidium luti, quàm ejus, qui verè illos defendere poterat, confidebant; ut vel per hanc occasionem spei & inanis fiduciæ cognosceret stultitiam & vanitatem. *Solent homines*, inquit Oleaster, *nummis mala sua redimere, sed aliquando, Deo permittente, talem patiuntur hostem; qui non admittit ullam redemptionem, ut non fidamus nummis.* Vana spes nostra in creaturis à nobis fundata, Deum sæpè excitat, ut videre nos faciat, quantum decipiamus & deludamur, dum nos illam in maximis necessitatibus nostris vanam & mendacem esse experiri cogit. Quoties vidimus nonnullos, qui in pecunia sua nimium confidentes enormissima committere delicta non dubitârunt, qui tamen postea divinâ providentiâ disponente, in manum redacti sunt Principis alicujus, qui pecunias floccifaciens, mortis eos condemnavit? id quod Deus eo utique fine permisit, quia ad eum recursum habere debebant, non verò ad pecunias, quæ juvare non possunt. Quot homines in auro & argento nimium confisi, temerè dixerunt, quod tantillo auri, quantum pugnus capere potest, portas subvertere & demoliri ferreas possent, qui tamen postea cum universa auri substantia, ne palmum quidem ferri? ensem dico, quo postea subitò occisi sunt) evadere non potuerunt!

Oleast. in c. 13. Isaiæ.

11. Stella, quæ magis miraculosè apparuerat, treisque illos Orientales Principes per longinquas & incognitas vias in urbem usque Hierosolymorum perduxerat, tametsi ibidem, uti superioribus diebus consueverat, non ampliùs appareret, postea tamen, quando urbem illam denuò fuêre egressi, se palam denuò omnibus videndam exhibuit: *Qui cùm audissent Regem, abierunt, & ecce stella, quam viderant in Oriente, antecedebat eos.* S. Bernardus circa hunc locum quærit, quamobrem stella, quæ tres prædictos Reges Hierosolymam usque semper perduxerat, mox ut in illam civitatem appulerunt, ab iis discedens, eos dereliquerit? cur stella, quæ illis in viæ ducem à Deo assignata fuerat, donec coram cæleſti infantulo præsentati essent, in hoc loco ab iis declinavit? ratio est, inquit S. Doctor, quia humana Hierosolymis auxilia ad inveniendum illum, quem quærebant Regem, requirebant, nam posteaquàm Jerosolymam advenissent, ab illius civitatis indigenis interrogabant: *Ubi est, qui natus est Rex Iudæorum?* atque ideò ducem à Deo sibi assignatum ab oculis suis amiserunt; divinum namque auxilium perdere meretur, quisquis requirit humanum: *Quoniam humanum flagitantes consilium, divinum amiserunt ducatum, & conversos ad terrenum documentum, regnum cæleste deserunt*, inquit S. Doctor. Porrò quia Magi, qui cum auxilio sibi, ad Christi inquisitionem, à Deo dato contenti esse debebant, ad homines confugerunt, ideò à Deo derelicti fuerunt. Ut plurimum frequenti experientia videmus, quod qui in necessitatibus suis Dei adjutorio & præsidio relicto ad mundum recurrunt, non solùm nullo à mundo sperato auxilio potiantur, verum etiam deserantur à Deo. Hoc assimilare possumus cani illi apud Æsopum, qui carnem, quam ore premebat, dimittens, ut carnis umbram, quàm videbat, manducare posset, omnia simul, id est, & carnem & umbram perdidit.

Matth. 2. v. 9.

D. Bern. serm. 3. de Epiph.

12. Author Sylvæ Allegoriarum dicit, Elephantem quoddam esse magni peccatoris symbolum: *Elephantes designare possunt immanes peccatores?* Quænam obsecro est symboli istius ratio? non solùm ideò, quia Elephas corpus habet vastissimum, & cujusvis alterius animalis corpore grandius, sicque magnum quendam innuit peccatorem præ quovis alio longè maximum, verum etiam quia in maxima sibi obvia necessitate genu flectere nequaquàm potest. Noster Diodorus Siculus scribit, quod quando Æthiopes Elephantem aliquem capere moliuntur, in sylvas abeant, ibidemque truncum illius arboris, ad quam animal istud pro capienda nocturna quiete noctu reclinare solet, ad radicem per circuitum serra rescindunt, adeoque debilitant, ut vix in alio continere se possit. Porrò cùm miserabilis hæc bestia postea pro more suo ad consuetum lignum reclinatura se recipit; lignum, molem & pondus corporis bestiæ illius ferre non sustinens, repentè

Author Sylvæ Allegor. v. Elephas.

Diod. Sic. lib. 4. c. 3.

pentè corruit, & cum ligno pariter Elephas cadit; qui hoc modo in terram collapsus, capitur & occiditur, utpote qui post casum instar equi, aut alterius bruti, denuo resurgere & in pedes se erigere minimè valet, siquidem genu flectere non potest, ut in simili casu cæteta animalia faciunt. Porrò homo qui in necessitatibus & ærumnis suis genu flectere, & pro impetrando auxilio divino ad orationem confugere non solet, utpote, qui in humano potius, quàm divino auxilio & subsidio confidit & sperat, Elephas quidam est, magnus peccator est, perditus, desperatus & mortuus est, nullam salutis aut vitæ spem reliquam habet, verum denique subsidium & adjutorium, quod in suis periculis habere poterat, amisit &c. Etenim Deus quondam adstante & præsente S. Brigitta nonneminem amicorum suorum interrogavit, quid sibi is commeruisse videretur, qui pluris mundum, quam Deum æstimaret? cui sanctus mox respondit: *Crura ejus, & genua sint quasi glacies inflexibilis, & durissima.* Eo ipso, quo talem hominem meruisse dicebat, ut genua ejus instar glaciei ad inflexionem frangerentur, innuere voluit, illum majus malum mereri nequaquam posse. Illi, qui in adversitatibus suis humana sibi procurant subsidia, nec Deum quicquam æstimant, coram Deo genua flectere, eumque pro adjutorio ferendo rogare nesciunt, ac proinde nullum habent malorum suorum remedium, collapsis sunt Elephantibus similes, ideoque irremediabilis est eorum ærumna & miseria.

Revelat. S. Brigitt. l. 6. c. 16.

13. Audite Deum populum suum hisce verbis alloquentem: *Ephraim quasi columba seducta non habens cor*; quasi dicere vellet, ignorat Ephraim, qua ratione in adversitatibus se regere debeat; est inops consilii, nihil sibi proficuum invenire valet, stultus in ruinam, in perditionem, denique in mortem sese præcipitat. Verum enimverò quidnam obsecro Deum ad hæc de populo suo verba pronuntianda permovit? *Quia* inquit Paulus de Palatio, *Assyrios & Ægyptios invocat, quos adeo frequenter expertus est hostes.* Verè stultus & delirus populus erat, auxilium sibi poscebat ab igne, qui eum adusserat, à ferro, unde vulneratus fuerat, denique remedium quærebat à lupo, qui eum momordetat. Omnino mihi persuasum habeo, quod Deus verba isthæc adversus Hebræos pronuntians, eadem quoque adversus Christianos pronuntiata & intellecta esse voluerit. Quot hodie Christiani in mundo reperiuntur, qui tribulationibus & angustiis oppressi, Dei prorsus obliti, ad mundum pro subsidio habendo accurrunt, qui ipsorum quoque confessione inter primos & præcipuos eorum inimicos locum obtiner. Ergone apud inimicum auxilia sibi deposcunt? quid stultius? sapiens namque ab inimica manu præter malum nihil aliud expectat.

Ose. 1. v. 7.

Paul. Pal. in cap. 7. Ose.

14. S. Marcus cap. 6. mutum quendam hominem ab Hebræis ad Christum adductum esse refert, ut eidem expeditam ad loquendum linguam clementissimè donare dignaretur. Quia verò Dominus ad hanc se curam libentissimè impendit, priusquam manus misero huic homini applicuit, oculos ad cœlum levare & plangere voluit: *suspiciens in cœlum, ingemuit.* Scitisne, cur Christus in hac sibi oblata occasione in cœlum suspexerit? fecit hoc, inquit Venerabilis Beda, ut nos doceret, malorum nostrorum remedia è cœlis quærenda esse: *suspexit quidem in cœlum, ut inde mutis loquelam, indè auditum surdis, & inde cunctis infirmitatibus medelam doceret esse quærendã.* Solus Deus, ô christiane frater morbos tuos sanare potest, è cœlo, ubi Deus est, postulandum est in afflictionibus subsidium & auxilium. Ratio item, cur Christus elevatis in cœlum oculis planxerit, hæc utique erit, quia multos homines noverat, qui in adversitatibus suis oculos non solum in cœlum non levant, neque à Deo adjutorium postulant, verum potius eosdem subsidii petendi causa ad infernum, & ad Dæmonem dirigant, eoque tempore, quo à Creatore & Domino suo quærendum illis malorum suorum remedium est, illud potius per magos, ariolos, & incantatores à Dæmone crudelissimo adversario suo expetunt, & qui salutem sperabant, in mortis muscipulam incidunt. Quodsi Deus, inquit Chrysostomus Dæmonem homicidam vocat:

Marci 7. v. 34.

Beda in caten. S. Thom. in c. 7. Marci

Ioan. 8. v. 44; *Ille homicida est ab initio,* quænam igitur est insania & stultitia, quod pro vitæ conservandæ subsidio ad eum recurras, qui mortem tibi conciliare studet? *Deus dicit, homicida est, & tu ad illum tanquam ad medicum curris?* Verè stultitia lachrymis adeo acerbis est deploranda, ut ipsum quoque Deum lachrymari faciat.

D. Chrysost. Orat. 5. adv. Iud.

15. Nostis utique ex scriptura sacra stragem illam famosam, quam Rex Saul in prælio adversus Philisthæos habito passus est, & qualiter exercitum suum totaliter amiserit, & ipsusmet in Gelboë montibus miserè mortuus, occubuerit. Cur obsecro Deus tantum Principem à sua Divina Majestate ad populi sui Regimen tantis cum cæremoniis solemnissimè electum, adeo infeliciter mori permisit? Hugo Cardinalis id accidisse dicit, quia in necessitate prælii adversus Philisthæos instituendi, non ad Deū, uti meritò facere debebat, sed ad strygem & veneficam quandam auxilii & consilii habendi causa recurrerat. *Propter hoc periit, quia Pythonissam consuluit*; desperans de Deo. Quia imprudentissimus Rex qui Deum suum habebat, ad quem pro sua & gentis suæ salute ea in necessitate confugere poterat, ad eum tamen prout debebat, recurrere noluit, sed potius à Dæmone sibi opem popposcit, ideo justè Deus permisit, ut ejus ad internecionem prosterneretur exercitus, ipseque cum victoria vitam pariter amitteret. Ad fontem, non ad fornacem se recipit, qui aquam haurire cupit. Salus abeo, qui illam donare potest, requiritur, non verò ab eo, qui eam tollit & perdit. Moriendum est ei, qui medicum deserit, & remedium ab homicida requirit.

Hugo Card. in cap. 1. Reg. 2.

16. Quoniam Rex Balac de honorifica populi Hebræi adversus inimicos suos ex speciali Dei sui favore reportata victoria, certior factus, simul audierat, illos regiones suas pertransituros esse, ideo cum populo adeo victorioso dimicare formidans, & regnum suum perdere metuens, Balaam nigro mantricum famosum advocavit, eumque precatus est, ut populo huic incantationibus & carminibus suis efficaciter malediceret, ut præviis hisce præstigiis, cum iis fortè præliaturus, illos sternere & superare posset. En ipsissima Regis præfati verba: *Ecce egressus est populus ex Ægypto, qui operuit superficiem terræ sedens contra me. Veni igitur, & maledic populo huic, si quo modo possim percutere, & ejicere eum de terra mea.* Circa quæ verba hoc solum inquirendum esse censeo, an non Rex ille augustius, & magnificentiæ regiæ conformius facturus fuisset, si loco maledictionis in populum Hebræum per Magum hunc emovendæ, populum suum benedici curasset, ut hac ratione fortior, animosior, & in actuali conflictu felicior & fortunatior redderetur? Nullum est hac de re dubium, quin consilium istud principi huic longè decentius & melius fuisset, verum hoc ipsum à nigromantico isto obtinere non potuit, quia Dæmon, in cujus virtute & potestate Balaam Magus operabatur, benè facere nescit, sed malè tantū. Nescit, benedicere sed maledicere tantum novit *Ars enim magica,* inquit Origenes, *nescit benedicere, quia nec Dæmones sciunt benedicere.* O ingens cæcitas, ô mira miserorū Christianorum stultitia, qui pro salute corporum suorum recuperanda Deo relicto ad Dæmonem confugiunt, deserunt eum, qui tantum benè facere novit, malè autem facere nescit, & ad alium confugiunt, qui benè facere ignorat, sed malè semper agit. Quid boni sperate ab illo poterunt, qui præter malum aliud nihil facere novit?

Origenes Hom. 14. in Num.

SERMO II.

IN DOMINICAM IV. POST EPIPHANIAM.

THEMA.

Ascendens Christus in naviculam, secuti sunt eum discipuli ejus. *Matth.* 8.

ARGUMENTUM.

Quam malè mali agant, dum bonorum famam obscurant, exinde colligitur, quia etiam malos diffamando delinquunt.

MAgna equidem & ardua in hoc latent mysteria, quod Apostoli in hodierno Evangelio soli ab omni cujuslibet alterius hominis consortio segregati, in Navi cum Domino fuerint. Non turbæ, quas parvi faciebat, sed Apostoli, cum illo erant, Christumq; sequebātur: *Secuti sunt eum discipuli ejus*, inquit Evangelista. Eo ipso, quo in Petri navigio constituti erant, soli esse debebant; siquidem navis isthæc alios præterquam cœlorum cives, quos cœlo advehit, minimè recipit. Tales autem Apostoli erant, qui ab Apostolo *Cives sanctorum, & domestici Dei* appellantur; qui quod Christum, qui *gaudium universæ terræ dicitur*, in sua haberent societate, alios in suo consortio habere non poterant, cùm scriptum sit: *In gaudio ejus non miscebitur extraneus.* Secundo, quia Christus illos periculosa quadam procella graviter intendebat affligere & exercere, cum tamen præter amicos suos neminem alium affligere soleat, ideo soli esse debebant, ipsis namq; solis Christus dixerat: *Vos amici mei estis.* Tertiò cùm quodvis parvum lumen à facie solis se abscondat, impossibil erat, ut ullus aliorum hominum, quantūvis sanctus, cū illis esset, quibus quasi totidē solaribus astris dictum à Christo fuerat: *Vos estis lux mundi.* Quartò, quia discipuli Christi magni illius Pastoris oviculæ erant, qui ut in postremo mundi die videbitur,

Ad Ephes. 2. v. 19.

Prov. 14. v. 10.

Ioan. 15. v. 14.

Matth. 5. v. 14.

debitur, oves ab hædis segregat, omninò decebat, ut soli atque ab omnibus aliis segregati cum Christo versarentur. Quintò, quia Apostoli magni erant cœlestis Regni secretarii (ipsis namque à Christo dictum fuit: *Vobis datum est nosse mysteria regni cælorum*) ideo soli esse debebant, ne publicaretur, quod in secreto audierant. Sextò, Quia discipuli Domini, ut Christum tanto possent sequi expeditius, omnia, quæ in mundo possederant; promptis animis dereliquerant, meritò soli esse debebant. Illi namque qui nihil in hoc mundo proprium possident, soli communitet atque ab omnibus aliis mundi hominibus derelicti esse conspiciuntur. Quid turba in discipulorum Christi societate faceret, qui Christum secum habentes, pacem perfectissimam secum habebant? de Christo namque dicitur: *Ipse est pax nostra.* Porrò turba cum illis esse non poterat, quæ utpote instabilis, inquieta, & pacis turbatrix, meritò turba appellatur. Septimò denique & ultimò Apostoli cum Christo soli esse debebant, inquit S. Chrysostomus, quia Christus id ita disposuit & ordinavit: utpote qui Apostolos ob vanum naufragandi metum, de modica fide arguendos & corripiendos in illo itinere esse prævidebat, quos ideo solos secum esse voluit, ne si alii huic reprehensioni ordinem tenentes assisterent, discipuli coram mundo infamarentur, aut aliquam honoris sui paterentur jacturam: *Propterea non præsentibus turbis id facit, sed solos ipsos corripit, ne modicæ fidei à multitudine damnarentur.* Magni Deus æstimat sanctorum suorum honorem; neq; sufficienter explicari potest, quantam Deus de eorum fama curam habeat, qui ardenter illum amant, eique fideliter serviunt. Unde nos quoque exemplo Christi similem habere debemus de tuendo & defendendo virtuosorum hominum, cujusmodi Apostoli erant, honore sollicitudinem & curam. Magnum namque is peccatum committit, qui virum aliquem honestum, virtuosum, & bonum infamat. Quodsi enim ii, qui peccatorem aliquem infamant, malè agunt, quantum illi crimen committent, qui infamant & iniquè traducunt hominem justum?

Matth. 13 v. 11.

Ad Ephes. 2. v. 14.

D. Chrysost. Hom. 29. in Matth.

2. S. Patriarcha Joseph, qui aliquanto tempore cum fratribus suis latens & incognitus & commoratus & conversatus fuerat, tandem dissimulare aut fingere diutius non sustinens, sese manifestare, aliisque notum facere, decrevit; Priusquam verò id facere orditetur, inquit Moyses, omnibus servis & familiaribus suis foras è conclavi, in quo erant, egredi præcepit: *Præcepit, ut egrederentur cuncti foras, & nullus interesset alienus agnitioni mutuæ.* Neminem voluit actioni isti adesse præsentem, dimisit omnes, forasque conclavis, in quo simul congregati erant, occlusit, ut tanto posset liberius & securius solus cum solis fratribus suis conferre. Cur obsecro sanctus Patriarcha coram fratribus suis se manifestaturus, cavit tantoperè, ne quispiam interesset aliorum? Num fortè aliis clam esse voluit, viros illos suos esse germanos fratres? certe dici id nequaquam potest, quando idipsum postea Regi, universisque Regiæ Magnatibus, totique regno propalaturus erat. Fortè id fecit, quia verebatur, ne in ea manifestatione, prouti in similibus casibus accidere solet, certam quandam in se proderet cordis teneritudinem, per effusum largum lachrymarum imbrem, quod in viro tam excellenti, atque spectabili, velut indignum non laudatur, sed probri loco ducitur. Veruntamen Oleaster ideo id factum esse existimat, ne videlicet sanctorum Patriarcharum istorum propalaretur peccatum. Neque enim conditionem Personæ suæ coram illis aperire poterat, quin perfidæ illius traditionis circa personam suam ab iisdem attentatæ, quando illum Ismaelitis vendere, & perpetuo mancipatui addicere volebant, aliquam mentionem faceret, ideo portis conclavis undique clausis, omnibusque extraneis abinde exclusis, secretò officium istud exequi decrevit, ne aliquam ex antea actis criminibus paterentur in curia regia famæ & existimationis suæ jacturam: *Debebat enim Ioseph ostendere se fratribus, quod non poterat facere, nisi ad memoriam revocaret illis peccatum, quod in illum commiserant; & ne eorum peccatum apud exteros divulgaretur, omnem extraneum à se ejecit.* Quotiescunque enim vir aliquis sapiens, hominis alicujus

Gen. 45. v. 1.

Oleaster in c. 45. Gen.

vir-

virtuosi defectum tangit, aut sermone exponit, adeò secretè tantisque cautelis adhibitis de ejusmodi defectu loquitur, ut ne conclavis, in quo degit muros sive parietes talis velit esse defectus conscios, utpote qui muros sive parietes etiam nonnunquam auribus præditos esse novit, ut hominis illius virtuosi fama non denigretur.

3. Exoptabat quondam regius Psaltes, ut Deus obmutescere faceret certos quosdam homines, qui tanta cum superbia & abusione virtuosos diffamabant: *Muta fiant labia dolosa, quæ loquuntur adversus justum iniquitatem in superbia, & in abusione.* Quibus verbis, ut videtis, aperte dicit, quod murmurator hominem quendam virtuosum tam per superbiam, quam per abusum diffamet. Porrò quod homo aliquis sceleratus propter superbiam suam sanctum aliquem virum infamet, res est liquida, nec ullam habet difficultatem: Homo namque perversus virum justum in tantum diffamat, in quantum is propter virtutes suas aliis præfertur, unde cum id illi displiceat, illum infamare modis omnibus studet, ut apud hostes suos, qui eum oderunt, è conceptu excidat hominis virtuosi, atque è bonæ existimationis gradu, in quo erat, præcipiterur, nec illo deinceps melior esse censeatur. At vero quod perversus talis homo hominem sanctum etiam per abusum infamet, id non adeo facilè ab omnibus capietur. In quo igitur constitit ille peccatorum abusus, quem sanctis detrahendo committunt! In malo & noxio usu oris sui. Deus enim illis os dedit ad laudandum, & dignis encomiis celebrandum bonos, præcipuè Divinam ejus Majestatem summè bonam, ipsi vero non solum de nullo illorum bene loquuntur, verum insuper eosdem infamant atque vituperant, sicque Dei donis perperam abutuntur. Ecce tibi Hugonis Cardinalis verba, qui dicit: *Detrahendo autem abutuntur ore, quod dedit eis Dominus ad hunc usum, ut bonus laudetur, & præcipuè Deus.* Deus homini linguam velut thuribulum quoddam dedit, ut continuò bonæ famæ fervorum suorum spargeret odores: ipsi autem eandem linguam adhibent velut instrumentum quoddam ad eorundem honorem & reputationem obscurandam. Omnium porro judicio graviter peccat, qui pro alterius defensione strictum manu sua gladium tenens, illum non defendit, longè tamen gravius peccabit, si insuper illum gladio eodem lædat, offendat, vec occidat. Quodsi igitur Deus linguam tibi dedit, ut eadem hominem virtuosum laudes, tuisque laudibus eundem ab aliorum calumniis defendas ac tuearis, tu vero illum non laudando, nec defendendo graviter peccas, quantum crimen committes, si insuper eadem lingua illum offendas, maleque de ipso loquens, mundo defectus ejus manifestaveris?

Psal. 19. *v.* 19.

Hugo Card in Psal. 30.

4. Postquam David ex humana fragilitate Bersabeam Uriæ conjugem carnaliter cognovit & imprægnavit, ab eaque filium sibi genuit, Deus, ut sacer textus inquit, per Nathan Prophetam illi, futurum, ut filius ex eo concubitu progenitus moreretur, prædixit: *Filius qui natus est tibi, morte morietur,* David autem ea commination ina tellecta, de pueri morte vehementer contristatus, omnem ad placandum Deum, vitamque filio impetrandam, vim adhibuit: tribus namque diebus integris noctu dinque in terra semper prostratus, Divinam Majestatem pro dicta gratia impetranda exorando perseveravit; nec tamen hanc à Deo gratiam impetrare potuit. Ecquidnam Deum, ut innocenti huic puero vitam tolleret, permovit? Davidis honor & existimatio, inquit Theodoretus? Quodsi enim puer iste in vivis mansisset, utique toti mundo index quidam fuisset, qui in omni, quo se recepisset loco, Prophetæ sui constatus impudicitiam fuisset; servoque suo evidens fuisset ad perpetuas sustinendum ob murmurationes occasio. Ut igitur malum & probrum istud à servo suo averteret, prorsum è medio tollendo, omnem mali istius causam & radicem tollere voluit. Audite ipsissima Doctoris hujus verba: *Puer vivus futurus erat argumentum scelerus & iniquitatis: pii ergo Regis, qui erat etiam Propheta, curam gerens Dominus, non sinit vivere.* Deus majoris æstimat virtuosi alicujus hominis existimationem & famam, quam hominis alicujus vitam. Per hoc igitur Deus innuere voluisse videtur, Maledicum, qui hominem justum & probum traducit & infamat,

2. Reg. 12. *v.* 14.

Theodoretus q. 16, *in lib.* 2. *Reg.*

famat, majus, quam homicidam, qui vitam eripit alteri, damnum inferre; siquidem virò alicui sancto magis necessaria bona fama, quam sit alteri cuipiam homini necessaria vita.

3. Nunc in alium quendam locum majori consideratione dignum oculos nostros convertamus. In tertio namque Regum libro invenietis glorioſum illum Carmeli Prothopatriarcham Eliam Prophetam ob gravia populi Hebræi peccata, maximè verò propter Idololattriam graviſſimè indignatũ, togaſſe Deum precibus aſſiduis, ut tam horrenda ſcelera, horrendo quoque famis flagello caſtigaret. Deus igitur Propheræ ſui preces exaudire volens, tribus annis & ſex menſibus integris cælum firmiter & pertinaciſſimè obturavit, unde ex ſuſpenſa & tanto tempore è cœlo denegata pluvia, populus incredibili cœpit fame cruciari, cogitetis velim quantam fames illatam ingens & diuturna in miſera regione illa hominum, beſtiarumque cauſaverit ruinam? Quamvis ſi demum ad ſcelestum gentis illius attendamus gravitatem, illam non ſolum tam diuturnum flagellum juſtè commeruiſſe reperiemus, verum inſuper quodvis aliud ſupplicium longè deterius. Quod enim populus aliquis tam vehementer à Deo dilectus, totque ab ejuſdem bonitate favoribus & beneficiis affectus, Deum tam abnegaverit, Dæmonemque infernalem ejus loco adoraverit, non hujus mundi flagellum aliquod, ſed potius æternum Inferni commerebatur ſupplicium. Tametſi ſi altera ex parte inſuper attendamus Dei pietatem, & longanimem patientiam, flagellum iſtud nimis diu prorogatum eſſe videatur. Deo namque ad juſtitiæ ſuæ plenam ſatisfactionem, unus annus vel ſummum duo perpeſſæ famis anni ſufficere potuiſſent, ut iis elapſis cœli portis denuo reſeratis & apertis, benignè gentem illam denuo conſolaretur. Cur igitur Deus, qui adeo eſt pius atque benignus, ſupplicium iſtud tamdiu durare permiſit, nec unquam toto illo tempore ab inennarabili tot hominum ſtrage, qui quotidie cadebant & moriebantur, ad pietatem eſt motus? Ratio eſt, quia nimirum flagellum iſtud ad S. Propheræ ſui Eliæ preces populo huic immiſerat, ideoque idipſum ab eodem removere nequaquam voluit, niſi ab eodem Propheta hoc fine denuo rogaretur. Quodſi enim Deus non expectatis Eliæ precibus, dediſſet pluviam, & fami diuturnæ ſuccurriſſet, magnam attuliſſet famæ & honori inclyti ſervi ſui jacturam & damnum; tunc namque de Elia quilibet dixiſſet, eum virum eſſe crudelem & inexorabilem, qui compatriotis ſuis nulla conciliare bona, ſed ſola adferre excidia & mala noſſet, utpote qui introductam famem, quantumvis ardentiſſimis precibus fatigatus, aufferre, & ſalutarẽ pluviæ imbrem terræ indulgere nollet; hacque ratione omnem ſuam apud populum iſtum famam perdidiſſet, & exiſtimationem. Audite hac de re loquentem Chryſoſtomum: *Nolebat Deus proprium famulum contemnere, ne malorum conciliatorem Eliam, bonorum autem fuiſſe Dominum dicerent: at ſervi ſui obſecrationem expectabat.* Bona ſervorum Dei fama & exiſtimatio tanti apud Deum valet & æſtimatur, ut potius omnes mundi homines pereant, quam ſervos ſuos in bonis famæ & exiſtimationis periclitari permittat. Per quod manifeſtè nobis innuit, minus malum apud Deum cenſeri tot hominum mortem, quam jacturam famæ, aut offenſam honoris eorum, qui illi inſerviunt.

4. Deus Opt. Max. corpus ſacrum Moyſis ſervi ſui cum tanta arte & induſtria ac ſtudio, & in loco adeo abſcondito & ſecreto ſepelire voluit, ut hactenus à nemine nunquam hominum videri aut inveniri potuerit: *Non cognovit homo ſepulchrum ejus uſque in præſentem diem*, ut ſcribitur in Deuteronomio. Omnibus paſſim nota ſunt Adæ, Abrahæ, Iſaaci, Jacob, Joſephi, aliorumque Patriarcharum ſepulchra. Notum eſt itidem ſepulchrum Iſaiæ, Jeremiæ, Ezechielis, aliorumque Prophetarum: ſepulchrum autem Moyſis hactenus nemo ſcire potuit. Dæmon equidem utpote Dei adverſarius ſepulchrũ iſtud die quadam patefacere voluit. Deus autem, ut illum ab hoc molimine impediret, S. Michaelem Archangelum gladium diſtrictũ manu tenentem, qui illi ſtrenuè reſiſteret, de cœlo in terram ſubmiſit; qua de re S. Judas Apoſtolus in Epiſtola ſua loquitur. Quis hic mihi cauſã explicet, cur Deus hoc ſervi ſui ſepulchrũ adeo ſecretum eſſe voluerit? ne videlicet facies illa, quæ ob morã, quam in Dei conſortio in Sinai monte traxit haud ſecus ac ful-

Deuteron. 34. v. 6.

fulgentiſſimus ſol quidam reſplenduerat, obſcurata conſpiceretur. S. Auguſtinus rationem iſtam hiſce verbis inſinuat: *Mortu ejus, & ſepulchri, nemo conſcius erat: quatenus illam faciem, quæ conſortio ſermonis Domini rutilaverat, mortis mœrore repreſſam nullus videret.* Per quod Deus ſignificare voluit, quod quotieſcumque anima ſancti alicujus quæ tam ob divinam præſentiam, quæ ſemper illi aſſiſtit, quam ob emicantes in ea virtutes ſole ſplendidior effulget, humano aliquo defectu obſcuratur, is à nobis omni cum poſſibili ſtudio obſcurari & abſcondi debeat, ne à quopiam videatur: ita ut exemplo S. Michaelis animati, quotieſcunque ſive Dæmon, ſive homo aliquis à Dæmone inſtigatus, defectum illum publicare niteretur, gladium pro ſancti illius honore defendendo, manu noſtra corripere & ſtringere non dubitemus. Deus quidem mortem ſancti alicujus permittit, eundemque in humanum aliquem errorem prolabi, gratiæque ſplendorem amittere ſinit, illum tamen hoc modo obſcuratum ab aliis videri aut prodi permittere renuit, quaſi majus eſſet animæ malum infamia, quam culpa, utpote quæ non cum eadem facilitate abſtergi poſſit, quacum Divina miſericordia mediante emendatur culpa.

D. Auguſt apud Gloſſ in cap. 24. Deut.

7. Poſtquam ſanctiſſimus Patriarcha Noë certior factus eſſet, quod Cham filius ejus inter alios fratres ſuos ebrietatem ejus, quem nudum & diſcoopertum dormientem, vinoque primæ in terra plantatæ & viſæ vitis quod largius biberat, ſepultum invenerat, publicaſſet, ſeque diffamaſſet, adeo idipſum ei diſplicuit, deque indigno hoc, filii facto tantopere indoluit, ut & filio ejus, qui Chanaan dicebatur, maledicere voluerit: *Cum didiciſſet, quæ fecerat ei filius ſuus, ait: Maledictus Chanaan: ſervus ſervorum erit fratribus ſuis*; Ubi animadvertendum, quod Cham, non vero Chanaan verenda & ebrietatem Patris ſui detexerit, & tamen Chanaan, non vero Cham ab illo fuerit caſtigatus. Utique ſi rationabiliter procedere voluiſſet, eum qui culpabilis in hoc delicto erat, non vero innocentem caſtigare debuiſſet; pœna namque juſtè non ſuper innocentem, ſed ſuper eum, qui reus eſt, cadere debet. Chryſoſtomus exiſtimat, Noëmum, quia delictum Cham filii ſui valde grave, enorme, maximaque & graviſſima pœna dignum eſſe intelligebat, non Cham, ſed Chanaan filio ejus maledixiſſe ad majorem & ſenſibiliorem Cham filii ſui pœnam, ſciebat etenim, quod Patres filiorum ſuorum mala longè ſentiant vivacius, quam dolores proprios, idque ob amoris, quo erga illos feruntur, vehementiam: *ſcitis enim, quomodo ſæpenumero Patres erant, ut filiorum pœnas ipſi ferant; & quomodo gravius eſt illis videre filios ſupplicio affici, quaſi ſi ipſi his ſuerint obnoxii. Factum igitur eſt hoc, ut ille ob majorem in puerum amorem majorem ſentiret dolorem.* Qua in re S. Patriarcha toti mundo gravitatem delicti eorum innuere voluit, qui alienis auribus ſervorum Dei miſerias & imperfectiones manifeſtant, dum illos dignos eſſe demonſtrat, qui maximis inſolitiſque afficiantur pœnis, quæ nimirum cæteris acerbius ſentiantur & doleant.

Gen. 9. v. 24.

D. Chryſ. Hom. 29. in Gen.

8. Quoniam Maria & Aaron Moyſen frattem ſuum ob deſponſatam ſibi è Regno Æthiopiæ uxorem alienigenam valde traduxerant, ejuſque famam & honorem læſerant, tanta inde indignatione commotus eſt Deus, ut armatus de cælo in terram deſcenderit, atque ex ambobus in judicium adductis, Mariam quidem leptæ plaga actualiter percuſſerit, Aaronem quoque debita ſibi pœna mulctare voluerit, & porro etiam eodemmet cum rigore mulctaſſet, niſi manſuetiſſimus Dei ſervus Moyſes, detractionem, qua à fratre mactatus fuerat, nihili faciens, potentiſſimis precibus ſuis, Deum, erepto è manibus ejus enſe, inermem feciſſet. Mira profecto res! cuinam hi duo Aaron & Maria oblocuti fuerant? Deone? an vero Moyſi: utique contra Moyſen, non vero contra Deum loquti fuerant: Qui fit igitur, quod Deus haud ſecus ac ſi ſuæ fuiſſent Majeſtati injurii, ad illos, propriis manibus caſtigandos de cœlo armatus deſcenderit, cum tamen ad hunc effectum Angelum quendam furoris ſui miniſtrum mittere potuiſſet? Quia nimirum Deus detractionem quandam adverſus ſervorum ſuorum aliquem prolatam tanti facit, ut illam haud ſecus, ac ſi honor ſuus Divinus traductus, & immunitus fuiſſet, præſentiſcat, deq; illa doleat; Et tametſi Moyſes taceat, nec injuriam

sibi illatam fecerit, multo minus detractores suos accusset, Deus tamen illam Moysi illatam injuriam dissimulare, nec se continere potuit, quin illam supplicio castigaret debito. Ita hac de re disseruit sanctus Cyrillus Alexandrinus, dicens; *Deus etiam Moyse tacente, offenditur, ac per se movetur ad iudignationem adversus eos, qui contumeliam inferre veriti non erant. Et legitimi sacrorum ministri contemptum, ad seipsum transfert.* Culpa detractionis famæ sancti cujuspiam irrogatæ, enormis est, neque enim est offensa, quæ homini accideris, sed quæ Deo: & consequenter crimen est læsæ majestatis; ideoque Deus illam velut maximum peccatum, quod à quovis scelerato peccatore committi hac in terra possit, permagni æstimat, & veluti propriæ personæ suæ illatam vivacissimè persentiscit.

D. Cyrill. Alex. in Genes. l. 4. de Christ. & Iud. Synag.

9. Ecclesiasticus malæ alicujus linguæ damna describens, paradoxum quoddam adjicit consideratione dignissimum, dicens: *Beatus, qui tectus est à lingua nequam; mors illius; mors nequissima, & utilia potius Infernus, quam ipsa.* Ubi observanda sunt verba postrema, quibus mala lingua damnosior ipsomet Inferno esse perhibetur; Id quod non nisi summa cum difficultate persuaderi potest. Qua enim ratione possibile erit, quod lingua aliqua licet ferrea, aut Chalybea, vel adamantina aut etiam ignea, nedum carnea aut sanguinea esset, majus hominibus inferre damnum possit, eo, quod iisdem ab Inferno irrogatur? Quodsi malum Inferni extremum malum est, quod formidari potest, qua igitur ratione lingua maledica majus inferre malum poterit? Verum enimvero licet id multis impossibile esse videatur, omnino tamen possibile est, veritatique quam maximè consentaneum. Infernum equidem summi mali, quod homini accidere potest, causam esse, verissimum est; malum tamen istud reorum hominum, eorumque qui pœna dignissimi sunt, non vero sanctorum & innocentum est supplicium; Neque enim Infernus innocentem torquet, sicut afflixit peccatorem. Cum igitur lingua maledica tormentum quoddam sit acerbissimum, tam justorum, quam peccatorum, tam enim innocentes, quam reos afflixit, utrosque æqualiter mordet & lacerat, ideo ipsomet Inferno permitiosior ab Ecclesiastico esse perhibetur. *Infernus utilior est, quam lingua nequam,* inquit purpuratus Hugo, *id est, minus nocens* Num igitur malum aliquod excogitari poterit, quod permitiem mali illius assequi possit, quam maledica lingua infligit; Num fortè aliquod in mundo reperiri poterit, quod illi æquari, nedum superare illud possit? Nequaquam. Eo ipso enim, quo sanctorum hominum honorem & bonam famam lædere & offendere non metuit, majus mundo malum infert, quàm totus infernus cum omnibus malignis habitatoribus, cumque toto suo simul incendio, quo ardet, inferre possit.

Eccl. 28. v. 25.

Hugo Card in cap. 21. Eccl.

10. In libro Numerorum legimus, quod maritus ex præcepto Dei ad dignoscendum, num uxor ejus adulterii esset crimine contaminata, eandem ad summum sacerdotem cum oblatione panis hordeacei sine adhibito oleo, aut incenso adducere debuerit; sacerdos autem accepto vase quodam Aqua sanctificata pleno, cui nonnihil pulveris è pavimenti tabernaculi collecti immixtum erat, mulierem illam Deo prius præsentatam, discooperto prorsus & detecto capite illius coram se statuit, vasque illud mulieris ejusdem manibus superimposuit, & recitatis nonnullis in charta descriptis verbis, quam tandem Aquæ vasis illius immittebat, eandem aquam mulieri eidem bibendam præsentare debuit; Quibus omnibus Cæremoniis absolutis, si rea & nocens erat, venter ejus mox intumescens infallibiliter crepabat: innocens vero deprehensa, ab omni manebat offensa ac læsione libera. Intelleristine, quanta Deus judicia, præmitti, quantasque Cæremonias adhiberi voluerit, priusquam illud talis mulieris peccatum devulgaretur in vulgus? Quonam obsecro fine divina sapientia in tali casu tot Cæremoniis opus habebat, quæ duobus tantum verbis rem totam expedire poterat, peccatum ejus in casu, quo rea fuisset, publicè revelando? *Frustra fit per plura, quod fieri potest per pauciora*, inquit Aristoteles. Etenim verum est, Deum Cæremoniis illis nequaquam opus habuisse, utpote qui in

in unico ictu oculi adulterium illius agnoscere & propalare potuisset; tot tamen, tamque diversos adhiberi ritus & ceremonias voluit, ut illam delicti manifestationem, quoad fieri posset, diutissimè differret & suspenderet, utpote qui non nisi summa cum difficultate, & velut invitus occultas hominum culpas manifestare solet. *Difficilè peccata abscondita Deus revelare solet*, inquit Oleaster; *Poterat enim ipse quærenti sacerdoti veritatem absconditi facinoris revelare, quod ne faceret, tot ambagibus utitur.* Deus itaque probissimè scicus, quam ingens sit infamiæ malum, quotiescunque personæ alicujus peccatum necessario revelandum & detegendum erat, non nisi summa cum difficultate, & velut invitus illud revelabat, manifestationis illius executionem per centenorum diverticulorum genera subter fugiendo & differendo. Ubinam igitur sunt ii, qui tanta cum promptitudine & voluptate, & veluti per jocum tertium & quartum maledicè infamant & traducunt? quibusque dum hominis alicujus honorati defectum audiunt, corcrepare & rumpi videtur, nisi in publicas plateas prorumpentes, idipsum publicent? Deus tanta cum difficultate peccatum personæ cujusdam peccatricis & vilis revelat, & tu defectum viri alicujus, qui passim ab omnibus velut vir virtuosus & sanctus suspicitur, tanta cum promptitudine publicè detegis? utique ex difficultate, quam Deus in peccato rei alicujus publicando, se habere commonstrat, quam ingens culpa sit hominis alicujus justi defectum prodere & detegere, facilè ediscere poteris. Quodsi enim etiam is, qui verè infamis est, infamari minimè debebit, qua ratione is, qui ab omnibus vir honoratus habetur, sine noxa infamari poterit?

Oleast. in c. 5. Num.

11. In Parabola, sive ut melius dicam, in historia de divite purpurato, & paupere mendico, à Christo cælesti magistro nostro Lucæ 16. capite descripta, nomen quidem pauperis exprimitur, cum dicitur: *Erat quidam mendicus nomine Lazarus, qui jacebat &c.* nomen verò divitis omninò subticetur; de illo namque duntaxat dicitur: *Homo quidam erat dives, qui induebatur purpura & byssо &c.* Cur obsecro nomen pauperis publicatur, divitis vero nomen supprimitur? forsitan illud manifestum erat, hoc verò occultum? non est hoc possibile, siquidem nomina pauperum communiter incognita, notissima vero esse solent nomina divitum. Dominus noster divitis nomen subticuit, inquit Jansenius, pauperis vero nomen publicavit, quia illius virtutes, hujus vero vitia & scelera erat detecturus. Sicut igitur homo aliquis sapiens, quoties de vitus hominis alicujus loquitur, illum nominare cavet, ita nomen hominis exprimere & manifestare non negligit, quoties de ejusdem virtutibus disserit: *Cum alicujus virtutes sunt connumerandæ, nomen ejus rectè exprimatur: at illud supprimendum est, cum alicujus exponenda sunt vitia.* Sicut enim ad proximum honorandum strictè obligamur, ita eundem infamare nequaquam debemus, tametsi sceleratus sit, omnique infamia dignus.

Luc. 16. v. 20.

Jansen. Concord. cap. 97.

12. Opulentam illam & mysticam pretiosi illius unguenti effusionem, quod Maria Magdalena super caput Christi in domo Lazari, postquam illum tanta cum Hebræi populi admiratione à mortuis resuscitasset, recumbentis effuderat, consecuta est insolens quædam ac temeraria Judæ Apostoli traditoris detractio, de qua sanctus Matthæus Evangelista loquens dicit, *Videntes autem discipuli indignati sunt dicentes: ut quid perditio hæc? poterat enim illud venundari multò & dari pauperibus.* Eodem quoque modo hac de re sanctus Marcus loquitur. Observanda autem sunt verba ista & attendendum, quod Evangelistæ qui de uno duntaxat Apostolo loqui debebant, loquantur de omnibus, cum enim de solo Juda loqui debuissent, de omnibus aliis discipulis loquuntur, qui eidem facto simul cum Juda præsentes aderant, quasi non solus Judas, verum omnes quoque alii simul cum Juda ob sanctam actionem illam fuissent indignati. Quodsi unicus duntaxat Judas opus illud devotissimum malè cæpit; cur igitur Evangelistæ omnes indignatos referunt? cum unus dun-

Matth. 16. v. 8. Marci 14. v. 4.

taxat peccarit, cur peccatum unius tot aliis insontibus attribuitur? negari equidem non potest, inquit Simon de Cassia, unicum solum murmuratorem fuisse, Judas namque solus, non vero alii, sanctissimo huic operi contradicere præsumpsit. Quod verò Evangelistæ postea multos operi huic obmurmurasse dicant, id faciunt, ne murmuratorem proderent aut infamarent: *Non defuit in hac cœna virtus invidiæ, calumniandi perversitas, & detrahendi mashara: sed unus ab omnibus usquequaque dissentiens, solum servans nomen discipulatus ab extra; de quo tanquam de pluribus Evangelista loquuntur, gratia non inferendæ infamiæ, præservationis & honestæ locutionis, plurizantes in narratione de illo, qui solus erat in causa.* Num fortè homo aliquis in universo mundo Juda vilior, abjectior, aut majori infamia notatus extitit? num aliquis infamior esse potest homine illo, qui ut modicos sibi denarios acquirat, Deum tradere præsumpsit, ut crudeli morti subjiceretur? & tamen licet Judas turpis adeò & infamis homo fuerit, Evangelistæ eundem nequaquam infamandum esse intellexerunt, & ne illum traducerent, de ejus vitio haud secus sunt locuti, ac si à multis fuisset patratum.

Simon de Cassia de gestis Christi lib. 2. cap. 34.

13. Rationem equidem ignoro, cur S. Lucas de B. Maria Magdalena loquens, ejusque describens conversionem, quando Christum in domo Simonis leprosi convenit, suarumque culpatum veniam poposcit, eandem non proprio nomine, sed nomine peccatricis appellare voluerit: *Mulier, quæ erat in civitate peccatrix.* Cur sodes illam proprio suo nomine non expressit. Quodsi alibi de eademmet peccatrice cum aliis mulieribus Christum insequente loquens, ipsam proprio suo nomine vocavit, cur nunc illam pariter proprio suo nomine appellare omittit? num fortè Maria Magdalena, dum peccatrix adhuc existeret, omni prorsus nomine carebat, illudque posteaquam pœnitens & sancta evaserat, pridem receperat? nequaquam. Hoc namque nomine insignita fuit, tum cum mala adhuc & improba esset, quam dum postea sancta fieri cœpit, semper enim Maria Magdalena vocata fuit. ratio autem ob quam non æquè antea ac post hoc fuerit nomine appellata a doctissimo Patre Didaco Stella hisce verbis adducitur: *Evangelista mulierem hanc peccatricem vocavit, nomen ejus proprium subticuit: licet expresserit, cum dicit, quod sequebatur Christum; ut doceat, quod cum alicujus defectus narramus, ejus nomen supprimere debemus; at cum bona opera exprimimus, nomen tacere minime debeamus.* Docere nos Evangelista voluit, inquit hic author, quod sicuti personam aliquam cujus prædicamus & celebramus virtutes proprio ejus nomine appellare obligamur, ut ab omnibus virtutes ejus auscultantibus honoretur, ita quando de alicujus vitiis loquimur, nomen illius reticere debeamus, ne infametur, tametsi publica etiam peccatrix existat. Tametsi enim Maria Magdalena publica peccatrix existeret, per totam civitatem Naim infamata & divulgata, S. tamen Lucas, ne illam traduceret, nominare eandem nomine suo proprio nequaquam voluit.

Didacus Stella in c. 7. Luca.

Luc. 7. v. 37.

14. Deus Assyrios ob tantam sævitiam ac crudelitatem, quam circa populum suum exercuerant, nec non ob alia quoque delicta, in quibus sine ulla prorsus pœnitudine, & emendationis proposito inverecundè perseverabant, acriter castigare decreverat. Quia verò supplicium, quo in illos animadvertere statuerat, nec non & modum, quo idipsum infligere volebat, Isaiæ Prophetæ confidenter aperuerat, ideò is idipsum passim per omnia loca publicavit, dicens: *In illa die radet Dominus in novacula conducta, in his, qui trans flumen sunt, in Rege Assyriorum, caput, barbam, & pilos pedum.* Porro Deus Regem gentis illius, qui per caput intelligebatur, occidere decreverat, omnesque exercitus sui pedites, symbolicè per pedes significatos: nec non & omnes equites, qui Regi haud secus ac barba circa caput viri assistebant. Hucusque expositio loci hujus optimè procedit; Assyrii namque illi & hoc, & quo dvis aliud majus supplicium, jure merebantur. Verum enimvero quibusnam armis justitiam hanc exequi statuerat? forte ensibus, sagittis, sclopetis, aut missis de

Isaiæ 7. v. 20.

de cælo fulminibus aut tonitribus, aut aliis armis similibus? nullum ex hisce armorum genus adhibere voluit, præterquam novaculam conductam & mutuatam: *In novacula conducta.* Cur obsecro puniendo novaculis uti voluit? quia nimirum alia arma, cum tractantur, tumorem excitant & contrectata audiuntur, non verò percipiuntur novaculæ. Num fortè observastis, quanto cum silentio barbitonsoris novacula per faciem hominis oberret? Deus itaque, qui sceleratos istos ita castigare decreverat, ut tamen per tale illis immissum supplicium non infamarentur, ideoque supplicium istud ab aliis audiri aut notari, aut ad aliorum aures pertingere nequaquam voluit, ideo illos per novaculas castigare decrevit: *Latenter Deus punit,* inquit Oleaster, *non securi, non ascia, non ense, neque pugione, sed acuta novacula, ut & puniat & famam servet.* Tametsi Deus eo tempore de modo homines illos idololatrias, crudeles, impios, millenisque sceleribus publicè notatos castigandi & puniendi deliberaret, simul tamen etiam studebat, ne per suum iis immissum flagellum infamater, ut per hoc nobis simul innueret, cavendum nobis esse, ne facilè alios homines in quæ traducamus. Quodsi autem cavendum nobis est, ne infames homines diffamemus, quantò magis studendum nobis erit, ne homines traducamus ingenuos, honoratos, & virtuosos, quibus virtutes suas tanta cum reputatione in hoc mundo vivunt? quomodo illos bono tali spoliare poterimus, cujus recuperatio impossibilis esse videtur?

Oleast. in c. 7. Isaiæ.

15. Raab mulier illa famosa, quæ adeo intrepidè, tantaque cum generositate, absque ulla concivium suorum formidine exploratores illos à Josue generali Hebræi populi duce & Archistratego emissos hospitio excepit, nec minori cum industria eosdem salvavit, atque à mortis periculo immunes reddidit, à sacra Scriptura meretrix appellatur: *Ingressi sunt in domum mulieris meretricis, nomine Raab.* Cur quæso sacræ Literæ mulierem hanc meretricem nominant? num fortè verè meretrix aliquando extiterat, quod ideò fuerit hoc nomine appellata? nonnulli illam nequaquam meretricem, sed mulierem verè honestam fuisse dicunt, quæ caste vivebat, quæ tamen ob id meretrix appelletur, quod superioribus temporibus vera quædam meretrix extiterit, unde antiqui defectus nomen, illi semper adhæsit. *Dicunt aliqui,* inquit Nicolaus de Lyra, *quod antea fuerit meretrix, tamen tunc non erat, nomen tamen illud sibi remanserat.* Unde liquet, quod postquam Raab famam & existimationem suam lascivè vivendo semel perdiderat, eandem recuperare nunquam potuerit, tametsi vitam suam egregiè convertisset, jamque castam & exemplarem duceret conversationem. Semper existimata & nominata fuit meretrix, sive dum lascivè, sive dum castè & ingenuè viveret, imò in hodiernum usque diem apud nos infame nomen istud etiamnum obtinet, licet defuncta sit, & cælestem incolat patriam. Ingens igitur committitur latrocinium, quando homini honorato fama & existimatio eripitur. Cui facultates quantumvis amplæ aufferuntur, eaidem denuo recuperare valet; cui filius quantumvis charus occiditur, facilè se consolari potest, quia mox alium generabit. Quodsi occidaris, & vita corporali exuaris, Deus tibi vitam donabit aliam, amissa vita longè meliorem; fama verò & existimatio semel deperdita, recuperari nunquam valebit; respectus enim, & nomen bonum semel amissum, irrecuperabile est.

Jos. 2. v. 1.

16. Lepidum quoddam ingenium sequentem non ingratum confixit Apologum, nimirum aquam, ignem, & famam sibi mutuo factas esse obvias, cumque prolixum satis iter, cum communi singulatum satisfactione confecissent, statuerunt initam inter se familiaritatem deinceps continuare. Quia verò ob ordinarias hominum necessitates, simul semper manere non poterant, sed ab invicem ad tempus aliquod dividi, necessariò debebant, ideò deinceps sese mutuo inquirere, & quoties colluderet, congregari possent, singuli singula ab aliis signa exquisie-

exquisierunt, unde locus, in quo degebant, dignosci certò posset. Aqua igitur ibi se commorari asseruit, ubi junci frequentiores excrescerent. Ignis locum moræ suæ ex fumo dignoscendum esse dixit: tandem quoque fama aliis duobus ait: chara soror, nec minus dilecte frater; quodsi vobis animus est me in simultaneo vobiscum consortio retinere, opus est, ut me nunquam à vobis dimittatis, sed fortiter vobis adstringatis; quodsi enim semel à vobis recessero, meque amiseritis, impossibile vobis erit, ut me denuo reinveniatis. Postquam fama & existimatio ab homine, domo, vel familia aliqua semel recesserit, impossibile est, illam denuo reinvenire aut recuperare. Undè damnum quod homini bono & virtuoso per iniquam diffamationem irrogatur, humanitus recuperari nequaquam valet, atque ideo Christus Apostolo ob fidei modicitatem reprehensurus, solos illos in navi secum habere voluit, ne illos infamando tam grave illis damnum irrogaret.

* * *

SERMO

SERMO III.

IN DOMINICAM IV. POST EPIPHANIAM.

THEMA.

Facta est tranquillitas magna. *Matth.* 8.

ARGUMENTUM.

Magnum profecto Deum habemus, qui nobis alia præterquam magna donare non novit, & tamen dum parva à nobis expetit, eadem difficulter admodum obtinet.

QUoniam Deus infinitè magnus est, omnia quoque opera ejus, quæ pro nobis fecit, & etiamnum facit, magna quoque sunt, licet nos parvuli & modici simus. Magnates dando suam considerant magnitudinem & excellentiam, non vero ejus, cui donant, parvitatem & exilitatem. Alexander Petillo pro dote filiarum suarum, quinquaginta talenta donavit; qui cum decem talenta sibi abunde sufficere dixisset, respondit ei Alexander: tibi quidem summam hanc à me recipere sufficit; eam tamen tibi à me donari minime convenit. Quia enim Alexander maximus Princeps erat, ideò quoque res magnas patrabat, & largiebatur magna, utpote qui probè sciret, parva & exilia magnis manibus minime convenire. Deus homini terræ hujus domum formavit, eamque ita magnam effecit, ut mensurari non possit, regnum quoque illi donavit adeò amplum & vastum, ut ipsas quoque stellas superexcedat. Adhæc animam illi indidit adeo magnam, ut cælorum magnitudinem longissimè superet, utpote qui illam adimplere nequeunt. Dedit quoque Deus illi viæ suæ ducem atque custodem Angelum quendam Principem magnum. Insuper cum è carcere culpæ & captivitatis gehennæ unica duntaxat pretiosissimi sanguinis sui gutta redimere posset, integrum quoddam sanguinis mare effundere, corpusque suum totaliter exsangue relinquere voluit. Nutrimenti itidem loco ei pretiosissimum corpus suum, cujus magnitudo nec finem novit, nec terminum, libera-

liter ſubminiſtravit. Denique hominem ſecum beatificare volens cælum ei donavit, regnum nimirum adeò vaſtum & immenſum, ut teſte Bonaventura, quilibet beatorum ſuperius in cælis plura poſſideat, quam hic in terris habere poſſit quilibet potentiſſimus Monarcha. Demum Deum pro nobis non niſi magna operari conſueviſſe adeò certum eſt, ut cum die quodam una cum Apoſtolis ſuis magnis jactaretur maris procellis & tempeſtate, illamque decreviſſet compeſcere, idipſum fecerit introducendo in mare tranquillitatem non mediocrem, ſed tranquillitatem magnam. *Surgens Jeſus imperavit ventis & mari, & facta eſt tranquillitas magna.* Quia enim Deus magnus eſt, nihil aliud præterquam magna præſtare & efficere ſolet. Unde ingens noſtra ſeſe prodit ingratitudo, qui Deum habentes adeò magnum, qui pro nobis ordinariè non niſi magna facit & fecit, pro ipſius tamen obſequio & honore, ne modica quidem facere dignamur. Hoc igitur in diſcurſu, poſtquam Dei magnificentiam contemplati fuerimus, noſtram quoque ingratitudinem ponderabimus.

D. Bonav.

Matth. 8. v. 26.

2. Nemo eſt, qui neſciat, quanta cum afflictione & inſtantia Daniel Propheta populi ſui è Babylonica captivitate liberationem popoſcerit: notum eſt etiam, qualiter piiſſimus Deus tot malorum compaſſione commotus, S. Gabrielem Archangelum eidem de cælis ſubmiſerit, ut eundem Prophetam de gratiæ poſtulatæ impetratione certiorem redderet, cum expreſſo eidem impoſito præcepto, ut dicto quoque nuntio ſubjungeret, Deum ei non hanc duntaxat gratiam libenter indulſiſſe, verum inſuper alium huic adjunxiſſe priori incomparabiliter majorem; ſiquidem ſtatuiſſet intra breve tempus ad populum ſuum è gehennæ carceribus redimendum, unigenitum filium ſuum incarnandum in terras demittere, qui eo fine proprium ſanguinem ſuum effunderet, & in infami crucis ligno crudeli morte occumberet. Dicat hic aliquis, cur Deus pro temporali populi ſui liberatione, non vero pro alio beneficio rogatus, huic dono redemptionem quoque æternam ab eo neutiquam petitam adjicere voluit? fecit hoc, inquit Nicolaus de Lyra, quia Deus plura nobis dare conſuevit, quam petantur à nobis; *Dominus plus dat quam ab eo petatur.* Deo equidem Danielis petitio nimis videbatur exilis & modica, adeoque indigna, quæ à majeſtate quadam adeò immenſa concederetur. Unde ne diceretur, quod è manibus ejus adeo magnis res proficiſcerentur adeo modicæ & exiles, magnum quoddam beneficium minimè ſperatum eidem adjicere voluit, quale eſt æterna animarum noſtrarum redemptio; magnus namque Deus nonniſi magna præſtat. Paralitico corporis ſanitatem poſcenti, peccatorum quoque ſuperaddidit remiſſionem; cum enim ſolam corporis ſalutem donum manibus ſuis dignum minimè cenſeret, aliud quoddam beneficium magnum, ſuaque magnitudine dignum, & congruum, eidem adjicere voluit.

Dan. 9. num. 24.

Nicol. Lyr. in cap. 9. Dan.

Matth. 18. v. 26.

3. Deus cum ſervo ſuo, qui decem millium talentorum debitor erat, rationes inſtituens, eidem omne debitum ſuum, ut ſolveret, præcepit, cumque non haberet, unde redderet, eum una cum conjuge & liberis venundari juſſit, donec integra ſibi fieret ſatisfactio. Audiens autem infelix hic ſervus hoc Domini ſui præceptum, procidit coram eo in genua, eundemque profundiſſima cum humilitate eſt deprecatus, ut pauculum illius temporis indulgere dignaretur, donec ſcilicet congruum quendam completam illi ſatisfactionem præſtandi, modum adinvenire poſſet. *Procidens autem ſervus ille, orabat eum dicens: patientiam habe in me, & omnia reddam tibi.* Vix ſervus ille hanc ſupplicationem, qua gratiam prædictam expoſcebat, finierat, cum ecce magnus ille Dominus pietate commotus, mira cum liberalitate totum hoc ei debitum remiſit, ſibique completè ſatisfactum eſſe confeſſus, eundem liberum in domum ſuam remiſit. *Miſertus autem Dominus ſervi illius, dimiſit eum & debitum dimiſit ei.* Mira ſanè res, inquit Chryſoſt. aliud hic ſervus præter exiguas modici temporis inducias à Deo non poſtulabat, & Deus liberaliter ei donat, quicquid ut haberet, deſiderare poterat. Ille rem adeò exiguam poſtulat, Deus autem aliam ei elargitur poſtulatâ longè majorem: *Petit ſervus ſolius temporis dilationem, ipſe autem majus dedit, & dimiſſionem, & conceſſionē totius mutui.* Bonus latro

D. Chryſ. hom. 62. in Matth.

nihil

nihil aliud à Christo expetit, quam ut in regnum suum veniens, aliquam sibi habere memoriam dignaretur; cui Christus integrum donavit paradisi regnum. Suæ namque magnitudini rem adeo exiguam parum admodum convenire arbitrabatur. Deformis profecto fuit montium partus, quando è tanta mole solus nascebatur ridiculus mus: à magnis namque rebus magna, non vero parva & exilia exspectantur.

Cant. 4. v. 13.

4. Difficilis admodum est locus ille Cant. 4. ubi æternæ sapientiæ dicitur: *Emissiones tuæ Paradisus.* q. d. Quicquid è domo tua emanat, quicquid inde prodit, merus est paradisus. Potius dicere debuisse videtur, quicquid tu amicis tuis è domo tua submittis, è paradiso egreditur, siquidem domus tua ut dixi, verus est Paradisus. Unus amicus alteri amico nunquam hortum transmittit, sed potius quod in eo nascitur, ibidemque decerpitur. Verum cuilibet medullam hujus sententiæ maturius consideranti, locus ille adeo, ut prima facie esse videtur, difficilis minime erit. Difficilis equidem locus hic captu esset, si in eo de homine quodam tractaretur, nunc verò cum in eo de Deo agatur, qui res magnas, non vero parvas donat, cessat omnis difficultas. Cum enim quivis alius homo amicos suos aliquo honoraturus denario vel munere, res in horto suo natas mittere soleat; Deus totum hominibus hortum suum donare minime dubitat; è suis namque manibus non parva sed magna & præcellentia dona proveniunt. Cum enim quidpiam donat, non fructus vel flores, sed totum hortum, omnes arbores, omnes flores cunctosque fructus elargitur. Unde Philippus Abbas existimat, quod cum Deo dicitur. *Emissiones tuæ paradisus*, idem sit, ac si ei diceretur, *magna sunt munera tua, grata sunt xenia tua: alii partem mittunt, & quod eis est vile, aliis tribuunt: tu verò totum hortum das.*

Philippus Abbas de laud. Eccl. cap. 1.

5. Cum David propter peccatum divinæ misericordiæ egenus esset, eandem à divina majestate postulaturus Deum convenit, & coram summo ejus tribunali genuflexus, in terram se inclinavit, dicens: *Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuâ.* Ubi bene attendendum est, quod non absolutè misericordiam, sed magnam misericordiam exposcat. Quis mihi hoc loco causam assignabit, cur non misericordiam, sed magnam misericordiam petierit? fortasse id fecit, quia peccatum suum magnum & enorme esse intelligebat, pro cujus remissione proinde magna videbatur opus habere misericordia. Magnus morbus magnum requirit medicum; magna fames, magnum quoque panem desiderat; denique magnum debitum sine ingenti pecuniarum summa liquidari nequit; non est quidem idonea isthæc responsio; veruntamen Urbanus IV. summus Pontifex existimat Davidem magnam à Deo expetiisse misericordiam, ut precum suarum impetraret effectum, sciebat namque quod nisi à Deo magna postulentur, nihil obtineatur. Deus namque dum aliquid donat, alter quidam Alexander esse videtur, quia magnificentiam & dignitatem suam, non vero necessitatem nostram considerat, non enim attendit, quantum nos possimus recipere, sed quantum sibi conveniat nobis dare. Audite Pontificem hunc discurrentem, dum in persona Davidis hunc in modum alloquitur: *Magnam quæro misericordiam, quia non decet magnificentiam tuam, parva dare: imò exaudiri dignus non essem, si à magno parva peterem. Ego enim te illum magnum puto Alexandrum, qui non attendis quid me oportet accipere, sed quid deceat te dare. Deus indignatur & nihil donat, dum parva dona ab eo postulamus.*

Psal. 50. v. 1.

Urbanus IV. in ps. 50.

6. Deus utriusque vitæ temporalis scilicet, & æternæ absolutus Dominus, & patronus hominibus pro eleemosynæ denario hâc, non verò illam vitam vendit. Id enim per quendam Angelorum suorum è cælis ad Tobiam emissum quondam revelavit dicens: *Eleemosyna à morte liberat, & ipsa est, quæ purgat peccata, & facit invenire misericordiam, & vitam æternam.* Cur obsecro Deus, qui vitam æternam à nobis per eleemosynam comparati voluit, non æque per idem pretium comparari permisit vitam præsentem? certè si Deus id nobis concederet, ut scilicet virtute eleemosynæ prorogare possemus, uti omnes desideramus, vitam præsentẽ, quas hunc in finem non prodigeremus pecunias? quanta ad hanc gratiam impetrandam, non expenderetur copia auri & argenti? utique cui aliud inter pauperes distribuendum non suppeteret, is propria se

Tob. 12. v. 9.

veste libentissimè exueret, ut pauperem eam vestire posset, ut hac ratione mortis periculum evadere, & plures vitæ suæ annos adjicere posset, causa, cur Deus præsentem vitam vendere non voluerit, sed solam, quam post hanc vitam præstolamur, vitam æternam S. Chrysost. teste, hæc est, quia vita præsens modica est, vita autem æterna permagna: *Temporalem redimere mortem tibi non concessit, sed concessit æternam mortem. Ne brevem, inquit, emas vitam hanc, sed vitam illam æternam, illam tibi vendo. Hanc etsi cœperis nihil cœperis, ego novi, quod illa magna est.* Noli à Deo exspectare modica, sed magna spera. Vita præsens est admodum modica, & divina magnitudine prorsus indigna; ideò vitam tibi vendit, imò donat æternam.

D. Chrysh. 36. ad populum.

7. Ad idem intentum ponderari à nobis meretur locus ille Matth. 21. cap. ubi Christus discipulis suis dicit: *Si monti huic dixeritis tolle, & jactate in mare fiet.* Circa quæ verba attendendum, quod nos prodigium istud nequaquam ex potentiæ nostræ viribus facere prævaleamus, utpote quæ ad illud se minimè extendit, sed potius id præstemus, dum facimus, virtute nobis à Deo specialiter communicata, qui solus id efficere valet. Et quidem licet ita se habeat, curiosum tamen mihi incidit dubiolum hoc loco non importunè movendum, videlicet, quid si verba prædicta non ad montem, sed ad colliculum aliquem dirigerentur transferendum, quid in tali casu futurum esse putares? obediremne Deus voci talis Apostoli transferendo collem istum de loco in locum? num colliculus iste haud secus ac mons aliquis loco se movens in mare se est jactaturus? credo utique te affirmativè respensurum; quippe cum colliculus, utpote parvulus, majori cum facilitate loco moveri possit, quam mons aliquis valde altus & magnus. Ego verò econtra vos, si id opinaminì, magno in errore versari existimo; credo etenim quodsi verba illa colli alicui dicerentur, is ad instantiam & virtutem precum & verborum istorum, nequaquam sicut mons se de loco moturus esset; eo quod Deus vos verbis illis colliculum talem alloquentes, non esset exauditurus, eo quod nimis parva per eum fieri petatis, cui volupe est non parva & modica, sed magna pro vobis facere. Oleum & operam perdimus, dum parva ab eo petimus, qui illa nobis non petentibus ultro citroque donat, solaque magna à se efflagitari cupit. Unde Origenes hunc locum interpretans concludit: *Credentes magistro nihil aliud petant, nisi magna & cælestia: sicut ipse ait ad discipulos suos: petite magna & minima vobis adjicientur.* Non exaudimur à Deo, dum terrena ab eo postulamus, quia cum hæc modica, & veluti minimum quoddam punctum sint, parvi quoque à Deo æstimantur; Deus non pro dignitate & infinita magnitudine sua dignè satis à nobis æstimatur, dum parva ab illo à nobis petuntur, parva namque non postulantur à magnis.

Matth. 21. v. 21.

Origenes tract. 21. in Matth.

8. Porrò quodsi cupidi sitis sciendi, quidnam David per magnificentiam illam intellexerit, de qua Psalm. 59. loquebatur dicens: *Confessio & pulchritudo in conspectu ejus: sanctimonia & magnificentia in sanctificatione ejus*; aptissimè vobis satisfaciet ille nunc famosus Carmelitanus Incognitus, qui per magnificentiam unigenitum Dei filium Christum Dominum nostrum intelligit: *Christus*, inquit, *dicitur magnificentia.* Porro Christus in tantum magnificentia dicitur, in quantum res magnas hominibus præstat; magnificentia enim nihil est aliud, quam *magnorum factio.* Enimvero observandum hoc loco Christum à Psalmista in adductis verbis non appellari magnificum sed magnificentiam cum tamen illum magnificum potius, quam magnificentiam appellare debuisset. Sicut enim paries albus non albedo, sed albus appellatur; ita homo magnificus, non magnificentia, sed magnificus appellandus videtur. Unde Isaias hoc vocabulo majori cum proprietate usus esse videtur, quando dixit: *Magnificus est Dominus noster.* Veruntamen licet concedendum sit bene dixisse Isaiam, David tamen etiam neutiquam fuit malè locutus. Christus enim non solum in concreto, ut ajunt, appellari debuit magnificus, verum etiam magnificentia in abstracto, præcipuè si summè admiranda ejus consideretur magnificentia; ea namque, quæ facit, & donat nobis adeo sunt magnifica, ut ipsissima magnificentia

Psal. 95. v. 6.

Incognitus in psal. 95.

Isaiæ 33. v. 21.

tia esse videantur. Ad eum modum, quo homo aliquis mirificè pulcher, ipsamet solet pulchritudo appellari: ita quoque Christus, qu supra id, quod imaginari nobis possumus, est magnificus, meritò magnificentia dicitur: *Christus dicitur magnificentia.*

9. Quis unquam Deum parva & non magna in obsequium nostrum facere vidit? Magnum etenim est, quicquid Deus pro nobis facit: *Magna opera Domini*, inquit Psalmista. Forte nonnemo discursum hunc veluti extra orbitam veritatis factum, fatuitatis arguet, dum videt, quod sicut Deus magna, ita quoque parva in hoc mundo faciat & producat. Deus namque sicut solem fecit, qui est luminare majus, ita & lunam produxit luminare minus: sicut erexit montem, qui magnus est, ita quoque lapidem, qui parvus est, creavit; nec minus formicam, animalculum exiguum, quam vastum magnæque molis Elephantem, produxit; Et sic deinceps per alia, quæ in hoc mundo parva non minus, quam magna creata sunt, discurrere licet. Quodsi igitur Deus parva simul & magna creavit, quæ ratione omnia opera Domini magna dici poterunt? Respondeo Deum nihil unquam feciisse aut donasse nobis, quod parvum esset. Nullus enim magnus, qualis Deus est, quippiam unquam fecit, quod non sit verè magnum. Unde quicquid Deus unquam fecit, aut dedit nobis, semper magnum est, cum è manibus ejus nihil prodire possit, quod magnum non sit: *Omne minimum magnum est*, inquit Simon de Cassia? *si æstimetur magnitudo donantis. Minimum æquatur magnis muneribus, si donatur à procere, multo magis quæ donantur ab omnium Architecto regnorum. Nihil potest dici parvum aut modicum, quod datur à Deo.* Ea, quæ Deus in hoc mundo pro nobis facere, nobisque donare dignatus est, parva quidem appellantur, non quasi magna non sint, sed quia cum iis, quæ in cœlis ubi vera est magnificentia, datutus est, collata, parva esse videntur. Quicquid enim è manibus ejus procedit vere in se magnum est.

Psal. 110. v. 2.

Simon Cassianus, de gestis Christi lib. 13. c. 19.

10. Nemo est, qui ignoret, quam truculenta, sæva, & deploranda fuerit pestis illa, quæ Hebræum populum tempore Davidis Regis afflixit; siquidem trium duntaxat horarum spatio sexaginta hominum millia occidit. Nostisne causam, cur Deus ad tantam fuerit iracundiam concitatus, ut simili populum suum flagello affligeret? Dicunt nonnulli, unum ex motivis iracundiæ Divinæ fuisse, quod David populum suum numerare voluerit. Verum qualenam miser hic Rex gentem suam numerando committere peccatum potuit, ut regnum suum tam immani flagello subjectum oculis suis videre coactus fuerit? qua in re Deum in hoc opere offendere potuit? In magnificentiæ puncto Deum graviter offendit. Deus namque ex mira magnificentia sua populum quendam innumerabilem ei dederat, David autem eundem numerare, & certo numero claudere & terminare volebat, quem sine numero à Deo acceperat, atque hinc nata est illa tam gravis Dei indignatio. Audite hac de re loquentem Oleastrum? *Percussit quasi innumera Judæorum millia tempore Davidis, quia numerari voluit populum, quem ipse innumerum fore Abrahæ prædixit. Ægre fert, quod quis velit numerare, quod ipse sine numero posuit.* Deus magnificentiam & immensitatem doni sui diminutam notabiliter esse optimè noverat; atque ideo se in magnificentia sua notabiliter læsum & offensum esse reputabat, videns quod David illum parvi cujusdam doni, quod videlicet modico posset numero terminari datorem esse censeret, cum tamen Deus semper caverit, ne quidpiam hominibus donet, quod modicum esse quis arbitrari posset.

Oleast. in cap. 45. Isa.

11. Christus una cum sanctissima matre sua nuptiis in Cana Galileæ celebratis ipsemet præsens interfuit, eo quod illarum sponsus, ut multi volunt, dilectus ejus nepos S. Joannes fuerit. Quia vero pauperculorum hominum nuptiæ erant, quæ communiter plurimarum rerum patiuntur defectum, in medio convivii vinum illis deficere cœpit. Quem defectum beatissima Virgo maturè satis animadvertens pauperisque sponsi inopiæ & confusioni inde natæ compatiens, ad filium suum con-

versa, eundem defectus istius memorem reddidit, taciteque, ut illis omnipotentiæ suæ virtute prospicere dignaretur, rogavit. Christus autem ob hanc sibi propositam petitionem nonnihil indignatus, respondit Matri suæ dicens: *Quid mihi, & tibi est mulier*? Verum cur sodes ob supplicationem adeo rationabilem, illoque tempore adeo necessariam, est stomachatus? Indignè nimirum tulit, quod sanctissima mater sua rem adeo vilem & modicam à se poposcerit, quale erat vinum mensæ illius, quod modicam convivis afferre consolationem poterat, maluisset enim, quod vas aliquod pretiosissimo sanguine suo, quem effundere paratus erat, plenum à se poposcisset, ut in illius valore homines sibi universum regnum cœlorum, æternamque felicitatem acquirerent. *Hæc verba indignantis quis dubitet*? inquit sanctus Maximus, *sed idcirco; ut reor, quia tam temerè ei mater de defectu carnalu poculi ei suggerebat, qui venerat totius orbis gentibus novum salutis æternæ calicem propinare. Nam quod petebat, Mariæ erat, gratiæ temporalis, quod Christus parabat gaudii sempiterni.* Magnus itaque est Deus, magnus Dominus, magnus inquam sine fine. *Magnitudinis ejus non est finis.* Adeo ad magna & excellentissima dona danda pronus est, & inclinatus, ut se propriæ matri iratum quodammodo exhibere voluerit, eo quod nimis ab eo modica & exigua poposcerit.

Ioan. 2. v. 3.

D. Maximus Hom. 1. de Epiphan.

Psal. 144. v. 3.

12. David propheta Deum sibi iratum esse animadvertens, eo quod illum pro certa quadam re particulari in orationibus suis rogasset, hisce Deum verbis est effatus: *Iraseeris super orationem servi tui*? quasi diceret, Quamobrem ô piissime & benignissime Deus, adeo contra me ob hasce ad te effusas preces meas iraseeris? Nunquid alias dixisti gaudium tibi esse singulare, dum eorum verba in auribus tuis resonant, qui supplices te adorant? Nunquid sponsæ suæ dixisti: *sonet vox tua in auribus meis, vox enim tua dulcis*? Cur igitur orationes mox adeo tibi displicent, ut propter illas irasearis? Existimo omnino Prophetam in ea oratione à Deo caduca & terrena, res nimirum parvas, imo minimas, non vero cœlestes & æternas, quæ solæ magnæ sunt, postulasse, ideoque Deum oratione ejus ita offensum fuisse: En tibi id confirmantem sanctum Basilium Magnum; *Spiritualia tantum prosequi debemus, reliqua vero ad corpus facientia, cum appendices sint animæ, minimè orationi commendanda. Iraseitur enim Dominus, ac ut magnificus fastidit vilia postulari.* Magno Deo nostro nonnisi magna facere, nobisque concedere placet; utpote qui magnificentiæ suæ nunquam obliviscitur. Unde quotiescunque homo in orationibus suis modicas gratias ad præsentem vitam spectantes sollicitat, indignè id fert, graviterque iraseitur, se ab ejusmodi oratione haud secus ac si à magno quodam peccatore effusa esset, magnoperè injuriautm, læsumque esse reputat: Econtra vero mirè ei placet, si res ab eo magnas petamus, videlicet divinam gratiam suam, peccatorum nostrorum remissionem, animæ salutem, Regnum cœlorum, imo & semetipsum: reliqua vero ab ipso etiam non petentibus conceduntur.

Psal. 79. v. 5.

Cant. 2. v. 14.

D. Basil. ser. ut Deo plat.

13. Quoniam Apostoli neminem ex toto numero suo esse videbant, qui verum orandi, Deumque precandi, modum nosset, cælestem Magistrum supplices convenerunt, humillimè eum rogantes, ut circa hanc materiam saluti suæ adeo necessariam aliquam illis lectionem prælegeret. Cui tam salutari petitioni benignissimus Dominus mox dignatus est acquiescere, unde ad eos mox dicere cœpit: *Sic vos orabitis: Pater noster, qui es in cœlis, &c.* quasi diceret: Ad hoc ut orationes vestras cum fructu & spirituali profectu vestro instituere valeatis, tale facietis orationis vestræ exordium: Pater noster qui es in cælis, ubi attendendum, quod tametsi Deus in cœlo simul & in terra sit, Christus tamen voluerit, ut orantes ipsum non in terra, sed in cœlo esse dice-

Matth. 6. v. 6.

diceremus. Cur obsecro cum Deus æque in terra sit ac in cœlo, Christus vult, ut ipsum in cœlo, non vero in terra esse dicamus? ut nimirum per hoc innueret, inquit Hugo de sancto Victore, quod ad hoc, ut immensam Dei majestatem non offendamus, & contra nos provocemus, necessum sit, ut non postulemus à Deo, quæ ab ineffabili ejus Majestate dignè postulati non possunt: *Cum vero dicit: Qui es in cœlis, audit, quod debet postulare, ne forte non petenda requirens, aures pietatis offendat.* Quodsi Christus nos docuisset, ut orantes Deum in terra esse diceremus, suspicari fortè nonnemo posset, ipsum consequenter nos docere voluisse, ut parva & modica, qualia sunt terrena omnia, in orationibus nostris à Deo peteremus, nunc autem cum velit ut Deum in cælis esse orando profiteamur, cœlestia quoque nos petere debere, consequenter insinuat. A terreno Domino terrena petuntur, utpote ad Dominium ejus spectantia, non vero Domino cœlesti, qui magna, & magni Regni sui æterna bona dare consuevit. Dum igitur ea, quæ in cœlo sunt à Deo petimus, semper & quicquid petierimus, impetrabimus, & Divinæ suæ placebimus Majestati; quæ utpote ter maxima, honorari debet supplicationibus, quibus gratiæ & dona magna postulantur.

Hugo de S. Vict. Alleg. in Matth. lib. 2. c. 7.

14. Ecclesia Catholica templum aliquod fabricatura, altare semper orientem versus fabricara consuevit, prouti haud dubiè frequentissimè observastis. Quidnam est, quod Ecclesiam movet, ut hunc situm, vel locum sacro altari attribuat? Divina utique magnificentia. Tostatus Ecclesiam id facere dicit; ut qui oraturi Ecclesiam ingrediuntur, faciem suam orientem versus, id est, versus Paradisum ad orientem plantatum, convertant, suosque oculos in delitiosam hanc regionem defigentes à Deo non jam terrena & caduca, sed regnum cœlorum & beatæ vitæ bona per terrestrem paradisum significata in orationibus suis postulent: *Quia per terrestrem paradisum cælestia ostenditur, oramus versus orientem, id est versus Paradisum terrestrem, ut per hoc ostendatur in oratione nihil nos petere, nisi vitam æternam, quæ Paradisus dicitur.* Ecsia namque utpote divinæ magnificentiæ & beneplaciti sponsi sui optimè conscia, hanc dispositionem templis suis præscripsit, ut orantes non aliquod magnificentiæ suæ indecorum à Deo postulemus, qualia sunt modica & caduca hujus vitæ bona, sed bona cœlestia, quæ utpote solum verè magna digna sunt, quæ à Deo tam magno & immenso nobis donentur.

15. Ecquid autem Deus pro tantis donis suis, quæ nobis elargitur, gratitudinis loco in recompensam à nobis exposcit? Nihil aliud, quam parva & modica à nobis efflagitat. Patientissimus Job dies vitæ hominis considerans, eosdem mercenarii diebus assimilat. *Sicut mercenarii dies ejus.* Quasi dicere voluisset, quodsi scire vultis, quænam sit dierum vitæ hominis conditio, ad mercenarii dies aspicite, & invenietis. Cur obsecro dies hominis, mercenarii diebus comparare voluit? ut nimirum hac comparatione insinuet, quod sicut dies mercenarii alicujus, nequaquam, nisi paucis duntaxat horis exceptis, sui sunt, sed ejus, cujus sumptibus & impendiis laborat: ita quoque dies nostri, non sint nostri, sed Dei, Domini & Patroni nostri, eosque in ejus obsequium integerrimè esse applicandos, paucis duntaxat horis pro terrenis negotiis nostris reservatis: *Sicut mercenarius totum diem circa Domini opus impendit, unam autem horam circa suum cibum; sic & nos omne tempus vitæ nostræ debemus impendere circa opus gloriæ Dei, modicam autem partem circa usus nostros terrenos;* inquit Chrysostomus. Quodsi igitur mercenarii simus, & totum tempus nostrum divino servitio impendere debeamus; cur obsecro Deus ex septem septimanæ diebus, in sui obsequium unicum duntaxat diem reservavit, sex cæteris nobis

Iob. 7. v. 1.

D. Chrysost. Hom. 34. in Matth.

pro

pro negotiorum noſtrorum executione relictis? cum potius contrarium facere debuiſſet, ſcilicet unicum tantum nobis & neceſſitatibus noſtris providendis diem permittere, cæteris ſex in ſui ſervitium ordinatis. Nimirum id facit, quia adeo eſt benignus, ut ſufficienter apprehendi nequaquam poſſit, donat plurimum, atque à nobis exigit parum. Diviti tantas donat divitias, tantam bonorum tribuit abundantiam, tantam auri, argenti, frumentorum quantitatem, nec tamen aliud, quam unum duntaxat obulum, aut panis mucidi fruſtulum ab eodem expoſcit. Ex multis, quæ donat, modiciſſimo ſibi ſatisfit.

16. Deus olim Hebræis mandarat, ut tempore meſſis tot ſpicas acciperent, quot capere pugno poſſent, eaſdemque ad ſacerdotem, qui illas Majeſtati ſuæ oblaturus erat, deferret. *Cum meſſueritis ſegetes, feretis manipulum ſpicarum, primitias meſſis veſtræ ad ſacerdotem, qui elevabit faſciculum coram Domino.* Oleaſter hunc locum conſiderans, hunc in modum Deum alloquitur: Pro tot donis, ô Domine Deus, quibus populum tuum cumulaſti, adeo parum expoſcit? Tu homini ægros dediſti frumentis ubertimè plenos & onuſtos, & modicæ ſpicæ, quot videlicet pugnus manus complecti poteſt, tibi ſufficient? Quid dicemus de Deo, dum hæc conſideramus? Certè ingenuè fateri oportet, ipſum indolis eſſe ingenuæ, generoſæ, & magnanimæ, donat multum, & tamen ſibi ſufficit modicum noſtrum; cum tot nobis frumenta donet, modicus ei manipulus ſufficit. Audite præfati Doctoris ipſiſſima verba: *Expende quæſo, rem hanc paululum; ſine menſura ſunt bona & beneficia, quæ nobis exhibet Deus: quæ vero nos ei expendimus menſurata. Conſidera quot ſegetes ſingulis annis nobis creat Deus; & tamen menſura parva contentatur.* Porrò ſicut Dei manus magnæ ſunt, quando donant, ita quando recipiunt, parvæ ſunt, donat multum, & grataniter à nobis accipit parum.

Levitici 23. v. 10.

Oleaſter in cap. 29. Levit.

17. Oportet omnino, inquit Petrus Cellenſis, ut cum Chriſtus ſanguinem ſuum pro te effuderit, tu quoque ſanguinem tuum pro ipſo effundas, tuoque ſanguine ſanguinem Redemptoris tui, te graviter obligantem, ea ſolvas: *ſanguinem pro ſanguine repone.* Hac enim ratione & non aliter, bonum illud, quod Chriſtus ſanguinis ſui valore tibi acquiſivit, comparare tibi poteris. Durum profectò auribus noſtris eſt iſtud conſilium. Ergone enim, ut ſalvemur, omnes fieti Martyres, & ſanguinem effundere debemus? Nequaquam; neque enim hoc dicere volo, inquit hic Abbas, ſed certiorem te reddere volo de prodigioſa Redemptoris tui liberalitate, utpote cui pro ſanguine, quem pro te in infami crucis trunco è Venis ſuis foras copioſè effudit, ſanguine tuo in lecto venatum ſuarum recluſo & in genis per verecundiæ ruborem tantum effuſo, abundè ſatisfit. *Sanguinem pro ſanguine, ſcilicet pro fuſo in ora Crucis, effuſum in rubore Confeſſionis.* Ut pro inte gro mari ſanguinis pro te effuſi ſatisfacias, ipſe tibi acquieſcit, pleneque contentatur, ſi dum peccata tua confiteris, modico ſanguine genas tuas per verecundiæ ruborem tingas, id eſt, ſufficit ipſi, ſi erubeſcas & verecunderis, quod tantum Dominum, qui pretioſum ſanguinem ſuum pro tua ſalute effudit, offenderis. Pro tam ingenti beneficiorum mole, quam tibi dedit, ipſe modico, & quaſi nihilo à te ſibi donato contentatur & acquieſcit.

Petrus Cellenſis lib. de Panibus c. 1.

18. Poſtquam Chriſtus diſcipulis ſuis divinorum præceptorum ſuorum perſuaſiſſet obſervantiam, tandem concludit: *Cum feceritis hac omnia, quæ præcepta ſunt vobis, dicite: ſervi inutiles ſumus, id eſt,* nihil eorum, quæ nobis præcepit, adimplevimus, tales enim de facto & reipſa eſtis, ex omnibus vobis impoſitis præceptis nihil perfectè, ut decet, obſervaſtis Valde difficilis eſt hic locus, ita ut non capi poſſe videatur. Ex quo enim Apoſtoli omnia adimplebant, quæ Chriſtus præceperat, potius ſervi utiles, quam inutiles dicendi eſſe videbantur. Servi enim inutiles, nihil eorum præſtant, quæ à Dominis ſuis ipſis præſcribuntur,

Luc. 17. v. 10.

juntur, ipsi autem perfecti erant præceptorum Christi observatores. Voluit porro Christus, ut præceptis omnibus accuratè expletis & observatis Apostoli nihilominus se nihil fecisse dicerent, non quod nihil omnino fecerint, sed quia totum hoc, si cum eo quod Deus in præmium talis observantiæ homini tribuit, conferatur, quasi nihil esse videantur & sint. Ea namque quæ Deus pro nobis fecit, et etiamnum facit, adeo magna sunt, ut ea, quæ pro ipso facimus, quasi nihilum esse videantur. *Nihil est*, inquit hunc locum explicans Doctor Seraphicus, *quod facimus, in comparatione ejus, quod recipimus, & Deo debemus.* Eroget homo inter pauperes omnes facultates & divitias suas, quas possidet, & omnino nudus remaneat: longa & rigorosa se conficiat pœnitentia, majoribus excrucietur tormentis, quam in Inferno sustineri possunt, omniaque hæc dirigat in Dei obsequium, atque servitium: si demum postea vice versa id, quod Deus pro ipso fecit & sustinuit, consideret, nihil prorsus se fecisse arbitrabitur. Et hoc nihilo magnus ille Deus ob ineffabilem bonitatem & benignitatem suam, pro tot rebus, quas pro nobis fecit sibi abunde satisfactum esse reputat, nobisque ob hujus ejusdem nihili respectum Paradisi Regnum liberalissimè donat. Idipsum David dicere volebat, quando de sanctis, qui hodie in cælis regnant, loquens dixit: *Pro nihilo habuerunt terram desiderabilem.* Hominum manus prorsus æquales existunt, tam in dando, quam in recipiendo, cum enim manu magna donant, altera æquè magna recipere concupiscunt:

D. Bonav. in cap. 17. Luc.

Psal. 105. v. 24.

Martialis. *Quisquis magna dedit, voluit sibi magna remitti.*

Ut inquit Martialis: Manus autem in dando & accipiendo valde sunt differentes. Ea namque manus, qua nobis liberalissimè dona impertitur ad stuporem magna est, altera vero, quacum recipit, jacere incredibiliter parva cognoscitur.

19. Verum enimvero nos, qui supra omnem possibilem imaginationem ingrati sumus, tanto tamque magnifico Domino, qui tanta pro nobis faciens, tam pauco contentatur, ne quidem per modicum illud, quod à nobis præstolatur, correspondemus. Omnia nostra, quæ habemus, mundo & Dæmoni attribuimus, qui tanta nobis mala inferunt, nosque perdere procurant. Deo autem nihil damus, qui tantis nos bonis quotidie cumulat, nostræque saluti procurandæ impensissimè invigilat. Porrò si fortè casualiter in cap. 18. Deuteronomii incidentes legeritis, qualiter Deus Hebræis eo in loco præcipiat, ne filios suos igni injicere, & comburere præsumant. *Non inveniatur in te, qui lustret filium suum, aut filiam, ducens per ignem*; mox utique dicetis, Deum huic præcepto condendo optimè superfedere potuisse, cum impossibile, ut patet vel mater aliqua adeo sit crudelis & sæva in suamet propria viscera, ut filios, vel filias suas in ignem injicere, & in cineres redigere moliatur. Veruntamen nisi idipsum sæpius reipsa accidisset Deus utique illud speciali præcepto nonprohibuisset. Eo namq; tempore plurimi inter Hebræos Idololatræ erant, qui Dæmonem adorabant, atque ut ejus obtemperarent præceptis, proprios eidem filios & filias sacrificare solebant. Attendatis velim, inquit Oleaster, quantam Dæmon super hujus mundi homines vim habeat, ut etiam dum illis filios comburere præcepit, promptam ab illis obedientiam accipiat. Num homines Deo, in casu quo tale quid præcipere vellet, obtemperaturi essent? Non utique, siquidem ne hoc quidem persuadere iis potest, ut in ejus obsequium vel unicum duntaxat teruncium expendant: *Expende, quæso, quod fecerit Idolis hominum dementia, ad quos nunquam aut raro attigerit cura Religionis; ut homo Idolis filios comburat, & Domino suo obulum aliquando dare cunctetur.* Quidquid mundus habet, pro eius servitio impenditur, qui non solum nihil illi donat,

Deut. 18. v. 10.

Oleaster in cap. 18. Deut.

verum insuper omnia simul cum anima eidem eripit : Deus autem, qui omnia nobis donat, & daturus est deinceps, quicquid nos habituros speramus, ne minimum quidem à nobis habere tefuncium potest ? In ordiendas vindictas injustas, in ludos & jocos, in crapulam & luxuriam, in superbas, pomposasque vestes omnia nostra prodigunter, cum tamen in pauperis alicujus subsidium dare quidpiam rogati vix panis frustulum dare dignemur. O miseria summè deploranda ! Ex duobus illis in Hispaniæ regione Camusia fontibus, de quibus Berchorius scribit : *Quod unus nihil accipit, alter omnia devorat*, unus Deum, alter Dæmonem præsentat. Cum enim omnia bona nostra à Dæmone devorentur, Deus omnino nihil à nobis accipit ; quæ ingratitudo millenis est Infernis dignissima. *Berchorius V. Videre.*

SERMO

SERMO I.

IN DOMINICAM V. POST EPIPHANIAM.

THEMA.

Unde habet Zizania? *Matth.* 13.

ARGVMENTVM.

Homo à peccato meritò ſibi ſummè cavere deberet, quandoquidem peccatum Deum, & quicquid ſub Deo eſt, imo ſuper omnia ipſummet committentem adeo notabiliter & lædat & offendat.

Hominem divinarum legum prævaricatorem verè ſtultum dicere, nolite dubitare. Sicut enim ſtultus cerebrum non habet in capite: ita peccator mentem in Deo defixam non habet, qui caput hominis eſt, ut inquit Apoſtolus, ſed foris extra Deum in rebus temporalibus & caducis. Unde ſicut Chriſtus ad expurgandam hominis ſuperbiam humiliari voluit, & ut eum à gula liberaret, fel deguſtavit in cruce; ita ut peccatoris ſanaret ſtultitiam ab Herode ejuſque exercitu exiſtimari voluit & tractari ut homo ſtultus. Quiſnam illum ſtultum eſſe non dicat, qui ſe pueri inſtar habet, cui deeſt uſus rationis, ſiquidem majoris pomum aliquod facit, quam integrum regnum cœlorum? ſtultus verus eſt, non vero fictus: Porrò David ſtultum ſe eſſe fingebat, dum in curia morabatur regia Regis Philiſthæorum, quando *impingebat in oſtia portæ*. Hic autem minimè fingit, dum millies per diem in oſtia impingit & offendit Inferni, in quam utique prolaberetur in æternum damnandus, niſi clementiſſimus Deus ad pœnitentiam eum longanimiter expectans, eum à tanto periculo inviſibiliter non præſervaſſet. Stultus eſt, & ſtulto longè infelicior, imo ſtulto Piſandro infantior, qui

1. Reg. 21. v. 13.

vivus existens, mortuum se esse arbitrabatur, animæque suæ obvius fieri metuebat: hic autem vera & pessima morte mortuus, vivum se, non vero mortuum, reputat. Stultior quoque Lycurgo dici meretur, cum enim hic in delirio constitutus pedes suo tempore una cum toto corpore morituros sibi ultro citroque detruncarit: hic econtra animam suam nunquam intermorituram minutim dissecat & proscindit. Stultum necessario dicere debemus, qui talis est operis author, quo Deus tantopere offenditur, omnes mundi creaturæ affliguntur, imo per quod ipsemet in miseriarum innumerabilium abyssum demergitur. Porrò Angeli peccatum in hujus mundi agro seminatum esse conspicientes obstupefacti dixerunt: *Unde habet zizania?* Quasi dicere voluissent, inquit Paulus de Palatio. Qua ratione fieri potest, ut homo in eam se præcipitet mentis væsaniam, ut peccatum committere ausit, quando peccatum tantæ est malitiæ, ut Deum offendat, universum mundum affligat, imo ipsummet committentem supet omnia alia acerbissimè excruciet? certo non nisi stultus hanc temeritatem attentaret. Quodsi enim vel micam cerebri haberet, ad damnum utique ex tali operatione causatum attenderet, sibique à tali actione teiteranda omni studio caveret. Tempus igitur est, ut peccator oculos suos aperiat, videatque quam sit per peccatum suum Deo molestum & importunum, mundo afflictivum & onerosum, denique quam sit pernitiosum sibimetipsi, & peccare deinceps studiosissimè caveat.

Matth. 3. v. 27.

Paulus Palat. in cap. 13. Matth.

2. Tostatus opinatur Adamum postquam Divinum de non manducandis arboris vetitæ fructibus, prævaricatus est præceptum, atque è Paradiso expulsus fuit, à sua fuisse conjuge separatum, atque in certa quadam fuisse valle commoratum, in qua centum annis continuis amarissimè flevit, qui locus proinde à filiis & nepotibus suis vallis lachrymarum est appellatus. Quidnam miserum hunc hominem tanto tempore hoc loco flere coëgit? Nonnulli existimant infelicitatem illam, in quam miserrimè prolapsus fuerat, tanti tamque amari planctus fuisse causam. Se namque è felicissimo statu lapsum videns, in quo hactenus, quamdiu in gratia creatoris sui perseverebat, constitutus fuerat; præcipitatum quoque è throno illo Imperiali augustissimo, in quo veluti magnus universi Dominus toti mundo dominabatur, gravique Triremis vitæ hujus catena onustum cernens, qua quoadusque viveret constrictus laborare & sudare, totoque die ad lassitudinem usque remigare debebat, se quoque calori & frigori, millenisque morbis & morti, & quod plus est, morti æternæ subjectum esse animadvertens, lachrymis exsatiari non poterat. Nec tamen hæc præcipua planctus sui causa erat, sed potius quia se Deum peccato suo offendisse videbat. Plus namque se creatorem suum offendisse dolebat, quam quod in tantum fuisset miseriarum pelagus collapsus: *Gravius enim pœnituit offendisse suum creatorem, quam seipsum injecisse in gravissimis pœnis cruciandum:* dicebat Angelus ad S. Birgittam. Homo, qui gravitatem intelligit peccati, qui quantum per culpam suam Deum offendat, profundè satis cognoscit, in inferno potius commorari, quam Deum eo modo offendisse mallet. B. Thomam à Villa Nova nec timor Inferni, nec alia quævis terribilis & dolorosa pœna à peccato retrahebat, sed quia Christum Deum ac Dominum suum per peccatum videbat offensum, passum, crucifixum, & mortuum. *Nihil me deterret Domine,* dicebat sanctus hic Archipræsul Deo, *nihil me sic à peccato detinet, sicut videre filium tuum dilectissimum unigenitum propter peccata clavis affixum, latronibus associatum, & crudelissima morte mulctatum.* Plus peccare timebat, ne Deum affligeret, quem propter peccatum tantis videbat tormentis discruciatum, quàm in quamvis mundi & inferni incidere pœnam & tormentum. Omnia namque opprobria, omnes pœnæ ac tormenta, quæ Deus incarnatus in hac vita sustinuit, à peccatis nostris ei fuêre inflicta.

Revel. S. Brigit. per Ang. c. 9.

S. Thom. à Villa Nova Dom. 1. Adv.

Alulens. q. 17. nc. 4. Genes.

3. Eodemmet tempore, quo filius Dei crudelissimam illam præstolabatur mortem, quam ei inimici ejus fuerant machinati, positis in terram genibus, hisce Patrem suum verbis est deprecatus: *Pater mi, si possibile est, transeat à me calix iste: veruntamen &c.* ubi bene est observandum, quod Christus non tam calicem, quam istum calicem bibere

Matt. 26. v. 39.

bibere detrectet : *Transeat à me calix iste.* Cur ita loquitur ? quia calicem quidem, mortis haud illibenter bibere volebat, non tamen calicem istum ; mori quidem non detractabat, non tamen ea morte, quam illi Deus præordinaverat ; in qua Hebræi manus in illum injiciendo peccaturi, Deumque gravitet offensuri erant, sed potius alio quovis mortis genere, quod ab omni peccato Deique offensa procul esse remotum: *Non quod calicem mortis refugiat, sed istum, qui à Judæis ei intendebatur, ne per eos, qui nullam excusationem habituri sunt, fieret*, inquit Paschasius. Non rogabat Deum, ut se à morte liberaret, sed ab illa morte, in qua Deus offendebatur, quasi plus de Hebræorum peccato doluisset, quam de horrenda ei paulo post imminente morte. Deus etenim nostro modo loquendi plus propter nostra peccata dolet, affligitur, quam de cujusvis mortis doleret tormentis, si uti nos, passibilis esset & mortalis. De hoc nullum potest esse dubium, inquit Hugo Cardinalis, siquidem id clarè satis in Christo Deo & homine videtur ; siquidem in cruce suspensus & moriens, majorem de peccatis nostris, quam de omnibus ei per Judæorum rabiem illatis tormentis, habuit dolorem ; & meritò quidem, cum enim Judæi illum forinsecus torquerent in corpore, peccata nostra illum intrinsecus affligebant in corde : *Iudæi fecerunt eum dolere extrinsecus crucifigendo, sed nos intrinsecus peccando.* Peccati dolor in Deo auctior fuit ipsomet dolore mortis, cum enim hic in sola sisteret carne, ille carnem pertransiens penetratis cordis visceribus ad ipsam usque pertingit animam.

Paschas. in c. 26. Matth.

Hugo Card. in c. 6. Gen.

4. Ad idem quoque intentum Genes. 6. cap. 7. invenietis, quod Deus tantum scelerum, quæ illius temporis homines committebant, cummulum videns, acerbissimè doluerit, eademque pro merito suo acriter castigare ac punire decrevit: *Videns autem Deus, quod multa malitia hominum esset in terra, tactus dolore cordis intrinsecus : delebo, inquit, hominem à facie terræ.* Locum hunc bene ponderemus, & attendamus, quod divinus ille legislator non dicat, Deum ob peccatorum, quæ tunc ab hominibus committebantur, gravitatem doluisse exterius, sed intrinsecus, in intrinseco fundo cordis. *Tactus dolore cordis intrinsecus.* Cur obsecro Deus ob culpas hominum non extrinsecus, sed in corde intrinsecus doluisse dicitur ? Petrus Comestor ideò id dictum esse dicit, ut significetur, quod Deus magnitudinem doloris & offensæ, quam ex hominum peccatis concipit, nunquam hominibus demonstrare aut publicare possit, eo quod dolor ille explicari & intelligi prorsus nequeat, ideò in intimis cordis sui partibus reconditus, tectus, & clausus remaneat. *Quod vero dicitur*, inquit hic Doctor, *tactus dolore cordis intrinsecus, forte nihil aliud est, quam quod homines latebat quantitas divinæ offensæ.* Tametsi enim Deus olim Adæ peccatum cum omni passibili severitate castigasset, è Paradiso eundem in infernum pœnatũ mundi hujus ejiciendo, ipsumque morti, aliisque malis morte truculentioribus, subjiciendo : licet Cain propter occisum fratrem, graviter punierit, ab omni eum humana conversatione sequestrando, ipsumque continuo mortis timori, per quem identidem motiebatur subjiciendo. Quamvis Lamech Caini occisorem septies acerbius, quam Cainum castigaverit, magnitudinem tamen offensæ & doloris, quem de peccatis nostris sensit, hominibus demonstrare non satis potuit. Tametsi inquam per has aliasq; ejusdem generis demonstrationes superioribus sæculis gravitatem hujus offensæ semper conatus fuerit demonstrare, illam tamen manifestare nunquam potuit, sed semper occulta & secreta remansit, siquidem nulla uspiam reperiatur vindicta, dolori cordis divini per peccatum offensi & vulnerati æqualis. Unde Timanthes Iphigeniæ sacrificium depingens, personas circa illam stantes admodum mæstas & afflictas depinxit, faciem vero Patris, eo quod nullum habere penicillum, aut sufficientes colores invenire posset, quibus summum afflicti patris dolorem explicaret : ita Deus nullum adinvenire supplicium, aut vindictam potetat, per quam hominibus summum cordis sui à peccatis ipsorum offensi & graviter vulnerati dolorem insinuare posset.

Magist. hist. schol. in cap. 11. Genes.

Gen. 6. v. 7.

5. Christus apud Matth. c. 24. de die illo loquitur, in quem sibi iram cordis sui adversus homines peccatores conceptam mundo completè manifestare reservavit, atque inter

alia in die illo solem obscurandum, lunam fædam & nigram futuram, stellasque de cælo lapsuras esse dicit: *Sol obscurabitur, luna non dabit lumen suum, stellæ cadent de cælo.* Matth. 24 v. 26. Unde in illo die non solum castigabuntur & affligentur homines, verum etiam stellæ cælestes suas patientur ruinas. Quidnam obsecto mali aut quodnam peccatum stellæ commiserunt, inquit Didacus Stella, quod in horrendo illo die simul cum peccatoribus sint castigandi? mulctabuntur non quia ipsæ peccaverint, cum peccati sint incapaces, sed quia instrumenta peccati fuerunt; *Quamvis ipsi Planetæ non peccaverint, tamen punientur, quia peccatoribus servierunt,* inquit idem citatus author. Luna enim homini de nocte peccanti, vel furtis & rapinis operam danti, aut alieno thoro insidianti, lumen suum subministravit. Sol præsentia sua diem adduxit, à peccatoribus, ut Deum tot injustitiis & fraudibus offendere possent, desideratum: stellæ denique instrumenta quoque fuerunt, per quæ multi divinam providentiam negantes, Deum impiè offendunt; ideoque in die illo rigidissimè à Deo punientur. Deus peccatum tali ac tanto odio abominabatur & horret, ut in illa die non solos castigaturus sit peccati authores, verum etiam ipsamet peccandi instrumenta, licet illa utpote inanimata & insensibilia peccare nequaquam potuerint. Ex hac autem odii vehementia, quo peccatum abominatur perspicuè etiam doloris ex peccato perpetrato concepti vehementia colligitur: tantum enim communiter esse solet hominis erga inimicum suum odium, quantus est accepti ab illo vulneris dolor. Canis ob summum ex inflicto sibi verbere dolorem, non solum percussorem mordet, verum & saxum, velut inflicti sibi vulneris instrumentum. Didacus Stella in c. 21. Luc.

6. Peccator peccando non solum Deum offendit, verum etiam alios homines, qui tametsi non cum ipso pariter peccaverint, cum ipso tamen pariter tolerare pœnam coguntur. Quodsi cap. 7. Josue legeritis, invenietis utique, quod cum magnus ille Israelitici populi Archistrategus, Jericho civitatem post diuturnam obsidionem in suam accepisset potestatem, ad prosequendam inchoatam victoriam contra Hai ejusdem dominii sive status civitatem exercitum suum ire jusserit, qui cum in dicto loco appulissent, in conspectu inimicorum suorum positi, dorsa illis vituperosè ignominioseque verterunt, atque ab illis totaliter cæsi & victi fuerunt. Josue igitur ex funesto illo casu attonitus & terrefactus, sese coram Deo in terram prostravit, hujusque stragis causam à divina majestate scire humiliter expetiit, cur videlicet Dei populus illa vice adeo fuerit à Deo totaliter derelictus. Cui Deus respondit: quia populus tuus peccavit, measque leges est insolenter transgressus, ideò eis omne præsidium meum subtraxi, atque in manu inimicorum suorum dereliqui. *Peccavit Israel & prævaricatus est pactum meum, tuleruntque de anathemate, & furati sunt.* Tandem vero certus quidam homo sceleratus, cui nomen Achan, inventus est certa quædam bona è sacco in illa victoria Jerichuntina furatus fuisse contra expressum Dei præceptum. Ubi bene observandum, quod unus duntaxat peccaverit, Deique præceptum fuerit transgressus, & tamen Deus omnem populum peccasse dicit, & quasi communiter peccassent, omnes fuere à Deo castigati atque puniti. Quodsi unicus duntaxat peccator extitit, cur omnes dicuntur fuisse peccatores, & licet innocentes fuerint, omnes tamen simul cum peccatore fuerunt pœna mulctati? nimirum quia malum, quod peccatum secum adducit, adeò grave est, ut non solum committentem in extremum adigat exitium, verum etiam omnem illum populum, quocum peccator habitat. Uno namque solo peccante, haud secus ac si omnes peccassent, omnes quoque fuere castigati. *Cum universus populus servaret hoc præceptum, unius prævaricatio in universam multitudinem concitavit iram Dei. Peccaverunt, inquit filii Israel peccatum magnum. Atqui unus erat, qui peccaverat, quomodo igitur peccaverunt filii Israel? vides quomodo unius peccatum toti populo vindictam exercet,* inquit Chrysostomus. Peccatum namque ignis est, non solum eam domum devastat & destruit, in qua accenditur, verum etiam in vicinas domos dilatatur & conflagrando proserpit. Josue 7. v. 11. D. Chrys. de verbis Isaiæ hom. 1.

4. Nota est vobis utique deploranda ruina & totale excidium, quod Titus & Vespa-

Vespasianus Romani Imperatores, in miserabili urbe Hierosolymitana instituerunt. Haud dubiè nostis quanta mala infelices urbis istius incolæ sustinuerint, quot fuerint occisi, quot venditi, quot ex fame aliisque necessitatibus mortui. Certum equidem est similem stragem nusquam legi. Quodsi tamen quis illam hactenus non audierit, Josephum Hebræum, qui excidio huic præsens interfuit, legat, qui illud prolixè & fusè recenset. Quanam autem putatis ratione infelix hæc civitas tantum malum promeruit, ut post tantas ærumnas, inauditasque miserias totaliter destrueretur? propter peccatum paucorum hominum, qui pro inferenda Christo morte in domo Caiphæ simul inter se conspiratant. *Propter atrium puto illud, in quo consilium fecerunt, ut Iesum dolo tenerent, desolata est Ierusalem*, inquit Origenes. Eorum, qui ibi tunc peccarunt, pauci fuerunt, & tamen propter peccatum paucorum omnes in exitium extremum sunt deturbati. In sola Caiphæ domo accensus est ignis ille, unde tota postea civitas conflagravit. Peccatum namque unius omnium est exitium.

Origenes tract. 15. in Matth.

8. In libro] secundo Regum scriptura de Davide Rege loquitur, & dicit: *Sedens in cathedra sapientissimus Princeps inter tres, ipse est quasi tenellus ligni vermiculus, qui octingentos interfecit impetu uno.* Porro quodsi ad ultima hujus loci verba attendatis, quibus David octingentos homines impetu uno occidisse dicitur, historia isthæc nequaquam vobis verisimilis, sed paradoxa esse videbitur. Quomodo enim unus homo unico duntaxat ictu, tot potuit centenos homines interimere? num forte David fabulosus quidam Briarcus] erat centum præditus manibus: & tametsi talis etiam esset, nunquam tot potuisset homines uno impetu occidere. Num forte ensis ejus sagittæ Abaris Hyperborei similis erat, quæ ab ejus arcu semel emissa, brachii sui auxilio deinceps opus minime habebat? aut vero octingenti illi homines unica duntaxat fuere cervice conjuncti, ut hac ratione unico impetu occidi potuerint, prout crudelis ille Imperator populum Romanum habere optaverat? prodigiosus hic ictus, utique non cum ense Davidis ferreo datus fuit, utpote qui tantam non potuisset vim exserere, sed cum ense pernitiosissimo peccati, qui potuit & etiamnum potest plures quam octingentos unico impetu interimere. Quoniam David luxuriæ impetu stimulatus unica vice gravissimum adulterii peccatum cum Bersabea Uriæ uxore commisit, per unicum hunc impetum non solum octingentos, sed sexaginta hominum millia è populo suo mactavit. Nunquid enim scitis, quod Deus propter peccatum istud ad iracundiam concitatus, sævam quandam & crudelissimam pestem regno suo immiserit, quæ memorabilem quandam subditorum suorum stragem suscitavit: *Occidit octingentos impetu uno*, inquit Comestor, *quia per peccatum quod impetuose fecit cum Bersabea, multi occisi sunt.* Integer quidam] numerosissimus optimisque armis instructus exercitus, tantam non potest in populo stragem facere, quantam unicum duntaxat peccatum suscitare consuevit. Quidnam enim aliud totum mundum in extremam ruinam adegit, præterquam solum Prothoparentis nostri peccatum? unicum duntaxat peccatum in tantas nos redegit miserias, quas etiamnum sine respiratione omni hora sustinere ac deplangere hic in terris cogimur. Solum peccatum morti ensem subministravit ad inferendam omnibus hominibus universalem stragem.

Magist. hist. schol. 2. Reg. 11.

9. Perfidi & præ invidia rabidi Judæi quondam mulierem Christo adduxerant, in adulterio, ut ipsi referebant, deprehensam, dumque ex intentione Dominum fraudulenter & dolose decipiendi, pœnam, qua meritò mulctanda esset, requirerent, Christus se inclinans in terram scripsit: *Iesus autem inclinans se deorsum, digito scribebat in terra.* Circa quem locum Doctores communiter dicunt, Christum eo tempore hominum illorum, qui mulierem hanc adduxerant, & accusarant, peccata in terram scripsisse. Cur autem peccata hæc in terra scribebat, & non in charta, aut in alia quavis materia, in qua scribere & litteras pingere solemus? in terra peccata hæc scribebat, inquit Hugo Cardinalis, ut per hoc innueret, quod terra in universali judicio singulare quoddam memoriale adversus hominem datura sit, quodque de peccatoribus lamentabitur,

Ioan. 8. v. 6.

rabitur, eosdemque coram districto tribunali divino accusabit. *In terra scripsit, ad significandum, quod terra in judicio universali affert suum libellum conquerendo de malis & terrenis, testificando contra eos.* Quia enim peccatum omnium malorum, quæ terra sufferre cogitur, præcipua causa est, ideò in judicio universali apud suum creatorem adversus peccatores partem se adversam constituet. Quod terra cruciatur tonitribus, quod sæpè tremat & crepet, quod arida sit & infœcunda, similiaque alia & his majora mala sustineat, hujus vera & adæquata causa solum est peccatum. Peccator enim, dum peccata committit, non solum alios homines, verum etiam terram, in cujus gremio homines vivunt, offendit. Peccatum longè est tonitruo deterius. Tonitru enim nonnunquam infantem quem mater utero gerit, occidit, matre viva relicta, igne consumit ensem, & vaginam minimè lædit, vinum corrumpit, & vas tamen, quo vinum continetur, minimè offendit. Peccatum omnia offendit, perdit, & ruinam agit, nulla re salva relicta; tam homines, quam terram, peccatum affligit, in cujus sinu homines vivunt.

10. S. Antoninus dicit, quod eo tempore, quo Deus mundum creavit, feræ non fuerint damnosæ aut pernitiosæ, prouti hodie esse videntur; serpens enim non habebat quo hominem inficeret toxicum, canis non mordebat, non devorabat lupus, nec vulpes insidiosa erat, neque in aliis animalibus adversus hominem Dominum suum ea notabatur rebellio, quæ in iis, postea notata fuit, & etiamnum reperitur. Fructus arborum admodum dulces erant, stellæ quoque longe resplendebant lucidius. Quidnam autem mundum adeo notabiliter in deteriorem statum redegit? quidnam feras adeo truculentas & noxias reddidit? quidnam fructibus suavitatem, stellis lumen eripuit? peccatum Adæ, inquit S. Doctor: *Omnia elementa, & quæ in eis sunt, punita sunt in peccato primi hominis. Multa animalia bruta facta sunt nociva homini & rebellia propter peccatum, & fructus terra minus boni, nec etiam tantam lucem & profectum ex corporibus cælestibus habemus.* Quinimo unicum duntaxat peccatum non solum hominibus, terræ, & omnibus, quæ in terra degunt, creaturis tantum damnum intulit, verum insuper è terra, ubi committitur, adversus cælum se armavit & extulit, ipsumque solis, aliarumque stellarum cælestium lumen obfuscavit.

D. Anton. p. 4. tit. 14 cap. 1.

11. Postquam Lazarus & dives Epulo mortui fuere, & ille ab Angelis in Abrahæ gremium deportatus, hic vero, prouti jure merebatur, sepultus est in inferno, Deus, ut S. Evangelista Lucas refert, utriusque statum ita ordinavit, ut dives damnatus Abrahamum & in ejus sinu Lazarum videre posset; unde hanc sibi à Patriarcha gratiam fieri expetiit, ut videlicet Lazarum in terram ad fratres suos demitteret, qui eosdem melioris vitæ commonefaceret, ne aliquando in eundem præcipitarentur pœnarum infernalium carcerem, in quo ipse infelicissimè degebat: *Rogo te Pater, ut mittas Lazarum in domum Patris mei, habeo enim quinque fratres, ut testetur illis, ne & ipsi veniant in hunc locum tormentorum.* Quidnam obsecro præscitum hunc ad fratrum suorum æternam salutem procurandum permovit? forte dicetis quod charitas, quam sanguini suo deferebat, & compassio mali, in quod iis licentiosè vivendo, post mortem facilè incidere possent, id ei persuaserint. Verum enimvero magnoperè erratis si id opinamini; in inferno nec charitas, nec compassio, locum habent. Vera igitur ratio, quæ divitem Epulonem ad id permovit, timor fuit, quo metuebat, ne si fratres sui quoque damnarentur, tormenta quoque ejus majoribus essent incrementis adaugenda; damnati namque tanto magis torquentur, quantò plures reprobi infernum ingrediuntur. Adeò ingens & noxium est peccati malum, ut ipsi quoque inferno pernitiosum existat. Cum enim afflicti in hoc mundo per plurium societatem afflictiones suas levius ferant; in inferno societate plurimum afflictio crescit. *Peccatum nocet damnatis;* inquit Dionysius Carthusianus, *quia quò plures in infernum descendunt, tantò est illis major horror ululatus, & cruciatus: siquidem ibi locum non habet, quod dicitur: solatium miseris socios habere malorum.* Mira res & ingens sanè prodigium! homo in terra peccat, & infernus adeo procul à terra remotus, inde plangit & dolet, timens, ne si talis peccator damna-

Luc. 16. v. 27.

Dionys. Carthus. de enormit. peccati. 17.

damnaretur, sua inde increscerent & augerentur tormenta. Damnum igitur peccati ad ipsum usque infernum protenditur.

12. Verba illa observetis velim, quæ filius prodigus clam apud se in mente præconceperat patri proponenda, ubi pro erroris commissi venia postulanda, in paternam esset domum reversus: *Surgam, ibo ad patrem meum, & dicam ei: pater peccavi in cælum & coram te &c.* Culpam suam confiteri, atque à patre veniam rogare decreverat, quod inclytam beatorum civitatem errore suo offendisset. Verum dic sodes, quodnam damnum peccatum cælo inferre poterat, quod juxta inventionem poeticam omnes totius mundi gigantes omni sua monstrosa & prodigiosa, qua pollebant, fortitudine adhibita damno aliquo afficere nulla ratione poterant? ergone unicus duntaxat juvenis peccato suo efficere poterit, quod gigantes non potuerunt efficere? porrò quis est, qui nesciat, quod dum homo peccat, & secundùm præsentem justitiam damnatur, civitas gloriæ cælestis certo quodam modo ea privetur lætitia, cujus beati participes fiunt, quotiescunque animæ cuipiam ad illam conceditur aditus. Audite eundemmet Doctorem: *Peccatum nocet quodam modo beatis in patria per modum subtractionis, quo etenim copiosior est numerus beatorum, eo præmium accidentale fit majus ex societate felici, uno de felicitate alterius gloriante.* Tametsi igitur cælum magis sit à peccato, quam ab inferno remotum, peccati tamen damna persentiscit, utpote quo mediante, ea lætitia destituitur, cujus particeps foret, si peccatum à peccatore commissum non fuisset. Ergone Angeli fortasse, dum homine in terris peccante se hoc accidentali gaudio destitutos esse vident, in cælis dolent? utique dolent inquit Origenes, dum homo aliquis peccat, sicuti gaudent, dum idem peccatum commissum deplorat: *Si gaudent pro converso, necesse est ut lugeant pro peccante.* Ex quo facilè & perspicuè colligere licebit, quam sit horrendum & inimaginabile peccati malum, cum planctum & luctum eo inferat, ubi omnes, quid luctus & planctus sit, ignorant, faciatque dolere illos, qui quid dolor sit nesciunt, nec dolere possunt.

Luc. 15. v. 18.

Dionysius Carth. ibid.

Orig. hom. 23. in Num.

13. Dum igitur damnum, quod peccatum hominis aliis hominibus, nec non & creaturis peccati incapacibus & consequenter minimè peccantibus adfert, adeò est mirabile & ingens, quale ergo & quantum damnum illud erit, quod ei irrogabitur, qui illud patrare & committere non dubitat. Quodsi rivus propter fontem amarus est, quanta igitur fontis amaritudo erit? Isaias de afflictionibus & ærumnis, quæ in hoc mundo sustinentur & deplorantur, loquens dicit: *Flagellum inundans cum transierit non venit super nos.* Quibus in verbis humanam tribulationem, uti videtis, flagellum inundans appellat, quasi torrens quidam esset, qui dum inundat & intumescit lecto suo consueto relicto, margines suos transgreditur, & campos vicinos inundat. Unde autem Isaiam commotum esse existimatis, ut humanis tribulationibus hoc nomen imponat: nimirum ut illa nominis impositione insinuet, verum & proprium torrentis illius lectum esse illum, qui peccat. In peccatore, qui peccatum committit, peccati damna inprimis & præcipuè congregantur, illum damna hæc præ cæteris quam maximè affligunt & molestant, ab illo verò deinceps egrediuntur & transeunt ad affligendum alios, qui peccatum non habent. Audi Hugonem: *Signanter autem dicit, inundans; nam cum boni flagellantur, sive tribulantur quacunque tribulatione, proprium alveum exit aqua tribulationis, id est, in alios.* Afflictiones, quas illi, qui peccatum non habent, ex alienis peccatis patiuntur, cōparatæ cum ærumnis, quas peccatores sustinent, sunt tribulationum & angustiarum reliquiæ; totus autem peccati impetus, adversus authorem suum dirigitur. Primæ & præcipuæ peccati vires contra animam adhibentur peccatum committentis, inde vero ad alios affligendum discurrit & egreditur.

Isaiæ 28. v. 15.

Hugo Card. in cap. 1. Eccles.

14. Audite pulchertimum S. Zenonis Episcopi Veronensis & glorioſissimi Martyris paradoxum, cum de Joseph Patriarcha loquitur: *Joseph uxor Domini sui pejus amare cœperat, quam oderant fratres,* quasi diceret, damnosior & pernitiosior Josepho Dominæ suæ amor, quam fratrum suorum odium erat. Verum quodnam hoc est paradoxum.

D. Zeno serm. de pudic.

doxum. Cum enim is, qui amat, amico bene velit, malè autem inimico velit, qui eum odit, sequitur quod amor illius Dominæ non solum non fuerit Josepho pernitiosior fratrum odio, verum etiam incomparabiliter extiterit melior. Veruntamen tametsi sententia hæc paradoxa videatur, ipsissimam tamen in se veritatem continet. Fratres namque Josephum odientes morti eum tradere volebant: Domina vero Josephi ipsum amando ad peccandum incitare conabatur, peccatum autem quavis morte deterius est; unde dicendum est, ipsum pejus à Domina sua fuisse amatum, quam à fratribus odio habitum. Peccatum tantum peccatori malum adscisci, ut mors, quæ à Philosopho ultimum terribilium appellatur, minus malum esse videatur. Id quod omnes universim sancti optimè intellexerunt, quando mori potius, quam peccare, & Deum offendere voluerunt.

15. Quodnam unquam malum peccatoris malo & infelicitati comparari poterit, dum quoadusque vivit, quendam in se infernum sustinet? Audite quanta cum gratia & sale David conceptum hunc explicarit: *Deus Deorum Dominus locutus est, & vocavit terram.* Psal. 49. v. 1. Prima quidem facie videtur David hoc loco valde impropriè loqui; quomodo enim Deus terræ loqui potest, cum nullas habeat ad audiendum aures, nec Deum intelligere possit. Quodsi Sapiens dixit: *Vbi non est auditus, non effundas sermonem*, Eccles. 32. v. 6. videtur quod cum terra auditu & quovis alio sensu sit destituta, Deus illi loqui non debuerit, à qua percipi aut intelligi non poterat. Verum enimvero quia David hoc loco terræ nomine non sutdam & insensibilem terram, quam pedibus nostris calcamus, sed peccatorem, qui totus terreus est, intellexit, ideò propriissimè est hoc loco locutus. Ratio autem, cur peccatorem non proprio nomine, sed terram appellare voluerit, hæc est, ut nimirum per hoc nomen infinitum malum innueret, cui propter peccatum suum subjacet. Terram vocavit illum, quia sicut terra in gremio suo infernum continet: ita quoque peccator infernum in cordis sui gremio habet. *Terra est peccator capacitate pessima*, inquit P. Michael de Ayguanis Carmelitanus dictus Incognitus, *quia capit infernum; quia secundum Doctores infernus est in centro terræ. Hoc directè peccatoribus congruit, quia infernus est in medio cordis eorum.* Incogn. in Psal. 47. Denique sicut nihil in toto mundo invenitur, quod inferno adæquari possit, ita quoque nullum inveniri malum potest, quod malo illi æquale sit, quod peccator propter peccatum suum sustinet. *Infernus est in medio cordis eorum.*

16. Inter alia verba, quæ Deus certos quosdam homines de peccatis suis reprehendens per os ejusdem regii Psalmistæ dicit, leguntur sequentia: *Iudicatis iniquitatem, & faciem peccatorum sumitis.* Psal. 81. v. 2. Quasi illis dicere voluisset. O vos miserabiles! in quantas calamitates præcipitati estis, eo ipso quo faciem peccatorum vobis assumpsistis. Quænam fortè hæc facies fuit, quam hi homines sibi assumpserant, ut illa tantopere Deo displiceat? Dæmonum facies erat, qui per excellentiam peccatores dicuntur. Cum enim propter peccatum suum in Dæmones fuerint transformati, Dæmonum faciem præ se ferebant. Totidem Dæmonum facies homo sibi assumit, inquit S. Antonius de Padua, quot peccata mortalia committit: *Vultus Domini est illa imago, secundùm quam ad ipsius similitudinem & imaginem creati sumus; quam tunc perdimus, cum peccatum mortale incurrimus: faciei enim divinæ faciem Diaboli superscribimus. Quot mortalia committis, tot facies Diaboli divinæ faciei supponis; de quibus ait Psalmista: Iudicatis iniquitatem, & faciem peccatorum sumitis.* D. Anton. Pad. serm. in Dom. 6. post Penth. Vetissimum hoc est, nisi enim id verum esset, Judas utique à Christo Dæmonis loco non fuisset habitus, sed potius, ut alii, agnitus ut homo: quia vero is Dæmon quidam erat, ideo Christus de eo cæteris Apostolis dixit, *Ex vobis unus Diabolus est.* Homo per peccatum ex homine in Dæmonem transformatur. Ioan. 6. v. 70. Dæmon namque sit oportet, quando haud secus ac Dæmon quidam, quocunque se recipit, infernum in pectore suo secum circumfert, qui eum cum quovis possibili & imaginabili malo continuo affligit.

17. Nolo hoc loco sine matura ponderatione præterire quoddam S. Anselmi suspirium. Hic namque pater magnas infelicium

ium peccatorum miſerias attendens, ſuſpiravit & dixit: *Quam miſera ſors flagitioſorum, quibus bonum & malum pariter ſunt in tormentum!* Portò ſententia iſthæc multum in ſe continet difficultatis: cum enim peccatorem à malo torqueri, concedere debeamus, non videtur bene de eo dici, quod ſicut à malo, ita quoque à bono pariter torqueatur. Bonum non torquet aut affligit, ſed recreat, lætificat, & conſolatur. Verumtamen ſanctiſſimus Pontifex melius & aptius loqui minimè poterat, quam dicendo, quod bonum pariter & malum peccatori cedant in tormentum. Verum quidem eſt quod bonum recreet & conſoletur hominē, ſed non peccatorem, is enim non minus à bono, quam à malo, & præcipuè à ſummo bono, torquetur. Eo ipſo, enim, quo peccator eſt in inferno, ſimul torquetur & à malis inferni, & à delitiis ſeu bonis Paradiſi; imò longè magis ab his, quam ab illis, cum damnatis dolorioſior ſit pœna damni & jactura ſeu amiſſio ſummi boni, quam pœna ſenſus, & ignis, quo continuo uruntur. Unde ſicut juſto *omnia cooperantur in bonum*, id eſt, tam illis malum, quam bonum prodeſt & proficit, ita peccatori & malum nocet & bonum, ideoque nullus inveniri poteſt homo eo miſerabiliot.

D. Anſel. pro amiſſione Virg.

Rom. 8. v. 28.

18. Quis cauſam mihi explicabit, ob quam Redemptor noſter ſepulchro Lazari appropinquans amarè fleverit? eum enim à Martha ad eum perductus locum eſſet, ubi Lazarus fuerat ſepultus, *lachrymatus eſt Jeſus*, inquit S. Joannes. Scio, quod reſpondere poſſitis; Chriſtum fleviſſe, quod amicum ſuum mortuum viderit. Illa tamen reſponſio non ſubſiſtit, quia Chriſto vivus, non vero mortuus erat, unde mortem ſuam ſomnum, non vero mortem eſſe exiſtimavit. S. Vincentius veram fletus Chriſti rationem hanc eſſe dicit, quia ſcilicet dolebat, quod eum qui in tali loco degebat, ubi peccare non poterat, reſuſcitare talique vitæ reſtituere deberet, in qua peccare denuo poſſet. *Volens Chriſtus reſuſcitare Lazarum amicum ſuum de ſtatu, in quo erat impeccabilis, ad ſtatum, in quo poterat peccare, flevit.* Malum peccatoris adeo eſt atrox & horrendum, ut homo in peccabilitatis ſtatu conſtitutus, tametſi reipſa non peccet, ipſiſſimis Dei lachrymis deplorari mereatur, idque ob ſolum peccandi periculum, cui eſt expoſitus. Unde colligere licet, quam amare alius defleri debeat, qui actualiter peccat? nullas exiſtimo lachrymas reperiri poſſe tanto malo pro dignitate deplorando ſufficienter. Ex quo igitur peccatum tantum ſecum malum adferat, ipſum Deum, nec non omnes mundi creaturas, & præ his omnibus ipſummet peccati authorem adeo graviter offendit & lædit, cur obſecro peccatum committere non timer? aut cur aget animæ ſuæ *habet zizania*? Veruntamen cur rationem hujus ab eo expoſcimus, à cujus cerebro omnis procul abeſt ratio; non eſt quod alia hujus inquiratur ratio, præterquam hæc, ſcilicet: peccat quia ſtultus eſt, omnique ratione orbatus.

D. Vincēt. ſerm. 3. Dom. 10. poſt Trinit.

Ioan. 11. v. 35.

SERMO II.

IN DOMINICAM V. POST EPIPHANIAM.

THEMA.

Venit inimicus ejus. *Matth.13.*

ARGUMENTUM.

Crudelis inimicitia quam Dæmon contra nos profitetur non tantum magni mali, verum etiam magni boni causa existit.

1. CHristus Dæmonem in hoc Evangelio nō proprio suonomine appellat, sed inimicū hominis vocat: *Venit inimicus ejus:* eo quod particularis hominis inimicus existat; ex quo enim Dei inimicus est, hominis quoque inimicus sit necesse est: qui enim odio Deum prosequitur, Dei quoque imaginem exosam habet. Porro Dæmon ex eo quod inimicus est hominis congruè leo dicitur: *Tanquam leo rugiens.* Leo enim inimicus est ignis, Dæmon autem hominis est inimicus, qui ab Hebræis, *Isch*, quod idem significat, appellatur. Ob eandem quoque causam Dæmon lupus dicitur, ipsomet Salvatore teste, qui de Dæmone loquens inquit: *Lupus rapit:* quia haud secus ac lupus perpetuam cum hominibus qui Dei oves sunt: *Oves pascuæ ejus*, inimicitiam profitetur. Unde *Satban*, id est, *adversarius* dicitur, quia nulla ipsi major voluptas est, quam quod homines prosequatur; ideoque nomen adversarii obtinet, quasi totum esse suum in inimicitia nostra consistat. Verum enimvero quidnam in homine tanto odio prosequitur? num forte ipsummet hominem an vero hominis felicitatem? utique felicitati & beatitudini hominis insidiatur; quia enim hominem adeo à Deo exaltatum videre non potest, eundem ex omni virium suarum facultate aggredi & deprimere conatur. Ac proinde tametsi homo cum omnibus pacem quærere & conservare, omnemque à se hostilitatem & odia deponere debeat; hic tamen communis omnium hominum inimicus

Matth.13. v.25.

1.Petri 5. v.8.

Ioan.10. v.12.

Psal.78. v.13.

micus talis est, ut homo adversus illum æternam fovere & continuare inimicitiam obligetur; & ideo licet omnis inimicitia quæ inter homines versatur mala sit & reprobanda, hæc tamen bona est, omnique laude dignissima. Etenim quia inimicitia isthæc à Deo, per quem factus est mundus, homini est indita, ideo nunquam est intermittenda: sicut enim *id quod Deus conjunxit, homo separare non debet*, ut Christus inquit, ita quoque illos quos Deus à se & contra se mutuo divisit, homo unire & concordare non debet. Negari equidem non potest, quod ingentia nobis inimicus hic noster mala inferat, veruntamen etiam fatendum est, quod dum tantis nos obruere malis nititur, multa quoque nobis bona conciliet. Unde David illum non solum inimicum, sed & defensorem nostrum appellat: *Destruas inimicum & defensorem*, prouti in Psalterio Vaticano legitur. Videamus igitur qualiter inimicus hic noster eo ipso quo inter frumenta nostra zizania seminat, magna nobis mala pariter & bona adscisçat; Et quidem dum de utroque sermo nobis futurus erit, bonum malo locum primum cedat, & primo de malis à Dæmone nobis illatis agamus.

Matt. 17. v. 6.

Psal. 8. v. 3. juxta Psal. Vatican.

2. S. Petrus Apostolorum Princeps à Christo in summa Ecclesiæ suæ cathedra sublimatus, ejusque in terra constitutus vicarius, dum super grege curæ suæ commisso vigilans, Dæmonem eidem propinquiorem fieri, ovibusque suis necem & interitum machinari videret, fortiter exclamando dixit: *Fratres, sobrii estote & vigilate, quia adversarius vester Diabolus, tanquam leo rugiens circuit quærens quem devoret.* Circa quæ verba S. Joannes Chrysostomus observat Apostolum non dicere quod Dæmon fideles quærat, ut eos mordeat aut dilaceret, sed ut devoret: *Circuivit quærens, non quem mordeat vel frangat, sed quem devoret.* Cur obsecro non dicit eum tanquam leonem regientem quærere quem mordeat aut laceret, sed quem devoret? Nimirum quia cum rabidum quendam rugientemque leonem esse videbat, qui proinde illos non mordere seu devorare contendat. Sicut enim dum lex aut quævis alia fera unum membrum mordet aut offendit, alterum sanum & illæsum relinquit; dum autem devorat, totum corpus destruit & perdit; ita Dæmon nostram perditionem totalem adeo anxiè quærit, ut nullam nobis partem reliquam sanam & illæsam remanere velit; Devorare namque nos quærit, id est, totum hominem tam quoad corpus, quam quoad animam, tam quoad interiora quam quoad exteriora offendere nititur. *Circuit quærens non quem mordeat, sed quem devoret.* Ac proinde quia Deus sciebat, quod si truculento huic leoni plenam Jobo nocendi facultatem dedisset, illum utique devoraturus fuisset, eumque tam in corporis quam in animæ bonis damnificasset, ideo limitatam ei nocendi licentiam indulsit, & cum restrictione dixit: *Veruntamen animam illius serva.*

1. Petri 5. v. 8.

Job. 2. v. 6.

D. Chrysost. Hom. 22. ad populum.

3. S. Lucas Evangelii sui cap. 8. Christum vice quadam Dæmoniaco cuidam è Gerasenarum civitate oriundo obviam factum fuisse scribit, Dæmonesque miserum hunc hominem torquentes, quoniam se ab homine illo divinâ Christi virtute pellendos esse animadvertebant, petiisse, ut quoniam illi statutum esset, eos ab hujus Energumeni corpore ejicere, saltem ut in porcos introire liceat, illis indulgeret; quod cum à Christo obtinuissent, relicto hoc homine in porcos digressi, eosdem in mare adactos mox suffocaverunt: *Exierunt Dæmonia ab homine, & intraverunt in porcos: & impetu abiit grex per præceps in stagnum, & suffocatus est.* Quidnam obsecro Dæmones commovit, ut tantum erga misera hæc animalia crudelitatem exercerent, quando nulla iis cum porcis, sed cum hominibus intercedit inimicitia? Fatendum quidem est, quod Dæmoniaca hostilitas homines tantum non vero alia animalia respiciat, veruntamen ut homines offenderent, porcos hosce occidere voluerunt, utpote res ad homines proprietatis pertinentes. Inimicitia namque quam Dæmones adversum homines profitentur tanta est, ut non solum hominibus possibilia conciliare damna procurent, verum etiam omnibus iis quæ ad hominem quovis modo spectant, damna inferre contendant, *Tantus est Dæmonis rancor in homines, quod jumentis & cæteris eorum rebus optant nocere*, inquit Carthusianus,

Luca 8. v. 33.

Ditnys. Carth. c. 8. Luca Art. 20.

nus. Maledictis igitur hisce spiritibus se homines in corporis pariter & animæ bonis læsisse non sufficit, nisi eosdem in aliis quoque bonis affligant graviterque offendant, omni possibili & imaginabili malo eosdem lædendo.

4. S. Apostolus in Epistola secunda ad Corinthios omnia pericula in quæ prædicationis Evangelicæ causa per mundum discurrens incidit, recensens, inter alia quoque se frequenter in periculis latronum incidisse scribit, nisi Deus illum miraculosè salvasset : *Ter virgis cæsus sum, semel lapidatus sum, ter naufragium feci, nocte in profundo maris fui, in itineribus sæpè in periculis fluminum, periculis latronum.* Id quod consideratione dignissimum est, nisi enim Apostolum in periculis latronum fuisse, ab ipsomet Apostolo recenseretur, difficillimè credi posset, cum incredibile videatur esse sanctum Paulum aliquas à latronibus insidias passum fuisse. Quo enim ex motivo latrones Apostolum aggredetentur, qui ut nudum sequeretur Christum, omnibus quæ in mundo unquam possederat, relictis, adeo factus erat pauper & inops, ut fame infallibiliter moriturus fuisset, nisi propriis sibi manibus sicut laboribus victum comparasset ? utique nec latrones Apostolum aggressi sunt, nec ipse in illorum manus cadere timere potuit, quando in itineribus constitutus, nihil eorum quæ latrones quærere solent, secum habebat. *Cantabit vacuus coram latrone viator,* Verum enimvero tametsi Apostolus nec pecunias, nec quicquam aliorum bonorum quæ latronum insidiis subjecta esse solent, secum habuerit, non tamen à latronum insidiis liber fuit, utpote qui ex Dæmonis instinctu vita eum privare sunt conati ? Quia enim Dæmones illum in civitatibus per varios ministros suos occidere non poterant, illum in sylvis vita exuere crudeliter studebant. *Diabolus*, inquit Magister sententiarum, *cum in civitate eum occidere non posset, ei excitabat latrones in via ; cum tamen nihil ferret, quod latrones cupiunt.* Adeo ingens est desiderium, quo Dæmon homines offendere concupiscit, ut hoc sine non solum omnes vires suas impendat, verum etiam in hominum damna sceleratos quosque homines armet : quasi ei minimè sufficeret, si eos affligat & discruciet, nisi illos propriis manibus suis confectos & occisos esse videat.

2. Cor. 11. v. 26.

Magist. sentent. in 2. ad Cor. cap. 11.

5. Sancta utique & laudabilis est sanctæ matris Ecclesiæ consuetudo, qua fidelium suorum defunctorum corpora non solum priusquam è domibus deferantur ad sepulchrum, verum etiam postea, aqua benedicta aspergere solet. Quænam autem est hujus Cæremoniæ sive aspersionis causa ? Dæmonum malignitas, nescilicet Dæmones corporibus illis appropinquantes, damna iisdem adferant. Nisi enim Dæmones aquam benedictam verentur, utique corpora illa variis modis discerperent & contumeliosè tractarent. *Aspergitur aqua benedicta, ne Dæmones, qui multum eam timent, ad corpus accedant : solent namque sævire in corpora defunctorum,* inquit Durandus. Dæmonibus damna illa quæ hominibus viventibus inferunt, minimè sufficiunt, ideo enim illos quoque post mortem offendere non desinunt. Et nisi Ecclesia fidelium suorum defunctorum corpora aqua benedicta aspergeret, hac ratione illos à cadaveribus procul arceret, in minutissimas utique partes illa discerperet. Vides igitur qualiter hic adversarius noster, nos & in anima & in corpore, & vivos & mortuos sine intermissione persequatur.

Guilielmus Durandus lib 7. ration. Divin. 35. n. 28.

6. Inter Doctores præter cæteras quæstiones etiam hæc controvertitur, num videlicet Angeli qui animas in Purgatorii carcere detentas torquent & cruciant, bonis vel malis Angelis sint connumerandi. Nonnulli Angelos illos malos esse dicunt, eosdem videlicet, qui animabus illis dum adhuc corpori conjunctæ vivebant, Deum offendere persuaserunt, Deo nimirum justè ordinante, ut illos in pœnis carnifices habeant, quos ad culparum reatum contrahendum

hac

habuere persuasores & instigatores. Hoc tamen multis, inter quos Tostatus eminet, minimè placet ; Neque enim conveniens esse videtur, quod animæ quæ dum hic in terris degebant, Dæmonem vicerant, optatamque de illis tetulerant victoriam, demum in Purgatorio hosti suo victo & detriumphato subjici debeant. Unde S. Bernardinus ob hanc rationem Dæmonibus nequaquam permissum esse existimat, ut ad illas animas, quæ ipsorum semper evasere manus & laqueos torquendas, Purgatorium ingrediantur. Magnis igitur hisce spiritibus hoc solum permissum est, ut portis loci illius appropinquantes, animas ad perfectam earundem purgationem horrendis & terribilibus oculis suis affligant & torqueant. *Dæmones non possunt tormentare animas Purgatorii nisi per visum ; quia anima videndo terribilitatem Dæmonum terrentur, & Dæmones ipsis incutiunt terrorem*, inquit sanctus Doctor. Unde S. Job capite 16. libri sui in persona animæ cujusdam in Purgatorio detentæ loquens, opinionem hanc explicabat, dicens : *Collegit furorem suum in me, & comminans mihi infremuit contra me dentibus suis : hostis meus terribilibus oculis me intuitus est.* Unde ingens illa malorum quæ magnus ille adversarius noster contra nos quovis tempore machinatur, abyssus facile intelligi potest, siquidem is non solum in hac vita, & in morte, tot tamque variis modis nos affligat, verum etiam post mortem, quando jam crudeles illius manus feliciter evasimus. Mira profecto res est, Mors quæ cunctis malis atque miseriis nostris finem imponit, Dæmonem ab inferendis nobis malis minimè coercet, vel impedit.

D. Bern. p. 4. serm. 15. extrav.

Iob. 16. 10.

7. S. Brigitta refert, quod Dæmon die quadam de nomine suo interrogatus responderit : *Nomen meum est heu.* Ecquod peregrinum nomen Diabolus illi sibi vendicavit ? Cur se Dæmonem, Diabolum, Sathanam, Beelzebub vocari non respondit ? Aliud nomen, uti existimo, præter istud adducere in medium noluit, ut per hoc nobis innueret, quòd quisquis in ejus potestatem redigitur, perpetuum quoddam lamentum & eheu sibi imponat, id est, in ejus manus incidat, qui illum supra omnem modum dolere & affligi faciet. Huc eheu æternum, quod ne obsoleſcat, damnati in ore suo perpetuo circumferunt, à crudelissimis Dæmonum manibus suam trahit originem. Et quotquot in præsenti vita lamenta, lachrymæ, suspiria & dolores inveniuntur, ab iisdem manibus in nos derivantur. Hic denique inimicus universale quoddam eheu est omnium quotquot in terra & subtus terram reperiri possunt hominum.

Revel. S. Birgitta lib. 8. c. 48.

8. Quærunt Theologi, utrum si Dæmones Christum Dei filium esse certo cognovissent, sicut cognoverant per conjecturam, ipsum ab Hebræis cruci affigi curassent ? Et quidem nonnulli id eos in tali casu curaturos fuisse negant, ob ingens damnum quod timere possunt, ne scilicet mors filia ipsorum primogenita morte sua occumberet ; & quotquot sub ipsorum continebantur imperio, inde liberati jugum excuterent, totumque regnum in extremam adigeretur ruinam ; Ipsimet denique majus sibi pœnarum tormentorumque pondus imponerent longe gravius & ponderosius quam hactenus sustinuissent. Verum enimvero Dionysius Carthusianus posthabitis hisce rationibus adductis in eam sententiam inclinat, nimirum Dæmones nulla prorsus malorum prædictorum inde consequentium ipsisque imminentium habita ratione Christi mortem procuraturos fuisse, Diabolica namque voluntas tantæ est perversitatis ut nihil curet malum suum, dummodo inferre possit alteri grave nocumentum : *Si certo sciviſſet Iesum esse filium Dei, non omisisset Iudæos inducere ad crucifixionem ipsius, ex timore ejus ultionis. Quoniam tanta est ejus invidia contra sanctos, quod eos tentare ac prosequi non omittit, propter augmentum*

Dionys. Carth. c. 4. Luc. Art. 11.

sua

ſua calamitate vitandum. Qualia heu damna non infert, aut quæ non machinatur mala, qui nullo prorſus proprii ſui mali & damni timore coercetur ? Nullum utique quantumvis crudele malum erit, quod à Dæmone nobis inferendum metuere non poſſimus, quando ille omne malum contemnit quod ex illato nobis damno ei poterit accidere.

9. Prothoparentes noſtri Adamus & Eva in Paradiſo terreſtri omnibus poſſibilibus & imaginabilibus fruebantur deliciis, vultuſque ipſorum quaſi totidem ſoles, mediante originalis gratiæ dono, ſplendeſcebant, adeo, ut cæleſtibus potuiſſent Angelis coæquari; quando invidus Dæmon admirabili cum artificio iis ut creatorem ſuum à cujus manibus omnia, quibus fruebantur, bona procedebant, offenderent, originalis innocentiæ gratiam perderent, & jam non Angelis, ſed beſtiis aſſimilarentur, doloſè perſuaſit. Quidnam infernalem hunc ſerpentem ad hoc inſtigavit, ut inæſtimabilem hanc circa prothoparentes noſtros machinaretur innocentiæ jacturam, cujus beneficio coram oculis Creatoris ſui adeo erant grati atque perſpicui ? Variæ ipſum cauſæ ad hoc permoverunt, præcipuè vero ardens ejus deſiderium quo nos omnes infinitis, irremediabilibus, æterniſque irretite malis cupiebat. Unde per Adæ peccatum nos non tantum ad infernum condemnari verum inſuper omnino hanc condemnationem evadendi remedio deſtituere ſtudebat. Quia enim cognoverat, quod Deus pro nobis redimendis atque à tanta malorum congerie in quam inciderамus liberandis, noſtram eſſet aſſumpturus naturam, eamque ſibi incarnando per hypoſtaticam unionem copulaturus eſſet ; ideo ut hanc unionem abhorreret, homoque fieri dedignaretur, carnem humanam peccatorum ſordibus defædare voluit, certiſſimè futurum credens quod Deus, tantus impuritatis inimicus carnem noſtram ſemel adeo turpiter contaminatam nunquam ſibi injunam ſecum hypoſtaſim unicurus eſſet. *Sua detractionis virus conatus eſt effundere in terra in humana natura, ut dedignaretur Deus de humano genere carnem aſſume-*

D. Bern. Carth. cap 4. Luc, Art. 11.

re, inquit S. Bernardinus. Negari equidem nequaquam poteſt quin Dæmon ingens nobis inferre malum conatus fuerit, quando nos iræ & indignationi Dei ſubjicere, humaniſque miſeriis devovere ſtuduit: verumtamen malum incomparabiliter deterius & atrocius nobis adſciſcere cogitavit, quando verbi incarnationem impedire ſategit; hac namque via ſingulari nos remedio & unico quod malis noſtris pellendis reliquum erat auxilio privabat. Hominem namque miſerum eſſe malum quidem eſt ingens, eundem vero nullum habere miſeriis ſuis pellendis remedium malum eſt ineffabile & infinitum. Atque ideo peſſima contra nos mala Dæmon machinatur, ſagittaſque ſuas veneno adeo crudeli intoxicat, ne vulnera inde inflicta ullum reperire remedium poſſint.

10. Dæmoniacus ille de quo S. Lucas loquitur, cujus nos quoque ſuperius mentionem fecimus, quoque Chriſto Domino noſtro è navi in Geraſenorum littora exſcendenti obvius occurrerat, à maledicto quo poſſidebatur ſpiritu procul à domo ſua in ſolitariis deſertiſque locis continuo detinebatur conſtitutus: *occurrit illi vir quidam, qui habebat Dæmonium jam temporibus multis & veſtimento non induebatur, neque domi manebat,* inquit Evangeliſta. Circa quem locum ſcire peroptarem quanam de cauſa Dæmon miſerum hunc hominem tam procul ab amicis, parentibus, & domo ſua propria commorari coegerit ? Num fortè hominem iſtum non tam commode domi ſuæ quam extra domum vexare potuit, ut propterea illum adeo à domo ſua remotum eſſe voluerit ? Poterat utique eum non minus domi quam foris & procul à domo ſua commorantem affligere, ipſum tamen foras eduxit, eo quod tormento ejus nullum invenire remedium volebat. Cum enim domi exiſtens patrem & matrem, alioſque cognatos & amicos habere poterat, qui de ejus miſeriis & afflictionibus certiores facti, commoveri ad compaſſionem, eique remedium adhibere poterant : econtra à domo ſua ſuiſque amicis procul abſens, neminem habebat, qui ei in afflictione ſua opitulari aut ſubvenire poſſent. Ita enim hac de re

Luc. 8. v. 27.

re Paulus de Palatio discurrit: *Miser Dæmoniacus in domo sua à suis aliquod remedium inveniret, vel certè impediretur, ne se lederet. Savus ille Dæmon ladere liberius volens, ad desertum adduxit.* Videris igitur qua ratione Dæmon non solum majora nobis inferendo mala delectetur, verum etiam ut omnem nobis remedium eripiat omnem ingenii sui vim operam atque industriam adhibeat. Nosque sine remedio affligere gaudeat, ut semper affligamur, nullumque rerum næ nostræ finem habeant.

Paulus Palat. in cap. 8. Matth.

11. Gloriosissima cœlorum Regina semperque Virgo Maria ad unigeniti filii sui dexteram collocanda, eamque quam ineffabilia ejus merita postulabant coronam receptura, lætabatur, festiva, cœlestibusque splendoribus circumamicta cœlos ascendebat, quando Angeli eam conspicientes, mito quodam stupore perculsi inter se mutuo dixerunt: *Quæ est ista quæ progreditur, quasi aurora consurgens, pulchra ut luna, electa ut sol, terribilis ut castrorum acies ordinata.* Circa quem locum dubium mihi incidit, fuerintne Angeli illi, qui Deiparam ad cœlos ascenderet videntes hæc verba inter se loquebantur, boni vel mali? Nonnulli eos bonos Angelos fuisse dicunt: Ego verò, salva cujuslibet rectius sentientis judicio, malos illos fuisse existimo; tum quia B. Virgo illis terribilis esse videbatur (cum tamen bonis nequaquam terribilis, sed jucunda sit suavis, & amabilis) tum etiam quia eo ipso quo quænam ipsa sit scisciantur, à longe illam videre, atque ob nimiam distantiam eandem perfectè cognoscere non potuisse videntur. Dæmonibus autem non verò Angelis bonis à Christo prohibitum fuit dilectissimæ matri suæ ab hac vita ad alteram transeunti appropinquare. Portò ratio cur Dæmon Deiparæ in illa hora appropinquare non potuit, non est alia, quàm quia ipsa à divino filio suo idipsum veluti particulare privilegium petiit & obtinuit; non quia ipsa illos, à quibus tantopere timebatur, aliqua ratione formidaverit, sed potius ne faciem videret illorum qui tot tantaque hominibus damna procurabant. Ad eum ferè modum, quo Princeps aliquis hominem sceleratum & facinorosum multis horrendis criminibus obnoxium coram facie sua comparere minimè permittit. *Non credatis,* inquit S. Vincentius, *quod eos timeret, sed propter horrorem hoc fecit, quia tanta mala faciunt. Sicut de Rege qui non permittit, quod homo criminosus veniat coram eo, non quod eum timeat, sed quia eum abhorret.* Unde magnitudinem damni à Dæmonibus mundo illati arguere licet; quod adeo atrox & horrendum est, ut illa quæ omnes peccatores terræ tantorum malorum artifices tanta cum benignitate, animique teneritudine videt, iisdemque compatitur, Dæmones damni illius authores videre aut coram se tolerare non possit.

Gano 6. v. 5.

D. Vincentius serm. 1. de Assumpt.

Ps. 118. v. 91.

12. Dolor maximus quo Christus salvator noster in sua passione fuit affectus, is fuisse videtur, quem in monte Oliveti orans prolixius & agonizans sustinuit: neque enim in cruce tantum dolorem sensisse videtur, quantum tunc sustinuit; in cruce enim sanguinem sudasse non legitur, cum tamen id eum in horto fecisse expresse dicatur. In horto enim, non verò in cruce, ut sanctus Lucas inquit: *Factus est sudor ejus, sicut gutta sanguinis decurrentis in terram.* Verum enim verò quidnam Dominus noster horridi in illa hora vidit, ut ex ejus aspectu tantum doluerit, ut ex nimio doloris excessu sanguinem sudaverit? Paschasius ipsum Dæmones adversum nos in summum damnum nostrum truculenter armatos vidisse existimat; doloremque ex hoc viso spectaculo conceptum adeo vehementem & exceſſivum fuisse dicit, ut ipsum sanguinem sudare, patremque suum ut à malis sibi & tam immanium inimicorum truculenta rabie imminentibus liberare dignaretur, rogare coëgerit: *Forsitan in articulo mortis suæ conspexit in unum assistentes aëreas potestates contra genus humanum: pro quibus omnibus nõ sibi sed pro nobis gemuit & oravit, nõ qualitercunque, sed prolixius in agonia, ita ut gutta sanguinis ab eo præ sudore laboris in terrã decideret: ut omnia nobis adversantia, præ nobis oblata sua prece depelleret.* Cum enim ad aliud quodvis malum deplorandum duo oculis sufficiant, pro hujus tamen mali luctu condigno minimè; unde opus fuit, ut toto corpore velut Argus quidam merus oculus

Luc. 22. v. 44.

Paschasius in ca. 26. Matt.

lus fieret, qui loco lachrymarum sanguine stagnaret, ad malum illud pro sui atrocitate condignè plangendum.

13. Verum enim verò tametsi Dæmon ob mortale odium quo contra nos exardescit, tanta adversum nos mala machinetur, nobis tamen, etiam licet in vitus quovis possibili modo prodesse non omittit, seque nobis non solum inimicum, verum etiam defensorem & procuratorem nostrum esse haud obscuris indiciis probat. Unde Jeremiæ Propheræ ipsum malleum universæ terræ appellare placuit; quo quidem nomine ipsum donat, dum de perditione sua loquitur. *Confractus est & contritus malleus universæ terræ.* Et quidem malleus verè dici potest, postquam enim homo humanarum miseriarum incudi semel est impositus, illum semper concutit, & potrò percutere continuò pergit. Quia verò ictus hujus mallei non ab uno vel pluribus, sed ab omnibus passim hominibus sustinentur, ideo non unius civitatis vel Regni malleus dicitur, sed *Malleus universæ terræ.* De hoc malleo S. Bernardus loquens ait: *Tanquam malleus cœlestis opificis, factus est malleus universæ terræ.* Quasi clarius dicere voluisset: Dæmon affligit homines, prout illos Deus affligit. Quæ quidem hujus sancti Doctoris sententia prima fronte paradoxa, atq; ad capiendum apprime difficilis esse videtur. Siquidem Deus hominem ponit ex amore quo in ipsum fertur instigatus; Dæmon verò ex rabido odio quo in ipsum furit, percutit & exercet. Deus affligendo consolari nos nititur; cum tamen Dæmon dum hos persequitur, nil nisi confusionem & pernitiem totalem nobis inferre moliatur. Deus nos tribulat ut coronet. Dæmon verò nos torquet ut perdat, destruat, & condemnet. Veruntamen tametsi hæc omnia ita se habeant, si perversam attendamus hujus inimici nostri voluntatem: attamen si divinorum judiciorum consideremus abyssum, inveniemus, malleum hunc ut plurimum nos percutere ut mereamur, nos affligere ut salvemur, nos humiliare ut exaltemur, denique potius nobis paradisi fabricare coronam, quam Inferni catenam. Unde S. Doctor ut mentem suam melius & apertius declaret, mox subjungit: *Terit electos eorum utilitatem. Quotidie enim fit ut salutis nostræ negotiis ignorans serviat, & invitus, scio postmodum plangere quod dum obesse voluit, inventus est profuisse.* Sicut enim Nilus quando tumidus & superbus lecti sui limites transcendit, totamq; Ægyptum innundat, illam submergere velle videtur, cum tamen non solum ne vel minimum illi detrimentum adferat, sed potius eandem solito fertiliorem & fœcundiorem reddit, ita quoque Dæmon hominem aliquem virtuosum exercens, non solum eidem non vocet, sed prodest etiam, dum eundem in operibus bonis accumulandis fœcundat, ejusque meritum per quod cœlesti corona dignior efficitur, egregiis incrementis adauget.

Ierem. 50. v. 23.

D. Bern. serm. de S. Malachia

D. Bern. ibidem.

14 Quoniam per peccatores, ut superius diximus Dæmones intelliguntur, utpote qui veri & perpetui sunt peccatores, nunquam verò justi & pœnitentes. eo quod à justitiæ semitis adeo sunt procul remoti, ut illas nunquam in perpetuum sint assecuturi; ideo quando David dicebat: *Supra dorsum meum fabricaverunt peccatores* per peccatores Dæmones intellexit, quasi dicere voluisset: Dæmones fabri mei fuerunt, à quibus hactenus in hanc, quam conspicitis formam fabricatus sum. Verum dicet fortasse nonnemo, quod si Dæmones adeo solliciti sunt omnis mali artifices, ut nullum prorsus bonum operari possint, quomodo nunc fabri appellantur, qui fabricare & non potius omnia susque deque evertere & demoliri dicuntur? Huic igitur respondeo quod Dæmones fabricantes nequaquam fabricare aut ædificia erigere, sed potius subvertere & demoliri nitantur, cum tamen in fine operis se fabricasse, non vero demolitos fuisse deprehendant; Deo nimirum malleationes & verbera eorum quæ ad ruinam & desolationem caussandam direxerant, ad fabricandam sanctorum suorum coronam adhibente; *Fabricaverunt peccatores, id est, coronam gloriæ,* inquit Joannes Gerson: Sic namque tot tamque frequentatis ictibus, quos tam diuturnæ persecutionis martello invidus Dæmon S. Jobo suisq; facultatibus impegerat, eundem nequaquam prouti sibi proposuerat est demolitus, verum potius sancti hujus viri coronam, propter

Gerson. serm. de defunctis.

propter quam etiamnum tam in cœlo quam in terra adeo est celebris & famosus, fabricavit & expolivit.

15. S. Vincentius Ferrerius locum quendam ex Psalmo centesimo decimo octavo depromptum graviter ponderat, in quo Psalmista dicit: *Ordinatione tua perseverat dies, quia omnia serviunt tibi*; Dicit enim, qua ratione verum esse potest quod regius Propheta hoc loco dicit, scilicet, quod omnia creata Deo inserviant, quandoquidem Dæmon utpote Dei inimicus Deo non solum non servit, verum etiam continuò ipsum offendit, & cum eo indesinentes & acriter luctatur? Tandem verò omnibus itè examinatis verum esse deprehendit quod Dæmon non minus quam creaturæ aliæ sedulam in Dei servitio operam navet; cum hac tamen differentia, quod videlicet aliæ creaturæ ultro citroque ac voluntariæ Deo exhibeant obsequia. Dæmon verò non nisi coactus & prorsus invitus Deo ministrat præcipuè quidem in fabricanda & exornanda sanctorum suorum corona; cum nulla in cœlis corona inveniatur, quam suo ipse malleo non fabricant. *Contra suam voluntatem Demones serviunt Deo. Non est in Paradiso aliqua Corona nec Patriarcharum, nec Prophetarum, nec Confessorum, nec Virginum, quin per Dæmones non sit fabricata: licet quando Diabolus tentat, non intendat fabricare coronam.* Cum enim Dæmon animam aliquam tentat & affligit, hæc autem sævæ tentationi propositæ fortiter resistit, & patienter sustinet irrogatam sibi miseriam, eo ipso illam Paradiso dignam efficit, eidemque æternæ gloriæ coronam adornat. Unde ob hanc adductam rationem, ne scilicet tanti boni pateretur jacturam, certus quidam vir comprimis virtuosus, prouti S. Thomas de Villa Nova scribit, cuidam amicorum suorum permittere noluit, ut Deum pro gravi quadam tentatione qua continuo infestabatur, ab eo pellenda, rogaret.

Ps. 118. v. 91.

D. Vincēs s. rm. 3. Dom. 29. post Trinit.

16. Tametsi S. Gregorius S. Marcum, qui Christum à Maria Magdalena septem ejecisse Dæmonia scribit, in hunc sensum interpretetur, ut per Dæmonia peccata capitalia intelligantur, quasi nullum unquam in mundo vitium fuisset, quo tempore vitæ suæ non fuerit coinquinata; attamen non desunt, qui ipsam verè à Dæmone obsessam, demum verò à tot Dæmonibus liberatam fuisse dicant. Inter cæteros vero hanc opinionem Joannes Gerson Cancellarius Parisiensis propugnat; qui proinde quærit, cur Deus Mariam Magdalenam à tot spititibus infernalibus possideri & torqueri permiserit? Ac tandem cum ejusdem sententiæ authoribus id Deum ideo fecisse respondet, ut illam ad Christum, tum pro sui ab illo tormento liberatione, tum ad obtinendam & exornandum instigaret & permoveret. *Maria Magdalena habuit septem Dæmonia, qua ejecit Iesus Christus. Dicunt Doctores quod propter peccatum mortale ante conversionem suam erat Dæmoniea, & visibiliter tormentis affecta, ut citius converteretur ad bene vivendum, & ad postulandum auxilium Iesu Christi, & veniam suorum peccatorum.* Quodsi etenim quis Mariam Magdalenam à Dæmonibus vexatam videns eandem ab illis ut ad Christum recurret, salutemque animæ suæ ab eodem exposceret, sollicitari & instigari dixisset, difficillimam utique fidem invenisset, etiamsi ipsissimam dixisset veritatem. Neque tamen id valde mirandum est, siquidem maledicti spiritus nos ad comparandam cœlestis gloriæ coronam inviti adjuvant & urgent, dum enim ipsi nos per illorum operam vulneratos esse existimant, tandem se nos sanasse revera experiuntur. Unde Dæmoni idem prorsus accidit, quod illi quondam evenit, qui certum quendam Tessarum occidere conatus, mox ut gladium suum in eum vibravit, *casu tuberita percussit ac dissecuit, ut servaret hominem, ruptoque tubere, periculo liberaret.* Dum enim nos molitur occidere, non tam occidit, quam salvat, & vitam eamque sempiternam nobis donat, quod minimè facere cogitabat.

Gerson. de desolat. Regni.

Plutarchus de utilitate ab inimicis.

S. Thom à Villa Nova Dom. 1 Quadrag. Conc. 2.

17. Homo ad digniorem altioremque locum evehi nequit, quam sit ille, in quem per æterni verbi incarnationem à Deo sublimatus fuit: cum enim ipsomet Deo nihil, cui uniretur, sublimius excogitari possit, altius quoque extolli minimè potuit. Verum die sodes si potes, cuinam tantam Naturæ nostræ exaltationem, tantum honorem, tamque inexplicabilem gloriam debe-

mus? Deo utique inprimis, deinde verò Dæmoni ejusque illusionibus. Nisi enim Dæmon peccatum induxisset, homo utique in eodem prorsus statu in quo à Deo creatus fuit, fuisset relictus, nec Deus unquam fuisset incarnatus. *Non enim,* inquit S. Augustinus, *de cœlo ad terram merita nostra bona, sed peccatu traxerunt.*

Augusti. de verbis Apost. ser. 8.

18. Dic obsecro, potuitne homo opulentius, pretiosius, aut præstantius à Deo donum assequi, quam sit sanctissimum Eucharistiæ sacramentum? Nequaquam. Cum enim Deus alia sua dona hominibus dando, res suas duntaxat donet, dando Eucharistiam, donat semetipsum, eosque proprio carne & pretiosissimo sanguine suo nutriens ex hominibus Deos efficit. Verum enimvero cuinam alteri homo ingens hoc & ineffabile donum, præterquam maledicto Dæmoni debet? Cùm enim Dæmon, ut hominibus illuderet, Evæ ejusque marito de fructibus arboris vetitæ comedere persuasisset, futurum esse promittens, ut hujus cibi esu ipsa in Deam, maritus verò in Deum transformaretur: *Quacunque die comederitis ex eo, aperientur oculi vestri, & eritis sicut Dii scientes bonum & malum.* Sub doloso tamen hoc sermone futurum potius subintelligens, ut ex hoc cibo non in Deos, sed in bestias transformarentur, prouti reipsa iis infelicissimè accidit; Deus, cui serpentinus hic astus summè displicebat, uttruculentam hanc bestiam confunderet, fructum quendam adinvenit, cujus gustu vel esu homines verè in Deos quosdam evaderent, verbaque advetsatii nostri quæ derisoriè dixerat, cum insigni ejus dolore verificarentur. Unde Venerabilis Rupertus Abbas Tuitiensis, illa Christi verba: *Qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem in me manet, & ego in illo,* dicit quod Dominus noster iis verbis *præcipuè Divinitatem pollicetur carnem suam manducantibus, & sanguinem suum bibentibus. Et illusionem nequissimi nebulonis, qui dixit: Comedite, & eritis sicut Dii, non sine magno cruciatu ejusdem illusoris, seriò loquens, in verum effectum convertit. Quid vobis hoc dicto Dei filius unicus pollicitus est: nisi ac si aperte dixisset; Dii eritis ac filii excelsi omnes.* O quàm igitur admirabilis est illa divina Omnipotētia, quam est infinita illa Dei sapientia inscrutabilis, dum per adhibitam inimicorum operam amicos suos adjuvat & defendit? dum electos suos ejus qui illos in præceps agere contendebat, proprijs manibus exaltat? Dum sanctos suos iisdem artibus honorat, quibus Dæmones illos nitebantur confundere? Dæmō nos in bestias convertere satagebat, & Deos constituit; dumque sibi se nos sibi subjugasse persuadebat, nos in tantam altitudinem, qua nulla excogitari altior valet, sublimasse deprehendit.

Gen. 3. v. 5.

Ioan. 6. v. 57.

Rupertus lib. 6. in Ioan.

SERMO III.

IN DOMINICAM V. POST EPIPHANIAM.

THEMA.

Sinite utraque creſcere.
Matth. 13.

ARGUMENTUM.

Deus vult ut mali in hoc mundo ad majus, tum bonorum, tum malorum bonum ſimul vivant.

1. DEUS nunquam duo contraria in uno eodemque loco ſimul & pacificè commorari permittit. Unde in Horizonte noſtro hactenus lux nunquàm comparuit, quin tenebræ in inferno ſe abſcondentes receſſerint. Similiter ne aqua & ignis in uno eodemque loco ſimul convenirent, ideo ſicut igni locum dedit altiſſimum: ita infimum aquæ locum aſſignavit. Ne etiam æſtas & hyems ſibi mutuò unquàm obviarent, ideò inter utramque, ver & autumnum, velut duo impenetrabilia antemuralia, eſſe voluit. Nunquam item mulierem aliquam ſimul amare & odio proſequi poſſe reperietis, nam Seneca teſte, *aut odit aut amat mulier.* Quia enim amor odio contrarius exiſtit, ideò in unius cordis domo ſimul hoſpitari nequeunt. Hirundo equidem bonam cum turture amicitiam contraxiſſe videbatur, niſi ab ipſamet matre ſua, quantum ſua in opinione deciperetur, intellexiſſet; complexionis namque inter ſe erant prorſus contrariæ, ſiquidem illa calidum amante, hæc econtra frigidum deſiderabat. Duo autem contraria in uno eodemq; loco capi non poſſunt, quin ſe mutuò inde expellant. Unde pervulgata eſt illa medicorum maxima; contraria contrariis curantur. Darius quidem ſimul cum Alexandro Aſiæ imperare cupiebat; quia verò contrarii & inimici erant, hoc ab Alexãdro audire Apopthegma debuit: nec mundus duos fert ſoles, nec Aſia duos Reges ſuſtinet. Verùm enim verò quod ſi doctrina iſthæc vera ſit, quâ igitur ratione fit, quod Deus in uno eodemque agro zizania ſimul & frumentum retineri & ſervari jubeat? cùm enim juſti per frumentum ſignificati, & peccatores, qui per zizania intelligun-

Seneca in Proverb.

Æſopus,

liguntur, omninò inter se contrarii existant, utpote contrarias prorsus ingredientes, vix videntur sese mutuo compati aut tolerare quietè & pacificè posse. Atque ideo dubitare haud immeritò possumus, quænam sit ratio, quod Angelis, qui utpote veritatis Philosophiæ istius optimè conscii, zizania eradicare, hæcque duo contraria à se mutuò separare volebant, à Deo responsum fuerit: *Matth. 13 v. 30.* *sinite utraq; crescere usque ad messem?* Ad quod respondeo rationem hanc esse, quia videlicet tametsi alia contraria in uno eodemque loco simul existentia, sese mutuò perdant & destruant; ideoque ad præcavendum utriusque ex mutuo conflictu interitum tanto cum studio ab invicem separata serventur, hæc tamen contraria id minimè faciunt, sed proximè juxta se posita sibi mutuò auxiliantur & succurrunt. Unde peccatores ex societate justorum, quam ex contubernio peccatorum justi incredibilia sibi bona adscisc unt; ac proinde Deus pro majori utriusque bono, illos in hac vita in uno eodemque loco simul esse decrevit. Et quidem ut idipsum evidentius appareat primo eas utilitates, quas ex bonorum societate sibi improbi comparant inspiciamus.

2. Caput 26. Levitici legendo, Deum *Levit. 26. v. 3. 12.* hisce verbis populum Israeliticum allocutum esse invenietis: *Si in præceptis meis ambulaveritis, & mandata ejus custodietis, & feceritis ea, ponam tabernaculum meum in medio vestri.* Circa quæ verba Oleaster inquit, quodsi nonnemo ex gente illa verba hæc audiens, Deū interrogasset, dicēs: quodnam obsecro ô Domine bonum ex hoc tuo inter nos contubernio & vicinia sperare poterimus, quod idipsum nobis tanto cum verborum pondere & apparatu, veluti ingentem quendam favorem promittat? huic utique Deus responsurus fuisset, quod ex hac ejus divina nobiscum vicinia & præsentia omne bonum habituri essent, & quicquid meliotis boni desiderari unquam posset, *quisquis enim divitem & misericordē vicinum habet, omnia habet.* Refert Poly- *Oleast. in c. 26. Lev.* carchus, quod inter alia quæ Momus sive Deus murmurator reprehendebat, Minervæ domus non minimum locum habuerit, idque *quia non erat facta transibilis, qua facilè posset circumagi, si fortè malum haberet vicinum.* Unde patet Momum inter alias bonæ domus conditiones popposcisse, ut ea mobilis esset atque versatilis, ut hac ratione in casu quo malum sibi vicinum proximū haberet, ad inveniendum vicinum meliorem alio sese vertere posset; probe namque intelligebat quod sicut malus vicinus omnia secum mala conducat, ita cuncta secum bona adferat vicinus bonus. Porrò sanctorum hominum vicinia atque societas peccatoribus adeo utilis existit, ut hi omnibus per illam bonis abundent. Peccator enim in viri justi contubernio constitutus, non solum temporalium bonorum abundantiam habebit, uti Puthifar evidenti experientia didicit, quando Josephum domi suæ secum habuit; verum insuper bonis spiritualibus, ad animam pertinentibus, quæ gravioris momenti sunt simul ubertim abundabit. Nisi Maria Magdalena Martham sororem virginem devotissimam in suo secum contubernio perpetuo habuisset, quæ illam ad vitæ suæ emendationem instituendam, postulandamque à Christo Redemptore nostro gravissimarum culparum suarum remissionem quotidie & indefinenter persuadendo induxisset, etiamnum forsitan peccatrix existeret. *Polycarch. lib. 2. rerum Lyciar.*

3. Quænam est causa quod cum Christus Dominus, qui tanquam tot innumerabilium exercituum Dominus, in scriptura sacra *Deus Sabaoth*, id est, *dux exercituum* dicitur, ac proinde sub dominio suo omnes continebat exercitus Angelorum, hi tamen Angeli eum in horto constitutum, atque à vilissimis lictoribus captum & funibus ac catenis vinctum, ab eorundem manibus non liberarint, aut defenderint, cum tamen vilissimam hanc plebeculam facillimo negotio per gladii aciem occidere suumque Dominum à præsumpta illa temeritate vindicare potuissent? Petrus certè tametsi magistrum suum hoc fine insecutus minimè fuisset, in hoc tamen casu ingenuæ servitutis suæ debitum exsolvere non intermisit; neque enim continere se potuit, quin stricto gladio militem illum seu Pontificis ministrum feriret, suumque Dominum ab intentato illi ab eodem insultu quantum poterat tueretur atque defende-

ret;

ret; unde hîc non admodum fidus Angelorum tepor & languor, eisdem non satis honorificus fuisse videtur, dum scilicet Deum ac ducem suum adeo indignis modis coram oculis suis haberi tractarique conspexerunt, verum enim verò nullus omninò ex parte Angelorum defectus erat, quo minus Dominum suum adversus lictores & carnifices defenderent; si enim id à Christo Domino iis permissum fuisset, suos utique enses in illos exacuissent, omnesque ab ullo prorsus labore in unico ictu oculi occidissent, quotquot ad impium facinus istud committendum confluxerant. Quodsi enim unicus duntaxat Angelus ad internecionem usque delere & prosternere valuit numerosissimum impii Sennacherib exercitum cur tantus Angelorum simul coaduna-tus exercitus, modicum hunc vilissimorum scurrarum gregem interficere non potuisset? an verò clementissimus Dominus, illos gladium vibrare, turbamque hanc ad sui defensionem occidere noluit, quia potius à tali illos vindicta prohibuit, cui proinde promptissimam exhibuêre obedientiam. Ratio autem ob quam Christus tunc neminem illorum occidi voluerit, hæc erat, quia nimirum in illorum societate nonnulli erant, quos in passione sua convertendos, sanctosque futuros esse sciebat. Ita opinatur Joannes Gerson, dum inquit: *Facile conjectandum est, quod nisi voluntas Christi, & sapiens ejus ordinatio suos impedivisset Angelos, mox Angeli ob honorem & reverentiam, quam erga Christum habebant, confudissent omnem illam unico ictu despiciendam catervam: sed expectaverunt patienter, ut suo obtemperarent Domino, quia etiam aliqui illic erant, qui forsan erant salvandi in passione Christi.* Tot impiis igitur ibi congregatis pauci boni & sancti, imò qui nondum boni & sancti actualiter erant, sed cognoscebantur tales futuri, profuerunt ad corporis salutem, eosdem liberarunt à morte ex eo solum capite, quia nimirum in eorum societate connumerabantur. Bonorum igitur societas tantundem impiis valet, quanti propria illorum vita valet, utpote quæ propriam illorum vitam tuetur ac defendit. Sic caro putrida ferri sæpè evadit scissuram quod carni sit sanæ conjuncta.

Gerson serm. in Passion. Christi.

4. Abdiæ sanctitas talis ac tanta erat, ut passim sancti, sive electi servi Dei nomen obtinuerit: *Abdias* enim in sermone latino idem, quod *servus Domini, aut electus Domini* significat. Hic igitur vir sanctus, ut sacer textus inquit, in domo Achab Regis impii idololatræ, apostatæ, omniumque sanctorum illius temporis barbari persecutoris munere fungebatur procuratoris; quod Abulensis mirum in modum admiratur, nec immeritò, quid enim commercii sanctus cum peccatore, servus Dei cum Dæmonis mancipio, vir virtutum lucro totaliter deditus, cum vitio scelerum sectatore habere poterat. Tandem verò Deum id hunc in modum depositisse respondet, ut hac ratione perversus hic Princeps per hujus sancti viri societatem & contubernium à scelerata vita sua deinceps continuanda revocaretur & resipisceret: *Hoc erat ex Dei ordinatione, nam ipse interdum collocat aliquos viros bonos tacitè in domo potentum qui nequissimi sunt, ut ipsi interdum ipsos Principes à malis coerceant dissuadendo, saltem indirectè.* Nisi enim Achab sanctissimum hunc Dei servum in sua familia habuisset, utique centenis delectis aliis longè majoribus coinquinatus Deum gravius offendisset, atrociora-que sibi commeruisset supplicia. Unde sanctus hic vir in domo hujus impii Regis, veluti medicamentum quod præservativum erat, quod eundem à multis aliis morbis conservabat immunem: erat quoddam in ore equi lascivi positum frœnum, per quod quoad fieri poterat à præcipitio coercebatur; denique littus quoddam erat cujus interventu fluminis perversæ voluntatis suæ impetus, ne prætensionis suæ lectum sive limites transgredi, aut subjecto sibi populo, tanta conciliare posset, incommoda efficacissimè frangebatur adeoque animæ ejus utilissimus erat.

Abulensis q. in cap. 18. libri 3. Reg.

5. Dubitari equidem nec potest, nec debet, quin Deus populum suum à Chaldæis captivari atque in vincula conjici permiserit, ut hac ratione gravia illius peccata castigarentur; Neque enim Prophetæ aliam præter hanc rationem assignant. Cur enim

Deus

Deus illius populi libertatem conservaret illibatam, qui Dæmonis mancipium ex libera voluntatis electione factus fuerat? opus utique erat ut ærumnas servitutis gentis illius expetiretur, qui illi servire renuebat, cui servire regnare est: veruntamen quia evidens satis est, eo tempore non solos scelerato, qui perpetuâ servitute digni fuissent, verùm etiam simul cum illis multos quoque homines bonos & sanctos suâ fuisse libertate privatos, cujusmodi Tobias, Zacharias, Ægeus, Jeremias, tres pueri, multique alii fuerunt, qui unà cum aliis enormibus peccatoribus fuêre in Chaldaicam servitutem adducti. Meritò dubitare quis potest, cur Deus tot homines virtuosos omnique libertate dignissimos, tam duro servitutis jugo, cui tot homines scelerati meritò subjacebant, voluerit esse subjectos? aut cur ii, qui non peccârant, unà cum aliis qui propter peccata sua hanc ærumnam commeruerant, è patria sua extorres facti fuerint? respondet Origenes, quod licet ejusmodi homines facti fuerint, illos tamen Deus una cum aliis velut mancipia captivos abduci voluerit, non quidem propter culpas suas, sed ut malis oportunum adferrent auxilium, sive ut hi per illorum preces & merita roborarentur, & consolationem acciperent, ne scilicet in duræ servitutis ærumnis animo deficientes desperarent: *Cùm omnis multitudo Iudæorum causa peccati derelicta fuerit à Deo, & captivitatem sustinens, comprehensa sit à Nabuchodonosor, atque ejecta de terra sancta, in Babyloniam usque perducta sit: pauci tamen justi qui erant in populo, non ob culpam suam sustinuerunt captivitatem, sed ob id, ne peccatores, qui fuerunt jugo captivitatis oppressi, omnino subsidium non haberent.* Quod si Deus ordinasset, ut populi sui peccatores duntaxat mancipia facti, ad serviendum inimicis suis, è patria sua fierent extorres, justi verò suis in civitatibus firmi & immobiles persisterent, miseri peccatores justorum consortio destituti, in desperationem utique adigendi forent. Peccator enim justorum societate orbatus, cælestibus quoque destituitur auxiliis, cùm Deus per amicorum suorum merita sæpè ad succurrendum inimicis suis commoveatur, qui alias utpotè nil nisi quod malum est facere scientes, omne malum pso condigno supplicio commeruissent.

Origen. hom. 1. in Exech.

6. Olim misera Hierosolymorum civitas, tot tantisque malis oppressa erat, ut ejus incolæ quævis humana auxilia desperantes ad Deum confugerint, eum summa cum instantia rogantes & exorantes, ut ad exhibendam aliquam afflicto populo pietatem commoveretur, neque illum in totalem abire ruinam permitteret, cùm ecce iisdem à Deo responsum fuit: *Circuite vias Ierusalem, & considerate, & quærite in plateis ejus, an invenietis virum facientem judicium, & propitius ero ei.* Quasi diceret, si me ad aliquam erga vos vestrasque miserias, pietatem & commiserationem commoveri cupitis, aut si aliquam à me consolationem desideratis, circuite vias & plateas vestras, & adhibitâ, si fieri potest, Diogenis lucernâ in omnibus locis sedulò & diligenter quærite, si fortè virum aliquem sanctum & probum invenire valeatis. Verùm enimverò dicat hic aliquis, quidnam Deus in hoc casu viri alicujus boni & sancti opera indigebat? quia populo Dei suam dimittere noxam volebat, ideò virum aliquem sanctum requirebat, ut ejus intervenientibus meritis flecti ad misericordiam posset, ideò enim dixit: *propitius ero ei.* S. Chrysostomus hæc audiens totus obstupefactus, Deum hunc in modum alloquitur: ergòne ô Domine Deus ob unicum tantum hominem justum, populo peccatori omnem decrevisti noxam dimittere? tandem verò admirari desinens, subjungit: ô quàm magna est divinæ pietatis miseratio? quanti unicus homo virtuosus apud Deum valere cernitur, quando unicus talis in scelerati cujusdam populi societate constitutus, hunc à Deo lædi & gravi supplicio mulctari nequaquàm permittit: *Vidisti misericordiam? multi etiam impii unius virtute simul fruuntur. Multorũ autem malitia, quamvis unus sit, qui rectè agat, in medio magni populi non ruit: sed unus quidem homo rectè vivens, populum integrum eripere potest ab ira Dei.* Homo sanctus & virtuosus in medio scelerate cujusdam civitatis constitutus, est velut anima in medio corporis, quæ vivum illud integrumque conservat. Sancti à Christo sal terræ dicuntur, quia eos quibuscum conversantur, ab omni corruptio-

Ioan. 5. v. 1.

D. Chrys. de pœnit. & confes.

ruptione & interitu, nec non à quovis alio malo quod iisdem ab ira Dei comminante fortè imminet, fortiter & efficaciter præservant. Solus Attius Philosophus, absque ullo alio intercessore mediante efficere potuit, ut Cæsar Augustus omnes patriæ suæ commissos errores gravesque noxas propitius condonaret, atque à concepto illam totaliter devastandi proposito, subitò desisteret, & sanctus aliquis Deo longè magis, quàm Attius Augusto gratus & acceptus, gentem aliquam, in cujus medio conversatur, à quavis imminente adversitate præservare non poterit.

7. Quoniam murmuratrix Mariæ & Aaronis lingua, quâ Moysen fratrem suum; magnum illum Dei servum graviter infestare non cessabant, in cælo resonans, delicatas Dei aures graviter offenderat, ideò Deus ad reintegrandum amici sui honorem, detractoresque illos castigandos, incredibili quodam furore armatus, de cælo in locum quendam, in quo murmuratores prædicti in societate sancti fratris sui Moysis præsentes erant descendit, & Moyse solo relicto Mariam & Aaronem seorsim advocavit: *Descendit Dominus in columna nubis, & stetit in introitu tabernaculi, vocans Aaron & Mariam.* Oleaster circa hunc locum pulchrum quoddam dubium movet, & dicit: quænam est ratio, quod Deus hoc loco Moysen reprehensioni Mariæ & Aaronis præsentem habere noluerit, cùm æquum esse videatur, ut Moyses etiam procul absens, ut huic actui assisteret, advocari potius & invitari debuisset? cum enim Deus ea potissimum de causa de cælo tunc venerit, ut debitis Moysen favoribus & honoribus afficeret, conveniens erat, ut ad honores illos eidem evidentiùs exhibendos, illumque per eos arctius obligandum præsentem haberet. Tandem verò id ideò factum esse dicit, quoniam ambos pro meritis castigare decreverat, id quod Moyse præsente facere minimè potuisset, hic enim utpotè ad pietatem & misericordiam maximè pronus, minimè permisisset, ut Deus suum in eos justitiæ ensem stringeret, quin potiùs eundem precibus suis, ut à decreta sibi supplicii executione desisteret, omni conatu permovisset: *Noluit ejus causam agere eo præsente, quia forsitan ejus orationibus pœnam poterat impedire.* Homo enim justus & virtutum studiosus in peccatorum societate constitutus, eorum peccata à Deo puniri minimè permittit, quin potiùs oratione suâ manus peccata castigare volentis stringit & ligat. Sic enim Deus, cum vivente adhuc S. Francisco Italiam terribilis cujusdam famis flagello castigare, seque de iis, quæ passim ab Italis committebantur sceleribus vindicare decrevisset, id facere & executioni mandare nullatenus potuit, nisi postquàm Deus ipsum ex hoc mundo evocatum ad cœlestia regna perduxit.

Num. 12. v. 5.

8. Nescio equidem, num aliquando illum Sapientis locum consideraveritis, ubi sacer textus, postquam flagella, quibus Deus Ægyptum Pharaone regnante percussit, recensuisset, de igne dicit: *Mansuetabatur ignis, ne comburerentur, quæ ad impios missa erant animalia.* Quamvis enim impii illi dignissimi fuissent, qui ob gravissimas culpas suas, quovis flagellorum genere, tam in personis, quàm quoad bona sua, sine ullo pietatis sensu castigarentur: ignis tamen feritatis suæ naturalis totaliter oblitus, jumenta ipsorum minimè occidit. Unde illi quondam Sodomorum igni multùm absimilis erat, qui non solùm nec hominibus, nec jumentis, verùm ne saxis quidem parcebat, quin omnia combureret, consumeret, atque in cineres redigeret. Cur obsecro unus idemque ignis, qui tantam in Sodomitas crudelitatem exercuerat, erga Ægyptios adeò mansuetus atque mitis extitit; quia nimirùm Sodomitæ omnes scelerati erant, adeò ut in tota ipsorum gente, ne unus quidem homo probus aut virtuosus reliquus esset: inter Ægyptios verò Hebræi viri nimirùm sanctitate excellenti prædicti erant, ob quorum respectum ignis adeo mitigatus, nec quicquam damnosus fuit. Audite hac de re loquentè S. Bonaventurâ: *Dominus punivit Sodomitas per ignem sine mansuetudine, & hoc quia nulli boni erant inter eos. Sed Ægyptios per ignem, cum mansuetudine; quia filii Israel erant in Ægypto, qui boni erant.* Nisi igitur Ægyptus eo tempore à sanctis illis hominibus inhabitata fuisset, haud secus ac Sodoma devastata & in cine-

Sap. 16. v. 18.

D. Bonav. in c. 16. Sap.

res redacta fuisset. Paucorum itaque bonorum societas integrum quoddam sceleratorum regnum illæsum conservat.

9. Jacob Patriarcha moriturus, facie sua ad Josephũ filium suum conversa, eidem dixit: *ne sepelias me in Ægypto*, quasi diceret, potius cadaver meum in patriam nostram delatum inter patres nostros quiescere facias. Verum enim verò quidnam obsecro sancto Patriarchæ intererat, sive corpus suum in patrium sepulchrum conderetur, aut verò sepeliretur in Ægypto, ubi morabatur? universa siquidem terra hominis sepulchrum dici meretur, ac proinde in quavis terræ parte capi commode potest. Cur igitur non in Ægypto, sed in propria patria inter progenitores suos sepeliri voluit? quia nimirum non inter homines sceleratos, sed inter sanctos Deique amicos terræ mandari elegit. Unde colligitur, inquit Oleaster, quam utilis sit bonorum societas, quandoquidem non solum viventes, verum etiam mortui cum illis commorari eligunt, quotquot idipsum experientia teste compertum habent: *Colligite hinc quid solatii sit anima justorum habere societatem, postquam eis mortuis conjungere corpus sic à piis desideratur.* Sancti igitur sua societate mediante tam viventes quàm mortui, tam vivis quam mortuis prosunt.

Gen. 43. v. 29.

Oleast. in cap. 43. Gen.

10. Noe Patriarcha postquam ad declinandam communem totius mundi ruinam, una cum tota familia sua arcam ex Dei præcepto à se fabricatam ingressus fuisset, in eandem omnes animalium tùm ferorum, tum cicurum sive mansuetorum species collocavit, ita tamen ut feris locum medium assignaret; cum enim ipse cum omnibus domesticis locum sibi superiorem vendicasset, jumentis in locum infimum repositis, inter utraque prædicta animalia sylvestria sive feras collocavit. Id quod S. Ambrosius ex hisce Moysis verbis colligit: *Recordatus est Dominus Noe cunctorumque animalium, & omnium jumentorum quæ erant cum eo in arca.* Ubi, uti vides, feris sylvestribus inter homines & jumenta locus assignatur. Cur obsecro Deus hisce animalibus hunc locum attribuit? quidnam illa inter homines & animalia domestica collocando prætendit? nimirum illa cicurari & mansuefieri volebat, inquit S. Doctor: *Videtur illa esse ratio, ut ea quæ ferociora erant, utriusq; partis vicinitate mansuescerent.* Per quod clarè nobis insinuavit, bonorum societatem malis adeo esse proficuam, ut & ipsi boni evadant, eo ipso quo per datum illis bonum exemplum occasionem accipiunt, ut mali esse desinentes boni evadant. Quodsi igitur leones, tygrides, lupi & serpentes, in asini, equi, aut canis societate constituti, mansuetudinem ab illis depositam naturali & congenita illis feritate addiscere poterant, cur homines vitiosi virtuosorum hominum societati inserti, à bonis sibi virtutem non comparabunt? Deus Angelis ut zizania eradicarent permittere noluit, quia illa per frumenti consortium ex zizaniis in frumenta convertenda esse præscivit.

Gen. 8. v. 1.

D. Ambr. de Noe & Arca c. 16

11. Ex quo Moyses tot se detractiones, rebelliones, ærumnas atque molestias à populo Hebræo sustinuisse scribit, nec tamen illos à se pro demeritorum ratione à se unquam castigatos esse dicit; signum evidens nobis insinuat patientiæ qua illos citra ullam pænam æquanimiter toleravit. Verum inquiet fortasse aliquis, cur Moyses nullam de Hebræorum insolentia vindictam sumpsit, cui se de iis vindicare tam facilè erat. Nunquid is absolutus erat ejusdem populi Dominus? nunquid Deus illum justitiæ gladio communivit? cur igitur ad condignam vindictam sumendam eo nunquam est usus? ratio cur Moyses nunquam se vindicarit, hæc est, inquit Oleaster, quia nimirum cum Deo semper familiariter agebat, qui imperfectiones longè pejores tanta cum patientia sustinet, neque de iis vindictam unquam sumit: *Quoniam cum eo conversabatur, qui omnia hæc & deteriora æquo animo noverat tolerare, nempe cum Deo.* Sicut enim mali hominis societas pernitiosa est quia vitia inserit, & contubernalem vitiosum efficit: ita bona societas utilis est atque proficua, utpote à qua per quotidianum boni exempli spectaculum varias diversasque virtutes addiscit.

Oleast. c. 12. n.

eit. Nisi enim S. Augustino familiaris cum S. Ambrosio intercessisset consuetudo, nunquam forte sanctus futurus fuesset, lumenque fulgentissimum Ecclesiæ deesset, quæ nunc ab eodem tanto sapientiæ ac sanctitatis splendore illustratur.

12. Cuncti olim Davidici regni magnates arduis quibusdam ex causis congregati communi consensu decreverant nequaquam regi suo permittendum esse, ut bello personaliter præsens assisteret, eandemque concorditer conceptam resolutionem, ut firma semper & inviolabilis remaneret, jurejurando confirmarunt: 2. Reg. 21. v. 17. *Iuraverunt viri Davidis dicentes, jam non egredieris nobiscum in bellum.* Enimverò si istud Magnatum Israeliticorum decretum exactius examinetur, videri nonnemini haud immeritò posset, Capitaneos istos in resolutione ista ostendisse, modica se belli gerendi praxi aut peritia præditos esse, aut certe quanti Regis in campo præsentia referat, quantumque inde emolumentum dependeat ignorasse. Etenim sicut corpus capite destitutum mortuum esse censetur; ita quoque deficiente duce totus quoque perditus & desperatus esse censetur exercitus. Exercitus enim Rege destitutus, est veluti navis quædam cui non adest clavus, quæ ab omnibus brevi submergenda esse creditur. Victus & prostratus semper fuisset victoriosus Alexandri Magni exercitus, nisi Regem suis semper præsentem habuisset pugnis & certaminibus. Unde Demas mortuo Alexandro exercitum ejus Cyclopi ab Ulysse excæcato comparavit. Exercitus enim orbatus oculo ducis, quantumvis potens sit & validus, pro nihilo est æstimandus, & quasi homo cæcus & oculorum lumine destitutus periculoso præcipitio & perditioni proximè est vicinus. Atque ideo cum Regis præsentia exercitui adeo sit necessaria, cur obsecro capitanei Hebræi Regem suum in campo secum habere nolebant? causa cur Regem suum in aciem prodire noluerint, præcipua est, ne scilicet dite noluerint, præcipua est, ne scilicet manifesto se Regem suum amittendi periculo exponerent; Jam enim ipsum in certo quodam evidentissimo mortis periculo constitutum in prælio viderant, nisi eidem generosus quidam miles ab inimicorum suorum manibus eum eripiendo, succurrisset. Potentius igitur efficaciusque se à Rege suo juvari posse judicabant, si is vivus & superstes à campo procul remotus esset, quam si eum cum summo eum amittendi periculo coram oculis suis quotidie cernerent. Nimirum intelligebant inquit Tostatus, omnium bonorum quæ Deus liberali manu populo illi largiebatur causam in Davidis esse merita præclara refundendam: atque ideo ne ipso moriente tanto destituerentur auxilio metuebant: *Putabant Israelitæ quod propter merita David eveniebant eis omnia bona, ideo nolebant carere illo.* Abul. q. 31. in c. 28. Reg. 2. Potius totum exercitum periclitari, omnesque milites occidi eligebant, quam unicum Regem mortis periculo exponi, siquidem majus bonum à vita Regis quam à viribus totius exercitus expectabant. Timebant enim ne Rege moriente, regnumque deserente, universum regnum infeliciter perderent aut amitterent; perspicuè & evidenter intelligentes integrum quoddam regnum per sanctorum societatem illæsum custodiri & conservari; Deo nimirum ob insignia illorum merita horrenda peccatorum scelera dissimulante. Unde S. Ambrosio moriente plurimi ejus mortem diebus multis deprecabantur, firmiter sibi persuadentes ejus interitum totius Italiæ commune quoddam futurum esse excidium.

13. Deus quondam in antiqua lege sua pro divinæ justitiæ complemento, pœnas, quibuscum homicidæ in populo suo condignè castigandi essent, rigorosè & districtè ordinaverat, cum ecce misericordia quæ in cunctis divinæ justitiæ operibus locum obtinet, semperque relucet, ex eis civitatibus quas Levitæ incolebant, sex veluti Asyla & refugia elegit, ad quæ omnes quotquot simili crimine obnoxii ad ea confugerent salvarentur, adeo ut à nemine Deo inferiore ulla affici molestia possent: *De ipsis autem oppidis, quæ Levitis dabitis, sex erunt infugitivorum auxilia separata, & fugiant ad eas qui fuderit sanguinem.* Num. 6? Sunt ipsissima Dei verba in libro Numerorum. Ubi observandum

omnes haſce civitates de nuulla alia, quam de ſola tribu Levi electas fuiſſe. Cur obſecro Deus malefactores iſtos in ſolis Levitarum civitatibus, non verò in aliis ſalvare voluit, ut hac ratione in iis civitatibus conſtituti rei reſipiſcerent & emendarentur. *Crediderim enim hoc factum, ut ejuſmodi homicidæ ex Levitarum converſatione fierent meliores.* Quia enim Levitæ præ reliquis ejuſdem populi hominibus ſanctiores & virtuoſiores erant, ad eum ferè modum, quo in populo Chriſtiano religioſi eſſe videntur, ideò Deus voluit, ut quotieſcunque homo aliquis ſimile delictum committeret, ſuum haberet ad ipſorum civitates refugium; ut in illis conſtitutus, per bona eorum, quibuſcum convivebant, exempla, & à morte corporis liberari, animæque ſuæ ſalutem provocare poſſet. Intellexit namque Deus, bonorum civium ſocietatem emendationis hoſpitum ſceleratorum cauſam futuram eſſe. Societas enim bonorum adeò eſt ſceleratis proficua, ut non ſolâ corporis morte, verum etiam ab animæ perditione eoſdem præſervat. Unde quotquot cum Levitis converſabantur rei, ſicuti non obſtante tali commiſſo homicidio à ſæculari juſtitia occidi non poterant, ita quoque per morum emendationem à morte liberantur æterna.

Oleaſt. in c. 35. Num

14. Dicere aliquis poſſet, tametſi ea quæ hactenus de utilitate, quam mali ex bonorum hominum ſocietate percipiunt, dicta ſunt, inficiari nemo poſſit, non tamen video, quomodo rationabiliter dici poſſit, malorum ſocietatem bonis quoque eſſe proficuam, cum quotidiana nos doceat experientia eandem bonis nihil boni, moleſtiæ autem perplurimum adſciſcere. Ac proindè ſciendum, hanc talem moleſtiam Sanctis adeò utilem eſſe atque proficuam, ut nullus veſtrum id ſibi pro dignitate perſuadere ſatis poſſit. Ad hoc etenim propoſitum S. Auguſtinus verba illa Geneſeos capite vigeſimo quinto ponderat, ubi dicitur quod dum Iſaci Patriarchæ conjux Rebecca, duos gemellos Jacob & Eſau utero ferens, eoſdem incredibili cum dolore in ventre ſuo inter ſe mutuo luctari animadverteret, ad Deum ſuum quæſiverit refugium, à quo inter alia, quæ ſibi de duobus hiſce filiis à Deo revelabantur, futurum eſſe intellexit, ut major, id eſt Eſau, ſerviat Jacob veluti natu minori. *Major ſerviet minori.* Quia verò Sanctus Doctor, Eſau Jacobo aliquando ſerviviſſe nunquam legerat, ideo hanc ſubitò quæſtionem in medium adducit: nimirum, cur Deus verba iſthæc locutus fuerit, cùm Eſau Jacobo nunquam ſervierit, & conſequenter verificata nunquam fuerint? Eſau enim Jacobo non tantùm non ſervivit, verùm etiam eundem ærumnis ac perſecutionibus ad ipſam uſque mortem infeſtare nunquam ceſſavit. Tandem verò oraculum iſtud veriſſimum fuiſſe, ipſumque Eſau Jacobo veriſſimè ſerviviſſe reſpondet; eâ tamen ſervitutis ſpecie, quâ *mali ſerviunt bonis; non utique obſequendo ſed perſequendo: quomodo limæ vel mallei auro; quomodo molæ ſerviunt tritico, quomodo panibus conficiendis fornaliæ.* Sicut enim lima & malleus aurum percutiendo, fricando, limando eidem ſerviunt, dum illud pulchrius & ſpectabilius efficiunt; aut ſicut mola & furnus frumentum aut panem triturando, molendo, aut coquendo, eadem Regis menſis digna reddunt; ita Eſau Jacobo ſervivit, dum illum calumniando & perſequendo ſanctum effecit, & in ordine ad comparandum ſibi virtutum cœleſtiſque coronæ lucrum mirè adjuvit & permovit. Etenim peccatores juſtis conjuncti, eiſdem perſecutionibus & ærumnis, quibus illos affligunt, mediantibus ſerviunt & opem ferunt; mallei enim & limæ ſunt, illorum animas expolientes; crucifixi imaginem in illis efformant, eoſque ſpectabiles valdeque pretioſos efficiunt. Hujus Philoſophiæ ſancta Agatha optimè ſibi conſcia erat, quando Quintianum crudeliſſimum Tyrannum equuleum ſibi aliaque tormenta præparaſſe animadvertens, eidem dicere non dubitavit: *nunquàm alius adeò benè ſervivit mihi ſicut tu.* Nimirum Tyrannum hunc melleum & limam quandam eſſe intelligebat, quæ illam percutiendo & torquendo, eidem ad hoc ut pulchrior evaderet, & Chriſti dilecti ſponſi ſui oculis tantò magis placeret, utiliſſimè inſerviebat. Id quoque alia quædam

Gen. 25. v. 23.

D. Auguſt. ſerm 78. de temp.

D. Vincen. ſerm. de S. Agatha.

quædam mulier probè intellexit, quæ dum ab Episcopo quandam è monasterio Deo consecratam Virginem in suum obsequium & servitium postulasset, ab eoque virtuosam quandam sanctimonialem recepisset utpote perentis sanctitati optimè convenientem, eandem post habitam cum illa aliquo tempore familiarem conversationem, domi suæ retinere nequaquam voluit. Dumque in hujus dimissæ virginis locum aliam quandam contrariis moribus præditam popposcisset, eique data fuisset alia quædam superba & inquieta, quæ Dominam suam ut plurimum calumniabatur & vituperabat, & non tam servitia Dominæ suæ reddere quam eadem insolenter ab illa petere præsumebat, indulta fuisset, magnam ex illius concessione consolationem & satisfactionem sentiens, Prælatum suum, gratias eidem actura, convenit dicens: *Ista revera prodest animæ meæ.* Vertè enim pervertsi alicujus hominis societas electæ cuidam animæ plurimum prodest. Talis namque optimum quoddam est, tametsi valdè mordax medicamentum, quo homo ab imperfectionibus humanis non solùm purgatur, sed præservatur etiam. Siceter im Rosa fragrantiorem spargit odorem si juxta cepas & allium fuerit plantata: muscus stercori proximè admotus odorem suum recuperat: neque terra verno tempore tanta esset, sine præcedente hyeme, pulchritudine florida. Aqua quæ nunquam agitatur aut movetur, statim corrumpitur. Nec aurum durum esse potest, quod mallei ictus nunquam dognoscit: Aer quoque ventis nunquam agitatus difficulter bonus erit: denique pisces maris turbulentis fluctibus continuò exercitatus atque vexatus, ob sui excellentiam magnatum tabulis reservatur.

Vita Patrum lib. 10 c. 206.

15. Apostolus ad Corinthios scribens gravem quandam recensuit ærumnam & afflictionem à Tyrannorum eo tempore mundum gubernantium manibus sibi illatam, hanc autem adversitatem eodem in loco carnis suæ stimulum appellavit: *Datus est mihi stimulus carnis meæ.* Cur obsecro tribulationem illam stimulum nominavit? Quia nimirum animæ suæ stimuli

2. Cor. 12. v. 7.

loco erat, qui equi corpus pungens & fodicans, miram ei adferret utilitatem. Idque tunc præcipuè didicit, quando talis persecutionis utilitatem minimè intelligens, Deoque pro sui ab illa liberatione supplicans, à Deo illum re adeo utili suæque animæ adeo necessaria privare non volente exauditus minimè fuit. Nisi Apostolus calcaris istius molestiam suis continuò lateribus sensisset admotam, utique cum sponsa dicere neutiquam potuisset: *Curremus in odorem unguentorum tuorum.* Ærumnæ siquidem quas sancti malis associati ab iisdem recipiunt, calcaria quædam sunt eosdem ad currendam imò ad volandum versus æternæ beatitudinis gloriosam stolam excitantia: *Tribulationes calcaria sunt, quæ faciunt nos currere ad Deum*; inquit inclytum illud Augustinianæ familiæ decus S. Thomas à Villa Nova. Nisi illustrissima illa Christi Martyr. S. Barbara Virgo impii Patris sui calcaria lateribus suis admota sensisset, utique non cum tanta velocitate ad Christi dilecti sponsi sui nuptias accurrisset. Cujus equidem glorioſissimæ Martyris laudabilem & honorificam mentionem facere cogor, utpote efficacissimæ intercessioni ejus obligatissimus, utpote quæ à nondum elapsis quatuor mensibus, à repente mihi imminentis periculosæ mortis gladio clementer me liberavit. Verum ad propositum præsens revertamur.

Cant. 1. v. 3.

S. Thom. à Vil. Nova Conc. de SS. Cosm. & Damiano.

16. Dum sponsa se in certa quadam reproborum hominum societate constitutam esse cerneret, timens ne forte obhanc causam divinis dilecti Christi sponsi sui oculis displiceret, subitò hæc sequentia verba ex ejus ore dimanantia audivit: *sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias.* quasi dixisset: Eo ipso quo te à reprobis & peccatricibus sodalibus associatam esse cerno, pulchertimum quoddam lilium me videre existimo, quod tam pulchritudine, quam candore & odore me recreat & confortat. Circa quæ enim verba quæro, quodsi sponsa, floribus circumdata fuisset prouti sponsus illam spinis cinctam esse dixit, num fortè in æquali gradu sponso tunc quoque placitura fuisset? Minimè gentium, Plus enim inter spinas posita, quam floribus

cincta placebat. Spectabilior coram oculis ſponſi erat in malorum, quàm in ſanctorum virtuoſorumque hominum ſocietate conſtituta. Sponſo videbatur pulchrior à malorum hominum ſpinis puncta & lacerata, quàm ſanctorum virtuoſorumque floribus circũſepta; atque ideò ſponſæ venuſtates & elegantias illorum ſocietas non ſolùm non diminuebat, ſed & inſigniter augmentabat: *Ne minus decoram ſe crederet ex ſpinarum punctionibus, nominat eam lilium inter ſpinas, quaſi dicat: Nec amoris gratia, nec odoris fragrantia, nec decoris vernantia minuitur in ſponſa vicinitatis aut punctione ſpinarum, ſed potius augmentatur,* inquit Hugo Cardinalis. Candor innocentis cujuſdam animæ pulcher quidem eſt: in ſocietate tamen perverſorum hominum conſtitutæ atque ab iiſdem transfixæ & tribulatæ candor incomparabiliter pulchrior eſt atque elegantior. Spinæ ad lilii decorem adeò excellenter conducunt, ut illud in oculis ejus, cui placere ſtudet, venuſtius atq; ſpecioſius efficiant.

Hugo Card. in c. 2. Cant.

17. Eo ipſo quo peccatores ſumus, Dei debitores eſſe cenſemur, peccata enim debita ſunt, hoc enim nomine illa appellamus, cùm illa à Deo ignoſci nobis petimus, dicentes: *Dimitte nobis debita noſtra. Peccatum enim debitum eſſe in multis frequenter eſtendimus,* inquit Origenes. Debitum hoc ad ſtuporem uſque ingens eſt, & exceſſivè magnum. Sic enim quia ſervus ille unius tantum peccati reatu Deo debitor erat, eidem decem millia talenta debuiſſe dicitur: *oblatus eſt ei unus qui debebat ei decem millia talenta.* Portò unicum duntaxat talentum, juxta Budæum, in moneta noſtra ſeptem ſcutorum milliones continere cenſetur. Verùm enimvetò dicet fortaſſe peccator aliquis, quod ſi unum peccatum tantum in ſe debitum continet, quâ ratione ego miſerum me à tanto onere exonerare unquam potero? ubi tantam repetire pecuniæ vim valebo? quis mihi tribuat, ut Deo pro tanto debito ſatisfacere poſſim? Faciet hoc utique ſceleratus homo ille, in cujus ſocietate verſaris: Faciet id perverſa conjux tua, quam tibi domi tuæ collateralem atque vicinam ſemper habes. Denique faciet hoc crudelis ille Dominus, cui noctu diuque ſervire cogeris. Mox ubi ſemel ad placendum Deo injurias & damna à malo tibi ſocio aut contubernali illata patienter ſuſtinere cœperis, ingens illud debitum, quo Deo obſtringeris, ſolves, atque à tanti debiti obligatione liber & ſolutus eſſe videberis. Injuriæ & æruminæ patienter à te devoratæ, pecuniæ ſunt, quibus ingens hocce debitum in hac vita ſolvitur, adeò ut hâc ſolutione modo jam dicto peracta, nequicquam timere habeas, ne fortè pro tam ingentis ſummæ ſolutione, poſt mortem in purgatorii carcere ſis detinendus: En tibi Guilielmi Pariſienſis verba idipſum perſpicuè atteſtantia; quibus ita loquitur: *Quid enim deſiderabilius tanto onere debitorum oppreſſis jam jamque in carcerem formidandum atque horrificum Purgatorii pro debitis hujuſmodi detrudendum gratius aut deſiderabilius offerri poteſt ac promitti, quàm debitorum hujuſmodi pagamentum? Pagamentum noſtrum nobis faciunt, qui moleſtias tribulationum nobis inferunt.* A quo unquàm benefactore, aut à quo amico vel cognato, eſto etiam pater tuus ſit, tantum recipere beneficium poteris, quantum ab hominis alicujus perverſi ſocietate recipis, dum modò eâ ratione, quâ à Deo tibi ſuadetur & conſulitur, illius ſocietate utaris? Nunquam hominem reperire poteris malo atque perverſo homine animæ tuæ utiliorem.

Guilielm. Pariſ. de moribus cap. 11.

Matth. 6. v. 12. Origenes ad Rom. cap. 13.

Matt. 18. v. 24.

18. Tandem diſcurſui præſenti per quandam hodierni Evangeli ponderationem finem imponamus. Notum itaque eſt, quod poſtquam Angeli zizania in medio frumenti germinare conſpicientes, ſuam Deo obtuliſſent operam zizania iſthæc, ſi Divinæ ſuæ Majeſtati ita libitum eſſet, eradicandi & comburendi, iiſdem ex parte Dei reſponſum fuerit: *Non; ne forte colligentes zizania, eradicetis cum eis ſimul & triticum.* Unde dubitari meritò poteſt, num igitur Angeli tam modicâ fuerint dexteritate prædicti, ut huic ſe operi applicantes, ſola eradicaturi zizania, ipſum quoque triticum imprudenter evellerent? Quod ſi etenim in Regno Chinarum anates adeò ſunt benè edoctæ, & ad eradicandum ex orizi agro herbas noxias adeò dextrè, ut dum illas evellunt, ne minimam quidem boni ſeminis plantulam offendant, cur igitur quod aves facere prævalent, ipſimet quoque Angeli facere non vale-

Matth. 13 v. 29.

valebunt? Notandum est igitur, Angelis in hoc negotio utique nullam defuturam dexteritatem aut diligentiam; Haud dubiè enim omni cum facilitate, dummodo Deo ita visum fuisset, eradicare zizania potuissent, frumento nequaquam læso: Id tamen eos facere Deus permittere noluit, quoniam probe satis sciebat quod extirpando zizania, ipsum quoque si non evelleretur, saltem læderetur frumentum, utpote quod zizaniorum societate destitutum crescere atque ad maturitatem usque perfici non potest. Cum enim in hominibus sanctis & virtuosis, qui per triticum intelliguntur, malorum eos persequentium & ærumnis exercitantium, qui per zizania significantur, societate destitutis communiter virtutes diminuantur & pereant, sancti quoque esse desinunt. Ita circa hoc mysterium S. Augustinus discurrit? dicens?: *Quia boni cum adhuc infirmi sunt, opus habent in quibusdã, malorum permixtione, sive ut per eos exerceantur; sive ut eorum comparatione magna illis exhortatio fiat, ut vertantur ad melius. Quibus sublatis altitudo charitatis quasi evulsa marcescat, quod est eradicari.* Hominibus igitur probis ac virtuosis ad perfectionum suarum augmentum & conservationem adeo utilis est sceleratorum hominum societas, ut Deus illam necessariam prorsus esse existimet, adeo ut si ab illa fuerint longè remoti, sancti quoque esse desinant. Vide igitur quam verum sit, quod non solum sancti peccatoribus prosint, dum adhuc in hac vita mutua societate gaudent, verum etiam peccatores sanctis suo consortio utiles existant; unde fallitur quisquis zizaniorum societatem tritico inutilem aut etiam noxiam esse existimat.

D. Augustin qu. 8 ex Matth. q. 12.

SERMO

SERMO I.

IN DOMINICAM VI. POST EPIPHANIAM.

THEMA.

Simile est regnum cœlorum grano sinapis. *Matth.* 13.

ARGUMENTUM.

Quisquis Christianorum Deum & proximum non amat, Christianus dici nequaquam meretur.

1. VT nobis Christus Salvator noster nos sinapi quoddam esse innueret, Ecclesiam suam in Evangelio hodierno sinapis grano assimilat, dicens? *Simile est regnum cœlorum grano sinapis. Nos sumus sinapi.* inquit Paulus de Palatio. Verè etenim Christianus quoddam sinapis granum esse censetur. Sicut enim granum sinapis foris nigrum est, intus verò candidum: ita Christianus intus turpis est, pulcher autem interius, cùm enim per continuas abstinentias, vigilias, disciplinas, aliasque afflictiones corporales turpis sit in corpore, per candorem tamen innocentiæ, rarosque quibus ornatus esse conspicitur, virtutum colores, adeo est in anima speciosus, ut iis qui internis illum oculis considerant, quidam in carne Angelus esse videatur. Sinapi appetitum excitat: Ita nisi hic in terris Christiani comparuissent, aliisque cœlestis Paradisi bona verbis & exemplis suis gustanda propinassent, mundus Deum aut res cœlestes nunquam appetivisset. Sinapi dentibus contritum lachrymas ex oculis elicit: ita quoque Tyranni & Christiani nominis inimici nunc plangunt, & in profundo inferni semper plorabunt, eo quod dentibus potentiæ contriverint, comminuerint, & torserint Christianum; alios quoque Christianus plangere facit, verum planctu tali, per quem æterni planctus periculum certò certius evadent, obtinebuntque ut in cælo ubi nullus est planctus, sed nec ullus dolor, abstergantur à Deo lachrymæ ab oculis eorum. Flos sinapi plus quàm alii flores ab apibus frequentatur & delibatur, quasi in illo dulcissimum

Matth.13 v. 3. Paulus de Palat. in c.13. Mat.

mum ac suavissimum sibi mel colligat: ita quoque nescio num aliqua in toto mundo reperiri dulcedo possit, quæ dulcedini Christiani hominis valeat comparari, in quo nimirum tot tantæque virtutes in unum veluti calathum collectæ repertiuntur, quæ illum non tantum gratissimum suavissimumque efficiunt, verum etiam quodvis corripiunt ad eum amandum. Sinapi sua virtute ad cerebrum hominis ascendit: ita quoque licet alii homines post superatas hujus vitæ ærumnas ad inferos descendant: Christianus tamen in cœlum, veluti in cerebrum corporis mundi hujus conscendit. Sinapi in agro quodam semel seminatum, impediri nequit, quin semper germinet: ita quoque Christianos semel in hujus mundi agrum seminatos nulla extirpabit aut delebit sive Regum potentia, sive Dæmonum malignitas atque ferocia, quanto enim persecutionis tempore plures occidebantur, tanto ad summam infidelium confusionem major Christianorum numerus ex fuso Martyrum sanguine coalpiciebatur pullare. *Nos sumus sinapi.* Verum enim verò nisi intus in corde ad instar Sinapis arserimus, verum sinapi esse nequaquam possumus. Nunquam etiam veri Christiani censendi sumus, quamdiu igne amoris Dei & proximi in corde nostro non ardemus. Christianus etenim qui Deum & proximum non amat, Christianus minimè censeri meretur, prout in hoc discursu latius sum expositurus. Vos interim auscultate.

2. Cum sacrosanctæ Baptismatis undæ peccatum originale omninò deleant, nulla utique baptismi necessitas eum urgebit, qui ab hac culpa semel fuerit vel præservatus, vel expurgatus & ablutus. Neque enim lavatu indiget qui lotus & mundus est, sed qui sordibus coinquinatur. Atque ideo qui fit quod S. Joannes Baptista à culpa originali in matris utero expurgatus & sanctificatus à Christo insuper baptizari voluerit? similiter cur Deipara Virgo Maria ab unigenito filio suo baptizari voluit, cum ex rato ac speciali privilegio ab eadem culpa fuerit præservata? utique immaculata hæc anima, quæ puritate sua Angelos superabat, aut quid spurcities & immundities esset nesciebat, nulla prorsus ablutione opus habebat. S. Vincentius dubium istud movet, eidemque respondet dicens: quod licet nec S. Joannes Baptista, nec beatissima Virgo Maria Baptismo opus habuerit, cum ille sanctificatus, hæc verò ab Adæ culpa præservata fuerit, attamen quia Baptismum certum quendam in baptizato characterem exprimere sciebant, qui in eorundem facie stellæ instar resplendeat, ideo baptizari voluerunt, ne splendore tam eximio destituerentur. *Doctrina est insana Theologia, quod in baptismo datur quoddam signum in anima, quod à sanctis Doctoribus dicitur character; pulchrum signum ad instar stellæ in fronte. Ideo Joannes Baptista & Virgo Maria voluerunt baptizari à Christo; licet fuissent sanctificati in utero matris, ut haberent signum characteris.* *D. Vincēs. serm. 6. post Dom. Iudica.* Quilibet igitur Christianus mox ut est baptizatus cœleste hoc signum in fronte animæ suæ defert, quod ad stellæ cujusdam similitudinem splendescit. Verum enim verò, quoniam splendor foris apparens signum est evidens ignis intus latentis & absconditi (unde certus quidam Philosophus solem splendentem cernens, eundem magnum quendam globum igne totaliter plenum esse dixit) in tantum Christiani hominis frons foris splendesceret, in quantum igne amoris Dei & proximi interius fuerit accensus; si verò hic ignis in interiori animæ fundo defuerit, signum istud vanum & mendax erit, dicique de tali Christiano poterit: *Vas vacuum sed signatum.* *Ioan. 5. v. 35.* Unde omnibus iis qui hujus ignis inanes & vacui erunt, lumen istud æque malè conveniet, ac in eos nomen Christiani quadrari possit. Verus Christianus S. Joannes Baptista erat, siquidem ut Evangelista ait, *erat lucerna ardens, & lucens.* *D. Bern. serm. de Nat. S Ioan. Bapt. & serm. de verbis Isa.* Verò Christiano splendor non sufficit, si is fuerit ab ardore separatus. *Est tantùm lucere vanum,* inquit S. Bernardus, *simulata lux est, quæ non ab igne procedit.* Veri Christiani soles sunt non verò lunæ, unde Christus iis dixit: *vos estis lux mundi,* neque enim solum resplendent, verum etiam splendentes ardent.

3. Quandoquidem Divinus Plato, Deum in formatione hominum magnam coram se auri, argenti, & ferri quantitatem habuisse, eademque metalla inter se prouti humani

ni corporis fabricæ opus erat, commiscuisse finxerit; ita ut aurum in eorum qui regnaturi erant corporibus excederet, in aliorum verò qui Rectoribus ope & consilio adfuturi erant excederet argentum? Ferrum denique Artificibus adhiberetur & agricolis, utpote ad quos pertinet obedire & laborare. Ideo Clemens Alexandrinus hunc Apologum considerans, & nonnullorum sequens opinionem, videri sibi, inquit Philosophum in hoc discursu tres hominum nationes, Judæorum videlicet, Græcorum, & Christianorum vaticinari & innuere voluisse, Græcos nempè per ferrum, Judæos per argentum, per aurum verò Christianos intelligendo: *Divinat tres naturas, ut quidam existimant, Iudæorum quidem argenteam, Græcorum autem ferream & Christianorum quibus regale aurum est non mistum, vitam offendens.* Christianus totus aureus est, utpote is, aquis immersus, quæ quoniam in iis non fabulosus Midas lotus est, sed Christus qui à sponsa à capite ad calcem usque descriptus, totus aureus esse dicitur, aureæ factæ sunt. Aureus autem esse dicitur, ut per hoc innuatur, quod quia aurum uti omnibus notum est perfectæ charitatis est symbolum, hæc virtus charitatis Christiano homini adeo sit necessaria, ut ea deficiente, non jam Christianus aut totus aureus esse videatur, sed potius Judæus aut Græcus ex argento vel ferro conflatus. Hoc aurum Christus mundo reliquit, velut signum quoddam veri Christiani significativum, quando dicebat: *In hoc cognoscent omnes, quod discipuli mei estis, si dilectionẽ habueritis ad invicem.* Dum igitur ab homine Christiano charitas abest, signum pariter veri Christiani in illo deest, ita ut gentilis potius quam Christianus censeri possit.

Clemens Alexandr lib. 5 stromatum.

Ioan. 13. v. 35.

4. Apostolus, ut Christianos in hoc mundo peregrinos esse, & in continno versus cœlestem patriam itinere versari innueret, hisce illos verbis alloquitur: *Non enim habemus hic manentem civitatem sed futuram inquirimus.* Et verè quidem Christiani dici peregrini merentur, utpote qui bonorum mũdi hujus oblii, nihil aliud quàm cœlestia bona desiderare & expectare videntur. De Anaxagora refert Diogenes Laërtius, quod dum alii homines ipsum relicta patria in alienas regiones discedentem videntes, causam ex illo sciscitarentur, ob quam patriæ suæ adeo facilè oblivisci potuisset? Philosophus majorem sibi patriæ curam esse respondit, quam cuivis aliorum, utpote qui non Clazomenæ sed cœli, quod solum patriam suam esse existimabat, memoria sua perpetuo teneret. O præclara responsio non gentilis sed Christiani hominis ore dignissima, sicut enim Gentilis patria Infernus est, ita cœlum patria est hominis Christiani. Unde cum S. Paulus primus eremita ab Antonio Magno audisset, illius temporis Christianos, gentilium morem consectantes, superbas sibi fabricare domos, quasi semper in terra victuri essent, cœlum autem minimè cogitarent: *Flens deplanxit homines tantæ vanitati deditos: cum Christiani deberent attendere verbis Apostoli: Non habemus hic manentem civitatem, sed futuram inquirimus.* Verè enim peregrini sumus, atque ideo *viatores* quoque communi nomine in hac vita appellamur, utpote per exteras & alienas terras versus patriam nostram continuò perficientes. Et quidem ne in hoc nostro itinere deficiamus, Christus corporis & pretiosissimi sanguinis sui viaticum in alimoniam & potum nostrum nobis donavit, baculum quoq; crucis addidit, & nobilem quendam ex suis Angelum in custodem & viæ nostræ ducem nobis assignavit. Verum enim verò sciendum est, quod sicut homo non ambulans aut procedens peregrinus esse nequit, ita quoque is qui Deum & proximum non diligit, Christianus esse non possit, quia scilicet non ambulat, nam *amare ire est*, secundum Gregorium, unde qui non amat, versus cœlum non ambulat, & consequenter peregrinus, id est, Christianus, cujus vita continua est peregrinatio, diu nequaquam meretur.

D. Hieron.

D. Greg. Hom. 14. in Evang.

Hebr. 13. v. 14.

Diogenes Laërtius.

5. Nemo est qui Christianos filios Dei appellari nesciat; hoc enim nomine Apostolus Christianos in Galatia commorantes appellare voluit dicens: *Omnes enim filii Dei estis per fidem in Christo Iesu.* Cum enim ipsi Deum patrẽ suum appellent dicentes: *Pater noster qui es in cœlis*, utique ipsi Dei appellandi sunt filii, verũ enim verò rationem scire percuperem cur Christiani non

Ad Galat. 3. v. 26. Matth. 6. v. 9.

non appellentur vasalli, servi, aut discipuli Dei, sed filii Dei vocitentur? Ratio igitur hujus, ex Ethymologia hujus nominis filius colligitur. *Filius* enim ex mente S. Bernardini *à filos*, quod in latino sermone idem quod *amor* significat, nascitur, atque ideo Christiani filii Dei nominantur, quia sunt, veluti totidem amores, qui Deum in terra sive in Ecclesiæ suæ cœlo inter alios homines ligatum tenent. Verè amor quidam est verus Christianus. Inprimis enim, veluti amor depingi solet, juvenis est, dum se non juxta suum arbitrium, sed secundum quod illi legis Evangelicæ pædagogus præcipit, moderatur & gubernat. Deinde cæcus est, quia credit ea quæ non videt. Est etiam alatus, quia desiderii & contemplationis alis versus cœlestem patriam continuo volat. Adhæc nudus est non solum ab inordinatis affectibus, verum etiam à bonis mundanis Domini sui vestigia sequens, qui in arbore crucis nudus pependit. Denique divinæ humanæque charitatis faculam manu sua defert. Sicut enim essentia amoris non tantum ab ætate, ab oculorum velamine, ab alis, aut nuditate dependet, quantum ab igne quo ardet (si enim amori ignis desit, amor esse non poterit) ita essentia Christiani ab amore Dei dependet & proximi, adeo ut si hic amoris ignis absit, nil præter Christiani nomen habeat.

D. Bern. p. 2. ser. 24. in princip.

6. Quando Christianus coram mundi hujus oculis primitus apparuit, visus est esse homo novus aut nova Creatura à Deo recenter formata. Unde Apostolus de valore & pretio quod Christianus apud Deum obtinet loquens, eundem novam creaturam appellavit: *In Christo enim Iesu neque circumcisio aliquid valet, neque præputium, sed nova creatura.* Cum enim Christianus in Baptismo regeneretur & de novo fiat, novus quoque homo ut sit, necessum est. Cum igitur Christianum hominem totaliter novum esse constet, opus est ut ejus quoque membra nova sint; stomachum igitur & palatum novum habebit, ut quamvis tribulationem digerere & cum gustu singulari percipere possit: Ita hac de re discurrit Paulus de Palatio: *Novus homo, nova creatura sicut esse novum habet, ita novum habet stomachum, novum habet gustum, qui maximè in tribulationibus latatur.* Adeo novus est Christiani stomachus, ut ferum, lanceas, enses & catenas appetat facileque digerat, martyriorumque apparatum eadem cum æquanimitate, qua nuptiarum aut conviviorum lautitias accipiat. Talia namque erant, quæ Quintianus Tyrannus crudelissimus S. Agathæ Virgini Christianæ præparaverat, ad quæ tamen ipsa *quasi ad epulas invitata* læta & intrepida accurrebat. Cum igitur ad hoc ut stomachus aliquis similia digerat, calidissimus necessario esse debebat, in tantum enim struthio ferrum valet digerere, in quantum calidissimus est ejus stomachus: sancti quoque quia cordis sui stomachum Dei igne amoris Dei & proximi habebant accensum tot digerere ferra, tantaque tolerare tormenta potuerunt: nisi enim struthiones fuissent, tantum ferri utique cum tanto suo gustu & delectatione digerere & sustinere minimè potuissent, manifestè sequitur eos qui in tribulationibus suis stomachum modo jam dicto ardentem & succensum non habent, non esse homines novos, nec consequenter Christianos, tametsi hoc nomine sint insigniti, sed homines veteres, quasi nunquam in aquis Baptismi à Deo regenerati aut renovati fuissent.

Ad Galat. 6. v. 15.

Paulus de Palat. in c. 5. Matt.

7. Quis est qui essentiam Christiani in Dei cognitione consistere ignoret? ipsomet Christo attestante, qui dicit: *Hæc est vita æterna, ut cognoscant te solum Deum.* Sicut enim esse Physici in rerum naturalium cognitione, & esse Astrologi in cœlestium rerum notitia consistit, ita esse Christiani consistit in cognitione Dei. Et sicut is qui naturalium rerum notitia caret, non erit Physicus, nec alter Astrologus dici poterit, qui in stellarum cognitione omninò est ignarus & rudis, ita quoque qui Deum non cognoverit, non erit verus Christianus. Cùm autem cognitio Dei à Dei amore separari aut dissociari non possit, non propter utriusque operationis identitatem, cùm sint actus omninò distincti, sed propter excellentiam objecti;

Ioan. 17. v. 3.

Deus namque ob summam & infinitam bonitatem suam cognosci non potest, quin simul etiam ametur: *Deus tam bonus est, ut cognosci nequeat, nisi ametur*, inquit Hugo Cardinalis, hinc fit quod homo Deum cognoscere & non amare non possit, sed mox ut semel Deum cognoverit, ipsum quoque pariter amabit: in tantum enim non diligit eum, in quantum ipsum non cognoscit. Verum quidnam ex hac doctrina sequitur? Nihil profectò aliud, quam quod Christianus Deum non diligens, ipsum quoque non cognoscat, & consequenter minimè videatur esse Christianus, cum esse Christiani in Dei notitia consistat.

Hugo Card. in Ioan. c. 2.

8. Postquam in agro mundi hujus inter bonos Christianos malorum quoque zizania apparuerunt, bonique ad ea eradicanda & exterminanda suam Deo operam obtulissent: Deus iisdem respondit dicens: *sinite utraque crescere usque ad messem, & in tempore messis dicam messoribus. Colligite primum zizania, & alligate ea in fasciculos ad comburendum.* Porrò S. Augustinus circa hæc verba pulchrum quoddam dubium efformat, & dicit: cur Deus bonis illis Christianis, quia ad exterminandum zizania suam obtulerant operam, non dicit futurum tempus quo illis ut zizania eradicent & comburant, sit præcepturus, sed messoribus sedicturum prædixit ut hi zizania evellant & igni tradant? satius enim fuisset si operam suam iisdem commisisset, qui ad illam ultro citroque se obtulerant, non verò aliis. Tandem verò id Deum ideo fecisse respondet, quia scilicet non est officium vel opus hominis Christiani alteri malum inferre quisquis etiam ille sit: *Cum ad servos loqueretur, non ait: In tempore messis dicam vobis: Colligite primum zizania: sed dicam, inquit, messoribus. Unde colligitur colligendorum zizaniorum ad comburendum alia esse ministeria; nec quemquam Ecclesiæ filium debere arbitrari ad se hoc officium pertinere.* Christiani officium est proximum amare, eidemque benè non verò malè velle; quodsi secus fecerit, nequaquam censebitur esse Columbæ id est Ecclesiæ filius, quæ quod felle careat quemlibet amat, unumquemque amplexatur, omnibus beneficia & etiam malè de ipsa merentibus.

Matth. 13. v. 30.

D. Aug. lib. qq. ex Matth. q. 12.

9. Antiqui gentiles olim Christum sive ex contemptu, sive ut cæca ignorantia chrestum, & Christianos Chrestianos vocare solebant. Sic enim de Christo & de nobis scribit Cornelius Tacitus: *vulgus Chrestianos appellabat; auctor nominis ejus Chrestus.* Verum dubitabit fortasse aliquis num Christiani nomen istud æquanimiter sustinere & audire potuerit. Cui proinde respondeo nomen istud Christianis illius temporis non solum nullum creasse fastidium, verum etiam cuilibet illorum gratum fuisse & acceptum. *Chrestus* enim idem significat quod *commodus*. Lactantio Firmiano teste, qui dicit: *Christum Chrestum, & Christianos Chrestianos vocabant; Chrestus autem commodus dicitur.* Quomodo igitur displicere nomen istud potuisset Christianis, quod illos mundo utiles & commodos esse declarabat. Atque ideo nisi Christianus aliis fuerit utilis, nescio qua ratione dici poterit Christianus. *Qui autem aliis non est utilis, dic mihi, quomodo erit Christianus?* inquit Chrysostom. Christianus ut verè talis esse possit, necessariò esse debet Christianus, quemlibet item amare omnibusque bene velle facere. Quodsi aliquem oderit aut cuipiam malum attulerit, & non commodus sed damnosus & noxius aliis fuerit, nequaquam dici merebitur Christianus.

Tacitus lib. 15.

Lact. Firm. lib. 4. c. 7.

D. Chrys. Hom. 20. in Act. Apost.

10. Etenim si Christianorum viram bene attenderimus, illos solos homines, alios verò bestias potius quam homines esse comperimus. Cùm enim Christiani secundum rationis imperium, alii verò conformiter appetitui sensus operentur, ideo nomen hominis adeo illis appropriatur, ut aliis nihil nisi bestiæ nomen superfit. Præterea cum Christianus vultu suo conversus videatur in cœlum, Judæus verò vel Turca, aut quisquis aliorum extra Ecclesiam divagatur vultu in terram prono ambulent, ille solus homo æstimari merebitur, cœlum enim homines non verò bestiæ respiciunt.

prona-

Ovidius

Pronaque cùm ſpectent animalia cæteræ terram:
Os homini ſublime dedit, cælumque videre.

Inquit Ovidius. Porrò homo ille Evangelicus qui theſaurum invenit, id eſt, qui Dei ſanctique fidei noſtræ notitiam habet, de quo Chriſtus Matth. 13. loquitur, Chriſtianum ſignificat, inquit Paulus de Palatio, qui antea non homo ſed beſtia erat: *Intellige quare dictum ſit: quem qui invenit homo; prius enim erat jumentum.* Quia enim antea notitiam Chriſti non habuerat, neque fidem Chriſti ſibi comparaverat, ideò Chriſtianus non erat, nec cœlum reſpicie bant homines, ſed ut beſtiæ terram. Tandem verò ex beſtia in hominem commutatus eſt, poſtquàm theſaurum invenit, & factus eſt Chriſtianus. Veruntamen quoniam unica & ſola ratio, cur homo non ſit aliorum hominum inſtar verſus terram incurvatus & inclinatus, ſed vultu in cælum erecto gradiatur, in calorem refunditur, nam ut Cœlius Rhodiginius inquit: *Calidi eſt in erectum ſuſtolli*, hinc ſi Chriſtianus calidus non fuerit, non amaverit toto corde Deum & poſt hunc proximum, nec in cœlum reſpexerit, ſed vultu ſit demiſſus in terram, neſcio profectò qua ratione homo, id eſt, Chriſtianus eſſe poterit.

Matt. 13. v. 4. Paulus Palac. in cap. 13. Matth.

Cæl. Rhodig. l. 3. c. 11.

11. Apoſtoli quondam à magiſtro ſuo Chriſto ſignum poſtulârunt, unde Chriſtiani inter alios hujus mundi homines dignoſci poſſent. Rationabilis certè erat hæc petitio: cùm enim Hebræi habeant circumciſionem, per quam ab omnibus rationibus dignoſcebantur, conveniens omninò erat, ut & Chriſtiani proprium ſuum, unde ab aliis dignoſcerentur, ſignum haberent. Habet quilibet exercitus vexilla ſibi propria, omnes familiæ propria ſua arma habent, quilibet grex ſtigma ſeu characterem ſuum peculiarem, atque ideò nationi alicui à Deo præ omnibus hominibus ſpecialiter electæ, qualis eſt Chriſtianorum, probroſum valde fuiſſet, ſi cum aliis promiſcuè fuiſſet confuſa. Dei igitur oves à pecoribus Dæmonis, quæ in infernali macello mactandæ adeò ſollicitè in terra nutriuntur & ſaginantur, inſigni quâdam diſcriminis nota differre debebant. Ac proindè Chriſtus huic ab Apoſtolis ſibi propoſitæ petitioni acquieſcere & ſatisfacere volens, iiſdem reſpondit: *In hoc cognoſcent omnes quod diſcipuli mei eſtis, ſi dilectionem habueritis ad invicem*, quaſi diceret: nolo ut vos Chriſtiani per aliud ab aliis gentibus ſignum dignoſcamini, quàm per ſyncerum & mutuum amorem, quem ad vos invicem habebitis. Verùm quærendum hoc loco mihi videtur, cur Chriſtus hunc mutuum amorem ſignum eſſe voluerit, cùm illud potiùs in operatione miraculorum vel in ſapientiæ profunditate revelare potuiſſet? cui quæſtioni S. Thomas à Villa Nova reſpondet, Chriſtianum per alia ſigna quàm per amorem mutuum minimè dignoſci ab aliis poſſe: *Non in miraculis, non in ſapientia ſcripturarum, ſed in ſola dilectione diſcipulus Chriſti & bonus Chriſtianus agnoſcebatur.* Tametſi enim Chriſtianus aliquis ipſummet Moyſen in miraculorum multitudine aut excellentia vinceret, vel ipſummet Salomonem ſuperaret in ſapientia, nec tamen proximum diligeret, Chriſtianus utique cenſeri minimè poſſet. Verum igitur & perfectum Chriſtianum, non miracula, non ſapientia, ſed ſolus perfectus amor conſtituit. Juſtum enim eſt ut profeſſores legis amoris, per ſolum amorem dignoſcantur ab aliis.

Ioan. 13. v. 39.

S. Thomas à Villa Nova pro exped. adverſ. Iud.

12. Regius Propheta David ſummam Chriſtianorum excellentiam prævidens, eoſdem non homines, ſed Angelos appellavit: Cùm enim dicere vellet, Hebræum manducare manna, quæ expreſſa eſt figura Euchariſtiæ. Veri nimirum Chriſtianorum panis & cibi, hiſce verbis utebatur. *Panem Angelorum manducavit homo*, quem locum S. Auguſtinus ita interpretatur: *Chriſtiani Angeli dicti ſunt, quorum pane, qui Chriſtus eſt, ſatiati ſunt Iudæi, quos homines dixit.* Unde patet, quantùm nos Deus exaltârit, dum nos Chriſtianos ex hominibus transformavit in Angelos? eo ipſo enim quo Chriſtiani ſumus, non homines, ſed Angeli eſſe cenſemur; homines enim in terra, in cœlis verò degunt & converſantur Angeli: & cum ipſis veri Chriſtiani. Cùm enim omnes alii homines ita in terris vivant, ut ſe nunquàm de terrenis ad ſublimiora, quæ in

Pſal. 77. v. 29. D. Aug. qq. ex vet. Teſt. q. 19.

cælis ſunt erigere poſſint; Chriſtiani econtrà relictâ terrâ in cœlum evolant, & cum Angelis converſantur in Paradiſo. Unde ſoli cum Apoſtolo dicere poſſunt: *noſtra autem converſatio in cœlis eſt.* Et quidem ut tantò velocius & frequentiùs in cœlos evolare poſſint, Deus illis contemplationis alas addidit. Adhæc omnes aliæ nationes bona terræ ſummo in pretio & æſtimatione habent, quæ à ſolis Chriſtianis contemnuntur, quia tanquam Angeli hæc humilia & terrena deſpiciunt. Præterea ſi Angeli cælorum cives eſſe dicuntur, quis Chriſtianos Angelos eſſe dubitabit, qui aliam præter cælum patriam non cognoſcunt? undè & ab Apoſtolo dicti ſunt: *Cives ſanctorum & domeſtici Dei.* Denique ſuppoſito, quod juxtà expoſitionem S. Gregorii in parabola illa, in qua Chriſtus cælorum regnum, ſinapi, theſauro in agro abſcondito, & decem virginibus aſſimilavit, per cœlorum regnum Eccleſia militans intelligi debeat: *Sæpe in ſacro eloquio regnum cœlorum præſentis temporis Eccleſia dicitur*; manifeſtè ſequitur, quod Chriſtiani in hoc cœlo habitantes, veri ſunt Angeli, cælum enim ſine Angelis omninò eſſe nequit. Veruntamen Chriſtiani nunquàm Angeli eſſe cenſebuntur, ſi in iis non fuerit ignis ſancti amoris, cum Angeli merus quidam ſint ignis, Davide atteſtante, cùm dicit: *Qui facis Angelos tuos ſpiritus, & miniſtros tuos ignem urentem.* Et conſequenter, quamdiu exulat ab iis ignis ſancti amoris, Chriſtiani nunquàm dici poterunt.

Ad Philip. 3. v. 20.

Ad Epheſ. 3. v. 19.

D. Greg. hom. 12. in Evang.

Pſal. 103. v. 4.

13. Legite, ſi ita placet, caput vigeſimum S. Matthæi, ibi namque invenietis, quod cùm Deus perſonatus ille Paterfamilias vineam ſuam excolere ſtatuiſſet, inter alios operarios, quos in hunc finem in eandem vineam conduxit, fuerant aliqui qui dicuntur ſtetiſſe in foro otioſi, *Vidit alios ſtantes in foro otioſos, & dixit illis: ite & vos in vineam meam.* Quinam obſecro, aut quales erant homines illi, qui in foro otioſi ſtabant, num fortè Chriſtianos fuiſſe dicemus? minimè gentium. Cum enim per vineam illam Eccleſia ſubintelligatur, eo ipſo, quo hi operarii non in vinea, ſed foris in platea aut in foro erant, ſatis ſe minimè Chriſtianos eſſe innuebant; Chriſtiani enim ſemper in Eccleſia, nunquam verò extra illam degunt. Quiſquis in foro vendendo & litigando verſatur, tempuſque pretioſum otioſe terens, ad maximè arduum ſalutis animæ ſuæ negotium minimè attendit, Chriſtianus dici non meretur. Cur ita? propter fraudes quibus in foro ſuis in negotiis proximum ſuum communiter circumveniunt, inquit Abulenſis; audite ejus ipſiſſima verba. *Forus extra Eccleſiam eſt ut in vineam Dei vadant, extrà forum vocati ſunt: quicquid etiam extrà Eccleſiam eſt, iforus eſt, & notat humanas converſationes, quæ non ſunt ſecundùm Deum, in quibus fraudes facimus & injurias ferimus & recipimus, ſic videntes in foro.* Patet igitur eos qui virtutis Chriſtianæ charitatis expertes, hunc vel illum emendo aut vendendo circumvenire & decipere, aut per injuſtas lites & calumnias, aliena rapere ſtudent, veros Chriſtianos non eſſe, utpotè, qui ex amore erga proximum veluti ſigno infallibili tales eſſe dignoſcuntur.

Abul. q. 10 cap. 20 Matt.

Matth. 8. v. 24.

Matth. 7. v. 16.

14. Homines arboribus ſimillimi ſunt, unde cœcus ille à Chriſto illuminatus, dum quid videret interrogaretur, reſpondit, *Video homines ſicut arbores ambulantes.* Homo etenim in corpore ſuo habet caput loco radicis, manus vero & pedes ramorum loco habet. Et ſicut ex arboribus cæduntur ligna, quorum pars fabricandis domuum tectis, pars verò in culina igni deſervit: ita homines nonnulli perducuntur in cœlum, quod eſt veluti mundi hujus tectum; alii verò in æternùm cremandi trahuntur in infernum. Nec hominibus ſua folia, flores & fructus, qui in arboribus eſſe conſpiciuntur, deſunt; folia enim verba ſunt, flores ſunt cogitationes, opera verò fructus. Sicut enim ingens eſt inter arbores differentia, cùm illæ variæ ſint atque diverſæ, ideoque earum bonitas non aliunde, quàm ex fructibus cognoſci poſſit, ipſomet Salvatore noſtro teſte, qui dicit: *A fructibus eorum cognoſcetis eos.* Ita cùm magnum quoque inter homines ſit diſparitatis diſcrimen, ſiquidem nonnulli ex iis Idololatræ ſunt, alii Turcæ, alii Judæi, alii denique Chriſtiani; inter tot tamque varias hominum differentias & ſectas

Chriſtia-

Christianus aliundè cognoſci non poterit, quàm ex proprio ſuo fructu, quem natus eſt perducere. Quiſnam autem, vel qualis eſt Chriſtiani fructus? Amor erga proximum, inquit Sanctus
D. Aug. Auguſtinus: *Charitas eſt fructus noſter.* Cùm igitur fraternus amor verus ſit Chriſtiani fructus, hoc fructu in Chriſtiano deficiente, id eſt, ſi is proximus eâ intenſione charitatis non diligat, quia ſeipſum amat, quâ ratione Chriſtianus dici poterit. Potiùs enim gentilis, vel Turca, aut Hebræus eſſe videbitur, quàm Chriſtianus. *Charitas eſt fructus noſter.*

15. Parabola quâ filius ille prodigus proponitur, qui de gravi errore ſuo
Luc. 15. pœnitens & reſipiſcens, nudus, diſcalceatus, & fame tantum non enecatus, lachrymiſque madidus, ad pientiſſimi patris pedes accurrit, quemque pater incredibili cum affectu recipiens, amplexabatur, veſtiebat, ſumptuoſèque reficiebat convivio: eâdem inquam parabolâ filium quoque natu majorem proponit, qui ab invidia ſtimularus, ob tantam diſcolo fratri ſuo exhibitam humanitarem & pietatem patri ſuo iraſcitur. Sciendum eſt autem quod ſicut Chriſtus hujus parabolæ author, per filium autem juniorem, Gentilem populum à Chriſto in domo Eccleſiæ ſuæ perhumaniter ſuſceptum, jamque Chriſtianum recens factum intelligit, ita per filium natu majorem, alteri fratri ſuo invidentem intelligebat Hebræum. Ita enim Parabolam hanc Nicolaus Lyranus cum majori expoſitorum parte ex-
Nicolaus Lyr. in c. 15. Luca. plicat. Ulterius autem obſervandum eſt, quod Dominus invidum aliquem nobis ob oculos poſiturus, non Chriſtianum aliquem, ſed Hebræum in medium adducat. Sed cur non adducit hoc ſine Chriſtianum aliquem, cùm etiam inter Chriſtianos ſæpè invidia locum habeat? nimirùm ut nobis invidum Chriſtianum Hebræum potius quàm Chriſtianum eſſe ſignificet, cùm fides Chriſtiana & invidia ſimul, ut ita dicam ſtare & convenire non poſſint, teſte Divo Valeriano, qui dicit: *Fidem noſtram impugnat invidia.* Fides enim Chriſtiana in charitate fundatur, cui invidia directè eſt contraria: ideoque cum invidia ſtare nequit, cùm duo contraria eſſe nequeant in uno eodemque loco. Invidus igitur Chriſtianus nequaquam dici poterit, cùm non producat fructum illum, per quem ſe Chriſtianum eſſe probare debebat. *D. Valer. hom. 25.*

16. Ad idem quoque propoſitum quendam ex Epiſtola Apoſtoli ad Epheſeos deſumptum locum maturiùs nonnihil ponderemus, ut tandem præſentis diſcurſus finem propius accedamus. Apoſtolus igitur ad novellos hoſce Chriſtianos ſcribens dicit: *Sol non occidat ſuper iracundiam veſtram.* Quibus in verbis notandum eſt, Apoſtolum Chriſtiano quidem permittere, ut iraſci poſſit, non tamen ut diu iraſcatur, ſed conceptam iram ſubitò ex corde expellere & pacem facere jubet. Cur autem, dic Sodes, Chriſtiano nonniſi tam modico tempore iraſci permittit? quod ſi enim ita vel ſemel permitti poſſit, perindè erit ſive ad longum, ſive ad modicum tempus permiſſum fuerit. Fatendum eſt quidem Apoſtolum, ſi ei cum gentilibus & Idololatris ſermo fuiſſet, talibus fortè iram permiſſurum fuiſſe, ut ad diem unicum, quàm per multos annos iraſcerentur: nunc autem quia cum Chriſtianis agebat, ideò tametſi iis utpotè hominibus iraſci permiſerit, iiſdem tamen veluti Chriſtianis non niſi breviſſimam iram permittere voluit. *Quia iraſci, ho-* *Cæl. Rhod. l. 23 c. 24.*
minis eſt, finem iracundiæ ponere Chriſtiani; inquit hunc locum explicans Cælius. Unde quotquot ex Chriſtianis perpetua ergà proximos ſuos ſuis in cordibus odia fovent, nequaquàm judicandi ſunt Chriſtiani. Veri enim Chriſtiani hominis ira, ne quidem per diem integrum eſt continuanda, tametſi homo quidem iraſci poteſt, tanquam Chriſtianus autem ſubito ſe reconciliare atque amori proximi ſtudere debet, ut ſic fructus veri *Ad Epheſ. 4. v. 25.*

Chriſtia-

Christiani specimen edat: *Charitas fructus noster est.*

Ioan. 10. v. 14.

17. Ultimo tandem loco verba illa Christi: *Ego sum Pastor bonus, & cognosco oves meas*, sine bona consideratione omitti minimè debent. Quâ etenim ratione oves suas cognoscit? ex facie utique. Sicut enim homines ex vultu ipsorum agnoscimus; ita quoque Christus oves suas eâ facie cognoscit. Aliam namque faciem Christiani habent, aliam gentiles; & alii qui non pertinent ad gregem Christi. Quænam autem est propriè Christianorum facies? charitas, inquit sanctus Augustinus: *Vt enim facie cognoscimus, ita & charitate nos cognoscit Christus.* Charitate igitur in homine deficiente, vera quoque in eo Christiani hominis effigiem deperibit. neque à Christo gregis sui ovibus annumerari poterit? quin potius infidelis esse censebitur, & cum infidelibus condemnabitur ad infernum, quàm quod veluti Christianus cum aliis Christicolis in cœlo sit præmiandus. Denique ut uno verbo omnia concludam: nos sumus sinapi, & ideò ardere debemus, si veri Christiani censeri volumus.

D. Aug. apud Paul. Pal. in cap. 6. Matth.

(o)

SERMO

SERMO II.

IN DOMINICAM VI. POST EPIPHANIAM.

THEMA.

Simile est regnum cælorum grano sinapis.
Matth. 13.

ARGUMENTUM.

Sicuti peccator in vita sua infernum quendam sustinet, ita pœnitens quodam fruitur paradiso.

1. QUam miserabilis, infelix, & deplorandus est status peccatoris! hic enim homo quidem esse videtur, cùm tamen verè homo non sit; utpotè, qui peccando esse hominis amittit, & in bestiam transit; vivus videtur, cùm tamen non vivus sit sed mortuus; vivus enim est corpore, sed quoad animam mortuus. Utpote qui vitam animæ, id est, divinam gratiam amisit. Adeò horridum fœtorem de se spargit, ut aquæ diluvii ad expurgandum duntaxat ejus fœtorem in tantam altitudinem excreverint, ipseque in judicio universali excitandis ignis omnia ad ipsum usque aërem lambendo sit devastaturus. Nulla est in universo mundo creatura, quæ illum non persequatur & abhorreat. Mare illum tergo suo ferens, iratscitur & commovetur, tremit terra dum illum sustinet; aërem quem sibi per os attrahit, ad eum occidendum inficitur; cœlum nubibus tegitur & obscuratur, ne illum videat. Bestiarum quoque turba, in quam adeò amplum, dum innocens erat, habebat dominium, adeò acriter adversus illum commovetur & armatur, ut illum veluti inimicum, non verò tanquàm amicum suspicere videatur; canis etenim mordet illum, intoxicat eum serpens, lupus devorat, excæcat corvus, imo vilissima & minutissima animalcula, vix ei unico *inducias* momento indulto, continuo illum bello infestantia superant. Infelicissimus omnia timet, adeò ut vel unicum arboris folium à vento agitatum in fugam ipsum convertat; imò super omnia ipsum formidat; nec immeritò, cùm ipse sibimetipsi super omnia

alia inimicus existat; ex omnibus namque inimicis suis nullus ipsum adeò atrociter offendere potest, quemadmodum sustinet ipse manibus lædit. Atque hinc est quod semetipsum odio prosequatur & exhorrescat, cumque semetipsum fugere nunquam possit, totus in seipso affligitur & contabescit. Insuper super se Deum sibi vehementer iratum habet, qui de hora in horam stricto gladio acerbissimam de tot offensis quâvis horâ inconsideratè commissis minatur offensam. Imò quod majorem meretur horrorem, infernum in semetipso patitur & sustinet, priusquàm ad infernum descendat, cùm infernum in suo pectore portet. O igitur miser & infelix peccator, cur ex summa quâ es obnoxius miseriâ non resipiscis? culpas tuas amaris lachrymis non defles? neque condignam de peccatis tuis agis pœnitentiâ, ut hac ratione ab inferno, quo veluti carcere vinctus teneris, in delitiosum ingredi paradisum mereatis? paradisus in præsenti Evangelio non tantum à Christo grano sinapis comparatur: *Simile est regnum cœlorum grano sinapis*, per quod Petrus Berchorius pœnitentiam intelligit, in quantum pœnitentia verus quidam est Paradisus. Tantæ namque peccatoris alicujus pœnitentis sunt delitiæ & gaudia, ut priusquam mortè deguster, vero quodam in terris paradiso frui videatur, ut igitur peccator abjectâ peccatorum sarcinâ hunc infernum evadat, & veram de peccatis suis pœnitentiam instituens ingrediatur paradisum, præsenti discursu eo contendam, ut verum esse demonstrem, quod peccator, quamdiu peccatis suis inhæresci, verum in se sustineat infernum: paradisi autem gaudiis potiri mox incipiat, quamprimum veram de peccatis suis agere incipit pœnitentiam. Et primò quidem respiciamus peccatoris infernum.

Matth. 13. v. 31.

Berchor. reduct. mor l. 12. c. 152.

2. Ab æterno Deus decrevit, ut is, qui in peccato suo vivit & corde quasi lapideo in vita sua pessima perseverat, in terra quidem, quamdiu vivit, remaneat, post mortem verò semper & in æternum torquendus, ad carceres abeat infernales. Nullus peccatorum hactenus vivus ad infernum concessit. Vita peccatoris via quædam est ad infernum perducens, quæ peccatore mortuo finitur, cùm scilicet peccator rudentibus inferni obvolutus, in infernum præcipitatur. Quisquis Romam contendit, Romam nonnisi itinere absoluto ingredietur, quoadusque verò itineri insistit, foris extra Romam constitutus semper erit. Verum enimverò dicat aliquis, quod si id verum est, qua igitur ratione David de certis quibusdam peccatoribus dicit, quod vivi ad infernum descendant? *Descendant in infernum viventes, quoniam nequitiæ in tabernaculo eorum in medio eorum.* Quod si nullus unquam hactenus aliquem vivum infernum ingredientem vidit, quomodo hi, dum adhuc vivi sunt, infernum ingressuri dicuntur? S. Ambrosius respondet, Psalmistam eo in loco non de inferno, qui carcer est Dæmonum & reproborum, & in ipso terræ centro constitutus esse dicitur, intelligendum esse, in hunc namque homines non nisi post mortem descendunt, sed de alio quodam inferno, in quo peccatores dum vivunt, ob commissa ab iis peccata, vincti tenentur & affliguntur. Hi tales, inquit præfatus S. Doctor: *etsi nobiscum videntur vivere, in inferno sunt.* Ille infernus peccatores torquet defunctos: hic verò infernus peccatores adhuc vivos excruciat. Utrobique dici potest esse infernum, quia tam hi quàm illi verum inferni dolorem patiuntur & sustinent.

Psal. 34. v. 10.

3. Ad idem intentum dubium quoddam consideratione dignum vobis proponam. Quâ igitur ratione fit, quod cùm Deus justus sit, imò justissimus, & peccata condigna & proportionatâ pœnâ castiget; idem tamen Deus Dæmonem peccantem inferni vinculis astringat, peccantem verò Adamum in terra constitutum relinquat? quod si semel tam Dæmonis quàm Adami commissum delictum, infernali pœnâ dignum fuit, quâ igitur ratione, aut qua cum justitia, ille de cœlo in infernum est deturbatus: hic verò de paradiso fuit relegatus in terram? videtur Dæmon de Deo vindice & rigoroso sibi illato supplicio quod continuo perpeti cogitur, haud immeritò conqueri posse. Fateor equidem dubium istud pulchrum est, sed longè melior est quæ illi dare solet responsio. Sicut enim Deus in cunctis operibus suis se justissimum exhibuit, ita quoque in hoc puncto ne latum

qui-

quidem unguem, ut dici solet, recessit. Dæmonem enim ad carceres inferni, hominem verò ad terram condemnatos fuisse, certo quodam modo æqualis pœna atque supplicium æstimatur: siquidē terra post commissum crimē, in verum quendā trans-formatur infernum: *Homo expellitur à Paradiso ad terram quam habitamus, quæ post peccatum infernus quidam est*, inquit Paulus de Palatio. Peccator enim in terra consistens in inferno est, & sustinet infernum: è contra verò homines innocentes & virtuosi, tametsi in terra commorari, & infernum, qui peccatores torquet, sustinere videantur, non tamen uti nos existimamus, in terra, sed in cœlo consistunt, non cum peccatoribus in terra, sed in cœlo cum Angelis conversantur. Unde cum Apostolo dicunt: *nostra conversatio in cœlis est.*

Paul. Pal. Proœm. in Matth.

Ad Philip. 3. v. 10.

4. Tametsi etenim sancti nobiscum in hoc inferiori mundo conversari videantur, ipsi tamen in cœlis verissimè degunt. Nam postquam semel ea, quæ in hac terra possident, pauperibus eo fine dare decreverunt, thesauri sui in eorum manibus in cœlo potiùs quàm in terra esse censentur. *Ubi enim est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum*, inquit Christus. Item cum nobis constet, eos Deum, qui in cœlis regnat, super omnia amare, in cælo potiùs quàm in terra esse quis dubitet, *Anima enim magis est ubi amat, quàm ubi animat*, ut S. Dionysius Areopagita inquit. Præterea cùm illos in corpore quidem vivere videamus, ita tamen ut à corporis legibus prorsùs sint exsoluti & liberi, consequenter illos potius Angelos cœli incolas, quàm homines terræ hujus habitatores æstimare debemus, *nam vivere in carne præter carnem, Angelica vita est.* Ultimò denique cœlum verum est ipsorum conscientia, in tantum namque est quod Sapiens inquit: *Secura mens quasi juge convivium, in quantum* eadem secura mens *æterni convivii jam præsentit odorem*, inquit Hugo Cardinalis. Patet igitur, quod cùm homo innocens in cœlo sit, quamdiu vivit, peccator dicendus sit, esse in inferno. Cùm enim in hoc mundo nihil sit altius virtute, & peccato nihil sit profundius, sequitur utique quod sicut virtus ob sui sublimitatem cælum quoddam est, ita peccatum ob sui profunditatem quidam esse debeat infernus: ac profectò sicut homo comparatâ sibi virtute in cœlum ascendet, ita idem post commissum à se peccatum est descensurus in infernum. Ita hac de re Hugo de S. Victore discurrit, dicens: *Justitia altior cœlo est, iniquitas profundior inferno, & quanto descendit, qui ad infernum descendit: qui ad iniquitatem cadit. Quantum igitur ascendit, qui ad cœlum ascendit, tantum ascendit, qui ad justitiam proficit.*

Hugo Card. in c. 3. ad Ephes.

Prov. 15. v. 15.

Hugo Card. in c. 15. Prov.

Hugo de S. Vict. hom. 11. in Eccl.

5. Christus Salvator noster referente S. Matthæo, S. Petro summum Pontificatum promittens dicebat. *Tues Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam.* Circà quæ verba meritò inquirendum venit, quidnam Christus Dominus per portas inferni intellexerit, quæ tantas Petri impetu allaturæ molestias erant? per portas illas peccata intellexit, inquit Simon Cassianus: *Non enim inferi alias portas habent, quàm vitia & peccata, & malas hominum voluntates.* Quod si verum est, uti verissimum, peccata nimirum inferni portas esse, manifestè sequitur, quod homo in peccato vivens in portis inferni, imò in ipsomet infernō consistat. Sicut enim qui urbis Neapolitanæ portas ingressus est, in Neapoli esse dicitur, ita quoque in inferno dicendus est esse, quisquis in ipsis inferni portis consistit.

Matth. 16 v. 18

Simon Cassian. de gestis Christi lib. 9. cap. 35.

6. Verum enimverò quisnam ex vobis rationem mihi dabit, cur Christus, qui in hoc scripturæ loco portas inferni, *ostia inferi* appellare poterat, easdem *portas* potius quàm *ostia* nominare decreverit? cùm enim duo hæc nomina synonyma sint, idem prorsùs significantia, utrolibet uti potuisset pro suo arbitrio. Cur igitur hoc potius nomine quàm altero uti voluit? utique non sine mysterio hoc factum est, quod portas inferni *portas* potius quàm *ostia inferi* nominaverit. Sciendum est igitur, quod *porta* dicatur ab *importando*, quia nimirum omnia per illam in domum importantur; *ostium* verò dicatur, quia *hostem moratur*, ut vult Isidorus; unde quia peccata Dæmonem

D. Dion. Areopag.

D. Isidorus lib. 15. Ethym. c. 1.

inimicum noſtrum non ſolum impediunt, verùm etiam eundem in peccatoris animam portant & introducunt, ideò à Chriſto Domino non *oſtia*, ſed *porta* dicuntur. Poſt commiſſum igitur peccatum anima hominis in Dæmonis eſt conſtituta ſocietate, eo ipſo verò quo cum Dæmone eſt, in inferno eſt, cùm Dæmon extrà infernum eſſe non poſſit.

Gen. 3. v. 22.

7. Mox ut infeliciſſimus Adam prothoparens noſter peccaverat, hæc de cœlo repentè audita ſunt verba: *Ecce Adam quaſi unus ex nobis factus eſt.* Verba utique notatu & conſideratione dignißima. Quomodò enim Angeli Adamum, quaſi unum ex ipſis factum eſſe dicere poterant, cùm quantum illi felices exiſtunt, tantùm Adam infelix, miſer & miſerabilis extiterit? quidnam ſumma beatitudo cum ſumma miſeria commune habet, ut Adamum ſummè miſerum, cum illis ſummè beatis comparare præſumpſerint? reſpondeo igitur Angelos hoc loco nequaquàm dicere voluiſſe, Adamum factum eſſe quaſi unum ex Angelis, qui tunc in cælo erant, ſed illum factum eſſe Dæmonem voluiſſe affirmare, qui cùm revera unus ex ipſis eſſet, peccando ex ipſorum ſocietate expulſus, è cœlo ejectus, & in ſummarum miſeriarum abyſſum infelicitèr exturbatus. Unde dicendo: ecce Adam quaſi unus ex nobis factus eſt, Adamum Dæmonem factum eſſe dicere voluerint. Hoc etenim modo hunc locum, ut Theophylactus inquit, nonnulli Doctores explicant: *Aliqui curioſius dictum expoſuerunt. Factus eſt, dicunt, ſicut unus qui ex nobis cecidit, hoc eſt Diabolus. Sicut enim ille excidit, ita certe & hic propter inobedientiam factus eſt ex nobis, hoc eſt, excidit à nobis.* Nemo de homine peccante, eundem Dæmonem factum eſſe dicere dubitet. Sic enim de adultero quodam in hiſtoriis legitur, eum, dum poſt commiſſum adulterium domum reverteretur, imbutum fuiſſe facie non humanâ, prouti fuerat egreſſus, ſed facie Diabolicâ, ideoque una cum uxore ſua totam pariter terruiſſe familiam. Aliter enim fieri nequaquàm poterat, inquit Paulus de Palatio. Homo enim factus peccator, Dæmonis faciem referre debet, cum propter peccatum à ſe commiſſum, veluti in Dæmonem ſit converſus. *Quid mirum, ſi quis Diabolus eſt, faciem Diaboli habeat?* Sicut igitur peccatorem una ex parte Dæmonem factum eſſe videtis, ita ex parte altera illum in inferno videbitis eſſe collocatum, cùm Dæmon extra infernum ſuum degere non poſſit.

Theophyl. in cap. 3. Ioan.

Paul. Pal. in cap. 6. Matth.

8. Pari quoque ratione Sanctus Marcus Evangeliſta Mariam Magdalenam per Chriſtum à ſeptem Dæmonibus liberatam fuiſſe ſcribens: *De qua Ieſus ejecerat ſeptem Dæmonia*, ipſam Dæmoniacam fuiſſe ſignificare videtur, ſi tamen hac in re mens Eccleſiæ attendatur, quæ illam peccatricem eamque publicam, non verò Dæmoniacam, ſeptemque peccatis capitalibus, non verò ſeptem Dæmonibus obnoxiam fuiſſe ſentit, dicendum potiùs videtur, Evangeliſtam per ſeptem Dæmonia, non ſeptem infernales ſpiritus, ſed totidem intelleriſſe peccata, à quibus à Redemptore ſuo poſtea fuit juſtificata. Ita hac de re S. Gregorius diſcurrit: *De Maria autem Marcus ſeptem Dæmonia ejecta eſſe teſtatur, & quid ſeptem Dæmonia, niſi univerſa vitia ſignificant?* Cùm igitur peccatum Dæmon quidam ſit, utique conſcientia peccatrix infernus, Dæmonum ſcilicet habitatio erit, & infelix peccatoris anima in inferno vivet, in tot ſcilicet Dæmonum ſocietate conſtituta, quot fuerit peccatis illam continuo affligentibus adurentibus, torquentibus obnoxia. Job magnum illud patientiæ ſpeculum peccatoris perſonam in ſe referebat, quando de domo ſua interrogatus, reſpondit, *infernus domus mea eſt.* Peccator enim præter infernum aliam quam inhabitare poſſit, domum non habet. Quod ſi verò per ſeptem illos Dæmones, qui Magdalenam peccatricem torquebant, ſpiritus intelligere velitis malignos, prouti litera ſonat, & alii nonnulli ſentiunt, idem prorſus concludetis: nam ut Macharius inquit, *Cùm Princeps vitiorum & Angeli ejus in corde hominis nidum collocaverint, infernus eſt*; quaſi diceret: Conſcientia, quæ ob commiſſas à ſe culpas, hoſpitium & nidus facta eſt Dæmoniorum, infernus meritò eſt æſtimandus.

D. Greg. apud S. Thom in catena Marci 16.

Marci 16. v. 9.

Iob. 17. v. 13.

D. Mach. ſen. hom. 12.

9. Postquam Christus passionis suæ mysteria inchoaturus, cum Apostolis suis ingressus est hortum ut venturos illuc inimicos suos præstolaretur, qui illum veluti captivum & vinctum ligaturi & ad mortem per diversa tribunalia raptaturi erant, assumptis ex toto eorum numero tribus, paululumque secedens, contemplationi se totum immersit; visus est autem dum contemplaretur, ut Matthæus inquit, facie totus prostratus in terram: *Progressus pusillum procidit in faciem suam orans.* Cur obsecro Dominus faciem suam tunc interram inclinatus abscondit? Isidorus Clarius, id ex horrenda quadam visione ipsi tunc ob oculos proposita accidisse dicit. Vidit enim peccata nostra, quæ paulò post proprio sanguine suo expurgaturus erat; Quia verò spectaculum istud horribilissimum erat, ideo oculos suos in similes abominationes defixos retinere non valens, faciem suam in terram abscondere coactus fuit. *Nostri generis scelera ante oculos proponens tanta ac tam horrenda intuebatur, ut faciem abscondere cogeretur,* inquit hic citatus Doctor. Mira profectò res hæc est, vereque obstupescenda! Potest Deus Infernum aspicere, eaque inibi videre tormenta, quæ præsciti simul cum Angelis prævaricatoribus in hoc horrendo loco sustinere coguntur, & nostra peccata videre non potest? Quid dicemus ad hæc? nisi quod peccator quoadusq; vivit non solum sit in Inferno, verum insuper in Inferno quodam sit, qui ipsomet Inferno est horribilior & formidabilior? veritatis hujusce optime sibi conscia erat Catharina Senensis Virgo longè sanctissima, dum incredibili quadam erga peccatores charitate pereita, ut tandem tot innumeris hujus mundi peccatis, & tot hominum damnationi finem imponeret, hanc à dilecto sponso suo gratiam postulabat, nimirum ut illam salva tamen manente divina sibi inhærente gratia ad inferos condemnare, ac tum demum obscuros illos Inferni carceres in æternum claudere & obfirmare dignaretur. Infernum volebat, sed non peccatum; plus peccatum quam infernum abominabatur, horribiliores æstimabat culpæ maculas, quã flammas & tenebras sempiternas. Ejusdem quoque sententiæ erat gloriosus ille Canturiensium Archiepiscopus S. Anselmus, qui dicere solitus erat: Quodsi medius inter peccatum & Infernum collocaret, & inalterutrum utriusque hujus præcipitii collabi cogeret, potius in Infernum prosilirem, quam peccatum aliquod committere præsumerem.

Matth. 26 v. 39.

Isid. Clar. erat. 39. in Luc.

10. Cum igitur peccatum verus quidam sit Infernus, imo quovis Inferno horribilior: pœnitentia autem verus quidam sit Paradisus, cur igitur peccator utriusque optionem liberam habens, ab hoc Inferno non fugit, & in Paradisum hunc ingredi non contendit? Porro hactenus peccatum Infernum quendam esse vidimus, nunc pœnitentiam paradisum esse efficaciter ostendamus. Postquam filius prodigus ab enormi illo errore, quem amantissimum Patrem suum petulanter deserendo commiserat, resipiscere, domum paternam petere, seque ad Patris pedes prosternere, & commissi erroris veniam & indulgentiam postulare in animo suo decreverat: seque pro executione hujusce salutaris in corde suo concepti consilii, viæ commisisset, mox ut in paternã domo appulit, Pater ejus accurrens, lætaque ipsum facie suscipiens, amplexatus & osculatus est eum. *Accurrens cecidit super caput ejus, & osculatus est eum.* Quia verò liquidum satis est, atque perspicuum, quod per hunc juvenem peccator pœnitens, per Patrem verò Deus intelligatur, qui gratiæ suæ brachiis illum amplexatur & recipit; hinc sciendum est, quod eo ipso quo Deus pœnitentem exosculatur, non solum se illum vehementer amare significat: *Ad exponendam vim & Naturam amoris, nihil potest cum osculo conferri*, inquit Cyprianus Monachus, verũ etiam quod ad commotãdum perpetuo cum ipso ejus ingrediatur animam. *Per osculum*, inquit idemmet Doctor, *solet animus seipsum insinuare, & se quoddammodo in rem amatam transfundere.* Atque ideo pœnitens Paradisum quendam secum habet, eo ipso quo Deum secum habet. Beati namque in Inferno potius cum Deo esse mallent, quam sine Deo in Paradiso. Imò Infernus ideo Infernus esse dicitur, quia non habet Deum, & quia Paradisus Deum intra se continet, ideo Paradisus vocatur. Attendatis velim quibusnam ver-

Luc. 15. v. 20.

Cyprian. Monach. in cap. 1. Cant.

bi Guericus Abbas hunc prodigum juvenem alloquatur, postquam illum osculo à Deo donatum esse vidit: *Iam verò tu ô Beate peccator licet non ideo beatus, quia peccator, sed quia pœnitens de peccato.* Quasi eidem clarius dicere voluisset: Tanquam peccator damnatus vocari meretur, beatus verò appellandus est tanquam pœnitens. Mira sanè res! Mox ut homo de peccato egreditur, & facit pœnitentiam, ab Inferno egredi censetur & intrare Paradisum, jamque non deinceps damnatus, sed beatus vocari, eorumque nomine decorari meretur, qui in beata illa Patria facie fruuntur Divina. *Beate peccator.*

Guerricus serm. 2. quadr.

11. Jam nunc deinceps mysticam quandam visionem in Apocalypsi cap. 21 à S. Joanne Apostolo enarratam si ita libet auscultemus; ibi namque cœlestis gloriæ Civitatem, descendentem de cælo, variisque à Deo ornamentis instar cujusdam sponsæ decoratam se vidisse refert: *vidi civitatem sanctam Ierusalem descendentem de cœlo, à Deo paratam, sicut sponsam ornatam viro suo.* Pulchra equidem, sed admodum difficilis est hæc visio. Quomodo enim illa cælestis gloriæ civitas, ut homines eam viderent, eaque fruerentur de cœlo in terram descendisse dicitur, quando homines, ut illam videant & visione illius sese oblectent, opus habent ut de terra in cœlos ascendant? Quis est qui nesciat, quod in cœlo non verò in terra beati fieri speremus & præstolemur, veruntamen dicendum est, quod tametsi in cœlo non verò in terra nos beatos futuros esse speremus, quia tamen beatitudo suum in terra accipere debet exordium, nec possimus certo quodam modo loquendo in cœlis beati esse nisi in terra beati fieri incipiamus, ideo ut habere possimus hoc beatitudinis nostræ principium, cœlestis gloria ad nos de cœlo in terram descendit. Tunc enim cœlestis gloria de cælo in terram descendit, inquit Nicolaus de Lyra, quando postquam Deum offendimus, & de ejusmodi commissis offensis dolemus, Deus nobiscum reconciliatur, nosque in gratiam suam recipit: *Beatitudo cœlestis non potest ab electis haberi, nisi prius quodammodo ad eos descendat in præsenti: nam donum gratiæ per quam efficimur digni vita beata, est quodammodo inchoatio & participatio gloriæ.* Subitò postquam peccator de culpa sua dolet, & Deus illum amplexatur, & intra gratiæ suæ brachia recipit, in animam ejus beatitudo illa descendit, cujus post hanc viram, si in illo statu perseveraverit, habiturus est in cœlo totale complementum. Cum enim præscitus in hac vita suum exordiatur Infernum, debebit prædestinatus pariter dum vivit, suum exorditi paradisum: Idque nullum prorsus dubium habet, cum certum sit quod Deus longè magis inclinet ad multiplicandas misericordiæ suæ gratias, quam de inferendo Justitiæ suæ supplicia. Pœnitens igitur paradiso quodam fruetur in terra, suamque dum vivit, beatitudinem inchoando, suo quoque modo beatus erit.

Apocal. 21. v. 2.

Nicolaus Lyr. in c. 21. Apoc.

12. Nullus est qui ignoret, quod pœnitentia de peccatis nostris peracta, nos ad beatificam Divinæ faciei visionem præparet, in qua nostra beatitudo consistit. Deus enim corde immundo & sordido videre non potest, atque ideo Pœnitentia velut alter quidam Jordanis, nos lavat, mundat, purificat, animæque virtutes & facultates ad divinam visionem disponit. *Beati mundo corde*, dicebat Dominus, *quoniam ipsi Deum videbunt.* Quasi dicere voluisset: Sicut illi qui coinquinato sunt corde censendi sunt miseri, utpote Inferno & summa illius miseria dignissimi: ita econtra censendi sunt beati qui corde sunt puro & mundo, utpote ad Dei contuendam faciem, unde velut, ex fonte quodam beata illa gloria dimanat, præparati & dispositi. Cum igitur verissimum sit, quod pœnitentia ad divinæ faciei visionem hominem disponat, merito censenda & appellanda erit Paradisus. Paradisus enim in tantum est Paradisus, in quantum ad Divinæ faciei visionem nos præparat: *Paradisus dicitur, quasi parans Dei visum*, inquit S. Bernardinus. Unde Adam in Paradisum collocatus fuit, ut iisdem ad Dei visionem præpararetur.

Matth. 5. v. 8.

D. Bern. serm. 52. Art. 2. c. 1.

13. Propheta Zacharias felicissima illa tempora in spiritu prophetico prævidens, quibus mundus gavisurus erat, post-

postquam Deus incarnatus in hasce mundi hujus regiones advenisset, inter alia verba quibus id refert, dicit: *Erit qui offenderit ex eis in illa die quasi David, & domus David quasi Dei sicut Angelus Domini in conspectu eorum.* quasi diceret, is qui illo tempore Deum offenderit, & Davidi similis fuerit, id est, peccatum suum haud secùs ac David multis lachrymis defleverit, videbit quod domus talis Davidis futura sit sicut domus Dei, id est, habitata à Deo. Ita hunc locum S. Gregorius explicat: *Qui itaq; offenderit, erit quasi David, quia peccator ad pœnitentiam redit. Domus autem David quasi domus Dei; quia reversus usque ad justitiam habitatio efficitur Creatoris sui, & sicut Angelus in conspectu ejus.* Quia verò sicut domus hominis terra est, ita cœlum est domus Dei, Psalmista id attestante, qui ait: *Cœlum cœli Domino, terram autem dedit filiis hominum,* sequitur evidenter quod cum conscientia pœnitentis sit sicut Domus Dei, ipsa quoq; cælum quoddam seu verus quidam futura sit Paradisus, tantaque futura sit gloria & beatitudine plena, quanta nobis in hac vita concedi poterit. Ipsemet quoque pœnitens non jam censendus sit homo terræ incola, sed potius Angelus quidam & civis cœlestis, qui Dei facie aliisque bonis fruitur *Paradisi. Sicut Angelus in conspectu ejus.* Magnus ille Nanzianzenus peccatorem quendã conversum, qui per pœnitentiæ asperitatem haud secus ac serpens aliquis antiqua pelle deposita novam sibi denuo juventutem acquisivit, attendens, dicit illum sibi Angelum quendam cœli, in quo animæ beantur, inquilinum videri, non vero hominem ad venam terræ in qua adhuc laboratur & plangitur. Unde insolito quodam stupore correptus exclamat: *Papæ! quam magnus est homo, imo Angelus potius quàm homo dicendus est, qui serpentis in morem exuta senectute hinc sese in altum extulerit?*

Zachar. 12. v 8.

D. Greg. l. 2. Hom. 20. in Ezech.

Psal. 113. v. 14.

D. Greg. Nazianz. de homi. Nobilit.

14. Quando prodigus ille juvenis, de quo supra locuti sumus, ad Deum patrem suum reversus, relicta & spreta peccati abysso, divina se gratia dignum reddidit; magnus hic pater, una cum universa Angelorum sanctorumque suorum familia, ut S. Lucas Evangelista refert, festiva quidem celebrarunt gaudia, miraque ac stupenda lætitiæ signa ediderunt, cum tamen ipsemet filius pœnitens gavisus fuisse minime legatur, id quod mysterio non vacat. Cum enim in hac discoli hujus filii reconciliatione, Deus, aut Angeli, vel sancti Deo perpetuo assistentes nullum sibi bonum adscíverit, ingens verò lucrum sibi comparaverit pœnitens peccator, huic utique præ aliis omnibus quam maximè gaudendum erat. Cur igitur de pœnitentis istius gaudio atque tripudio nihil prorsus meminit? utique id factum est, non quod filius ille pœnitens gavisus nequaquam fuerit, sed potius quia gaudium & lætitia ex sui apud Patrem reconciliatione concepta tanta tamque ingens fuit, ut eandem veluti quæ verbis explicari nequeat, pluribus explicare intermiserit. Exultatio namque & jubilus quem pœnitens in gratiam creatoris sui restitutum se esse conspiciens, in corde suo persentiscit, tanta cum vehementia & excessu eundem afficit, tantusque est gratiarum eidem à Deo in conversione sua collatarum gratiarum cumulus, ut nulla id hominis lingua explicare sufficiat. Unde Didacus Stella author gravissimus dicit, quod tamen si homo post hãc vitam nullius alterius gloriæ vel gaudii, vel recipiẽdi ipẽ haberet, unicus tamẽ illi gaudii & gratiarũ, quas pœnitens conversionis suæ tempore in se experitur, ingens excessus eundem ad deferenda peccata & synceram sui ad Deum conversionem exiitimulare sufficienter posset. *Lætatus est Pater cum omni familia; atque item filius prodigus lætatus est. Nulla lingua est, quæ dicere possit, quantas delitias gaudiaq; Deus concedat animabus, quæ relictis peccatis ad Deum convertuntur. Etiamsi post hanc vitam nulla esset bonis gloria, tamen nihilominus propter ingens solatiũ spirituale quod hic capiũt qui ad Deum convertuntur, deberet miser peccator vitia, in quibus obrutus vivit, relinquere.* Cum igitur pœnitentis gaudium prorsus sit inexplicabile, cælestè quoddam gaudium esse videtur, utpote quod solum ob ingentem sui excessum explicari prorsus nequit.

Didacus Stella in c. 15. Luc.

15. Christus Dominus nostet gaudium illud, quod Angeli in animæ cujusdam peccatricis conversatione percipiunt, explicaturus, parabolam quandam de ove perdita, & de muliere amissam quærente drachmam

pro-

proposuit, atque in utriusque similitudinis
Luc. 15. v. 10. fine tandem subjunxit: *Dico vobis, gaudium erit in cœlo super uno peccatore pœnitentiam agente.* quasi dicere voluisset: Peccator conversus universum cœlum gaudio & exultatione perfundit. Unde S. Bernardinus veritatis istius optimè conscius peccatorem hûc in modum alloquitur: In tua, ô peccator, stat potestate, ut si velis, unico duntaxat verbo Paradisum lætificare possis, *Uno verbo potes facere cœlestem curiam jubilare.* Quodsi igitur verum est, uti est vitissimum, quod peccator tam ingenti cœlum gaudio repleat, necessum est dicere gaudium illud non terrenum sed verè cœlestem quendam cordis jubilum esse, cum in supernis cælorũ sedibus tertena gandia prorsus exulent; adeoque peccatores conversos certo quodam modo haud secus ac cœlestis gloriæ beatos gaudere & exultare; nisi enim tali gaudio potiretur, simili cœlites gaudio neutiquam perfunderetur: siquidem: *Nemo dat quod non habet.*

16. Etenim nunc quendam Psalmi 52. locum consideremus, ubi Psalmista ait:
Ps. 52. v. 7 *Cum converterit Deus captivitatem plebis suæ, exultabit Iacob, & lætabitur Israel.* quasi diceret: Quo tempore misericors Deus plebem suam à Diabolica tyrannide est liberaturus, ideſt, quando homines peccatores divina gratia adjuti, atque à gravi Dæmonis jugo liberati, peccata sua detestantes per synceram pœnitentiam ad Deum se convertent, magno Jacob pariter & Israel gaudio exultabunt. Porrò David hoc loco turpem admisisse Tautologiam videtur, quando verbis usus est frustra & in vanum multiplicatis, & quod unico dundaxat nomine declarare sufficienter poterat, duobus idem significantibus expressit. Jacob enim & Israel duo sunt nomina unum eundemque Patriarcham sive personam significantia, cui proinde significando unicum solum nomen Prophetæ sufficere potuisset. Cur igitur utroque hoc nomine Jacob & Israel uti voluit? Facilis equidem ad hoc dari potest responsio, nimirum; videri quidem Prophetã primâ facie sine necessitate verbis usum esse multiplicatis, cum tamen ad explicandum mentis suæ conceptum utriusque nominis usu revera opus habuerit. Per hæc namque duo nomine non de Jacob Patriarcha, quî alias quoque Israelis nomine appellabatur, loqui intendebat, sed utramque potius, militantem scilicet & triumphantem innuere volebat Ecclesiam, atque ideo cùm non de una eadem quere, sed duabus valdè distinctis locutus fuerit, verbis minimè otiosis aut supervacaneis usus fuit. Jacob enim, quod nomen *supplantator* interpretatur, militantis Ecclesiæ symbolum est, quæ noctu diuque cum tanta inimicorum suorum multitudine certans fortiterque luctans, omnes tandem feliciter prosternit & vincit. Israel verò, quod *videns Deum* interpretatur, nomen est Ecclesiæ triumphantis, quæ regnat in cœlis, ubi Deus facie tenus ad faciem clare videtur. David igitur innuere volens, quod peccator aliquis ad Deum conversus, tam eos qui in cœlis, quam in terris sunt, sanctos lætificet, dixit: *Exultavit Iacob & lætabitur Israel.* Quasi clarius dicere voluisset; Quilibet peccator, postquam peccato perfecte depositio in Dei sese gratiam intimè restituit, tantam in corde suo expetitur serenitatem mentisque lætitiam & jubilum, ut instar inundantis cujusdam fluminis, proprio littoris sui lecto concludi minimè valens, forasque dimanans terram pariter & cœlum adimpleat. Gaudium igitur peccatoris conversi, gaudium certè magnum est, & jubilus quidam Paradisi; neque enim, quod tanta copia abundat, aliud quam cæleste gaudium dici meretur.

17. Magna itidem cum elegantia idemmet Propheta de peccatoris pœnitentis & ad Deum conversi lachrymis loquebatur, quando Psal 77. dixit: *Eduxit aquam de petra, & deduxit tanquam flumina aquas,* Ps. 77. v. 26. quasi dicere voluisset. E duro & pertinaci peccaminosi cordis saxo, lachrymarum aquas elicuit, quæ non aquis marinis, sed fluminũ aquis similes existunt; neque enim amaræ sunt, quales marinæ esse solent, sed potius sicut aquæ fluminis dulces & suaves: *Aqua fluminis dulces sunt, sic lachrymæ peccatoris,* Hugo Card. in Ps. 77. inquit purpuratus Hugo. Undenam obsecro hæc lachrymarum dulcedo nascitur? Etenim quandoquidem lachrymæ flumina quædam sint, illas è quodam occulto Paradisi fonte subnasci necessum est; omnes namque aquæ dulces è Paradisi fonte scatu-

turiunt: *Omnes aquæ potabiles atq; salubres, ubicunque fluant, vel undecunq; appareant, de fonte Paradisi per occultos meatus, originē trahunt*; inquit Rupertus Abbas Tuitiensis. E Paradiso dimanat dulcedo illa qua pœnitentes lachrymando perfruuntur, dumque peccata sua amarè deplangunt, viva quadam intus Paradisi imagine gaudent, quoddamque in cœlis præparatum suavissimum nectar bibunt & degustant. Lachrymas pœnitentis in cœlo subnasci, quis dubitabit dicere, cum certum sit lachrymas easdem in cœlum usque ascendere: si namque Davidis peccata sua deplorantis lachrymæ sursum saliebant, quas Deus ex benignitate sua ob oculos sibi collocarat, de quibus proinde dixit: *Posuisti lachrymas meas in conspectu tuo.* Cùm igitur hæc flumina in cœlum usq; ascendant, eadem quoque è cœlo scaturire, nimis est manifestum, siquidem: *Ad locum, unde exeunt flumina, revertuntur.* Quia enim Matiæ Magdalenæ pœnitentis lachrymæ è cœlo dimanabant, ideo denuò in idipsum cœlum revertæ, veluti nectar quoddam suavissimum mensis illatæ sunt beatorum: *Felix irrogatio lachrymarum, ex qua pascuntur in æthere sancti*; inquit de Matiæ Magdalenæ lachrymis Breviarium Gallicanum. Pœnitentum delitiæ de cœlo descendunt, suntque spiritualia ipsorum gaudia prorsus cœlestia, adeo ut haud secus ac si beati essent, iisdem gaudeant bonis, quibus in cœlo beati potiri solent. Porrò quia mysterium istud S. Augustino veluti limpidissimo veræ pœnitentiæ speculo, per ipsāmet experientiam compertum erat, ideo ad fratres in Eremo constitutos, quibuscum Pœnitentiæ operibus continuò pariter vacabat, sermonem faciens, dicere non dubitavit: *Nunc in paradiso Pœnitentiæ & delitiarum positi sumus.* Magnus etenim hic Dei servus cœlestes mirasque pœnitentiæ delitias expertus fuerat, atque ideo locum illum, qui ei velut quoddam pœnitentiæ studium fuerat, Paradisum appellabat, quasi pœnitentes in Paradiso essent, eodemque tempore quo se suamque carnem affligunt & peccata sua deplorant, beatitudinis cupediis repleti delitiarentur.

Rupert. lib 2. in c. 24. Genes.

Psal. 55. v. 9

Eccles. 1. v. 7.

Brev. Gallic.

18. Hanc quoque veritatem iddemmet Propheta experientia magistra didicerat, quando Psal. 41. dicebat: *Fuerunt mihi lachryma mea panes die ac nocte*, quasi diceret: Lachrymæ meæ quas ob Deum Opt. Max. summum bonum meum per gravissimas culpas meas offensum, ab oculis meis, veluti duobus fonticulis, noctu diuque stillabam, panis loco mihi esse videbantur. Porrò quia homines in hoc mundo duplicis generis panem manducare solent, unum videlicet, qui de terra producitur, de quo proinde idemmet Propheta dicebat: *Educens panem de terra*: alium verò qui de cœlo descendit, de quo alibi cecinit: *Panem cœli dedit eis*, meritò hoc loco dubitare quis posset, qualenam genus panis Davidis gustui visæ fuerint ejus lachrymæ, quibus peccatum suum deflens pascebatur? Num forte terrenus an verò cœlestis panis esse videbantur? Machatius Davidis lachrymas cœlestem panem fuisse existimat: lachrimæ namque animæ alicujus pœnitentis, panes quidam sunt è cœlesti mensa descendentes: *Lachrima quæ revera ex summa contritione & angustia cordis effunditur, in agnitione veritatis, & cum ardore viscerum cibus est animæ cœlesti pane comparatus.* Pro majori hujusce veritatis evidentia attendendum est, quod David se ex eodem pane diu noctuque nutritum esse dicat: *Fuerunt mihi lachryma mea panes die ac nocte*, quasi hoc edulio exsatiari minimè potuisset, sed potius quanto illo magis fruebatur, tanto majori existimulatus fuisset edendi panis illius desiderio. Unde quis hinc non assequitur, Davidem, panem hunc cœlestem non verò terrenum in se saporem continere, innuere voluisse? Quis est qui ignorat quod cum terrenus panis semel manducatus & satiet, & appetitum plus commedendi compescat, panis econtra cœlestis, qui in Divinæ faciei visione consistit, quo plus comeditur, tanto ardentius esus illius desideratur? *In quem desiderant Angeli prospicere*, inquit de cœlesti pane Propheta. Clara namque Dei visio, tale quoddam Panis genus est, quod quo copiosius manducatur, tanto avidius appeti solet; quanto plus Angeli de illo manducant, tanto vehementius esum illius concupiscunt. Viva igitur quadam Paradisi imagine Propheta per pœnitentiam sese affligens suaque peccata deflens se perfrui existi-

Psal. 41. v. 4.

Psal. 103. v. 14.

Psal. 77. v. 28.

D. Macchar. Hom. 5.

1. Petri 1. v. 12.

existimabat, adeo ut se non in terra constitutum esse crederet, sed in cœlis beatorum Angelorum deliciosissimæ mensæ accumbere crederet

19. Deus quondam Moysi in mandatis dedit, ut cunctum Israelis populum congregaret, eique in suo nomine præciperet, ut deinceps per singulos annos die decima septembris publicam institueret commissorum scelerum pœnitentiam, caveretque ne in die illa manus suas ad servile aliquod opus faciendum temerè extenderet : *Decimo die mensis hujus septimi dies expiationum erit celeberrimus, & vocabitur sanctus, affligetisque animas vestras in eo ; omne opus servile non facietis in eo tempore diei hujus.* Quisnam obseco hocce Dei præceptum audiens non admirabitur ? inquit Oleaster. Quænã pœnitentiam inter & festum intercedere cõjunctio potest ? Quidnam planctus cum lætitia, aut suspiria cum jubilo commune habere possunt ? Nunquid Deus congruentius unum diem pœnitentiæ, alterum verò gaudio dedicare poterat ? an verò deerant dies in quos hanc luctus & gaudii vicissitudinem distribuere potuisset ? Duo inter se contraria ab uno eodemque loco simul capi non possunt ; neque unus idemque dies luctum patitet & festiva gaudia capere valet. Tandem verò respondet : *Festum admiscuit afflictioni peccatorum, ut ostendat, quod etsi nihil sit dolore peccatorum acerbius, nihil tamen jucundius quã de ipsis peccatis dolere.* Commissorum peccatorum planctus, deque iisdem condonatis exurgens in corde peccatoris jubilus, adeo inter se aptè conveniũt, ut Deus eosdem uni eidemque diei adstrinxerit. Eodem namque tempore quo peccator de peccatis suis summè dolet & affligitur, Deus incredibiliter gaudet, summeque lætatur. Porrò sicut nullus est in mundo dolor pœnitentis dolore acerbior, ita quoque eodem dolore nihil est dulcius atque jucundius. *Nihil jucundius quàm de peccatis dolere.* Gaudium igitur pœnitentis peccata sua per legitimum pœnitentiæ dolorem expiantis cœleste quoddam gaudium esse debet. Solum namque cœli gaudium tale est, ut à nullo possit alio gaudio superari. *Nihil jucundius, quàm de peccatis suis dolere.* Quisnam igitur peccator præsentem discursum legens vel audiens, non subito concepto peccatorum suorum dolore, seriam agat pœnitentiam, cùm ex auditis hactenus certus sit quod pœnitendo & Infernum evadet & Paradiso frui incipiet, priusquam eundem ingredi permissum fuerit.

Levitici 23. v. 27.

Oleast. in cap. 23. Levit.

(o)

SERMO

SERMO III.

IN DOMINICAM VI. POST EPIPHANIAM.

THEMA.

Minimum est omnibus seminibus.
Matth. 13.

ARGUMENTUM.

Deus hominem nequaquam exaltat, nisi is prius semetipsum humiliet.

NUlla lingua explicari sufficienter potest, quàm magni sint quos Deus dignatus est facere incolas Paradisi, adeo namque proceri sunt & vasti, ut unico duntaxat beato vestiendo integer Deo non sufficiat solis amictus. S. Joannes qui animam quandam beatam in cœlo vidit, illam sole vestitam, luna verò calceatam fuisse dicit, unde patet, quod quia sol vix tali animæ vestiendæ sufficiebat, ex luna confectos illi calceos addere opus fuerit. S. Joannes Baptista qui de sursum in terram venerat: *Fuit homo missus à Deo*, tantæ proceritatis extitit, ut manū suam ejus superimponere vertici potuerit, qui constitutus in terra supra nubes sese erigebat, ipseque longè transcendebat seraphinos. Aliàs quoque ab eodem Apostolo alius visus est ejusdemmet cælestis Regni incola adeo magnus & immensus, ut quia terra utrumque illius pedem capere non poterat, necessum fuerit, ut dextrum pedem in mare collocaret. Denique idem Apostolus iteratò aliam quandam animam de cœlo descendentem conspiciens, se integram quandam civitatem è cælo prodeuntem videre existimavit, quasi unicus tantum Regni illius incola multis æquaretur aliorum hominum millibus. Et certè cœlestis Regni cives per omnia magnos esse oportet, quando indigenæ sunt civitatis adeo vastæ & magnæ, in qua Rex magnus est, magna quoque Regina, magni denique servi omnes, nec quicquam invenitur quod magnum non sit. In hac solum terra omnia parva sunt, siquidem terra cœ-

I.

Apocal. 12 *v.* 1.

Ioan. 1. *v.* 6.

Apocal.

Apocal. 10

lo comparata, non nisi punctus quidam est, unde in re adeo exigua & modica, nihil esse magnum potest? *In puncto nemo magnus.* Magni quoque cælites sint necesse est, quippe qui in Deum totaliter sunt transformati *cujus magnitudinis non est finis.* Verum enimverò quod si quanam via Beati tantam sint proceritatem & magnitudinem assecuti, scire desideratis, huic vestræ curiositati, hodiernum abunde satisfaciet Evangelium. In hanc namque vastitatem excreverunt, quia quoadusque hic in terris nobiscum vixerunt, granum quoddam fuerunt sinapis, id est, inter parvos omnium minimi, unde factum est quod in cælo eousque excreverint, ut quidquid hic magnum est, ipsi longè transcendant & exsuperent. Quia enim *granum sinapis minimum est omnibus seminibus, cùm creverit majus est omnibus oleribus.* Quodsi mundus hujus Philosophiæ intelligendæ capax esset, rectamque ad veram magnitudinem, viam, humilitatem esse agnoscere posset, superbiam utique summè detestaretur & abhorreret. Homo enim non se extendendo, sed humiliando à Deo sustollitur & elevatur.

Plal.

Matth. 13. v. 32.

2. Omnes existimant Astrologos summam cœlo irrogasse injuriam, dum bestias & animalia terræ hujus inter stellas collocando, cœlum infelici quadam commutatione in haram & stabulum transformarunt. Quis enim cælum stabulum quoddam factum esse non dicat, dum illud arietis, tauri, leonis, & qui totque aliarum bestiarum diversorium factum esse audit? Et tametsi hæc animalia ob certa quædam sua significata cœlo aliqua potuissent ratione inferri, canis tamen, quem nos caniculam appellare solemus, eò minimè inferendus esse videtur. Quid enim cœlum cum cane commune habet? certe animal aliquod adeò vile & abjectum locum aliquem adeo nobilem & sublimem minimè meretur. Scio equidem nonnullos pro Astrologorum defensione dicere, canem hunc à Vulcano ex ære fabricatum esse, eidemque ab eodem suo artificè ob miram tamque operis elegantiam animam inditam esse, eumque Jovi præsentatum ab eodem Deo inter cæteras cœlorum stellas fuisse connumeratum atque repositum. Enimverò quodsi mihi hoc loco meam quoque liceret edicere sententiam, caniculam hanc utique Cananæam fuisse dicerem, utpote quæ à Christo Salvatore nostro canis appelata fuit; hæc namque quasi martello doloris ex tormento filiæ cõcepti ex ære fabricata fuisset, ad Dominum recurrens, eundemque ad sanctos ejus pedes profundissima cum humilitate prostrata, cum sono suavissimo pro filiæ suæ salute orans est deprecata; tantæque humilitatis merito non solum desideratam filiæ suæ gratiã obtinuit, verum insuper à Christo magnis fuit encomiis celebrata, atque ad ipsas usq; cœlorum stellas evicta; id quod omnibus in hac præsenti vita sese humiliantibus accidere solet. *Descenderat hæc*, inquit Simon de Cassio, *de altitudine animi tumescentis, & curvans ante Dominicos pedes, cito erigenda per spem. Super sydera elevatur, qui ante Christi pedes & humilitate & devotione proclivem se facit*: Mulier hæc à S. Marco *Syrophenissa* dicitur, quod idem quod *sublimis* significat; quia enim humilis erat, quia canẽ se, ut dictum est, appellari sustinebat, ideo nomen ipsius stellarum ei sublimitatem promittebat, ad quam demum à Deo sublimata fuit. Quodsi ignarus ille Lucifer sese ad instar mulieris istius sese coram Deo humiliasset, seque veluti canem vilem & abjectum existimasset, sedem suam utique prouti desiderabat inter astra cœli collocasset. Quia verò ut quod iniquè prætendebat, obtinere posset, in superbiam effecti voluit, è stellis præcipitatus, atque ex Angelo canis quidam effectus fuit, qui nunc & in æternum in Inferno rabidus latrat & mordet.

Simon Cass. de Gestis Christi l. 5. c. 24.

3. Homines scriptura sacra aquis assimilat: *Aqua populi sunt & gentes*, dicitur in Apocalypsi. Quænam autem obsecro est comparationis istius ratio? Quia nimirum vita humana haud secus ac aqua in perpetuò quodam est motu, variisque adversitatum procellis jactatur. *Nunquam in eodem statu permanet*, inquit de homine S. Job. Nisi hic motus homines exerceret; ipsique in sua quiete secure & stabiliter perseverantes non turbarentur, marcescerent utique, ipsorumque animæ perditioni proximæ futuræ essent, ad eum ferè modum quo aquæ stagnantes, omnisque

Apoca. 17 v. 15.

Iob. 14. v. 2.

nisque motus expertes computrescere & corrumpi solent. Aut verò aquæ dicuntur, quia æquales inter se existunt. *Aqua dicta est, quod superficies ejus æqualis est*; inquit Isidorus. Nisi superbiæ ventus homines invaderet, qui homines commovendo nonnullos deprimit, alios verò extollit, nulla prorsus foret inter hominem & hominem differentia. Hasce aquas Christus sitiebat, quando in cruce suspensus dicebat, *sitio*. Hunc verò in modum crudeliter cruentatus & vulneratus pendebat, ut homines sibi acquireret, suæque cupiditati per ipsorum salutem procuratam satisfaceret. Verùm enimverò attendendum hic est, quod sicut aquæ nunquàm extolluntur, nisi prius deorsum descenderint, ita quoque impossibile sit homines à Deo in cælum sublimari, nisi prius sese profundè demiserint & humiliaverint hic in terra. Hujusce veritatis optimè sibi conscium erat lepidum illud nonneminis ingenium, tale sibi efformantis emblema, in quo duo depingebantur aquæductus ita inter se dispositos, ut sicut per unum illorum aqua labebatur deorsum, ita per alterum eadem aqua sursum denuò ascendebat cum hac subjuncta epigraphe, *Si deferar, efferar* Quo emblemate innuere volebat, quod per submissionem veramque animi humilitatem, homo ad veram perfectamque altitudinem extollatur & sublimetur. Porrò imaginati nobis debemus, unum ex hisce aquæductibus Deum esse, humilitatem verò esse alterum; indeque inferendum est, nunquàm te à Deo in cœlo exaltandum esse, nisi prius per humilitatem profundè te dimittens fueris humiliatus.

D. Isid. lib. 13. Ethym. c. 12

Ioan. 19. v. 28.

4. Quantum ex scriptura sacra colligi potest, duo tantùm homines Christum in hac vita osculati fuêre: nimirum Apostolus traditor & Maria Magdalena, cum hoc tamen discrimine, quod Maria Magdalena per osculum istud justificata fuerit, atque inter lucidissimas cœlorum stellas sublimata, Judas autem ex eodem osculo depressus fuerit. atque in ipsissima terræ viscera, profundissimum scilicet inferni locum præcipitatus. Unde una eademque actio contrarios valdè causavit effectus. Mira res! ignis calefacit tantùm, non verò refrigerat, glacies solùm frigefacit, nullum verò calorem produ cit; & unum idemque Christi osculum exaltat pariter & præcipitat? veruntamen omnia rectè pensiranti facilè patebit, non osculum, sed locum cui in corpore Christi osculum impressum fuit, Matiam extulisse in altum, Judam vero præcipitasse, Maria namque osculata est pedes, Judas verò ori Christi Domini osculum impressit: illa ad pedes Christi osculandosin terram sese prostravit, hic verò ut os Christi oscularetur, in pedes sese rigidus erexit, unde sicut illius humilitas exaltationis suæ causa extitit, ita quoque hujus temeritas, superbia, & arrogantia casui suo viam stravit. Cùm enim Deo appropinquans demittendo & humiliando se exaltatur, è contra præcipitatur, qui coràm ipso superbè comparet & arroganter: *Quantum distat osculum Iudæ & Magdalenæ?* inquit Didacus Stella: *Iudas in facie osculatus est Salvatorem, & periit; Magdalena verò in pedibus, & incolumis & voti compos evasit. Humiles ad Deum accedentes justificantur, damnantur autem elati superbia.* Equiti illi quondam Romano ab oracculo præceptum non fuerat, ut ad comparandum sibi patriæ suæ imperium, sursum sese extolleret, cæloque osculum imprimeret, sed potiùs ut in terram corruens eidem osculum infigeret, soli namque humiles exaltantur, dejiciuntur verò semper & ubique superbi.

Didacus Stella in c. 2. Luc.

5. Nunquam Deus eos qui magni fuêre, sed parvos potius Magnates efficit. Id quod adeò verum est, ut Dei filius Apostolos discipulosque suos in sublimem dignitatis apicem extollere volens, eisdem ut ex magnis parvi fierent, præceperit, utpotè quos per nullam aliam viam sublimare valeret. *Nisi conversi fueritis, & efficiamini sicut parvuli, non intrabitis in regnum cœlorum*; ita eos in S. Matth. cap. 18. alloquebatur, quasi diceret: Nisi vos demiseritis, humiliaveritis, & efficiamini sicut parvuli, ad cæleste sublimitatem & dignitatem nunquam pertingetis. Cur obsecro Deus non magnos sed parvos, cælestes magnates atque primates constituit? Nimirùm quia cùm magni justam suam magnitudinem habeant, ulterioris magnitudinis incapaces existunt, adeò ut majorem illis altitudi-

Matt. 18. v. 3.

nem attribuere, idem sit, quod eandem totaliter perdere; ad eum fere modum quo vas aliquod aqua plenum, affluentiorem aquam non capit, & quidquid vasi pleno liquoris infunditur protinus perditur. Huc aptè deservit, quod Cassiodorus Archi-Episcopo Mediolanensi scribens, eundemque ut magnam quandam frumenti quantitatem in populum illo tempore fame propemodum pereuntem distribueret, commonefaciens, eidem quoque persuaserit, ut illa non inter divites sed solos patriretur pauperes & egenos, hac præcipuè usus similitudine: *Egentibus visum est, non divitibus subvenire, fundit potius qui mittit in plenum: nam illud potius reconditur, quod vasis vacuis congregatur.* Hanc quoque Philosophiam Deipara Virgo Maria proponebat, cùm diceret: *Esurientes implevit bonis, & divites dimisit inanes*, quasi dicere voluisset, Deus dona sua non perdit, sed conservat, ideoque pauperes illis adimplet, in quibus tanquam vacuis & inanibus recipiuntur & conservantur; divites autem veluti plenos, absque donis suis dimittit, ne in iis illa perdantur. Deus primatus suos nunquā iis daturus est hominibus, qui magni sunt, neque exaltare illos poterit, si à semetipsis elati & tumidi existunt; ideoque qui parvi sunt ab ipso dignificantur, sublimantur demissi, humilia exaltantur. *Fundit potius qui mittit in plenum.*

Cassiod. l. 12. Variar cap. 27.

6. In Genesi utique legistis, Isaac Patriarchæ duos natos esse filios, Esau nimirum & Jacob; quorum ille primogenitus, hic verò secundo genitus fuit. Legistis insuper qualiter ambobus hisce filiis in adultioti ætate constitutis, Deus primogenituram ab Esau sublatam in Jacob transtulerit. Etenim quodsi factum istud bene consideraveritis, fieri nequit quin obstupescatis, scientes eum qui hunc natalium ordinem modo jam dicto invertit, non hominem, sed Deum esse. Quodsi Deus primogenituram ab Esau auferens, & in Jacob transferens, homo, & non Deus fuisset, dici protulisset illum Jacobo primogenituram ideo donasse, quia ut Jacob ante Esau nasceretur efficere minimè valebat. Quodsi enim Cosdroas efficere potuisset ut filius suus secundo genitus primo loco nasceretur, sic-

que primogenituram seu natalium primas acciperet, regnum suum utique ei, cui omni jure debebatur, minimè denegasset, nec primogenitus illius adeo ab illo fuisset miserè & crudeliter occisus. Deus autem cum verus sit Deus, & consequenter ut Jacobus ante Esau nasceretur decernere, eidemque velut primogenito primogenituram attribuere potuerit, cur obsecro idipsum non fecit? ex quo ad dandum illi sine ulla contradictione natalium primatum facere poterat, ut natu major fieret, cur illum natu voluit esse minorem? quia nimirum Deus non magnos sed parvos & pusillos exaltare consuevit, ut Jacob magnum efficeret, eundem non majorem sed minorem esse voluit; quodsi major fuisset, de eo evehendo aut sublimando minimè cogitasset, audite Oleastrum: *Stupenda valdè sunt judicia Dei, ut Israel esset magis gratus Deo, noluit eum primogenitum facere, sed eum exaltare ad primogenituram: non solet Dominus alta elevare, sed infima.* Ehem quantum Deus modo agendi Regum mundi hujus adversatur! cùm enim Reges mundani non nisi magnos ad alta evehant & extollant, ipse solos parvulos & pusillos exaltat. E tot fillis quos Isai domi suæ habebat Deus omnium minimum in regium Judæorum thronum evexit.

Oleast. in cap. 25. Genes.

4. Porrò quia Christus post resurrectionem suam in cælos ascensurus, ibidemque in sede quadam ad æterni patris sui dexteram statuenda collocandus, indeque æternaliter regnaturus erat, ideo de illo David Psal. 102. dicit, quod quamdiu hic in terris nobiscum vixit in sedis illius apparatu totus occupatus fuerit: *Dominus in cælo paravit sedem suam, & regnum ipsius omnibus dominabitur.* Ubi benè observandum, Prophetam non dicere, quod Christus sedis suæ cœlestis apparatum Angelis suis in cælo perficiendum commiserit, sed quod propriis manibus illius apparatum absolverit. Cur obsecro Christus qui tot Angelorum omniumque cœlestium spirituum millliones sub suo imperio coercebat, nulli horum sedis suæ apparatum commisit, sed eandem potius propriis manibus adoriri, præparare & absolvere voluit? factum id est, quia sedis illius præparatio ad eandem

Psal. 102. v. 19.

pec-

perſonam quæ in eadem collocanda erat, non verò ad aliam pertinebat, ideoque ejus præparationi ut proprias non verò alienas manus adhiberet operæ pretium eſſe duxit. Quodſi ulterius ex me ſciſcitari fueritis, quiſnam ſit ille ſedis ſuæ apparatus, cui Chriſtum proprias adhibere manus neceſſum fuit? reſponoeo apparatum hunc in ſola humilitate conſiſtere: *Dominus paravit ſedem ſuam: qualiter paravit? per virtutem humilitatis*; iuquit S. Vincentius. Etenim humilitatem unicam eſſe ad exaltationem viam, neminemque in ſupernas cœlorum ſedes à Deo extolli, qui non prius hic in terris dejectus fuerit & humiliatus, adeo verum eſt, ut Chriſtus ipſemet Rex cœleſtis & unigenitus Dei filius ad hoc ut in cœlis exaltari mereretur, hic in terra cõſtitutus non tam humiliari quam prorſus exinaniri & ad nihilum redigi debuerit. Homo eſt veluti rota quædam, quæ niſi ex una ſe parte humiliet, ex altera nequaquam poterit exaltari; ita niſi hic in terra fiat parvus, in cœlis magnus eſſe nequaquam poterit.

D. Vinc. Dom. infra Octav Aſcenſ.

8. Quemadmodum deplorandis hiſce temporibus noſtris hujus mundi honores & dignitates minimè obtinentur, niſi vel per longæ cujuſdam ſervitutis denatium, vel per amicorum interventum, aut per auri argentivè oblationem comparentur (ipſi namque reditus Eccleſiaſtici apud eos penes quos Simeon pluris quàm Petrus æſtimatur, etiam venales exiſtunt) ita quoque cœleſtes honores & dignitates obtineri nequaquam poſſunt, niſi pretio comparentur & amentur: *Venale eſt regnum cœlorum*, inquit Auguſtinus. Quonam autem denario cœli honores comparati exiſtimas? denario humilitatis; nullus enim in illo regno alterius monetæ uſus exiſtit. Porrò quando Chriſtus in diſcipulorum ſuorum ſocietate conſtitutus, mortique vicinus patrem ſuum precabatur, orationem illam, ut Sanct. Matthæus dicit facie in terram proſtrata abſolvit: *Procidit in faciem ſuam orans.* Cur obſecro ſacroſancta & venerabilis facies illa in terram proſternebatur, quæ paucis poſt diebus non ſolum ſuper cælum & terram, verum inſuper ſuper cælos cælorum ſublimanda erat? in terram facies illa procidit, ut demum ſuper terram & ſuper cælos cælorum exaltaretur, ſciens nimirum humilitatem unicum eſſe exaltationis ſuæ pretium. *Procidit in faciem ſuam orans*, inquit Origenes, *quoniam pretium exaltationis humilitas eſt.* Unde quia denarius iſte in maledicta Luciferini cordis burſa, utpote ſuperbiæ vento diſtenta & tumida, deficiebat, non ſolum nequaquam prouti temerè ſperabat exaltatus, ſed in infernum potius præceps actus fuit.

D. Augu.

Matth. 26 v. 39.

Orig. tract. 15. in Matth.

9. Quiſquis illa Sponſæ verba attenderit: *Nigra ſum ſed formoſa*: illam utique utpote de cutis ſuæ nigredine gloriantem, ſeque jactantem æthiopiſſam & uxoris Moyſis compatriotam fuiſſe exiſtimabit. Apud Æthiopes ubi omnes nigri exiſtunt, niger color tanto habetur in pretio, ut ſola nigra pulchra, alba verò turpia & deformia eſſe cenſeantur. Unde ut S. Bonaventura ſcribit, ipſas quoque Chriſti, aut beatiſſimæ Virginis, aliorumque ſanctorum aut Angelorum imagines nigras, dæmonis verò albas pingere & efformare ſolent. Verum enim verò quia ſponſa æthiopiſſa non erat, hinc in præcitatis verbis non illud, ſed potius præcipuam pulchritudinis ſuæ cauſam unicamque tantæ exaltationis ſuæ viam inſinuare volebat. Quaſi dicere voluiſſet; ideo in ſummæ pulchritudinis regno ad tantam ſum dignitatis excellentiam evecta, quia tot laboribus atque ærumnis quibus deformis & nigra facta ſum, oppreſſa & depreſſa fui. Unde non ſe prius pulchram, poſtea verò nigram ſe factam eſſe dicit, ſed contrarium potius innuit; probè namque nigredinem pulchritudinis ſuæ cauſam eſſe ſciebat. Hoc ſenſu prædicta ſponſæ verba Philippus Abbas exponit, cum dicit. *Non ſe rectè formoſam & nigram, ſed nigram & formoſam eſſe perhibuit, quia primum apud eam nigredo locum obtinuit, dum in ea conceſſum eſt habenus laxioribus tribulatio deſævire, & ſuo tam acceſſu quã regreſſu, venturam pulchritudinẽ prævenire.* Nunquã anima in cœlo pulchra erit, niſi hic in terris nigra fuerit, nũquam gloriæ ſplendoribus circumdabitur, niſi hic in terris vivẽs humilitatis umbris fuerit obſcurata. David cæleſtis gloriæ honores pro nihilo hominibus dari Pſ. 53. aſſeruit dicens: *Pro nihilo ſalvos facies illos*, ut hac loquendi ratione

Cant. 1. v. 4.

D. Bonav.

Philippus Abbas c. 17. in c. 1. Cant.

ratione clarius tibi innueret, quod nisi quoadusque vivis, in nihilum tuum redactus fueris, honores illos, qui sine nihili pretio à Deo minimè conferuntur, nequaquam sis assecuturus.

10. Sacri expositores flores è terra nascentes veluti perspicua virtutum symbola accipere & usurpare solent, ita ut in ipsorum opinione Rosa charitatem, lilium virginitatem, crocus mortificationem, papaver contemplationem significet, & sic per alia discurrendo invenietis, quod singuli flores naturali proprietate sua symbolum verum sint singulatum Christianatum virtutum. Quisnam autem florem illum qui humilitatem specialiter designat, specificare ex vobis poterit? Guilielmus Episcopus Parisiensis violæ florem eidem assignat, qui dum in terra succrescit, quædam apertis & expansis alis in aëra evolans avicula esse videtur: *In floribus viola est humilitas, quia habet figuram avis volitantis, & alas expansas ad solem habentis, rostroq; pendentis. Humilitas enim semper volat, quamvis repere videatur.* Quia humilis per terram quasi repit, omnibusque aliis se submittit, ideo à Deo super omnes alios est exaltatus, datæque sunt ei alæ, quibus in cœlum ad divinam usque præsentiam extollit. Nullas Deus Cedro alas quibus in altum effetatur addidit, sed violæ submissius se præ cæteris floribus habent. *Exaltavit humiles* non verò superbos. Quoniam Deipara Virgo sanctissima violam se esse probavit, seque ancillam Domini sui reputans profundè humiliavit, ideoque à Deo de terra, in qua jacebat in locum adeo sublimem evecta fuit, ut ad illum nobilissimi quoque Paradisi spiritus, alis suis igneis attingere nequaquam possint.

Guilielm. Paris. de moribus cap. 1.

11. Quodsi vitam & præcipuè adolescentiam S. Josephi Patriarchæ attentius consideraveritis, stuporem in vobis coercere minimè valebitis, videndo quod Deus illum tot annis tamque variis miriisque modis affligere & humiliare voluerit. Videtur enim quod Deus, utpote qui ipsum Jacobi Patriarchæ, omnium amicorum servorumque suorum maximi & fidelissimi filium esse non ignorabat, propter respectum & merita patris nonnihil clementius mitiusque tractare filium debuisset. Quodsi enim, uti communi proverbio dicitur, canis ob Domini sui respectum suscipitur & bene habetur, longè magis ob patris tam grati Deoque accepti respectum majoris æstimandus filius erat. Et tamen hoc non obstante Deus non tantum voluit, ut quamdiu domi paternæ degebat, diram à propriis fratribus suis persecutionem pateretur, verum etiam ut inter peregrinos & exteros cùm in Ægypto esset, pateretur indigna divina sua providentia ordinavit; ibi namque non obstante nobilitate & ingenuitate sua, cujusdam ex Pharaonis ministris factus est servus, & veluti infamis latro tetro & squalido fuit carceri inclusus, cum tamen optimus ille juvenis, utpote virtuosissimus, qualem se esse in omnibus sibi occurrentibus ærumnis clarè probavit, nihil tale promeritus esset. Cur igitur Deus adeo durè tractavit illum qui multis ex causis, ut mitius haberetur, meritus erat? nulla hujus divinæ permissionis alia adduci causa potest, quam major Josephi gloria, quam Deus unicè intendebat, utpote quem totius Ægypti Dominum esse volebat. Divina namque sapientia neminem sublimare consuevit, quem non prius dejecerit, & humiliarit; neque aliquem facere Dominum solet, quem non prius exercuerit probaveritque veluti servum. *Deus servos esse permittit*, inquit Oleaster, *ut ex servis Dominos faciat*, Deus haud secus servos tractat, ac aurifex aurum; neque enim aurifaber aurum in regium extollere verticem consuevit, quin illud prius conjecerit in lutum.

Oleast. in cap. 36. Genes.

12. S. Joannes Chrysostomus acutè observat verba illa Josephi Patriarchæ, de quo jam loquimur, quæ cum Pharaonis pincerna concaptivo suo ultro citroque miscuit, postquam somniumi illius eidem tanta cum satisfactione fuerat interpretatus, pristinosque illi gravis officii sui honores quibus una cum aliis Ægypti magnatibus in Phataonis regia potiri solebat, restituendos esse verbis sequentibus prædixerat: *Memento mei cum bene tibi fuerit, & facies mecum misericordiam, ut suggeras Pharaoni, ut educat me de isto carcere, quia furtim sublatus sum de terra Hebræorum,*

Gen. 40.

braorum, & hinc innocens in locum missus sum; ac tandem S. Patriarcham hunc ferè in modum alloquitur: ehem quam exiguâ, ô sanctissime juvenis, in verbis tuis energiam & efficaciam prodis? cur enim huic advocato tuo ærumnas & quas injustè hactenus pertulisti persecutiones tuas non prolixè recenses? cur ei quod à fratribus tuis sustinuisti odium & traditionem, imo mortem quam ab invidia exstimulasti iidem tibi procurarunt, item inhonestas lascivæ Dominæ tuæ sollicitationes, sententiæ denique in carcerem istam te mancipitantis injustitiam non manifestas? cur illum de omnibus hisce rebus prolixè non informas, sed silentio cuncta involvens, sufficienter locutus esse tibi videris, si innocentem te esse affirmes? *Ob quam causam taces meretricem adulteram, taces fratres fratricidas, invidiam, necem, destructionem, insidias Dominæ & luxuriam, iniquum judicium, sententiam non habentem rationem? ut quid ista taces & cela?* fortè enim si pincerna tantas inaudiisset ærumnas & humiliationes tuas, ad majorem facilius commotus passionem fuisset, majori cum efficacia, de justitia causæ tuæ cum Rege suo contulisset. Verum ut inquit S. Doctor, Josephus ad hæc omnia respondet: *Quia hæc mihi corona sunt potius & bravia & plurima mercedis occasio.* quasi diceret: Qua ratione irrogatas mihi ærumnas & humiliationes, velut offensas æstimare potero, quæ ad majorem dignitatis & eminentiæ gloriam inde enatam acciderunt mihi, quas proinde velut viam ad speratos honores semper reverenter accepi, atque sustinui? optimè enim S. Patriarcha intelligebat ærumnas, quæ in hac vita nos humiliant, vias admodum securas, quæ nos ad gloriæ culmen conducunt; undeillas inter afflictiones & angustias suas tecensere, aut de iis conqueri & lamentati noluit; vere enim inter bona non verò mala censentur annumeranda. Unde quia ærumnæ quas sustinemus, bonæ non verò malæ censeri merentur, ideo David nequaquam dixit, quod Deus illum humiliando malum ei irrogasset, sed humiliationem inter beneficia divina recensuit: *Bonum mihi quia humiliasti me.* Ignis aurum purificans bonus censendus est, non verò malus; bona & non mala est quæ sanitatem introducit aloes amaritudo: bona denique & non mala unda illa fuit, cujus fluctus certum quendam nauclerum in aquas dilapsum, in ipsum denuo navigium retulerunt, alias infallibiliter submergendum.

D. Chrys. epist. 3. ad Olymp.

Psal. 118. v. 71.

Valer. Max. l. 2.

12. Enimverò ex quo de S. Patriarcha Josepho loqui cæpimus, intermittere nequeo quin pulcherrimam quandam S. Ephrem Diaconi considerationem in medium adducam. Dicit igitur S. hic Doctor, quod postquam Putiphar Josephum in carcere, in quem ipsum tanta cum injustitia adegerat, liberatum, atque à Pharaone in vice Regem regni sui creatum fuisse intellexit, pallidus ac tremebundus in domum suam se receperit, cunctaque conjugi suæ seriatim retulerit, simul cum illa de modo omne utique imminens grave malum feliciter evadendi strenuè deliberans. Quæ bono maritum suum animo esse jubens, eundem securum esse voluit, fore ut non solum nihil sibi mali ex parte Josephi timere habeant, quin potius præter solemnes gratiarum actiones, magna sibi ex ejus parte promittere bona possint, manifestando pariter omnia quæ Josephum inter & ipsam secretè & in occulto hactenus acciderant. Veruntamen valdè utique stulta mulier isthæc fuisse debet, dum hunc in modum cum marito suo discurrit; qua enim ratione bona sibi ab eo promittere poterat, quem tot ærumnis & injuriis affecerat? potius omne ab eo formidare malum debuisset, quem tam atrociter & crudeliter hactenus afflixerat & humiliarat: *Humiliaverunt in compedibus pedes ejus, ferrum pertransit animam ejus*, inquit Psalmista, & ab hoc tot ærumnis onerato juvene bona sibi conferenda esse sperare adhuc potuissent? at verò si mens & intentio mulieris hujus benè examinetur, mulierem illam nequaquam uti prima quidem facie videri & judicari posset stultam & ignorantem, sed potius astutam & sapientem, suasque actiones prudenter moderatam fuisse apparebit. Ipsa namque satis perspicuè intelligebat, quod nisi sanctum hunc juvenem hoc modo tot ærumnis & miseriis affectum, variisque calumniis oneratum humiliasset, ipse ad tam sublime dignitatis fastigium

Ps. 104. v. 18.

nunquam ascendisset. Audi mulieris ejusdem cum viro suo loquentis à sancto Diacono in medium adducta ipsissima verba: *Ego sum quæ regnum ipsi, maximamq; gloriam acquisivi: nam nisi ego Ioseph ita adamassem, in domum carceris conjectus non fuisset. Quin & gratias habere mihi debet, quæ gloriæ ipsius causa fui.* Tametsi porrò mulier illa gentilis esset, omnem tamen Josephi exaltationem per tot humiliationes & ærumnas quibus ipsum lascivus & malitiosus ejus animus subjecerat causatam esse cognovit, pariterque intellexit Deum non nisi solos extollere humiles, neminemque alia via sublimare, quàm *è remo ad tribunal.*

D. Eprem de laud. Ioseph.

14. Deus ut vias nobis insinuaret per quas summa cum securitate in cœlum coram divinæ majestatis suæ conspectu perduci possemus, per os Isaiæ Prophetæ sui apertis nos verbis commonere voluit, vias suas viis nostris nequaquam similes esse: *Non enim viæ vestræ viæ meæ*, sed diversas valdè esse sibique prorsus contrarias, quasi exempli causa dicere voluisset: tametsi viæ quæ è domibus vestris in plateas diriguntur, nequaquam vos in domos sed plateam versus perducant: viæ tamen terræ versus cœlum, non in cœlum, sed in terram vos dirigunt. Unde sententia isthæc prima quidem facie capta videtur difficilis, imò paradoxa; qua enim ratione fieri poterit, ut via versus cœlum non in cœlum sed in terram perducat, cùm non in terram sed in cœlum nos dirigat? veruntamen si vias Dei mundi viis contrarias esse consideraveritis, clara erit propositio. Cum enim viæ mundi alta conscendere volenti dirigantur in altum, viæ Dei econtra iis qui alta conscendere moliuntur deorsum humiliantur & demittuntur, neque enim cœli sublimitatem assequi possumus, nisi in terra humiliemur. Magnus in hac Philosophia practicus erat B. Ægidius Seraphici Patris mei individuus comes & socius, quando dicebat: *Via eundi sursum est ire inferius.* Nullus etiamnum in cœlo est sanctus, qui per hanc viam eò non ascenderit. Quia enim sancti cœlo se indignos, inferno autem dignissimos se æstimabant, ideo securissimè in cœlum usque sunt perducti. Undeidemmet B. Ægidius dicere solebat: *non possumus nos habere unam molam gravem quæ faceret nos semper caput humiliare.* Nimirum omnes nos gravi quodam molari lapide in capite onustos esse optabat, ut sic intra humilitatis semper coerceremur limites. Desiderabat itidem ut in cœli via continuò nos contineremus, nec unquā illam transgrederemur, id est, ut semper viveremus humiliati & veluti procul à cælo remoti, cum nulla alia ad sursum eundum via supersit.

Isaiæ. 55. v. 8.

Pisan. con form. lib. 1 fruct. 8. p. 2.

Pisan. ibid

15. Magnam utique cuilibet admirationem conciliat, considerantí quod Christus Redemptor noster S. Petro Apostolo permiserit, ut non semel tantum, sed trinis distinctis vicibus illum abnegaret, tamque turpiter & enormiter offenderet. Neque enim ulla ratione convenire videtur, ut Christus Dominus in Apostolo quodam quem in supremam amplissimi Ecclesiæ regni sedem sublimare decreverat, ut ex ea omnes castigaret & emendaret alienos defectus & peccata, tam gravem turpemque defectum admitteret. Verum enim verò eademmet ratio propter quam nobis inconveniens esse videtur, quod peccatum Petri permiserit, Christum Dominum ad idem peccatum in Petro permittendum permovit. Quia enim ipsum in eminentissimo sanctæ Ecclesiæ throno sublimare, atque supremi Pontificatus dignitate exornare illum disposuerat, ideo tam gravem in eodem Apostolo culpam permisit. Deus namque neminem exaltat, quem non prius humiliaverit, atque ideo S. Petrum in summi Pontificatus supremam cathedram evehere volens, consequenter illum prius cadere, & humiliari permisit. *Oportebat prædestinato, atq; vocato ad tantam celsitudinem Petro, causam subesse, & magnitudinem honoris ejus præire, unde ei humilitas posset accedere,* inquit Rupertus. Christus equidem S. Petro ex peculiari privilegio permisit, ut in hac mortali adhuc vita constitutus in divini vultus sui intuitione gloriam clarè videret Paradisi, qua eos tantum qui hac mortali vita defuncti sunt, gaudere novimus. Permisit quoque ut hic in terris cum mortalibus vitam degens suum in cœlum usque dominium extenderet, ubi nullus in terra constitutus regnare valet; veruntamen ut nondum

Rupert. de oper. Spir. S. de sap. l. 1. c. 18.

dum humiliatus eveheretur in altum permittere nequaquam voluit. Præterea humiliationem veram esse ad sublimia viam adeo verum est, ut quoad hoc nulla videatur possibilis dispensatio. Verum quidem est, neminem hactenus in strictæ mortis subeundæ sententia & lege aliquam à Deo obtinere dispensationem potuisse (cum ipsemet Christus mortis destructor mori quoque debuerit) veruntamen quoad hanc legem cum S. Elia Prophera hactenus dispensatum fuit, qui tot ab hinc annis vixit, atque ad ipsum demum finem mundi perperim vivet: nec tamen cum eodem dispensari potuit ut exaltaretur in Paradiso, priusquam humiliatus esset in hoc mundo. Prius enim Elias humiliatus, atque à perversa quadam muliere ad mortem usque variis persecutionibus infestatus fuit; postea verò ab Angelis delatus & sublimatus est in Paradisum. Inviolabile namque & indispensabile est decretum, quod ut Sapiens ait: *Gloriam præcedat humilitas.*

Prov. 15. v. 33.

16. Fraudulentus ille technarum architectus Dæmon advertens, quod Christum per panis tentationem superare minimè posset, eundem, ut S. Evangelista Matthæus inquit, in sublimissimum templi verticem, pinnaculum scilicet, perducere & collocare voluit: *Assumpsit eum Diabolus in sanctam civitatem, & statuit eum super pinnaculum templi.* Quidnam obsecro, circa Christum Dæmon facere moliebatur, dum eum in tantam subvehebat celsitudinem? præcipitare eum volebat, inquit Paschasius. Hoc namque est famosi illius subsanatoris & insidiatoris ingenium, quod exaltare & subvehere soleat, quos præcipitare intendit: *Deduxit ad altiora, & ut sic ad fastigium templi; ut ex hoc daretur indicium, ad quid elevet unumquemq; quem deorsum præcipitare desiderat.* Quia enim præcipitii via, ex sublimi in infima sternitur (neque enim saxum aliquod in præceps agi poterit, si in sublimi constitutum non fuerit) ideo ut Dæmon homines præcipitare possit, eosdem prius in altum subvehit, & sublimat. Unde ut Neronem plurimosque alios facinorosos homines deorsum præcipitaret, eundem prius urbi Romanæ totius mundi capiti atque Metropoli supereminere fecit.

Matth. 4. v. 5.

Paschas. in cap. 4. Matth.

Non igitur sublimatus, quisquis in sublime agitur, sed potius præcipitatur; ut enim quis sublimetur, ex humili loco gradum facere incipit, ex humili; non verò ex sublimi in celsa loca conscenditur: unde neque exaltatio ad sublimationem viam sternit, sed humiliatio.

17. Etenim dicat quilibet qui quid libet, deque rebus à se gestis quantum placet glorietur, nec tamen ullus in toto veteri testamento inveniri homo poterit, tantis à Deo favotibus cumulatus, quantis Deus Moysen cohonestavit. Hic namque ad illud celsitudinis culmen à Deo perductus fuit, ut quidam totius terræ Deus creatus fuerit: *Constitui te Deum Pharaonis*, inquit Deus ad eum Exodi cap. 7. Qui proinde haud secus, ac Deus quidam super omnia mundi elementa absolutum habebat dominium, à quibus perfectam quoque promptissimamque ad unius virgæ suæ nutum recipiebat obedientiam. Grandinis excitabat pluvias, creabat animalia nova, aliaque quæ soli Deo conveniunt operabatur miracula. Verum dicite Sodes, si potestis, per quamnam viam Moyses ad tantam se provexit dignitatis eminentiam? per unicam scilicet humilitatis viam. Quando enim Deus ipsum pro liberando populo suo, ad Ægypti potentissimum Monarcham veluti legatum expedire decreverat, ipse hoc se munere indignum ingenuè confestim recognoscebat, unde factum est, quod non solum hoc fuerit honorifico munere perfunctus, verum etiam constitutus à Deo fuerit quidam totius Ægypti & Pharaonis Deus. Audite hac de re loquentem Rupertum: *Gloriosa virtutum Regina humilitas, quæ in cœlum volare consuevit, locuta est in eo, dicente se incircumcisum labiis esse; & idcirco dignum, ac pro sua reverentia magnificum accepit responsum, ut audiret homo privatus, regnantis hominis se esse Deum.* Humilitas igitur homines terrenos non solum de stercore & luto elevat, atque ad cœlestem tantum sublimitatem, verum etiam ad divinos honores exaltat, efficiendo ut homo non jam homo, sed stupendus quidam Deus esse appareat.

Exodi. 7. v. 1.

Rupert. Exod. c. 26.

18. Ex hoc igitur discursu summa Dei erga nos homines misericordia, & im-

mensus amor colligitur. Deus enim cælestis eminentiæ splendores non in divitiis, nobilitate, scientiis, fortitudine, aut in qua vi alia re, in qua mundus dignitates suas, ad quas pauci, imo rarissimi sublimari possunt, repositas habet, sed in sola quam unusquisque sibi acquirere potest, humilitate collocavit. Tametsi enim non omnes divites, nobiles, sapientes aut fortes esse possint, omnes tamen si fortè de facto non sint, esse tamen possunt humiles. Idipsum Christus indicare voluit, quando parvulum ad se advocatum in medio Apostolorum suorum constituens, iisdem dixit: *Amen dico vobis: nisi conversi fueritis, & efficiamini sicut parvuli, non intrabitis in regnum cœlorum.* Tunc enim illis manifestè virtutem humilitatis ad cœlestis primatus excellentiam planam viam sternere ostendit, ne videlicet ullus in toto mundo homo esset, qui illum obtinere non posse lamentari valeret. En ad idem propositum ipsissima S. Vincentii Ferrerii verba: *Majoritatem gloriæ Deus statuit in illo, quod quilibet potest habere, si autem statuisset in Domino, quid fecissent pauperes? si in majoritate & scientia, quid fecissent simplices? si in fortitudine, quid fecissent debiles?* O ingentem humanam miseriam! ô inexcusabilem ignaviam & socordiam nostram! quid non tentat ambitiosus, ut ad caducos mundi honores sibi viam sternat? omnes suas facultates dispensat & erogat, uniuscujusque se servum facit, continuò studet, noctes diesque vigilat, nulla sibi ad quiescendum minima horula indulta, discurrit, laborat, sudat, idque ut plurimum irrito prorsus effectu, adeoque deceptus & illusus. Et qui tanta cum facilitate, sine tanto suo incommodo aut detrimento ad veros sibi cœli honores viam sternere poterat, humiliare sese minimè curat.

Matth. 18 v. 3.

D. Vinc. Dom. infra Octav. Ascens.

SERMO

SERMO I.

IN DOMINICAM SEPTUAGESIMÆ.

THEMA.

Sinite utraque creſcere. *Matth.* 20.

ARGUMENTUM.

Homo qui corporis tantùm, non verò animæ curam gerit, non homo, ſed beſtia cenſeri meretur.

1. TUrpiter decipiuntur, quotquot hominem peccatorem, verè hominem eſſe exiſtimant, utpotè qui non homo, ſed beſtia dici meretur. Eo ipſo enim, quo veluti beſtia quædam inclinato in terram vultu vivit, utpotè qui cæli prorſus oblitus, ſolam terram conſpicere gaudet, beſtiam non verò hominem ſe eſſe probat. Manus ſuas ad opera ad ſalutem noſtram neceſſaria, perficienda non virtutis amore, ut homines ſolent, ſed ut beſtiæ facere conſueverunt, virgæ timore tantum extendere poſſunt. Veluti mulus quidam tanto ſe pondere gravat, ut fidem prorsùs omnem ſuperet, quibuſnam id viribus ſupportare queat; cùm enim cælum, ne quidem per breve temporis ſpatium unicum ſuſtinere Angeli peccatum potuerit, peccator non unum ſed multa enormia ſcelera non modico tempore, ſed pluribus annorum ſpatiis ſecum deportat. Aures in ſe aſininas exprimit, dum ei, qui illum continuò decipere ſtudet, aures arrigit, à Dei verò ſuperiorumque ſuorum monitionibus, majus ejus bonum reſpicientibus, eaſdem totaliter avertit. Invidos canis oculos habet, dum de viſo proximi ſui bono triſtatur. Humeris præditus eſt leopardi, ob tot appetituum varietatem, eundem ad totidem delectationum infinitatem continuò trahentium. Os lupi exhibet, quia dum loquitur mordet, & humanam carnem depaſcit. Linguam in ore ſuo Pſittaci defert; dum enim Deum precatur, corde ſuo, id quod lingua exterius profertur minimè intelligit. Febri quoque eſt leonina obnoxius, dum ambitionis aut avaritiæ, vel luxuriæ igne continuò ardet. Ad hæc homo eſſe nequit, cùm non modicum ut homines, ſed immenſum os habere conſpiciatur, utpotè quo quicquid ab integro quodam mari producitur, piſcium, aut in centenis ſylvis nutritur ferarum devorare videtur, cui denique ad cibi ſui apparatum minimè ſufficit hominum

ingens numerus. Tametsi etiam Deus corpori ejus non adjunxerit caudam, dum illum creavit; ipse tamen ut vivam in se delinearet atque depingeret bestiæ effigiem, caudam sibi adscivit, eamque sibi vel ex abundanti longeque post tergum per terram fluente serico formavit, quod faciunt mulieres, vel ex accincto sibi ad femur ense, quem per terram post se trahit effinxit, quod vitis est proprium, conveniebat enim, ut caudatos se omnibus exhiberent, ne de ipsorum bestialitate ullus apud probos superstit dubitandi locus. Similiter cornua sibi sæpè numero affingit, dum veluti vilissimus leno conjugis filiarumque suarum pudicitiam prostituit, suamque domum in spurcissimum transformat prostibulum. Adhæc ut corporis sui fabricam Deo architecto formatam sibi displicere ostendat, pectus suum quod Deus planum formavit, ipse ut bestiæ figuram in corpore suo perfectius exprimat, acutum reddit, tempore quidem belli per thoracem ferreum, pacis verò tempore per vestem gossipio factam. Præterea cum lapsu temporis quotidiè per longam experientiam fieri deberet sapientior, cautior, discretior, indies stultior & ignorantior evadit, ut paulatim ingravescente ætate instar bestiæ, quatuor ad ambulandum adhibere pedes ei necessum sit. Bestiam denique se esse probat, quia quasi anima nequaquam præditus esset immortali æternæque beatitudinis capace, ad solum corpus omni studio ac sollicitudine intentus, nullam se animæ curandæ providentiam gerere sufficienter demonstrat. Porro anima in præsenti Evangelio juxtà Sancti Bernardi mellifluam interpretationem, in tantum nobis sub symbolo vineæ à Patrefamilias ad cultivandum commissæ & elocatæ proponitur, in quantum homo obligatus est ad habendam particularem ejusdem curam & providentiam, atque ad illam continuò cultivandam, ut tandem vitæ æternæ fructus tempore opportuno producere possit. Quam igitur ingens est peccatoris ignorantia, dum ob nimis superfluam corporis curam, animæ totaliter obliviscitur, cum tamen ei contrario modo agendum potius esset; Qua in re bestiam potius quàm hominem se esse probat.

D. Bern.

2. Cùm certum sit, quod Deus in ipso mundi exordio, omnes in Paradiso terrestri arbores plantârit, quibus delitiosissimus locus ille, præter arborem vitæ & aliam, quæ appellabatur scientia boni & mali, ad sui majus decus & ornamentum opus habebat, uti hisce scripturæ verbis innuitur: *Produxit Dominus Deus de humo omne lignum pulchrum visu, & ad vescendum suave; lignum vitæ in medio Paradisi, lignumq; scientiæ boni & mali.* Cur igitur Deus prothoparentibus nostris non tam esum fructuum aliarum arborum, quàm arboris scientiæ boni & mali prohibuit; Cur non vetavit aliarum arborum pastum, quarum in amœnissimo illo viridario innumeræ erant, sicut alterius arboris esum interdixit? Nemesius Episcopus id Deum ideò fecisse dicit, quia nimirum pastum fructuum arboris scientiæ boni & mali Adamo in virtutum sibi necessariarum studio nondum satis perfecto valdè pernitiosum futurum esse sciebat. Arbores namque illius temporis, utpotè recenter productæ, & in admirabili felicique solo illo plantatæ, variis ratisque præditæ virtutibus erant: virtus autem arboris istius erat, quod hominem in perfectissima naturæ suæ cognitione illustraret, ut proindè arbor scientiæ boni & mali fuerit appellata. Deus igitur hanc arborem prothoparentibus nostris in virtutibus nondum satis perfectè fundatis non modicum detrimentum allaturam esse prospiciens, iisdem arboris illius esum omninò interdixit. Prævidebat enim, quod si homo de fructibus arboris istius comederet, percepturus indè esset perfectam naturæ suæ omniumque corporis sui necessitatum cognitionem, iisdemque proindè summa cum sollicitudine ad individui sui conservationem studiosissimè prospecturus esset, cum totali animæ suæ tamersi longè nobilioris oblivione & neglectu, prouti postea reipsâ factum est; mox enim ut gustato arboris illius fructu nudum se esse conspexit, omni meliori modo quo potuit per consuta ficus, utpotè sibi primò obviæ arboris folia se tegere ac vestire studuit, de anima minimè sollicitus. Audite ipsissima citati Doctoris verba: *Nolebat Deus eum suam cognoscere naturam ante perfectionem; ne si cognovisset se multis egere, ea curasset,*

Gen. 2. v. 9.

Nemesius de Nat. Hom c. 1.

set, quæ ad usum corporis pertinerent, reliquēs curam animæ ; Et propter hanc causam prohibuit, ne esset particeps fructus cognitionis. Cùm autem non obedisset , & seipsum cognovisset , à perfectione quidem excidit ; eorum autem quæ ad corpus pertinent fuit egenus, & statim quæsivit tegumentum Unde quia Adam sicut corporis curæ omninò intentus, ita animæ suæ totaliter oblitus, non jam amplius homo, sed bestia esse videbatur, prouti à Davide rege describitur; ideo Deus ut illum in bestiam degenerasse testaretur, nuda corporis sui pelle bestiæ cuidam detracta contegere voluit. Homines enim qui rerum animæ saluti servientium prorsus obliti, solius corporis curæ totaliter sunt dediti, bestiæ potius censendi sunt quàm homines. *Psalm.*

5. Christus Dominus in deserto constitutus quinque stipatus erat hominum millibus, qui Doctrinæ suavitate, & miraculorum quæ patrabat magnitudine attracti per horrida illum deserta sequebantur, nec divelli ab ipso poterant. Cum verò occidente sole crepusculum vespertinum ingrueret, Apostolis visum est Dominum convenire, eundemque ut tantæ hominum multitudini lucente adhuc die abeundi impertiretur licentiam, ut in circumvicinis castellis & oppidis necessariam vitæ suæ alimoniam compararent. Quorum precibus pientissimus Dominus noster ad compassionem commotus, quinq; panes & duos pisces adeo miraculosè multiplicavit, ut inde non solum tantæ hominum multitudini ad satietatem usque sufficiens erogata annona fuerit, verum insuper tanta superfuerit fragmentorum residuorum quantitas qua duodecim canistri confertim adimplebantur, quos ad rationes occultas studiosè conservari præcepit. Circa quam historiam certum quoddam mihi dubium incidit, hoc loco minimè negligendum, videlicet. Qui fit quod ex tot hominum millibus, ne vel unus de necessaria sibi victus annona prospexerit? Ex quo enim se per desertum, in quo omnium rerum penuria adest, iter se facturos esse sciebant, cur sibi non prospexerunt de sufficienti cibi viatico, priusquam huic se itineri accingerent? cui dubio Didacus Stella respondet : neminem idipsum admirari debere : Cum enim hi homines ex vi suavitatis verborum Christi totaliter fuerint abstracti & absorpti, earum rerum quæ corpori necessariæ erant prorsus obliti, aliis quam animæ saluti deservientibus negotiis intenti non erant. Sicut enim cura rerum corporalium animæ oblivionem inducit, ita quoque cura animæ hominem rerum corpori necessariarum prorsus facit esse immemorem : *Tantum elevavit corda illorum summa illa dulcedo, & favus ille distillans verbi ac prædicationis Christi , ut obliti fuerint portare panem ad manducandum. Cura enim spiritualium bonorum oblivionis causa temporalium esse solet ; & per oppositum, nimia sollicitudo temporalium spiritualium oblivionem adducit.* Quia enim pluris animam faciebant, quàm corpus, ideo sicuti animæ sollicitè intenti, ita corporis prorsus immemores erant. Atque ideo S. Joannes Evangelista illos expressè homines appellat. De illis namque post visam panis multiplicationem loquens ais : *Illi ergo homines cum vidissent , quod IESVS fecerat signum &c.* Sicut enim pluris animam quam corpus æstimare proprium est hominibus, ita contrarium facere non humanam, sed bestialem indolem indicat. *Didacus Stella in c. 8. Luca.*

4. Postquam Hebræorum populus per horrida deserta procedens vitulum formasset & adorasset aureum, nec non per incredibilem & inauditam ingratitudinem honorem Deo infinitis titulis debitum Dæmoni consecrasset; Moyses Propheta, Deum ob id scelus maximopere offensum & iratum esse animadvertens, timensque ne eum prout jure vilissimus ille populus merebatur, acerbissimè castigaretur, aut potius extirparetur radicitus, se coram Deo in faciem prosternens, peccati hujus veniam & condonationem summa cum instantia est deprecatus, veniamque realiter obtinuit. Impetrata autem peccati illius remissione, reversus ad populum publicè dixit : *Peccastis peccatum maximum, ascendam ad Dominū, si quomodo quiero eum deprecari pro scelere vestro.* Rupertus hæc Moysis verba legens vehementer obstupefactus Prophetam hunc fere in modum alloquitur : Quid dicis ô Propheta sancte? Jam Deo in Sinai monte suplex factus, commissi peccati veniam *Exodi 32 v. 30.*

ob-

obtinuisti, & iterum te abiturum esse dicis, ut Deum offensum reconcilies & ad peccati indulgentiam permoveas? Ergone eorum quæ hactenus fecisti & in favorem populi tui à Deo obtinuisti, omnimoda te cæpit oblivio? veruntamen factum istud postea penitius considerans dicit; quod tametsi Moyses à Deo remissionem peccati populi sui preces suas impetrarit, hanc tamen relaxationem solum ad salvandum damna corporis concessam, non verò ad avertendum quæ populus metebatur quoad animam mala; Moyses namque Deum eo tempore placabat quo in procinctu erat, ut illos ad unum usque vita exueret temporali, & veluti in macello omnes simul [& semel trucidaret. Audite venerabilis illius Abbatis Tuitiensis ipsissima verba: *Mirum fortè videbitur, quoniam ad orationem Moysis placatus fuerit Dominus, ne faceret malum, quod locutus fuerat adversus populum: & tamen idem Moyses ait? si ascendam ad Dominum, si quomodo quiero eum deprecari pro scelere vestro: sed profectò liquet, quia placatus quidem in eo fuerat Dominus ne in præsentia corporaliter deleret eos.* Unde quia Moyses, id quod primis precibus suis à Deo obtinuerat, utpote quod ad corporis, non verò animæ suorum salutem spectabat, quasi nihili faciendum esse sciebat, ideo iterata vice se ad placandum & reconciliandum Deum abiturum esse dixit, non quod antea non orasset, aut Deum minimè placasset, sed quia remissionem obtinuisset vitæ temporalis, nō verò vitæ æternæ. Cura etenim quam sancti de iis quæ ad animam & vitam æternam spectant, semper habent, tanta est, ut quicquid ad corpus vitamque præsentem pertinet, nihil æstiment. Idque faciunt, quia homines sunt, non verò bestiæ, animam enim suam immortalem esse probe scientes, rerum corporalium, quæ brevi interituræ sunt, prorsus obliri, omnem curam & sollicitudinem suam animæ necessitatibus adhibent.

Rupertus, lib. 4. c. 31. in Exod.

5. Sicut Psalmista cùm dicit: *Homines & jumenta salvabis Domine*, per homines, eos qui verè homines sunt intelligit, ita eosdem quoque significatos esse vult per jumenta rerum, quoad hoc dicere non nemo haud immerito potuit: Quodsi per jumenta homines intelligit cur illos non homines sed jumenta appellat? cui respondeo, rationem hujus esse, quia homines inter se sunt valde diversi; alii namque sunt sancti, qui in cunctis actionibus suis rationem sensui præferunt, qui propriè homines appellantur, eo quod humano modo vitam ducant. Alii contrario modo se habentes sensum permittunt prævalere rationi, qui quoniam vitam agant bestia potius quam homine dignam, non homines, sed bestiæ appellari merentur. *Per homines* inquit Carmelitanus Incognitus P. Michael de Ayguanis de Bononia, *intelliguntur illi qui secundum dictamen rationis vivunt, habentes carnem subditam spiritui. Per jumenta autem intelliguntur peccatores, qui amisso usu rationis bestialiter vivunt.* Unde argumentum præsentis discursus, cui probando insistimus perspicuè colligitur, scilicet, quod sicut ii qui rationem sensui anteferunt, pluris animam facientes quam corpus, censendi & appellandi sunt homines, ita alii qui sensum præferunt rationi, majorem corporis quàm animæ curam habentes, bestiæ censeri & appellari debeant, non verò homines, quia nimirum bestialem non verò homine dignam vitam agunt, *Homines & jumenta.*

Ps. 35. v. 7.

Incognitus in Ps. 35.

6. Sicut statua aliqua deaurata, foris quidem pulchra, turpis verò & deformis est exterius, ita quoque corpus aliquod superfluè ornatum & expolitum, turpem interius animam gerit: exterior enim ornatus interioris deformitatis certissimus est index, cum impossibile sit, ut homo utriusque cultui simul intentus esse possit. *Hoc enim studium*, inquit Chrysostomus, *in ornando corpore internam indicat deformitatē, & hujus delitiæ illius manifestam faciunt famem: & hujus vestium sumptus illius indicant nuditatem. Impossibile est enim aliquam agere curam animæ, & tanti facere corporis pulchritudinem & ornatum.* Quoniam natura tantum cygno in plumis, seu pennis suis candorem comparavit, carnes ejus nigras & sordidas reliquit. Quia tanto cū studio pardi pellem artificiosissimè variam reddidit, ideo animi prorsus oblitus, ipsum simplicem effecit, quia Æsopum anima donavit ingeniosissima, ideo corpus ejus omni prorsus

D. Chrys. Hom. 18. in Gen.

cura

cura destituit, adeo ut turpius videri vix potuerit. Impossibile enim est, quod aliquis duabus rebus simul æque studiosè intendat, cum Christus ipsemet dixerit: *Non potestis duobus Dominis servire*, atque ideo vel corpori inservies, aut vero animæ; si corpori obsecutus fueris, anima debito obsequio destituta manebit, haud secus ac si illa in tali casu immortalis nequaquam esset, nec tu æterhæ esses beatitudinis capax, sed irrationalis quædam bestia, quæ quoniam Paradisum non expectat, nec sperat, totaliter & per omnia corporis servitio sese impendit.

Matth. 6. v. 24.

7. S. Apostolus Corinthiis refert se in cælum sublimatum, ibidem mira magnaque vidisse quæ per linguam carnis exprimi omnino nequeant: *scio hominem in Christo ante annos quatuordecim (sive in corpore sive extra corpus, nescio, Deus scit) raptum usque ad tertium cælum, & audivit arcana verba quæ non licet homini loqui.* Porrò tametsi Apostolus hoc loco de alio quodam loqui videatur, nullum tamen est dubium, quin id de semetipso dicat; Ipse enim & non alius à Deo in cælum subvectus fuit. Verum dicat aliquis, quodsi ipsemet & non alius aliquis sit is quem in Paradisum raptum esse dicit, cur elevationis hujusce modum explicare non novit? cur declarare & resolvere non potuisset, an simul cum corpore, an vero extra corpus raptus iste contigerit? Etenim si homo ille in cælum raptus alius ab Apostolo fuisset, merito dubitare potuisset, sive quia id ab illo neglexisset aut oblitus fuisset petere, sive quia alterius mentem perfectè non percepisset. Nunc vero cum raptus hic ipsimet Apostolo acciderit, recordari utique & intelligere poterat & debebat, num in corpore vel extra corpus raptus hic illi evenerit. Cur igitur hac de re rationem prorsus nullam reddere valet? nimirum, quia eo tempore quo Deus illum tali dignabatur favore in cœlestium contemplatione totaliter abstractus, corporis omnino oblitus erat. Cum enim ii qui cogitationes suas in cœlo defixas habent de rebus corporalibus nequicquam curent, nec illas videre dignentur, hinc mirandum non est, si Apostolus in cælum raptus non attenderit, num in corpore vel extra corpus fuerit. Audite Didacum Stellam hac de re scribentem: *Paulus cum in tertium cælum raperetur, dicebat, se nescire utrum in corpore, sive extra corpus esset; nam homines qui cogitationes suas in cælum elevant, ea quæ corporis sunt, non curant.* Fieri omnino nequit, ut quis uno eodemque tempore animæ intentus sit pariter & corpori. Unde sicut qui animæ intentus est, obliviscitur corporis, ita qui corpori intendit, animæ nullam prorsus curam habebit. Merito igitur Apostolus eo tempore, quo de corpore nihil curans animæ oculos pascebat homo appellatur: *scio hominem.* Quodsi de se recensuisset, quod in aliquo ludo, vel comædia aures pavisset corporis, vel quod corpus ostro vestivisset & purpura; aut de lauto aliquo locutus fuisset convivio, ubi mundanus homo ita intentus est corpori, ut apud ipsum nulla animæ supersit memoria, se utique hominem minimè appellaturus fuisset, dicendo: scio hominem cum illi qui corporis curæ ita attendunt, ut animam oblivioni prorsus tradant, homines dici minimè mereantur.

2. Cor. 12. v. 2.

Didacus Stella in c. 15. Luc.

8. Quodsi verba illa quæ Christus Redemptor noster, pro sacratissimi corporis sui sub specie panis, & sub specie vini, pretiosissimi sanguinis sui consecratione perficienda pronuntiavit, legitimè attenderitis, facilè videbitis, quod pro consecrando corpore pauca, multa vero verba locutus fuerit pro consecrando sanguine. Cum enim corpus consecraturus quinque tantum verba protulerit; scilicet: *Hoc est enim Corpus meum*: in consecratione sanguinis econtra viginti & unum verba dixit: scilicet: *Hic est enim Calix Sanguinis mei &c.* Cur obsecro tam parum pro corpore, pro sanguine vero consecrando tam multa verba protulit? nimirum ut innueret, animam pretiosiorem esse corpore, ideo per sanguinem, in quo teste scriptura anima continetur, animam intelligendo, plura pro anima, quam pro corpore verba pronuntiavit. Hunc in modum Paulus de Palatio de hoc mysterio discurrit dicens: *Adverte multo majora Christum de sanguine, quam de corpore explicasse. Hujus causam esse arbitror,* quia

Levit. 17. Paulus de Palat. in c. 26. Matt.

quia cum in sanguine anima sit, loquens Christus de sanguine suo, loquitur de anima sua; quæ quia multo pretiosior est corpore, idcirco multo sublimius de ea, quã de corpore intelligere voluit. Per hoc igitur Christus instruere nos voluit, ut pluris animam æstimemus quam corpus, pluriſque faciamus partem illam, quæ cælum expectans nunquam est emoritura, quam alteram mortalem & caducam, quam in sepulchro vermes præstolantur. Homo utique si sapit rem pretiosam majoris æstimat, quam quæ vilis, est: quodsi autem contrarium fecerit, non homo, sed bestia erit; fietque Gallo isti apud Æsopum persimilis, qui unicum se granum evenisse gloriatus, pretiosam aspernabatur gemmam.

9. Audite obsecro quidnam Christus cuilibet nostrum persuadeat: *Si quis te percusserit in dextram maxillam, præbe illi alteram,* quasi diceret: sit tibi sinistra maxilla scutum maxillæ dexteræ, qua ab impacto sibi ictu defendatur. Verum dicat aliquis, quidnam obsecro referet homini, ut plus caveat ne offendatur dextera ejus maxilla, quam sinistra? Etenim si me homo aliquis perversus percutere præsumens me invaderet, primo quipem me quantum possum ne in ulla vultus mei maxilla percuteret, defenderem; posito autem casu quod nullatenus defendere aut tueri me possem, parum seu potius nihil tunc curarem, sive in sinistram sive in dexteram maxillam percutiendus essem. Veruntamen si bene consideremus per multum interest, & incomparabile damnum causabit in dextram maxillam adacta alapa. Per dextram namque maxillam Dominus noster animam illiusque bona, per sinistram vero corpus, & quæ ad illud pertinent intelligit; unde illa Christi verba hunc fere sensum habere videntur: Quotiescunque ô Homo Christiane Dæmon vel homo aliquis Dæmonis instinctu in animæ tuæ bonis te offendere præsumpserit, mox ex corpore tuo, boniſque corporalibus scutum aliquod faciendum tibi erit; quippe qui permittere teneris ut quicquid in terra possides perdatur & intereat, ne offendatur anima tua. Ita S. Antoninus hunc locum explicat: *Dextera quippe anima est, corpus sinistra; sit ergo corpus scutum animæ, & omnia temporalia extra animam, sint ad sui protectionem. Rapiat bona fortuna, filios mactet, verberet carnem, amicos aufferat, & omnia quæ potest mala perficiat; dummodo ad dexteram nunquam pertingat.* Certè dum de animæ damnis & offensis nequicquam curamus, imo ne res hujus temporalis vitæ amittamus, illam lacerati & vulnerari permittimus, homines nos esse minimè offendimus. Homo enim ut membrum aliquod nobile tueatur ac defendat, alterum minoris momenti membrum vulnerari minimè curat: ne caput feriatur, ensi vulneraturo manum objicit. Psittacos itaque imitemur, qui caput suum neglecto omnium membrorum suorum periculo defendere satagunt.

Matth. 5. v. 39.

D. Antonin. p. 1. tit. 1. c. 2.

10. Cura & sollicitudo qua David pro anima sua angebatur, mira erat atque eximia cum diceret: *Anima mea in manibus meis semper*; quasi diceret: Nulla est hora vel momentum, quo ego animam meam in manibus meis non versem & circumspiciam; nec quodusque vixero vel ad unicum duntaxat momentum eandem è manibus meis dimittam: & si post mortem manus aperire, illamque dimittere oporteat, illam tamen non dimittam, nisi è manibus meis ereptus in Dei fuerit manus collocata, prouti alibi Deo dicebat: *In manus tuas Domine commendo spiritum meum.* Verum dicat aliquis, quam ob causam animam suam tam arctè atque sollicite custodiebat? Num fortè Propheta animam suam veluti aviculam quandam esse timebat; quæ nisi hoc modo constringatur & custodiatur, confestim evolat & fugit, aut certe è manibus suis ab alio eripitur? Imo vero eam sibi eripiendam esse formidabat, optimè sciens quam speciosa sit, & quã multos habeat sui amatores, suæque pulchritudinis insidiatores, ideoque tanta cum cura & sollicitudine illam custodiebat. Audite eundem Archiepiscopum Florentinum: *Ita venusta est & speciosa, & à quamplurimis concupiscibilis anima; quod nunquã est relinquenda, & usq; ad mortem colenda, & retinenda. Ita ut cum eam à corpore abire contingit, de manibus tuis transeat ad manus divinas, dicendo: In manus tuas Domine commendo spiritum meum.* Observandum autem, quod David animam suam non unica tantum manu tenuerit; neque enim dicebat: *Anima mea in manu mea, sed in manibus meis*; non inten-

Psal. 118. v. 109.

Psal. 30. v. 6.

D. Antonin. p. 1. tit. 1. c. 2. §. 2.

de-

debat una manu animæ, altera vero corpori, sed corporis cura posthabita, utramque manum corporis custodiæ adhibebat; quia enim homo erat judicio præditus, non vero irrationalis quædam bestia, ideo omnem curam suam, in illius rei custodia defixam habebat, quæ majoris ponderis & pretii erat.

18. Ecce tibi ad idem propositum mirum quoddam S. Pauli Apostoli paradoxum, dicentis. *Cum infirmor, tunc potens sum.* Qua enim ratione ô sanctissime Apostole id verum esse poterit? nam si infirmus es, qua ratione fortis eris? aut vero quomodo fortis eris, si es infirmus? Alterutrum esse debes ex his duobus, nam uno eodemque tempore simul infirmus & fortis esse minimè poteris. Veruntamen optimè dicit, quod uno eodemque tempore fortis simul & infirmus existat; eo ipso enim quo debilis erat, evadebat fortis. Infirmitas carnem spectabat, fortitudo autem animam; quotiescunque caro infirmatur, corroboratur anima, cum animæ fortitudo & robur debilitas sit carnis. De bellatricibus illis mulieribus, quas Amazones vocant, scribitur, illas unum sibi uber detruncare, ut tanto majori manus suæ robore polleant in certamine, debilitantes unam partem, ut alteram tanto magis corroborent; ut Galenus scribit: Homo animæ suæ robur cum omni studio per carnis suæ debilitatem procurare tenetur, ad hunc enim finem ordinantur jejunia, disciplinæ, & similes mortificationes aliæ. Quodsi contrarium feceris, & manducando, bibendo, aliisque corporis tui voluptatibus vacando carni tuæ vigorem & robur, animæ vero debilitatem acciveris, non jam homo, sed asinus eris; qui cum in membris corporis sui posteriotibus fortis sit, in anterioribus tamen debilis existit.

2. Cor. 12. v. 10.

Galen. in Apopht. Hypocr. Comm. 7.

12. Cum Jacob Patriarcha domum suam redire, suamque dilectam patriam per tot elapsa annorum curricula, revisere decrevisset, rebus omnibus citè decenterque ordinatis, unacum uxoribus & ancillis suis à socero suo migravit. Cum autem in itinere constitutus, in loco patriæ suæ vicino, Fratrem suum Esau cum ingenti hominum armatorum multitudine obviam sibi venientem è longinquo vidisset, sibique ob difficultates antiquas nondum satis compositas, de damnis inferendis non mediocriter metueret, primo omnium loco ancillas earumque filias præmisit; postea submisit Liam primam conjugem suam, & quos ex illa genuerat filios, ultimo tandem loco Rachelem & Josephum statuens: *Elevans autem Iacob oculos suos, vidit venientem Esau, & cum eo quadringentos viros; divisitque filios Liæ & Rachel, ambarumque famularum: & posuit utramque ancillam, & liberos earum in principio: Liam vero & filios ejus secundo loco; Rachel autem & Ioseph in novissimo.* Cur obsecro S. Patriarcha familiam suam hoc ordine collocavit & disposuit? nimirum, quia cum damna sibi rebusque suis ab Esau inferenda valde metueret, in prima & secunda acie eos constituebat, quos minus diligebat, quos vero quam maximè amabat, retro sibi reservabat; ut hac ratione in casu quo frater suus illum aggredi præsumeret, damnum illud minus sibi dilectos afficeret, chariora autem ejus pignora salvarentur. *Commune & naturale est*, inquit Oleaster: *ut quæ minus diligimus, prius periculis obviis apponamus, sicut hic Iacob ancillas cum liberis præmisit.* Cum igitur sancti plus animam, quam carnem diligant, ideo evidenti carnem periculo exponunt, ne anima offendatur; nam ut animam suam nequicquam lædant, corpus suum plumbatis cædi, decoriari, vulnerari, occidi & igne conflagrari libentissimè & glorianter permittunt. E contra vero quia peccatores (à quibus caro præ anima ferventius diligitur) dummodo carnis suæ commoditatibus citè prospiciant, animæ perditionem & jacturam minimè curant, ideo dum morbis sunt obnoxii, superstitiosa corpori tuo applicare remedia minimè dubitant, per quæ tametsi corpus persæpè curetur, animæ tamen interitus infallibiliter quoque causatur. Hi plus amant, quod minus amare, imo odio habere debuissent, imo inimicum suum plus quam semetipsos diligunt. Atque ideo magnum in judicio suo patiuntur deliquium, & quandam fecisse rationis jacturam videntur, qui proinde tametsi secundùm corporis lineamenta homines esse videantur, non tamen homines sunt, sed bestiæ rationis expertes, à quo errore tandem aliquando tametsi tardius & serius resipiscent.

Gen. 33. v. 1.

Oleast. in cap. 33. Gen.

13. Talibus idem ſuo tempore eveniet, quod accidit ſimiæ. Albertus Magnus refert, quod dum ſimia die quodam infeſtaretur à canibus, ne duos quos habebat, catulos inimicis ſuis in prædam cedere cogeretur, eum qui ex ambobus charior erat inter brachia ſtringens, alterum retro poſt tergum manibus circa collum ſuum circumplexis ſuſpendit, hacque pondere onuſtam curſui ſe accinxit. Quia vero currendo advertit, quod ob nimium pondus curſum ſuum accelerare, ſeque ſalvare non poſſet, ut ſe alterutro catulorum ſuorum exonerando ad currendum ſe expeditiorem redderet, eum quidem quem à tergo ſuſpenſum habebat utpote minus dilectum excutere geſtiiſſet, verum id facere nequibat, ſiquidem catulus id advertens, majori cum violentia ad collum ejus ſeſe aſtringebat; unde tandem relinquere coacta eſt alium, quem utpote chariorem brachiis ſuis ſtrinxerat. Certe homo mundanus vera quædam eſt ſimia; plus enim carnem quam animam diligit; unde ſicut illam tot blanditiis & benevolentiæ ſignificationibus velut amplexibus ſtringit: ita hanc poſt ſtergum ſtatuit, id eſt, perpetuæ oblivioni tradit. Omne ſuum gaudium quod habet, de corpore ſumitur, omne ejus ſtudium & cura verſus corpus dirigitur; tota ſollicitudine in hoc connititur, ne corpus infirmetur. Quod autem anima in malam crucem abeat, quod intereat, quod in æternum collabatur præcipitium, parum à tali aut potius nihil curatur. Verum enimvero quidnam de hoc infelici homine in tremendo illo die futurum erit, quando non à canibus, ſed à præpotente Dei juſtitia ad mortem infeſtabitur & laceſſetur? num fortè relicta anima carnem ſuam ſecum deferet? nequaquam; Imo vero carnem ſuam in vili ſepulchro mortuam & fœtentem relinquere, animam vero ſuam ſecum conducere cogetur. Tunc quidem ſed eheu ſero nimis animadadverret, ſe vitam devixiſſe non homine ſed beſtia dignam, ſiquidem corpus animæ prætulerit, idque quod amare nequaquam debebat, tantopere dilexerit.

Albert. De Anim. lib. 22.

14. Regius Propheta David ſtupendorum beneficiorum, quæ Deus populo ſuo exhibuerat memor, Pſal. 43. in hæc verba prorupit: *Deus auribus noſtris audivimus, patres noſtri annuntiaverunt nobis opus quod operatus es in diebus eorum.* S. Ambroſius hunc locum conſiderans, videnſque quod dicat: *auribus noſtris audivimus*, dicit, videri poſſe illud ly (*noſtri*) ſine neceſſitate & ſuperfluè poſitum eſſe, cum ſuffeciſſe dicere: *auribus audivimus*; cum cuilibet perſpicuum ſit, quod homo dum audit, auribus ſuis audiat, utpote qui auribus alienis audire non poſſit. Sicut enim videre aut loqui oculis & lingua aliena non poſſumus, ſed propriis id organis fieri debet, ita ſine auribus propriis audire valemus. Tandem vero latens ibi myſterium penetrans invenit, dictiunculam illam, diſcurſui ſuo non ſolum non ſupervacaneam & inutilem, verum etiam neceſſariam fuiſſe, maximè ut id innueret quod prætendebat. Ibi namque non de corporis ſed de animæ auribus loquebatur, atq; ut hunc auditum innueret, dixit: *Auribus noſtris audivimus.* Aures enim noſtræ, non corporis, ſed animæ aures ſunt. Audite S. Archiepiſcopum propriis verbis loquentem: *Certè ſi hoc placuerat: auribus audivimus plenum erat, cur ergo additum eſt noſtris? niſi ut intelligas, illa eſſe noſtra, quæ mentis ſunt, & illa eſſe meliora quam quæ iſtius corporis? non vult igitur ſuum eſſe, quod corruptibile eſt atque terrenum, qui ad imaginem Dei & ſimilitudinem meminit ſe eſſe creatum.* Cum igitur præter animam nihil ſit noſtrum, eo ipſo dum plus corpus æſtimamus quam animam, evidens eſt, quod labores noſtri non noſtræ deſerviant utilitati, ſed alienæ, noſque in operationibus noſtris non humano ſed beſtiali modo nos habere. Unde bobus ſimiles erimus, qui pro aliorum utilitate trahunt aratra; aut ovibus erimus pares, quæ pro ſervitio alieno lana ſeſe onerant; prouti cecinit Virgilius.

Pſal. 43. v. 2.

D. Ambr. in Pſal. 45.

Sic vos non vobis fertis aratra boves;
Sic vos non vobis vellera fertis oves.

Virgilius.

15. Jam perverſiſſimus ille fratricida Cain

Cain innocentem fratrem suum trucidaverat, quando Deus in gravissimæ culpæ illius meritissimum supplicium à divinæ majestatis suæ conspectu præcipsit & relegavit. Quia vero sententiam hanc velut insupportabilem censebat, formidabatque ne à facie Dei ejectus, subitò occidendus esset, mox subjunxit: *Ecce ejicis me hodie à facie terræ, & à facie tua abscondar; omnis igitur qui invenerit me occidet me.* Quæ verba idemmet Præsul Mediolanensis considerans quærit: ex quo Cain post ingens illud scelus commissum, non solum morti corporis, sed & animæ morti, quæ magis pertimescenda fuisset, subjectus erat, quid est quod solam corporis mortem quæ veluti momentanea est timuerit, non vero æternam animæ mortem? cur sicut Deum pro avertenda corporis morte rogavit, non magis pro declinanda morte animæ Deo factus est supplex? cur merito formidanda non timuit, & quæ timenda non erant formidavit? ac tandem respondet: *Angustia mentis homo præsentem mortem veretur, perpetuam negligit, & divinum judicium non reformidat: interitum solum corporis deprecatur.* Quasi dicere voluisset: nolite mirati quod Cain Deum pro vita corporis deprecatus, animæ vero oblitus fuerit, homo enim inversæ mentis erat, quia hominem potius bestialem quam rationalem repræsentabat. Eo ipso enim quo corporis mortem sic timebat, quasi præter corporis vitam aliud nihil perdere potuisset, veram se probavit esse bestiam, quæ corpore mortuo nihil omninò habet quod amittere possit. Porro de Lamech scribitur, hunc Cainum per errorem occidisse, dum eum eminus visum non hominem, sed bestiam esse credidit: veruntamen Lamech meo judicio in hoc minimè errasse videtur, siquidem Cain verius bestia quam homo censeri poterat.

Gen. 4. v. 14.

D. Ambr. de Abel & Cain lib. 2 cap. 9.

16. Frequentem de Dæmoniaco illo mentionem habui, quem Christus in Gerasenorum finibus obvium sibi habuit, cujus Dæmones ex potentissimi judicis sui præsentia prorsus pertertefacti supplices rogarunt, ne eos præmaturè ante præfixum illis tempus in abyssum inferni præcipites ageret; aut certè si omnino sibi, illos ab hoc homine quem possidebant ejicere velle, in animo decretum & constitutum esset, saltem illis ad minus liberam impertiretur facultatem duo porcorum millia in finibus illis pascentia ingrediendi. Quod cum illis à Christo indultum esset, maledicti hi spiritus ab hoc homine egredientes, subingressi dictos jam porcos, eosque in certi cujusdam lacus undis adactos submerserunt. Ubi observandum est quod Christus Salvator noster ad unicum duntaxat hominem salvandum tot voluerit porcos perdere, eo quod ex mente & opinione ipsius pluris valeat, majorisque pretii sit unica duntaxat hominis anima, quam omnes porci, imo omnia totius mundi animalia simul juncta? *Quam pretiosa est anima hominis*, inquit Chrysostomus, *Dæmonum legio de uno homine expellitur, & in duo millia porcorum emittitur: hic enim pretiosum est quod servatur, illud est vile quod perditur.* Ubi igitur nunc sunt perversi illi, qui unum sibi porcum comparent, animam suam perdere curant? ubinam sunt alii, qui hominem aliquem occidere non verentur, ut se de morte canis alicujus vindicare possint, imò qui hoc fine duos occidere homines non reformidant, dum prius semetipsos cultro appetitus vindictæ crudeliter interimunt? ob unius vilissimæ bestiæ æstimationem, animam toto mundo pretiosiorem nihili faciunt. Potius igitur bestiæ censendi sunt quam homines, quia animæ suæ ineffabile pretium minime intelligunt. Quia enim Adam animæ suæ pretium ignoravit, ideo à Davide bestia appellata fuit. *Homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est jumentis insipientibus & similis factus est illis.*

D. Chrys. hom. 4. in Marcum.

Psal. 48. v. 13.

17. Paralytico illi, qui quondam in proprio suo lecto à quatuor hominibus coram Christo dum prædicaret portatus & præsentatus fuit, pientissimus Salvator noster plenariam indulsit omnium commissarum culparum suarum indulgentiam & remissionem, dicens; fili remittuntur tibi peccata tua. Et tametsi donum illud à Christo recepto permagnum fuerit, magnaque proinde fuerit debitas propter hoc gratias agendi

obligatio, ipſe tamen Paralyticus ingratiſſimum ſe Chriſto exhibuit, ſiquidem ne vel minimo ei verbo gratias egit. Chryſoſtomus hanc inurbanitatem admiratur, atque tandem tantæ ingratitudinis inveſtigando cauſam deprehendit, ingratitudinem ejus inde præcipuè oriri, quia videlicet ſe ideò non deportari fecerit, ut animæ ſuæ obtineret ſalutem, ſed potius ut corporis impetraret ſanitatem, parum aut certè nihil curando animam infirmam mortique vicinam eſſe, dummodo corpus priſtinæ reſtitueretur ſanitati? *Audivit veniam & tacet Paralyticus, nec ad illam reſpondet gratiam: quia plus ad corporis, quam ad animæ tendebat curam: & temporalis animæ reſoluta corporis compage ſic deflebat, ut æternas pœnas reſolutionis animæ non deflereț, gratiorem ſibi præſentem vitam indicans, quam futuram.* Nolite mirari quod Paralyticus ille benefactori ſuo pro tanta gratia ne vel uno verbo gratias debitas egerit, quia non homo ſed beſtia erat. Homo enim qui adeo rebus corporalibus intentus eſt atque immerſus, ut de anima ſua nequicquam cogitet, non homo ſed beſtia eſt; unde non loquitur, ſicut nec beſtiæ loquuntur. *Audivit veniam & tacet Paralyticus.*

D. Chryſ. hom. 14. in var. Matth.

* * *

SERMO

SERMO II.

IN DOMINICAM SEPTUAGESIMÆ.

THEMA

Vidit alios fratres in foro otioſos.
Matth. 20

ARGUMENTUM.

Nullum eſt vitium, quod in anima otio dedita non hoſpitetur.

1. NOn deſunt quidem in plateis homines carnales & luxurioſi; plateæ namque hominibus laſcivis ſunt refertiſſimæ. Sic meretrix illa à Salomone deſcribitur quod frequenter deprehendatur *in plateis inſidians*. Non miſeri illius Levitæ uxor deciperetur, bonus vir ejus illam in plateis diu vagari aut conſiſtere permittere nequaquam noluit, ſiquidem in eo loco ubi tantus exardeſcit ignis, flos fœmineæ honeſtatis nequaquam eſt ſecurus. Non deſunt etiam ibi murmuratores: forum à fando dicitur, non ſolum quia ibi publicantur leges, dantur & expediuntur ſententiæ, litigatur, contenditur, negotia geruntur; verum etiam quia forum locus eſt gatrulorum & nugivendulorum, omnium illorum qui proximi reputationem parum curantes, eandem pro libitu ſuo commaculant. Neque ibidem deſiderantur latrones. Platea namque quaſi ingens quædam ſylva magnorum latronum latibulum, qui burſas, veſtes, domos, facultates & omnia quæ homo in terris poſſidet ei auferunt & nudum illum relinquunt. Nullus etiam ibi eſt ambitioſorum defectus, honores enim in plateis, non vero domi, aut in villa quæruntur; quiſquis enim eminentias ambit & dignitates, non ligonem aut aratrum manu terens commoratur in agro, nec domi ſe inter libros continet & chartas, ſed in plateis verſatur, & pileolum in manu ſua ferens nunc hunc profundè ſalutat, mox coram alio ſe humiliat, hunc muneribus afficit, alium muneribus ſe cumulaturum promittit, donec quem prætendebat honorem ſit aſſecutus. Ibi quoque non deſiderantur traditores, per fictas namque ac doloſas quas in plateis homines profitentur amicitias,

Prov. 7. *v.* 12.

citias, adulteria pariter & homicidia committuntur. Neque enim ibi avari desunt, platea namque propria est avaritiæ domus? ibi plusquam alibi exercentur usuræ, & tam venditor quam emptor turpiter ibi decipitur & aggravatur. Denique nec invidi ibidem desiderantur, purpuræ enim splendores, honores togæ, redituum amplitudines, quæ in plateis videntur, invidum cum corde intra dentium morsus posito è plateis domum remittunt. Tandem ut paucis multa complectar, omnia in plateis vitia deprehenduntur & committuntur, adeo ut novum quoddam Pantheon, id est, cunctorum Dæmonum delubrum dici possit. Cum igitur platea cunctorum vitiorum diversorium; cur igitur magnæ mundi familiæ pater, Deus inquam in forum sive plateam convenies, præter otiosos neminem aliorum facinorosorum hominum vidit aut reprehendit? *Egressus circa horam tertiam vidit alios stantes in foro otiosos, & dicit illis; quid statis hic tota die otiosi*, prouti in hodierno Evangelio refertur. Respondeo igitur, quod licet Deus omnis generis vitiosos in plateis viderit, solos tamen otiosos ibidem vidisse dicatur, quia ut simul & semel cunctos alios peccatores videret & reprehenderet, hos solos vidisse & reprehendisse sufficiebat; siquidem in anima hominis otiosi veluti in propria sentina universa vitia congregantur. Ipsa est mare quoddam, in quod omnia humanorum scelerum flumina sese continuo exoneratant. Est stabulum quoddam, in quam nulla bestia non divertit. Id quod ex præsenti discursu plenius atque perfectius intelligetis.

Matth. 10 *v.* 3.

2. Et quidem inprimis locus quidam mihi considerandus occurrit sancti Apostoli in prima ad Corinthios, ubi nequaquam permittendum esse dicit, ut mulieres discooperto capite in Ecclesia degant, ob commorantes in ea Angelos. *Debet mulier velamen habere supra caput, propter Angelos*, quasi diceret: ne Angeli muliere in Ecclesia aspiciendo peccent, mulieres ibidem velatæ semper esse debent. Est porrò locus iste captu difficillimus. Num enim Apostolus in ea forte opinione erat, quod licet Angeli à Deo in gratia confirmati essent, prævaricati nihilominus potuissent? an vero de eorum numero erat, qui per filios Dei, filiarum Caini pulchritudine captos, Angelos intellexerunt? quodsi in ea opinione fuit, qua ratione idipsum intellexerit, equidem ignoro. Præterquam enim quod Angeli in gratia fuerint confirmati, in eo peccati genere impeccabiles semper extitere, quia cum sint substantiæ spirituales, atque à corpore separatæ, affectuum illorum, quibus animæ corporibus nostris unitæ coinquinantur, prorsus sunt incapaces. Unde Apostolum ita sensisse minimè credo; absit enim ut prædicator veritatis falsa hac opinione fuerit imbutus, neque calamus à Spiritu sancto gubernatus ejuscemodi exprimere errorem nequaquam potuit. Non igitur hoc loco de Angelicis spiritibus sive beatis, sive prævaricationibus loqui intendit, sed de sacerdotibus duntaxat & Clericis, qui ob veræ Angelicæ dignitatis suæ sublimitatem Angeli dicuntur, utpote qui in conspectu ejus, cui Angelos semper assistere novimus, continuò etiam assistunt. De his etenim dicere intendebat: mulieres in conspectu sacerdotum & clericorum cooperto & tecto semper sint capite, ne hi ob fragilitatem suam, in humanam aliquam labendi miseriam evidenti exponantur periculo. Verum enimvero cum in Ecclesiis non solum sacerdotes & clerici, verum etiam alii fideles degant, cur solos sacerdotes, non vero alios ex aspectu mulierum de peccato periclitari existimat? ratio hujus est, quia sacerdotes & Clerici propter otium, in quo continuo degunt, in majori in luxuriæ turpitudinem collabendi versantur periculo, quam alii homines. Ita hunc locum Hugo Cardinalis exponit, dum inquit: *Debet mulier velamen habere super caput suum propter Angelos, id est, sacerdotes, ne in ejus faciem inspicientes, moveantur ad libidinem. Dicit Angelos, id est, clericos, quia hi magis prompti sunt ad libidinem propter otium.* Otium magnes quidam est cupidinis ad se fulmina attrahens. Aer non ventilatus, corruptioni est obnoxius. Corpus quod non exercetur, iis est excrementis refertum, unde calor febrilis persæpè accenditur. Sicut quando album

1. *Cor.* 11. *v.* 10.

Hugo Card. in 1. *ad Cor.* 11.

bum sive metæ centrum, in quod sagittarius arcam & sagittam suam dirigit, stabile persistit & fixum est, nec movetur, facilè quoque tangitur, ita dum in continuo motu existens locum suum mutat, ab ictu sagittæ securius est.

Otia si tollas periere Cupidinis,
inquit Ovidius.

Ovid. Simon Cassia. de gest. Christi l. 1. c. 49. D. Gregor.

Simon Cassianus otium, *expositum & immobile signum ad sagittantium Dæmonum experimenta* appellat, sanctus Gregorius de quadam muliere refert, quod quamdiu in operibus virtutum sese exercebat, ad tantæ perfectionis gradum pervenerit, ut Angelos suavissimè cantantes persæpè audierit; quæ eadem postquam otio se mancipavit, in tantæ miseriæ barathrum incidit, ut publica facta sit meretrix. Sicut exercitium continuum, illam in cælum eousque extulerat, ut musicam audire potuerit Paradisi, ita otium eandem ad eum statum redegit, ut flammis conflagrate cæperit inferni.

3. Si aliqua Poetarum figmentis adhibenda sit fides, nullus est Deorum qui lascivæ cupidinis imperio non fuerit subjugatus. Jupiter omnium Deorum pater & Deus ab hoc Dæmonio adeo miserè prostratus & devictus fuit, ut spurcissimis maximeque abominandis contaminatus luxuriis fuisse visus fuerit, quæ ab ullo unquam quantumvis scelerato ac perverso homine potuissent committi. Sola Minerva & Diana virgines à se consimilibus spurcitiebus immunes & liberæ permanserunt; nunquam enim hæ duæ Deæ, à Cupidinis fulmine læsæ fuêre. Num fortè hujus scire desideratis rationem? Isidorus Clarius Poetas id hoc modo excogitasse & confixisse dicit, ut per hoc clarè innuerent, solum otiose carnali immunditiæ contaminari posse: unde Dianæ utpote venationi deditæ, & Palladi sive Minervæ, quæ sapientiæ exercitiis totaliter dedita erat, Cupido prævalere nequaquam potuit. *Ob hanc causam fingunt Poetæ Palladem & Dianam Virgines, ad quas sollicitandas accedere Cupido non posset, quod altera sapientiæ, altera venationi præsit.* Aqua stagnans & quiescens, non verò currens facilè putrescit. Avis non dum volat, sed quando quiescit, à globo facilè tangitur.

Isid. Clar. orat. 166.

4. Salomon refert, quod dum animi causa per Hierosolymæ campos & agros aliquando oberraret, acciderit quod etiam per agrum quendam spinis, tribulis, sentibus & loliis plenum pertransiret, quærenti autem, cujusnam ager ille esset, responsum fuerit agrum illum possessionem quandam esse hominis inertis & pigri: *Per agrum hominis pigri pertransivi, & ecce totum repleverunt urticæ, & operuerunt superficiem ejus spinæ.* Ager ille non sicut alii arboribus refertus, aut frumento, hordeo, vel lino, sed spinis consitus erat: *Operuerunt superficiem ejus spinæ.* Quidnam obsecro sapiens per agrum istum & per natas in illo spinas significare volebat? nihil aliud quam conscientiam hominis pigri, & latrocinia aliaque scelera quæ quotidie machinatur & committere non erubescit. Petrus Berchorius per spinas latrocinia intelligit. Spinæ enim & carnem pungunt & attrahunt vestes, quæ sunt propriæ latronum actiones, qui quoslibet sibi obvios vulnerant & spoliant. Unde existimo ipsummet quoque Salomonem hunc agrum pertranseundo vulneratum pariter & spoliatum remansisse; neque enim aliter fieri potest quin duo hæc mala perpetiatur, qui spinas pertransit: Sic quoque Samaritanus Evangelicus per hasce spinas digressus, spoliatus fuit & vulneribus sauciatus. Otiosi hominis conscientia præter latrocinia aliud nihil producit. Cum enim una ex parte noctu diuque complicatis in sinu manibus conquiescat, & non sicut alii laboribus vacet: ex altera vero parte non minus quam cæteri conformiter statui suo manducare & bibere debeat, imò etiam lusibus & scortationibus vacare persæpè lubeat, necessum est ut cum nihil habeat de proprio, deditus tamen fiat latrocinio. Unde quotiescunque video eum qui domi suæ de facultatibus propriis nihil possidet, tota nihilominus die

Prov. 24. v. 30.

Berchori v. spina.

otioſum in foro conſiſtere, honorificè veſtitum eſſe, quicquid gulæ ſuæ in foro lubet & libet liberè comparare, prodigalitates exercere, concubinam quoque inſuper domi fovere, bonas pecunias luſui exponere, de latrociniis à tali frequenter commiſſis ſubdita & violenta merapit ſuſpicio. Nondum elapſi ſunt dies adeo multi, quibus ad extirpandum latrones, qui per inauditas miſerias regnum iſtud pernitioſiſſimè diripiunt, ſalubriter ordinatum fuit, ut omnes otioſi haud ſecus ac latrones manciparentur carceribus, eo quod otium omnium ſit latrociniorum primævus & præcipuus fons & otigo.

5. Chriſtus Matth. 25. diſcipulis ſuis modum & ordinem exactè recenſuit, quo in fine mundi inſtituendum eſſet univerſale judicium; ideoque futurum prædixit ut omnibus hominibus tam præſcitis quam prædeſtinatis à morte reſuſcitatis, hi ad ſolii ſui dexteram, illi vero ad ſiniſtram collocarentur. Demum vero ſanctis cæleſtis regni dandam eſſe coronam, impios vero ad æternos inferni carceres condemnandos eſſe. Sanctus autem Antonius de Padua acutè obſervat, quod Chriſtus primo dicturus ſit ſanctus: *Venite benedicti Patris mei poſſidete paratum vobis regnum à conſtitutione mundi.* Præſcitis autem dicturus ſit poſtea: *Diſcedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt Diabolo & Angelis ejus.* Et quærit, an non futurum melius fuiſſet, ſi Chriſtus prius caſtigaſſet peccatores, ſanctos vero poſtea coronaſſet? primò enim occidi & proſterni ſolet inimicus, eoque facinore præmiſſo celebratur triumphus. Tandem vero reſpondet, Chriſtum multis ex cauſis inductum hunc eſſe ordinem obſervaturum, ut ſcilicet prius præmia donet beatis, tum vero ſupplicia præſcitis decernat; tum quia magis ad pietatis & ad juſtitiæ opera exercenda eſt propenſus, & prius remunerare ſolet quam caſtigare, ideoque prius præmia daturus eſt ſanctis, poſtea vero peccatoribus decernet ſupplicia. Tum etiam quia vult damnatos ſanctorum remunerationi adeſſe præſentes, ut vel ſic tanta ſanctorum præmia videntes, per invidiam ſuam tanto acerbius torqueantur: *ut malli juſtorum beatitudinem videant, & triſtentur.* Peccatores tunc torquebuntur invidia eaque ab otio prognata. Cum enim ſancti, utpote qui totius vitæ ſuæ tempore laboribus operumque exercitio dediti fuere cæleſti tunc gaviſuri ſunt præmio, ipſi vero ob dies ſuos in otio inutiliter tranſactos, tanti boni paſſuri ſint jacturam, unde & illi oves lana nimirum, lacte fœtibus fœcundæ, hi verò nullum prorſus fructum producentes hirci appellabuntur, magnus utique inde invidiæ naſciturus erat ſtimulus. Tunc hyems illa adveniet, in qua ſicut formica ob labores ſuos in æſtate conſtanter perpeſſos, & victum ſumma cum induſtria ſibi congregatum delitiabitur, ita dolebit & fame morietur cicada, utpote quæ cantando tam pretioſi temporis feciſ jacturam.

Matth. 25 v. 34.

D. Anton. Paduan. ſerm. ſer. 2 Dom. 1. Quadr.

6. Verum enimvero quo fine otii malitiam multis exaggerare contendo, cum dicere ſufficiat otium matrem & radicem eſſe omnium vitiorum, quæ ab ullo unquam homine committi poterunt? otium enim eſt omnium peccatorum fomentum, fons omnium errorum, denique lectus in quo cunctæ humanæ imperfectiones requieſcunt. Quodſi Philone Hebræo teſte omne bonum ex labore dimanat & naſcitur: *Omnia namque bona à labore, tanquam à radice pullulant*, ſequitur utique ab otio naſciturum eſſe omne malum. Veſtis ſine uſu obſoleſcens corroditur à tinea; navis in portu quieta rimas agit & fit ruinoſa: ferrum ſeu enſis in vagina reconditur ab ærugine exeditur: aquæ ſtagnantes venenoſa perdunt animalia. Præcipui in civitatibus oriundi otii effectus, ſunt homicidia, latrocinia, conjurationes, tradimenta, adulationes, lenocinia, ac denique omnes quotumvis ſcelerum ſpecies.

Philo Hebr. de ſacr. Abel.

17. Poſtquam Deus primum hominem in campo Damaſceno creaſſet, eundem Moyſe atteſtante in terreſtrem Paradiſum translatum, amœniſſimi loci illius voluit eſſe operarium & hortularium, *Tulit Domi-*

Gen. 2. v. 15.

Dominus Deus hominem, & posuit eum in Paradiso voluptatis, ut operaretur & custodiret illum. Quisquis hæc verba attendetit, cum admiratione utique dicere debebit. Quonam fine Paradisus opera Adami indiguit, quod Deus illam eidem cultivando adhibere voluerit? num igitur terra viridarii illius cultivatione & agricultura opus habebat ad fructificandum? nunquid arbores & plantæ suos producebant flores & fructus sine ullo ligonis adhibito labore? nunquid sine aquæ ductibus arte fabricatis aquæ scaturiebant & emanabant? nulla prorsus erat laboris hominis alicujus in illo horto necessitas, utpote qui à Deo invisibiliter gubernabatur. Hæc omnia equidem vera esse non inficior, Deus tamen Adami quoque operam horto illi excolendo adhibere voluit, non ob horti necessitatem, sed propter bonum quod Adamo inde proveniebat. Sciebat enim quod quodsi Adamus in otio torpesceret, nec aliquo labore exerceretur, non solum personam suam propriam, verum etiam una secum universum mundum esset perditurus, & in extremum acturus exitium, prouti postea demum eidem in imposito sibi labore se minimè exercenti, sed otioso reapse evenit. En tibi verba Sanct. Joannis Chrysostomi: *Otium radix fuit, & initium omnium malorum: quod prævidens Deus præcepit Adam, ut operaretur & custodiret Paradisum, ut Adam operaretur & otium fugeret.* Quia Adam eo tempore, quo muneri à creatori sibi imposito esse debebat intentus, iners & otiosus sedebat, tempusque cum muliere vana loquendo & fabulando inutiliter fallebat, ideò in mundum hunc omnia illa introducta sunt mala, quæ hodiedum ab omnibus universim amarè deplorantur. Ex unico otii fonte omne tam culpæ quam pœnæ malum primordialiter nascitur.

D. Chrys. hom. 14. in Gen.

8. Alphonsus Tostatus verba illa Moysis, quibus Sodomæ regionem describens, eam adeo amœnam, fœcundam & fructiferam fuisse dicit, ut verus quidam visus fuerit esse Paradisus: *Elevatis Loth oculis vidit omnem circa regionem Iordanis, quæ universa irrigebatur, antequam subverteret Dominus Sodomam & Gomorrham, sicut Paradisus Domini.* Hæc inquam verba attendens quærit: cur Moyses Sodomitarum Provinciam hac ratione describat. Et respondet id factum esse, ut causam insinuaret ob quam tot fuissent horrendis sceleribus coinquinati. Quia enim regionem incolebant fertilem & fœcundam, quæ facili labore producebat, quicquid eorum postulabatur necessitates atque delitias, ipsique promde inertes & otiosi torpebant, ideò tot fuere scelerum authores, quæ Deus diutius tolerare nequaquam sustinens, ipsos simul cum tota regione igne cælitus demisso conflagravit & in favillam ac cinerem redegit: *Tanta erant copia naturales illius terræ, atque delitiæ, quod pauco cum labore omni voluptate perfrui poterat: & ita otiantes & delitiis vacantes, ad illicita & nefanda defluxerunt.* Quia igitur Sodoma torpescebat otio, manducabat & bibebat, nec quicquam se in honesto aliquo genere laboris occupabat aut exercebat, ideò tot tantorumque vitiorum facta est sentina, quorum Deus fœtorem ad cælos usque exhalaturum diutius sustinere non valens, omnes cælesti igne extinxit, & in cinerem redegit.

Gen. 13. v. 10.

Abul. q. 77. in cap. 13. Gen.

9. Vix Christus die quadam è navi in Gerasenorum regionem exscenderat, non tam ut locum illum videret & cognosceret, quam ut viderentur & cognosceretur, num infelicissimi illi homines tantum bonum videre & cognoscere digni essent, cum ecce obviam illi venit homo quidam nudus, qui vivus sepulchra incolebat, & ab integra quadam Dæmonum legione, id est sex millibus sexcentis, sexaginta sex Dæmonibus miserè divexabatur: *Cum egressus esset in terram, occurrit ei vir quidam, qui habebat Dæmonium temporibus multis, & vestimento non induebatur, neque in domo manebat, sed in monumentis; interrogavit autem illum Iesus, dicens: Quid tibi nomen est? at ille dixit: Legio: quia intraverant Dæmonia multa in eum.* Circa quem locum duo observanda sunt valdè obstu-

Luc. 8. v. 27. 30.

pescenda, videlicet quod homo aliquis vivus in sepulchro domicilium suum fixerit, ac demum quod cum unus duntaxat homo sit, is tamen à tanta fuerit Dæmonum multitudine possessus. Cur enim vivus sepultus fuit? item quomodo tam ingens Dæmonum turba unicum duntaxat hominem fuit subingressa? etenim quantum assequi possum, intelligere mihi videor hunc hominem fuisse quendam famosè otiosum, pigrum & inertem; quamdiu enim otiosus aliquis vitam degit, veluti sepultus vivit, otium namque nihil est aliud quam quoddam vivi hominis sepulchrum. *Quid otium est*, inquit Augustinus, *nisi vivi hominis sepultura?* adhæc quia homo aliquis otiosus omnium infernalium Dæmonum insidiis expositus vivit, ideò idemmet homo ab integra quadam Dæmonum legione, id est, à sex millibus sexcentis & sexaginta sex Dæmonibus dicitur possessus. Neque enim aliquis est in inferno Dæmon qui hominem aliquem otiosum & inertem non offendat aut infester. Nullus est inimicus qui illam domum non ingrediatur, cujus custodia dormit.

D. Aug. serm. 17. ad Frat.

10. Huc enim spectat quod cum Christus ex sua benignitate ingentem hanc Dæmonum turbam ab hoc infelicissimo homine expellere decrevisset, Dæmones illum rogarint, ut iis ab hoc homine expulsis facultatem daret quendam porcorum gregem ingrediendi, qui tunc circa illum locum pascebatur; *Rogabant eum permitteret eis in porcos ingredi*, prouti mox post datam illis ad hoc facultatem, reipsa ingressi fuerunt. Attendendum enim est circa hunc locum, quod cum Dæmones eo tempore in eodem loco æquali facultate equos, asinos, oves aliaque animalia similia invenire potuerint animalia ingredi, sicut sibi indulgeri petebant aditum in porcos. Et quidem quantum capere possum, non in alia animalia quam in porcos ingredi postularunt, quoniam tot Dæmones in nullo alio animalium genere locum habere potuissent, præterquam in porcis. Porcus enim quoddam est otiosi hominis symbolum: *Ad solam quietem & ciborum delitias destinati sunt porci*, inquit Simon Majolus. Cum enim omnia alia animalia laborent, solus porcus quiescit. Equus hominis & rerum suarum est baculus, ad campum quoque se recipit, seque certaminibus commiscet. Mulus quoque & asinus vitam potius quam onus impositum deserunt. Bos nunc arattrum trahendo, nunc currum, ideoque in hyeme pariter & in æstate, ne vel ad unam horam quiescit. Canis si foris est vel in venatione discurrit & fatigatur, vel gregem custodire cogitur: si verò domi coercetur, domus custos est vigilantissimus. Cattus insidiatur muribus, gallus vivum est familiæ horologium; Luscinia denique Domino suo recreando modulatur nocte dieque: solus porcus tota die & nocte aliud nihil facit, quam quod gulæ suæ serviat & quiescat, atque ideo animal istud symbolum est proprissimum hominis otiosi & vivæ inertis & pigri imago. Mirum itaque non est, quod Dæmones non in alia animalia quam in porcos ingredi petierint, siquidem in nullo alio præterquam in otiosis locum habere possit. Cum enim quivis alius peccator unius tantum sit Dæmonis capax, ob unius duntaxat peccati commissionem, apud pigrum econtra tot commorantur Dæmonum millia, siquidem nullum sit peccatum quod non possit committere, & sæpenumero actualiter non committat.

Luc. 8. v. 32.

Majol. de dignit. hō. apud me fol. 38.

11. Quoniam David Rex eo tempore quo alii Reges ad bella procedere & cum exercitibus suis in castra commorari solebant, scriptura sacra teste, in palatio otiosus degebat, hinc per otium & inertiam istam in turpem incidit adulterii cum Bersabea commissi labem, id quod insinuare voluit Psalmo trigesimo nono, cum inquit, *Circumdederunt me mala; quorum non est numerus*, quasi diceret, quia turpi otio operam dedi & torpui, ideò innumerabilium malorum fructus sum scopus & signum. Et quidem in hoc optimè dixit: nunquid enim aliquando otii vidistis depictam imaginem? si illam vidistis, facilè quam id Propheta merito dixerit, intelligetis. Otium enim personatè delineaturi, hominem aliquem pingere solent crassum & corpu-

2. Reg.

Psal. 39. v. 13.

corpulentum, qui in porcum quendam reclinatus in terra ſedet, deſuper habens ſcutum fulminibus & nimbis ex diverſis partibus in ipſum evibratis & directis contectum. Craſſus inprimis pingitur, ob modicas vel potius nullas quibus diſtenditur curas, quibus in ſanguinis ſui per membra dilatione non impeditur, nec moleſtatur. In terra ſedet, quia in gradibus illis ad quos per labores comparatæ virtutes homines evehere ſolent, ſublimari ſe nunquam conſpiciet. Adhæc reclinatur in porco, quia in aliorum hominum conſortio, ob ineptitudinem ſuam atque inertiam, ob jam dictam rationem porcus æſtimatur. Scutum fulgure & fulmine ex omni parte in ipſum directo deſuper quaſi contectum, clarè demonſtrat, hominem otioſum ab omnibus tam ſpiritualibus quam corporalibus miſeriis & calamitatibus infeſtari; nullum enim inveniri malum valet, cui iners non ſubjiciatur. Id quod adeo verum eſt, inquit Vincentius, ut *Apud Ægyptios ab antiquis patribus ſit laudata ſententia. Operantem Monachum ab uno Dæmone pulſari; otioſum innumeris Dæmonibus.*

Vincent. ſpec mor. lib. 3. diſt. 1 p. 6.

12. Difficile eſſe videtur, rationem aſſignare, cur Deus Hebræis ut ſex ſeptimanæ diebus operarentur, & uno tantum ut quieſcerent, præceperit: *Sex diebus facietis opus: dies ſeptimus, quia Sabbathi requies eſt, vocabitur ſanctus, omne opus non facietis in eo*, inquit ſcriptura in Levitico. Sicut enim labor nimius, ita quies nimium ſtricta & modica eſſe videtur, unde Hebræi coram Deo lamentari potuiſſent, veluti hoc præcepto Divino nimium aggravati, ſiquidem ordinate potius debuiſſet, ut totidem diebus quieſcerent, quot labori faciendo impendiſſent. Cum enim Deus ſua providentia poſt quemlibet diem deſtinaverit mox ſubſequentem noctem; ut hac ratione quies æquaretur labori, & econtra cur etiam in ſeptimana non conceſſit totidem dies vacantiæ, quot eſſe debebant laboris? noſtiſne cur Deus in indulgenda quiete adeo fuerit parcus & avarus, largus autem in aſſignandis laboribus? nimirum id fecit, ſciens quam pernitioſum ſit otium, & quot ſit malorum cauſa: *Noluit Dominus*, inquit Oleaſter, *pigrum ſervum otio torpere, ſed eum operari præcepit ſex diebus, uno vero ab opere ſuo quieſcere; quoniam magna mala otioſitas docuit.* Quodſi enim Dominus diebus, quibus ſolis ab omni opere vacamus, ob modicum illud quod illo die nobis indulgetur otium, in tot peccata prolabimur, in quot peccata involveremur, ſi tota ſeptimana à nobis tranſigeretur in otio? In quot, quantas & quales miſerias alii non incidunt, quibus omnis dies feſtivus eſt.

Levit. 23. v. 3.

13. Deus olim populum ſuum à Pharaonis tyrannide & crudeli miniſtrorum ſuorum duritie ſumma cum potentia liberarat, jam enim Ægyptum egreſſus, atque à tot ærumnis duriſque laboribus liberatus erat, quando ſecuram jam ſperans quietem (poſt nubila namque tempora ſequi ſemper ſolent ſerena) non ſolum ne vel unum quidem quietis diem habere potuit, verum inſuper quadraginta annos continuos, quibus in continua peregrinatione perſeveravit, perpetuo laborare, & nunc cum fame, alias cum ſiti, cum ſerpentibus, & inimicis, centeniſque malis aliis, nulla ſibi quietis hora indulta confligere & dimicare debuit. Cur obſecro Deus populo huic tantopere à ſe dilecto & æſtimato poſt tot devoratos labores, ne unam quidem otii vel quietis horam indulgere voluit? Theodoretus ideo id accidiſſe inquit, ne Dei totaliter obliviſcentes in eos quibus Ægyptii contaminati erant, errores inciderent: *Vide quo pacto ex divina ſua providentia non ſit paſſus eos ſeſe ad otium recipere; ne forte brevi venirent in oblivionem ejus qui ſervare poteſt, ac ſic in errores Ægyptiorum facile devolverentur. Labores enim nos plerumque revocant ad Deum.* Niſi enim Deus eo tempore Hebræos in perpetuis continuiſſet laboribus, eoſdemque tot tamque variis modis exercitaſſet, Dei utique prorſus obliti, in quælibet peccatorum genera ſe egiſſent præcipites. Nulla enim excogitari culpa poteſt, quam non temere committatis, qui Dei oblitus otioſam vitam ducit.

D. Theod. de Martha & ligne &c.

14. Pro ejuſdem argumenti confirma-

tione scalam à Jacobo Patriarcha visam, in memoriam, si placet, revocate, de qua Moyses recenset, quod dum Jacob Mesopotamiam versus iter faceret, nocte quadam in somno ingentem scalam de terra in cœlum usque protensam, in eaque ascendentes & descendentes Angelos viderit: *Vidit in somnis scalam stantem super terram, & cacumen illius tangens cælum; Angelos quoque Dei ascendentes & descendentes per eam.* Circa quam visionem bene observandum est, quod Angeli, per quos Christiani, ob professionis suæ sublimitatem, intelliguntur, vel ascenderint, vel descenderint, nullusque in scala ista substiterit quietus, aut immotus moratus fuerit. Cur obsecro in tam prolixo itinere, quale est quod de terra in cælum conficitur, nulli subsistebant, aut aliquantulam sibi ad respirandum quietem captabant? credibile est plures illorum Angelorum longo tempore in illo suo itinere moratos substitisse & quievisse, de quibus tamen hoc loco sermo esse non debet, cum illi simul etiam ad eos reducantur Angelos qui in scala illa descendebant. Si enim contingat hominem postquam pedem suum in semitam ad cælum dirigentem collocavit, otio vocare & torpescere, is utique gradatim & paulatim ad Infernum descendit: In via namque Dei non perficere est deficere, seu non ascendere est descendere. Ita locum istum sanctus Vincentius explicat: *Iacob vidit Angelos ascendentes & descendentes, & non vidit Angelos stantes; quia in bona vita nullus potest in eodem loco stare, sed oportet ascendere vel descendere. In via Dei non progredi, retrogredi est.* Quodsi homo, qui ut cœlo propinquior fieret tanto tempore laboravit, tandem ab otio superetur, & consueta exercitia deserat, mox gressus suos in contrarium figere incipit, & per diversa peccata veluti totidem gradus diversos, ad Infernum descendit. Otium homini tantam secum ruinam adfert, eundemque tot peccatis aggravat, ut eum stare deinceps non valentem sensim atque paulatim præcipitet. *Facere videtur malum, qui non studet ad bonum*, inquit Legum civilium Glossa.

Gen.28. v.12.

S.Vincent. serm.3.in Dom. Quinq.

De rit. nupt. l.18.

13. David propheta quondam de Deo loquens, serio nos commonere voluit, ne falsa isthac imbueremur opinione, quasi Deus dormiret, nec ulla eum nostri cura tangeret; sic enim graviter hallucinaremur, cum tantam Deus de nobis & salute nostra curam habeat, ut diu noctuque pro nobis vigilet, nec unquam quiescat; aut oculos suos à nobis avertat, sed semper nos respiciat, nosque ab iis qui lædere nos moliuntur inimicis strenuè defendat: *Non dormitabit, neque dormiet, qui custodit Israel.* Paucis vero post diebus, Dei subsidio, in certa quadam necessitate constitutus, summe indigens, Deum quidem humiliter suppliciterque convenit, suæque gratiæ auxilia instanter poposcit, cum ecce adeo illum profunde dormientem invenit, ut ob magnum se prementis necessitatis momentum, eum excitare coactus fuerit, dicendo: *Exurge quare obdormis Domine? exurge & ne repellas in finem.* Duo hæc scripturæ loca ad invicem comparata absque bona ponderatione nequaquam sunt levi pepede pertranseunda. Quodsi enim Deus non dormitat neque dormit, quomodo alibi dormire dicitur? num forte Deus noster alter quidam Saturnus erit, quatuor oculis præditus: *ut dormientem vigilare, vigilantem dormire significent?* Enimvero dormit & non dormit Deus, inquit S. Basilius, utrumque verum est; non dormit quando nos vigilamus; ipse etiam dormit dum nos dormimus, & otiosi ac negligentes sumus, nosque divina sua protectione indignos reddimus: *Dormitantibus nobis & pigrè agentibus, dormire dicitur Deus, indignos nos ejus erga nos custodia indicans.* Non dormit autem quando nos vigilamus, nostrasque manus ad virtutum opera extendimus. *Dormit tepidis*, inquit S. Ambrosius, *vigilat perfectis.* Unde sequitur hominem otiosum à Divina esse protectione exclusum, Deique custodia privatum, omnisque Divini auxilii expertem; atque ideo quis inimicus eum hoc modo torpidè viventem aggredietur, qui eum non sit devicturus? A quo Dæmone in servitutem non redigetur? à quonam erit peccato secutus? Dum Dæmones & peccata hominem à Deo derelictum esse animadvertunt, mox simul con-

Psal. 120. v.4.

Psal.43. v.23.

Alex.ab Alex.Dies Gen.lib.4. c.14.

D.Basil.in Psal.29.

D. Ambr. lib.4. c.5. in Lucam.

congregantur, ex conjunctis viribus Lethiferum ei ictum infligere animæque suæ civitatem invadere & & occupare satagunt, de obtinenda victoria prorsus securi; unde dicunt: *Deus dereliquit eum, persequimini & comprehendite eum, quia non est, qui eripiat.* Christianus enim otiosus, utpote à Deo totaliter derelictus, est veluti navis quædam cui deest nauclerus, quia à mille passionum undis commotus continuo fluctuat. Est sicut corpus sine anima sive velut cadaver aliquod, quia in innumerabilium vermium, variorum scelerum est potestate constitutus. Est veluti signum ad sagittam, in quod omnes Inferi sagittarii collimant, ut illud directis in ipsum insidiarum suarum fulminibus, centenis modis convellant & destruant.

Psal. 90. v. 11.

16. Verum enimvero priusquam discursui præsenti finem imponamus, monere vos vobisque demonstrare volo, in quonam otium consistat, ut à tanto vobis malo cavere valeatis, si fortè illud ex propria experientia discernere minimè possetis. Attendendum est igitur, quod S. Matthæus in præsenti Evangelio scribat Patremfamilias vidisse homines quosdam in foro otiosos, *Vidit stantes in foro otiosos*, id quod impossibile esse videret. Quodsi eum hosce homines extra forum otiosos vidisse diceret, scilicet vel domi, vel in lecto, vel in sede quapiam sedentes, transire etiamnum posset. Ex quo autem Patremfamilias illos in foro stantes otiosos vidisse dicit, magna nobis ad id intelligendum difficultas ingeritur, cum forum non sit otiosorum hominum receptaculum. Quomodo enim aliquis in illo loco otiosus stare poterit, ubi tot tamque diversis semper negotiis est intentus? *Negotium* vero idem omnino quod *negans otium* significat. Veruntamen quia in foro ad nihil aliud quam ad sæcularia negotia intenti sumus, nec quicquam ibi agitur quod vel ad Dei servitium, vel ad eorum qui ibi negotiantur animarum salutem resultet, ideo omnes illi, qui integris diebus absque respiratione talibus negotiis incumbunt, sunt & dicuntur otiosi. *Forus locus negotiosus sit-*

Matth. 20 v. 3.

mui & otiosus est, inquit Paulus de Palatio, *licet infinitis negotiis & quæstionibus immiscearis, otiosus es. Negotium sine Deo otium est.* Omnia quæ sine Deo fiunt aut expediuntur negotia, & quæ æternam animæ salutem non respiciunt, otia sunt, non negotia; Et qui talibus negotiis incumbunt, otiosi dici merentur. Is vero duntaxat otiosus dici minimè meretur, qui pro Dei servitio & honore, nec non pro animæ salute sese fatigat, cæteri omnes otiosi dici merentur; cur enim non dicatur otiosus, qui non facit ea quæ illi incumbunt, sed tempus suum inutiliter terunt. *Quisquis aliquid facit, quod ad Deum non tendat, is certè in otiosis occupatur*, inquit S. Bernardus, tametsi mundo contrarium verum esse videatur.

Paulus Palat. in cap. 10. Matth.

D. Bern. Epist. ad suos demen.

17. In Exodo describitur quod Pharao Rex Ægypti, postquam Moysis & Aaronis fratris sui legationem inaudisset, qua pro Hebræis facultas poscebatur egrediendi è Regno ad offerendum sacrificium aliquod Domino, mox omnibus Regni sui Principibus, suarumque Provinciarum officialibus simul in unum congregatis, serio præcoperit, ut deinceps Hebræos longe gravioribus premerent & onerarent laboribus, utpote qui ex eo quod otiosi degerent, in ejuscemodi cogitationes descendissent: *Præcepit in die illa præfectis operum, & exactoribus populi dicens: Nequaquam ultra dabitis paleas populo ad conficiendos lateres, sicut prius, & mensuram laterum, quam prius faciebant, imponetis super eos, nec minuetis quidquam. Vacant enim, & idcirco vociferantur dicentes: Eamus & sacrificemus Deo nostro.* Verum quaratione Rex ille Hebræos otiosos censere potuit, homines nimirum, qui non solum manualibus operibus indefesse intenti erant, verum etiam ad salvandæ temporis jactutam, in virtutum & orationis studio cuntinuo se exercebant. Deum suum semper & ubique orando & readorando? nimirum otiosos illos propterea esse censuit, eo quod res illæ à mundano Principe nihili fiant, sed otiosiorum hominum opera esse censeantur, tametsi revera ad id solum intenti essent, quod pro consequendo fine ad

Exodi 5. v. 7.

quem

Oleaſter in cap. 5. Exod.

quem à Deo creati fuerant, erat neceſſarium. Talia verba, inquit Oleaſter ex Pharaonis ore dimanaſſe, mireris; quia *otia videntur malis opera piorum, etiamſi maximè laborent in operibus Dei.* Porrò ratio cur antiqui Philoſophi, mundum ab æterno fuiſſe exiſtimarint, hæc eſt, quia nimirum Deum minimè otioſum, verum in exercitio mundi gubernandi continuo occupatum eſſe intellexerunt. Verum turpiter ſemetipſos fefellerunt, quia priuſquam Deus mundum creaſſet, in contemplatione ſui ipſius occupatus ſemper erat. Porrò mundus eos otioſos eſſe exiſtimat, qui negotiis exterioribus minimè vacant, neque in rebus ad corpus & præſentem vitam ſpectantibus non occupantur. Unde quia homines boni & religioſi non negotiantur, nec uxores ducunt, nec nutriunt filios, nec litigant aut pugnant, non ſeminant nec fodiunt, neque aliis ſimilibus operibus vel negotiis manum ſuã admovent, à mundanis in otio ſtertere & torpeſcere temerè nimis dicuntur. Verum ehem quam ſe turpiter decipiunt? vita eorum qui continuo contemplantur & Deo ſerviunt, aut qui pro ſalute animæ ſuæ proximorumque ſuorum laborant & fatigantur, nequaquam otioſa dici meretur. Potius mundani hominis vita otioſa dici meretur, cum inutiliter laborando fatigatur, oleumque & operam ſimul cum tempore perdit.

SERMO

SERMO III.

IN DOMINICAM SEPTVAGESIMÆ

THEMA.

Circa undecimam horam vero exiit, & invenit alios stantes. *Matth.* 20.

ARGVMENTVM.

Difficulter peccator ille emendabitur qui ad ipsam usque senectutem pœnitentiam differt.

I. NVllus est qui divinæ pietatis magnitudinem describere pro dignitate possit, quæ adeo ingens est & ampla, ut nemo inveniatur qui ejus non sit particeps. Deus enim omnes salvari desiderat; ex omni gente coronat, cum universalis sit omnium gentium Deus. Causa cur cælum ex qualibet mundi parte quatuor portas habeat nocte dieque patulas & reseratas, est, quia ex omnibus mundi partibus homines eò ingrediuntur. Et certe quodsi aliquis in mundo locus inveniri posset, cui divina pietas deesset, utique Propheta non dixisset: *Misericordia Domini plena est terra.* *Psal. 32. v. 5.* Vas aliquod plenum esse dici nequit, si adhuc aliqua ex parte vacuum sit. Cujuscunque professionis, status, sive conditionis homines salvat. In cælo locum habet tam David Pastor, quam Petrus piscator, Lucas Medicus, Nathanael Legista vel Jurisconsultus, Josephus faber lignarius, & Paulinus hortulanus. David in cœlo in spatiosis illis delitiosisque divinæ essentiæ pratis, potentiarum animæ suæ oves pascit. Petrus in profundissimo quodam mari, quod omni prorsus fundo caret, piscatur, ibidemque ineffabilia gaudia capit, quæ comparationem non habent. Lucas in animæ suæ tabula formam sive effigiem depingit creatoris qui eum formavit, & sic in Deum transformatur. Sedet Matthæus lætus non ad injustarum usurarum mensam, sed alteri mensæ accumbit talibus ferculis onustæ & conspicuæ, ut tametsi abunde satiatus sit, adhuc tamen amplius satiari desideret. Joseph opulentissimum tabernaculum possidet, eoque fruitur, qui dum hic in terris esset, non fabrica, sed fabricator esse videbatur. Paulinus earum arborum fructibus satiatur, quas dum viveret, in agro animæ suæ plantarat. Omnes cujuscunque tandem culpæ reos, si pœniteant, salvat. Bonus latro,

qui malus antea fuerat, ibi adeſt. Invenitur ibi Magdalena peccatrix quidem publica, ſed poſtea in præſtantiſſimum pœnitentiæ ſpeculum converſa. Locum ibi habet Paulus prius quidem ſuperbus, poſtea vero adeo parvus factus, ut ab ipſa quoque paritate nomen ſuum fuerit mutuatus. Deus nunquam futurus eſſet miſericors, niſi peccatores ſalvos faceret; deficiente enim miſeria deficit miſericordia. Cujuslibet ſexus individua ſalvat: verum quidem eſt quod mulier, utpote quæ culpæ viri cauſam dedit, pietatem Dei non fuerit promerita, attamen quia laborum & ærumnarum viri ſui conſors & ſocia fuit, divina pietas illam quoque eſſe voluit participem divinæ conſolationis. Denique ex omni ætate ſalvat: In cælis tam infantes, pueri, & juvenes, quam ſenes eſſe conſpiciuntur. In magno illo amænoque viridario tenera lilia, virides lauri, & quercus annoſæ ſimul inveniuntur & optimè inter ſe conveniunt. *Non eſt qui ſe abſcondat à calore ejus.* In præſenti Evangelio miſericors Deus non ſolum ſummo diluculo homines in cælum advocat, & paulò poſt ſplendente jam ſole, verum etiam in fine diei, cum ſol jam jam eſt occubiturus: *Circa undecimam vero exiit; & invenit alios ſtantes, & dicit illis: Ite & vos in vineam meam.* Advertendum tamen eſt quod tametſi Deus magnam exhibeat miſericordiam, dum pueros & juvenes ad vitam æternam admittit, longe tamen major ſit miſericordia quam demonſtrat dum ſenes decrepitos in cælum advocat, & æterna ſalute clementiſſimè donat, hæc namque in Deo pietas quamvis aliam longè ſuperexcedit, eo quod ob inveteratos qui in illis latent habitus, major in illis ſit difficultas ſalutis. Unde perſpicuè colligitur converſionem ejus qui peccaminoſæ vitæ pœnitentiam in decrepitam uſque ſenectutem ſuſpendit, longè difficillimam eſſe, prouti in præſenti diſcurſu latius videbitur.

Pſal. 18. v. 7.

Matth. 20 v. 6.

2. Chriſtus Matth. 10. Apoſtolos ſuos hunc in modum alloquebatur: *Nolite arbitrari, quia pacem venerim mittere in terram: non veni pacem mittere, ſed gladium. Veni enim ſeparare hominem adverſus patrem ſuum, & filiam adverſus matrem ſuam, & nurum adverſus ſocrum ſuam*: Ponderemus obſecro verba hæc aliquantulum, attendamus quod Dominus ſolum ſe in terram veniſſe dicat, ut ſeparet filium, filiam, & nurum, non vero dicat quod venerit ſeparare patrem, matrem, & ſocrum. Cur obſecro ſicut ſe veniſſe dicit, ut juvenes à ſenioribus ſeparet, ita quoque non dicit ſe ad hoc veniſſe ut ſenes à juvenibus divellat? num forte per hoc nobis innuere voluit, juvenes duntaxat in cælum advocandos eſſe, alios vero projiciendos eſſe in Infernum? nunquid quem ſecum ferebat culter vel gladius æque validus fuit ad ſeparandum patrem à filio, matrem à filia, & ſocrum à nuru, ſicut ſeparare poterat filium à Patre, filiam à matre, nurum à ſocro. Erat utique; & utrumque facere eadem & pari prorſus cum facilitate poterat. Tanta namque eſt gladii verbi divini acies, ut non ſolum carnem à carne, verum inſuper ſaxum à ſaxo ſeparare poſſit, hoc enim eodemmet gladio ſaxum illud ſeu petra quæ Hebræis potum in deſerto propinavit, præciſa & ſeparata fuit. Chriſtus autem, ut nobis innuerer, inquit Paulus de Palatio, quod juvenes à ſenibus majori cum facilitate dividi poſſint quam ſenes à junioribus, ut ſcilicet relicto mundo convertantur ad Deum, & virtuoſam profiteantur vitam, hunc hunc in modum locutus fuit: *Non veni ſeparare patrem, matrem, ſocrum. Ego arbitror facilius recipere Evangelium juniores, quam ætate provectos. Juvenes enim minus commaculati ſunt, minuſque ſæculo aſſueverunt: ſenes vero duri effecti, & velut callo obducti, minus aperiunt cordis ſui valvas, ut Deus in eos egrediatur.* Cum virga aliqua viridis omniſque roboris expers à puero aliquo inflecti poſſit, annoſa quercus contra aut trabs aliqua gravis, ne quidem à brachio quantumvis robuſto inclinari valebit, potius timeri debet ne rumpatur & frangatur, quam ut inflectatur ſperari poſſit. Vas aliquod turpi forma imbutum quamdiu recens eſt & molle, reformari facillimè poterit, ubi vero poſtea induruerit, nulla jam amplius forma alia eidem imprimi poterit. Ita quoque ſi licet juvenis aliquis in vitiis nondum habituatus à via mala ad cæli ſemitam reduci poſſit, ſenex tamen inveteratus non niſi maxima cum difficultate vitia deſerere & ad meliorem frugem reduci poterit.

Paulus de Palat. in cap. 10. Matth.

Matth. 10 v. 34.

3. Por-

3. Porrò sicut viator esse non potest, qui pedibus caret; nec oratoris munere fungi potest qui linguam non habet; & qui destitutus est manibus, miles esse nequit: Ita sagittarius nunquam erit, qui cæcitate laborat. Etenim si id verum est, cur obsecro Lamech cæcus arrepto arcu venatum abivit? cur cæcum se esse advertens arcum, quo acutiori visu præditus uti solebat, non dimisit? Arcus eodem modo est' in manu cæci, quo libet in manu alicujus lectionis ignari esse conspicitur. Doctores Hebræi Lamech in juventute sua venationi valde addictum fuisse dicunt, quam deinceps jam senex factus, tametsi cæcus esset, ægrè dimittere potuit. *Dicunt Hebræi*, inquit Guilielmus Pipinus, *quod cum esset sagittarius adhuc in senectute sua, non obstante oculorum caligine delectabatur in arte sagittaria.* Habitus inveteratus tanta in homine aliquo energia pollet, estque diuturna aliqua consuetudo adeo constans, ut tametsi ex alio aliquo accidente homo aliquis ad illam deserendam necessitetur, illam tamen nunquam deserere possit. Inveterata consuetudo, Gemmæ quæ Sardius dicitur, multum est similis, quæ ubi ligno alicui conjuncta fuerit, adeo illi fortiter adhæresci, ut nullus adeo validus & acutus reperiri ensis possit, qui illam à ligno divellere, dividere, aut separare possit. Sic quoque senex aliquis magnam in se difficultatem sentit, si ut vitium deserat, & virtuosus evadat commoneatur, qui annis superioribus totam vitam suam in vitiis trivit, iisdemque summa cum satisfactione assuevit. Unde dici solet; lupus veteranus pilos, non mores aut vitia mutabit?

Guiliel. Pip. Gen. cap. 4. alau. 26.

4. Sanctus Apostolus Titum discipulum suum instruens, eundemque modum docens quo in suis deinceps sermonibus hominibus mundanis exercitium Christianarum virtutum efficaciter esset persuasurus, inter cætera eidem dixit ut curaret, senes ut caste honesteque deinceps viverent: *Tu autem loquere quæ decent sanæ doctrinam: senes ut sobrii sint, pudici & casti.* Equidem tametsi per os illius per quem loquebatur Spiritus sanctus, nullum emanare verbum potuerit, quod necessarium mysteriisque refertum non esset, attamen in hisce verbis sanè locutus esse minimè videtur. Ergone enim senes commonendi sunt, ut non sint luxuriis & impudicitiis dediti? certè si Titum senes monere jussisset, ut avari, aut nimium loquaces non essent, cum ut plurimum plurima imprudenter & inutiliter garrire & effutire soleant, aptissimè locutus fuisset; at vero illi præcipiendo ut senes moneat ne sint luxurioſi, idem facere videtur, ac si cæcum moneret, ne videat, aut claudo ne rectè ambulet, aut si mortuum ne loquatur urgeret. Cum enim senes naturaliter sint frigidi, quomodo ex illo igne qui in solis ardet juvenibus, incalescere possunt; veruntamen tametsi Apostolus in hac doctrina nonnemini non satis sensatè locutus fuisse videri possit, vere tamen tanta cum sapientia & judicio in præsenti Apostolica monitione locutus fuit, ut nihil quod argui in ea possit, inveniatur. Cum enim satis probè norit virum aliquem qui per totam juventutem suam in luxuriæ fœcibus insorduit, etiam senem & ex naturali frigiditate impotentem ab iisdem sordibus non posse declinare, ideo hanc admonitionem necessariam esse duxit, eademque discipulo suo ut in omnibus exhortationibus repeteret, præcepit. Huc servit quod Nicolaus de Lyra eadem Apostoli verba considerans dicit, scilicet, quod licet luxuria in Christiano aliquo juvene turpis sit, in sene tamen qui per ætatis gravitatem in glaciem veluti degeneravit, sit omnino turpissima: *luxuria multum detestabilis est in antiquis, eò quod in eis frigescit color naturalis.* Senex luxurioſus est veluti Ætna quædam, cujus ignes quibus æstivo tempore exarsit, etiam per deciduas hyberno tempore nives extingui nequaquam possunt. Unde hic morbus in tali homine sene, esse videtur incurabilis, siquidem ipsi vera medendi methodus adhiberi minimè possit. Cum enim Medici dicant: *contraria contrariis curantur*, quodnam ad cælorum compescendum remedium adhibebitur, si frigus superveniens eidem mederi nequeat.

Tit. 1. v. 2.

Nicol. Lyr. in cap. 2. ad Tit.

5. David Rex die quodam, Justitiæ, quacum regna sua administrabat, rationem reddens, deque sceleratis civitates pervertentibus, hominumque pacem confundentibus loquens, dicebat: *In matutino interficie-*

Psal. 100. v. 8.

ficiebam omnes peccatores terræ, ut disperderem de civitate Domini omnes operantes iniquitatem, quasi diceret, quoadusque justitiæ fasces sum moderatus, nunquam visus fui piger aut tardus, summo namque diluculo è lectulo consurgens, eos quos reos & peccatores esse noveram, tollebam è medio. Qua in re sanctus hic Rex bonum se Rectorem fuisse minimè probavit. Neque enim Judex in decernenda hominis morte adeo debet esse præceps aut sollicitus, secus enim sæpenumero fiet, ut reum se è medio tollere existimans, eum qui verè innocens est, impiè & injustè occidat. Nero in primo Imperii sui quinquennio in decernenda mortis sententia adeo tardus fuit; ut quando illam diutius suspendere non poterat, se quod artem scribendi nosset, summe sibi displicere diceret. Sanctus quoque Ambrosius quia Theodosium Imperatorem in similibus sententiis decernendis valde præcipitem & inconsideratum esse sciebat; eidem efficaciter persuasit ut hunc ministris suis ordinem præscriberet, ut nimirum similium sententiarum executionem per tres dies integros suspenderent. Unde Cassiodorus dicere non dubitavit: *Cunctator esse debet, qui judicat de salute. Alia sententia potest corrigi, de vita tranſactum non potest immutari.* Quodsi Judex aliquis alicujus prædii possessionem injustam pro alterutra partium decernat, sententia illa corrigi facilè & emendari poterit. At vero homine aliquo per iniquam sententiam occiso, nunquam deinceps præceps judicium emendari, nec semel mortuus ad vitam revocari poterit. Et qua igitur ratione Rex adeo sapiens, prudens & circumspectus, qualis David erat, in occidendis hominibus adeo esse potuit festinus & inconsideratus? verum enimvero notandum hic est, Davidem cum hæc scriberet, non de impii sui status aut regni, sed de personæ suæ peccatis fuisse locutum, nec judicasse eos qui de gente sua mali erant, sed quæ in mente sua deprehendebat peccata, quibus proinde tanta cum festinatione & sollicitudine decernebat mortem. In hoc enim judicio homo non minus festinus esse debet, quam sit in alio judicio tardus. Per operatores iniquitatis Hugo Cardinalis primos hominis motus & inclinationes intelligit, per quos iniquitates & peccata operatur. Hi præpropere & in matutino juventutis de civitate animæ extirpari debent, quando necdum sunt tanta cum vi in anima radicati. Quodsi enim ad ipsam usque senectutem illos eradicare distuleris, eosdemque crescere, corrobari, & indurari permiseris, tandem non nisi magna cum difficultate ab anima evelli & extirpari poterunt, si tamen verè possint. Audite Eminentissimi Cardinalis hujus ipsissima verba: *Per matutinum intelligitur adolescentia, in qua interficiendi sunt omnes mali motus, & mali mores. Multi enim expectant & nutriunt eos usque ad vesperam & ad finem vitæ, & tunc nituntur interficere cum jam non possunt, eo quod firmiter radicati sunt, ut firma quercus.* Qui ad senectutem usque vitiosorum morum suorum emendationem temerè differunt, haud secus ac infirmus quidam se habent; qui cum in principio morbi summa cum facilitate morbo suo adhibere remedium possit, illud tamen differunt, donec in eam usque vim morbus ille excreverit, ut eum nec medici, nec quævis adhibitæ medicinæ repellere possint, sed incurabilis omnium arbitrio esse judicetur;

Cassiod. lib. 1. var. ep. 11.

Principiis obsta; sero medicina paratur
Cum mala per longas invaluere moras. *Ovidius.*

6. Portò alium insuper ejusdem Prophetæ observemus locum, in quo veritas isthæc luculentissimè declarari videtur. Psalmo namque centesimo quadragesimo octavo David juvenes & decrepitos senes ad Deum creatorem suum collaudandum invitat, & dicit: *Juvenes & virgines, senes cum junioribus laudent nomen Domini.* Quo in loco, prouti videtis, juvenes bis, senes vero semel tantum invitantur. Cur obsecro dum utramque hanc hominis ætatem invitat, non totidem vicibus unam, quot alteram advocat? cur juvenes bina vice invitans, senes quoque non totidem vicibus invitat? num forsasse aliquem in seniorum lingua deprehendit defectum, ut proinde illos ad collaudandum Deum convenire parum curarit? non equidem idipsum existimo, tametsi enim senes ex omni corporis par-

Psal. 148. v. 12.

te

te senio illos nimium afficiente, deficiant, dum scilicet in auribus auditum amittunt, oculis non æquè perspicaciter, ac solebant, aciem figunt, pedibus quoque gressus non æque firmos faciunt, manus denique tremulas ac caput vertigine fluctuabundum ac debile habere incipiunt: linguam tamen ad loquendum communiter expeditiorem habent, quam unquam habuerint. Ex eo namque quod senes præ omnibus aliis magis sint garruli, oritur, quod Poetæ Tithonem decrepita in senecta constitutum in cicadam transformatum esse finxerint. Ac proinde David hoc loco, quantum conjicere possum, eos senes alloquitur, qui in imperfectionibus suis jam indurtuerunt ac inveteraruntj quos proinde utpote tot jam annis male vivendi consuetudine obnoxios, quia ad Dei servitium difficillimè induci posse intelligit, unica duntaxat vice invitat, sciens quodsi invitatorium replicasset semus, jacturam pariter verborum fecisset & temporis. Unde illam Ecclesiastici doctrinam observare videtur, qui dicit: *Vbi non est auditus, non effundas sermonem. Non dicit, non fundas, sed non effundas*, inquit: quasi dicere voluisset, si cum eo homine locutus fueris, cujus emendationem minimè sperare possis, pauca & modica verba obligationi tuæ adimplendæ adeo sufficient, perdita atque in cassum prolata esse videantur, quæ illi replicaveris verba, qui minimè te sustinet audire. Quodsi enim senex ille dum adhuc in florida juventute constitutus, acutoque auditu præditus esset, Deum se ad felicem gratiæ suæ statum interpellantem & invitantem, nunquam audire voluit, nescio profecto qua ratione illum in ætate illa surda & decrepita audire facilè possit. *Ecclesiast. 23. v. 6.*

7 Matthæi 24. Christus certos quosdam peccatores hunc ferè in modum alloquebatur: Quoniam vos sub dominio quod Dæmon per culpas vestras in vos obtinuit, mœstos & afflictos gerere video, non solum quia à tanta ejus tyrannide longe supra vires vestras vos aggravatos esse conspicitis, verum etiam quia duræ servituris vestræ mercedem ac remunerationem æternam mortem futuram esse nostis, ideoque qua ratione è tam crudelis inimici manibus evadere, & ad me Deum ac Dominum vestrum reverti vobis liceat, maturè deliberatis, ideò operæ pretium me facturum esse existimo, sollicite vos commonendo, ut fugam hanc hyberno tempore exordiri caveatis, Deumque ne fuga vestra in rigidum illud tempus incidat, ferventer & humiliter exoretis: *Orate autem, ut ne fuga vestra fiat in hyeme* Quidnam obsecro peccatoris interest sive à Dæmonis manibus hyberno vel æstivo tempore elabatur? Quosi facta semel de capienda fuga resolutione, etiam in hyeme fugiendo saluti suæ consulerit, quodnam vel quale damnum ipsi à tempore fugæ metuendum erit? verum equidem est, quod dummodo fuga sibi consulere possit, parum interfit, quonam tempore saluti suæ fugiendo prospiciat: attamen eo ipso quo ætatem, tempus nimirum fugæ capiendæ aptissimum, neglexit, summam in ea, quam meditatur, fuga, difficultatem repetiet, seque manifesto sub Dæmonis manibus semper hæresendi periculo exponet. Per ætatem Gulielmus Durandus docet, juventus, per hyemem vero senectus intelligitur; unde dum Christus nobis suadet, ut caveamus, ne è Dæmonis potestate nos hyberno tempore propipere meditemur, sub hoc verborum involucro nobis consulit, ut peccatorum fugam, veramque cordis nostri ad Deum conversionem non ad ipsam usque senectutem differamus; eo quod sicut homo in juventute ad peccati fugam animæque nostræ ad Deum conversionem facilè attendere potest, ita maxima in senectute inveniet impedimenta, quibus à vera pœnitentia divertatur, inter quæ potissimum locum longa & inveterata peccandi consuetudo obtinet, quæ ad hominem in molli communis & sæcularis vitæ lecto continendum extrema pertentat. *Matth. 24 v. 20.* *Guiliel. m. Durand. Rat. Div. lib. 6. c. 8.*

8. Num fortasse omnes homines cum Davide hæc verba Deo dicere existimatis: *Fortitudinem meam ad te custodiam?* Faxit Deus ut à quolibet nostrum cum veritate pronuntiari valeant. Omnes equidem dum Psalterium legunt vel recitant, idipsum ore dicere poterunt, corde verò minimè. Sunt enim qui verè id dicunt, nec desunt qui falsò id asserant, ii nimirum qui vetius verba hæc dicere possent: *Imbecillitatem meam ad te cu-* *Psal. 38. v. 10.* *Hugo Car. in Psj. 38.*

ſtodiam, uti Hugo Card. inquit. Nonnulli enim Deo dicunt: fortitudinem meam tuis obſequiis conſecro & reſervo: alii verò, infirmitatem & ſenii debilitatem meam tuo ſervitio cuſtodiam, ajunt. Hi qui floridæ & validæ juventutis ſuæ vires & robur Dei ſervitio adhibentes Chriſtianarum virtutum lucro continuo dediti ſunt, verè fortitudinem ſuam mille vitiis commaculant, ſeque in ſenectute ſua, quando ſcilicet ætatis gravi pondere preſſi debiles erunt atque infirmi, per ſeriam tunc inſtituendam vitæ ſuæ emendationem virtuoſos futuros eſſe ſperant. Dæmoni ſuam fortitudinem, Deo verò infirmitatem ſuam reſervant atque cuſtodiunt. *Tales non poſſunt dicere*, inquit hic Doctor, *fortitudinem meam ad te cuſtodiam; ſed imbecillitatem meam ad te cuſtodiam, & fortitudinem ad Diabolum.* De quorum proinde futura ſalute S. Vincentius Ferrerius vehementer dubitat, utpote quam judicat eo tempore difficillimam ſi non impoſſibilem; unde & mente captos ſeu ſtultos eſſe exiſtimat, qui vitæ emendationem in decrepito ſenio ſperant. Tales namque ſimiles exiſtunt illi:

D. Vincen. ſerm. 1. in Dom. 10. poſt Trin. *Qui habebat duo animalia; unum bonum & forte; aliud debile & exhauſtum; & volebat quod debile portaret magna onera, & forte incederet ſine onere.* Quodſi enim corpus tuum pro eo tempore quo forte, validum, & robuſtum eſt pœnitentiæ ſarcina onerare nolueris, profectò tempore ſenectutis, quando nimirum ob ſui debilitatem & impotentiam tali ſarcinæ ferendæ impar erit, eandem portare prouti vanè tibi polliceris, minimè valebit; aut certè manifeſtè ſtultus es, ſi id tibi perſuades. *Qui non eſt hodie, cras minus aptus erit.*

9. Quiſnam cauſam mihi explicabit, ob quam ille hominum infeliciſſimus Cain divinæ majeſtati adeo diſplicuit, ut oculos ſuos in ſacrificium ab ipſo oblatum, dirigere nequaquam voluerit, ut proinde ab eo die & deinceps in Dei gratiam reſtitui minimè valens impœnitens mortuus fuerit & deſperatus? nulla alia de cauſa id factum fuit, præterquam quod is ſibi ſuæque familiæ meliores, quos ex agris ſuis eo anno collegerat, fructus reſervans, Deo obtulit deteriores & inutiles. *Nicol. Lyr. in Gen. c. 4* Nam ut Nicolaus Lyranus inquit, fructus quos Cain in illo ſacrificio Deo obtulit, fuerunt *de pejoribus & corroſis.* Quidnam autem homo ille facit, qui pro voluptatum & delitiarum uſura & fruitione juventutem, meliorem ſcilicet vitæ ſuæ medullam ſeligens, debiles & caducos vitæ ſuæ annos divino ſervitio reſervat, certè idipſum quod Cain fecit. Sibi enim farinam vendicans, Deo furfures relinquit. Homo, ut Simon Caſſianus inquit, ſimilis eſt vaſi vino & fœcibus referto; unde dum juventutem illicitis animi ſui deſideriis impendit, ſenectutem vero divinis obſequiis reſervat, fœcibus duntaxat Deo reſervatis, vinum Dæmoni tribuit: *Qualificatus vitiis adoleſcens, vinum clara juventutis propinavit Dæmoni; Deo autem ſeniles reſervavit fœces.* Caveant igitur homines, ne idipſum faciant, ne fortè illis iraſcatur Deus, & vindictam de illis ſumat ſicut de perfido Caino ſumpſiſſe traditur. Quicquid in nobis aut in rebus noſtris optimum eſt Deo debetur, illius ſervitio juveniles debemus annos conſecrare; medullam tritici, non furfures; vinum, non fœces illi debentur.

Simon Caſſian. l. 8. cap. 40. de geſtis Chriſti.

10. Ex eo quod Apoſtolus de Chriſto loquens dicit: *Didicit ex iis quæ paſſus eſt obedientiam*, ſufficienter intelligitur, ærumnas & tribulationes quas Deus in hoc mundo nobis immittit, rigidū quendam eſſe pædagogum ſive miniſtrum, quem Deus ad hoc ut à via mala dimoveamur, vias autem obſervantiæ & obedientiæ conſtanter conſectemur, nobis attribuit, ne perdamur aut condemnemur. *Talis magiſter*, inquit Hugo, *durus eſt, ſed valde bene docet.* Optimus eſt hic magiſter, qui paſſim ab omnibus facilè auditur. Lex quidem Evangelica non auditur: ſuperveniens autem hic tribulationis pædagogus, omnes erectis & apertis auribus ſtare, moreſque pravos emendari cogit. Id quod Hieroſolymis commorantes Apoſtoli à Paulo obtinere non poterant, ab ipſo in Damaſcum abituriente, irruens ſuper caput ejus tribulationis baculus confeſtim obtinuit. Verum enimvero cum multi ſint qui in florida juventute conſtituti baculum iſtum quantumvis fortiter in illo adactum nequaquam ſentiunt, & per immiſſas tribulationes non ſolum non emendantur, quia potius

Ad Hebr. 5 v. 8.

Hugo Card. in c. 5. ad Hebr.

potius deteriores quotidie efficiuntur, ut proinde Deus ærumnas illis immissas potius infernum ipsorum in hac vita incipere, quam eos per illarum immissionem emendare, & præceptorum suorum obedientiæ subjicere velle videatur; nescio qua ratione fieri poterit, ut iidem ubi ad canos senectutis annos pervenerint, pædagogum istum percipere & audire possint. Quodsi enim tempore juventutis, cum cutis ipsorum adhuc tenellula esset, validas Dei percussiones & fustigationes non sentiunt, quomodo illas sentire poterunt, cum facti senes decrepiti pellem habebunt duram & callosam? credant mihi sanè consulenti, nunquam facturi sunt facti jam senes, quod non fecerunt dum essent juvenes: aut certè si quid faciant, tantam in cæpto opere invenient difficultatem, ut nisi aliquod à divina pietate illis suggeratur subsidium, eos omninò perditos esse existimem.

11. Ad sacros Christi pedes, ut S. Evangelista Matthæus refert, quondam Princeps quidam Hebræorum, cujus mortua fuerat filia, prostratus instanter petiit à Domino, ut filiam suam jam mortuam vitæ restituere & resuscitare dignaretur, firmissimè credens quodsi Christus solam ei manum clementissimè imponeret, se infallibiliter filiam suam, & hanc vitam esse recuperaturam. Clementissimus Dominus hanc illi gratiam facere dignatus, in domum ejus concessit, & ad locum in quo mortuum cadaver jacebat, introductus dixit: *Puella surge.* Vix Dominus verba ista hæc finierat, cum ecce defuncta haud secus ac si verè mortua fuisset, in pedes confestim erecta, per domum obambulare cœpit. Ponderemus obsecro hæc Domini nostri verba, quæ ad filiam hanc resuscitandam est prolocutus, & attendamus quod tametsi ad illam resuscitandam sufficerit dicere: *Surge*; prout alias Paralytico dixerat: *Surge tolle grabatum tuum &c.* Dominus tamen illam primo puellam appellare, & postea ut surgeret, præcipere voluerit. Ad quid Christo ad cadaver filiæ illius resuscitandum opus erat, ut illam primo vocaret puellam, quasi sine hoc nomine adhibito illam resuscitare minimè potuisset? nulla prorsus Christum ad hoc urgebat necessitas; nam non solum cadaver istud resuscitari poterat, non pronuntiato hoc nomine puella, verum etiam omisso hoc verbo *surge*; veruntamen filiam hanc Christus Dominus puellam appellare voluit, uti docet Paulus de Palatio, eo quod hæc subitò in pedes erigenda & vivificanda erat, ut per hoc nobis insinuaret, quod sicut anima in pueritia peccati ad vitam gratiæ post emendatas culpas facilitèr surgit, ita ad resurgendum maximam inveniat difficultatem, postquam in hac miserabili vita peccaminosa fuerit inveterata: *Quod dicit puellam, indicatur, non tam facilè esse jemel defunctam resurgere, quam puellam. Difficilè enim anima quæ in peccatis consenuit, ad vitæ novitatem reparari: multo verò est facilius, puellam, quæ nondum peccato assuevit, ad novæ vitæ sensum adducere.* Arduum adeo & laboriosum est, animæ alicujus sub jugo Dæmonis assuefactæ & inveteratæ vitiosos mores emendare, ut etiam ipsemet Christus, in cujus actiones nulla intervenire difficultas potest, quæ illas impediat, in hoc opere suam habere difficultatem videatur. Quasi filia hæc divinis Christi verbis, quibus è tumbi seu feretro, cui illam Dæmon per peccatum incluserat, surgere seque proripere jubebatur, tanta cum celeritate nequaquam obtemperatura fuisset, nisi in puellari fuisset ætate constituta.

Paulus Palat. in cap. 9. Matth.

Matth. 9. v. 25.

Ioan. 5. v. 8.

12. Nescio num aliquando attenderitis, quot Christus ad resuscitandum Lazarum adhibuerit cæremonias, cum tamen ad viduæ Naimiticæ filium resuscitandum, omnem prorsus cæremoniam intermiserit. Lazarum revocaturus ad vitam subitò discessit, confecto etiam longo itinere, bis lachrymatus est, Patrem suum instanter rogavit sepulchrum ejus accessit, lapidem monumentum ejus tegentem tolli jussit, fortiter clamavit, aliaque plura fecit quæ in præsenti brevitatis causa pertranseo, ut autem juveni Naimitico vitam restitueret, feretrum duntaxat, quo mortuum ferebatur cadaver, sistere jussit, & dicendo: *Adolescens, tibi dico surge,* eundem matri suæ vivum consignavit & sanum. Quidnam obsecro Christus Dominus noster in hisce duabus

Luc. 7. v. 14.

bus tam inter se differentibus resuscitationibus insinuare nobis voluit: cur non cum eadem facillitate resuscitare Lazarum potuit, quia adolescentem in Naim mortuum suscitavit? audite quidnam doctissimus Didacus Stella circa hanc rem dicat, *Plures placuit Deo efficere cæremonias, & majorem ostendere difficultatem in Lazari resurrectione, quam in resurrectione hujus adolescentis. Ratio est, quia iste tunc recenter discesserat, tum vero adolescens erat: in quo insinuare voluit, quam difficilè indurati in peccatis resurgunt, quam qui de novo implicantur.* Christus equidem eadem cum facilitate resuscitare Lazarum potuisset, qua juveni huic vitam restituerat, veruntamen quia adolescens ille utpote recenter mortuus & juvenis, illum significabat peccatorem, qui recenter peccavit: Lazarus vero econtra quatriduo sepultus, & in sepulchro corruptus, peccatorem significabat inveteratum & in peccatis habituatum, ideò ut nobis innueret, quod illa à statu peccati facillime resurgat, hic tamen ad vitam gratiæ nonnisi summa cum difficultate reducatur, tot in resurrectione Lazari adhibere cæremonias voluit, in Naimitici adolescentis resurrectione prorsus intermissas. Quasi Lazari resurrectionem difficiliorem æstimasset, magisque arduam, quæ proinde majores sibi labores vendicaret. Scio equidem multos reperiri qui tempore juventutis suæ peccatis insordescere gaudent, suamque pœnitentiam ad ipsam usque senectutem differre satagunt, eam sibi illo tempore facillimam futuram persuadentes, nescio tamen an si eousque victuri essent, imaginatam sibi pœnitentiæ senilis facilitatem experirentur. Neque enim homines similes sunt animali cuidam Indico, quod tametsi in sylvis natum sit & enutritum, attamen consenescens & annosum mare ingreditur atque in piscem transformatur; atque ideò quod si homo in rebus mundanis & peccaminosis consenuerit, vitamque duxerit bestiali minimè dissimilem, nescio an relicta tot commissorum & per conciliatam sibi peccandi consuetudinem familiarium scelerum sylva, pœnitentiæ amarum mare ingredi, atque à tot sordibus lavari, aut in alium ab eo qui semper fuit transformari postea possit; e-

Didacus Stella in c. 7. Luc.

Prov. 22. v. 6.

contra vero scio quod Sapiens dicat: *Proverbium est, adolescens juxta viam suam, etiam cum senuerit, non recedet ab ea.* Scio item Horatium dicere:

Horatius

Quo semel est imbuta recens servabit odorem
Testa diu.

13. Regius Propheta David Deo ac Domino suo intimè ob certos quosdam homines sceleratos condolebat, qui eo tempore quo manus suas ad sancta virtuosaque opera perpetranda, nimirum ad instituendam de culpis commissis pœnitentiam, aut ad Deum sibi iratum & offensum reconciliandum, extendere debebant, contrarium prorsus facientes, peccata peccatis cumulabant, divinæque legis præcepta transgredi & dissipare nunquam cessabant; de quibus proinde Deo dicebat: *Tempus faciendi Domine, dissipaverunt legem tuam.* q.d. Eo tempore Domine, quo his bene agere tuaque præcepta observare incumbebat, ipsi econtra ut te offenderent, tuamque legem dissiparent, strenuam operam adhibuerunt. Dic Sodes, quodnam est tempus illud in quo homines similibus operibus bonis intenti esse debebant, quod proinde a Davide tempus faciendi appellatur? tempus hoc tempus est juventutis inquit Simon de Cassia, *tempus adolescentiæ est tempus faciendi*, tempus juventutis tempus est faciendi bonum. Hoc est tempus illud in quo homo magna cum facilitate instituendæ de commissis peccatis pœnitentiæ potest esse intentus, dum nimirum in peccati statu nondum obduruit & consenuit. E luto pedem suum majori cum facilitate retrahere potest is, qui jamjam pedem suum eo duntaxat immisit, quam alius qui eidem collo tenus jacet immersus, ac proinde cum Davide dicit: *Infixus sum in limo profundi, & non est substantia.* Tempus autem senectutis tempus est operum bonorum perpetratorum & præteritorum. Quodsi igitur homo pœnitentiam non fecerit eo tempore, quo illam facere debebat & poterat, quanta illi difficultas erit ad illam ritè instituendam postquam illius faciendæ tempus semel transierit?

Psal. 118. v. 126.

Simon Cassian. l. 8. c. 40. ibid.

Psal. 68. v. 3.

14. Quandoquidem quotidiana nos do-

docebat experientia, ſenes ut plurimum, ſive virtuoſi illi ſint, ſive vitioſi aut criminoſi, tremulo eſſe capite, quinam tremoris hujus rationem quoad utrumq; ſenum genus reddere mihi poterit? me etenim quod attinet, ſanctorum ſenum caput ideò tremere exiſtimo, quod ſe in proximo eſſe conſpiciant, ut coram tremenda illa ma jeſtate præſententur, coram qua *tremunt poteſtates*. Unde David Vates regius in extremo ſenio conſtitutus, Deoque propediem præſentandus ad fugiendum columbinas ſibi alas optabat, atque tremebat dicens: *Timor & tremor venerunt ſuper me, & contexerunt me tenebræ. Quis mihi dabit pennas ſicut columbæ? volabo & requieſcam*: Decrepitus autem peccator ob eandem rationem capite tremere cernitur, ob quam terra tremere conſuevit. Quia enim maligni vapores quos hactenus in viſceribus cordis ſui tot annis produxit & conſervavit, in illo provectæ ætatis tempore, aliquam egrediendi viam ſollicitè quærunt, nec tamen invenire eam poſſunt, ideò illum hac illacve concutiunt, caputque ejus continuo tremore agitant. Sceleratus namque ſenex eo tempore quo ad reddendas Deo vitæ ſuæ rationes, divinæ majeſtati appropinquat, vitia illa quæ tot annorum curriculis penes ſe detinuit foras eradicare & projicere volens neque tamen ob inveteratam conſuetudinem & confirmatum tot annorum ſpatio peccandi habitum, modum invenire valens quo viam ſibi ad deſerenda peccata, vitamque in melius commutandam ſternat, caput gerit agitatum & tremulum; eoque tremore eam quam in illa ætate habet emendationis ſuæ difficultatem apertè commonſtrat: *Senes ſi malè vixerint*, inquit S. Bernardinus *agitatione capitis negant, ſe poſſe tunc facile emendare*. Atque ideò quo tempore homo juvenis eſt, pedeſque ſuos ab inferni ſemita ſubducere & eximere valet, ſtrenuè ei pro ſalutis ſuæ ſecuritate comparanda laborandum eſt, cavendumque ei eſt, ne ſenectutis præſtolatio ſemetipſum decipiat, quando nimirum tum per longam peccandi conſuetudinem, tum per debiles & modicas animi vires, bonas cogitationes & conſilia ſua non niſi ſumma cum difficultate executioni mandare poterit.

Pſ. 56. *v.* 6.

D. Bern. de Cal. Senec. art. 1. *c.* 1.

SERMO I.

IN DOMINICAM SEXAGESIMÆ.

THEMA

Aliud cecidit ſecus viam, & conculcatum eſt. *Luc.* 8.

ARGUMENTUM.

Homines luxurioſi ſumma cum difficultate cælum ingredi poterunt.

1. PEſſimi omnis ſignum eſt, cum homo Verbum Dei contemnit; ſignum nimirum evidentiſſimum hominis præſciti. Divinus enim Paſtor de ovibus, quæ utpote ad amœna paradiſi prata translatæ, in extremi judicii die ad dexteram collocabuntur, ita loquitur: *Oves meæ vocem meam audient.* *Ioan. 10. v. 27.* Etenim quodſi ſtomachus cibos ingeſtos evomens prognoſticum mortis vicinæ ſignum eſt, manifeſtius utique mortis ſecuturæ ſignum edit ſtomachus cibum oblatum accipere & diglutire faſtidiens & nauſeans. Falco aliquis ad ſolitas aucupis manus nunquam redibit, ſi ſurdus fuerit, & aucupis allicientis vocem audire non poſſit. *Ioan. 6. v. 63.* Vitam in ſe nunquam habebit, qui vitam in faſtidio habet: *Verba quæ ego locutus ſum vobis, ſpiritus & vita ſunt.* Deeſt panis corpori, & moritur corpus, ita neceſſum eſt ut moriatur anima, cui deeſt pabulum Verbi Dei, hoc enim animæ Verbum Dei, quod panis corpori præſtat: *Non in ſolo pane vivit homo, ſed in omni verbo quod procedit de ore Dei.* *Matth. 4. v. 4.* Verbum Dei gladius anceps eſt, ſcindens & dividens, non animam à corpore, ſed culpam ab anima, utpote per quam anima mortua erat. Quodſi cadaver Lazari Verba Dei incarnati minime audiviſſet, è ſepulchro ſuo utique egreſſum nunquam fuiſſet; ſic neque mortuum animæ cujuſdam peccatricis cadaver, è vitiolæ conſuetudinis ſepulchro nunquam egredietur, niſi Verbum Dei audierit, quod ad animam ſemper vociferatur & clamat, donec à mortuis reſurgat. Febricitans phreneticus mortem ſibi in tantum adſciſcit, in quantum ſalutem ſibi promittentis medici verbum contemnit. Quodſi vaſallus qui Principis ſui verba deridet

set & parvipendit, mortis damnatur, qua ratione vitam habere poterit anima, quæ insolens est verborum Dei contemptrix? ex quo unusquisque vernaculam patriæ suæ linguam libenter & cum voluptate audit, nullam utique patriæ cælestis partem habebit, quisquis linguam Dei, qui Rex est patriæ cælestis, nauseat & contemnit; veri namque cælestis Jerusalem patriotæ ob gaudium quod ex Verbo Dei percipiunt, quicquid in hac terra possident, deserunt, imò & carnem propriam in Tyrannorum manibus relinquunt, & vitam morti prostituunt. Quæ cum ita se habeant, quid de hominis alicujus luxurioſi salute dicemus, quando illum Verbum Dei flocci facere & aspernari experimur. Per tetram secus viam situatam, in qua Verbum Dei conculcatur, author operis Imperfecti hominem luxurioſum intelligit: *Terra secus viam homo est, secundum istum mundum vivens, hoc solum cogitans quod ad bene manducandum & bibendum, & spurcitiam corporis exercendam.* De ejusmodi homine utique aliud dici non poterit, quam quod in evidentissimo perditionis & damnationis perpetuæ vivat periculo, idque non solum ideo quia ad Dei loquentis sermones surdum præbet auditum, verum etiam quia tot sunt difficultates, quæ ipsum à comparanda animæ suæ salute adeo impediunt, ut illas non nisi cum incredibili labore superare, & victor effici non possit. Ut proinde homo luxurioſus quamdiu vivit, potius vivat ut damnetur in inferno, quam ut salvetur in cælo.

Imperfect. hom. 31.

2. Huic argumento comprobando valdè deserviet accurata verborum sceleratæ Herodiadis consideratio. Hæc namque à perversa filia sua interrogata, quidnam utilius petitura esset à Rege, qui in tripudiis & saltibus suis mirè sibi complacens, optionem liberam dederat quicquid vellet etiam regni sui dimidiam partem petendi, tandem filiæ nil præter caput Joannis Baptistæ eidem à Rege petendum esse respondit, *Quæ cum exisset*, inquit S. Marcus, *dixit matri suæ: Quid petam? at illa dixit: caput Ioannis Baptistæ.* Et enim dum hoece matris responsum considero, illudque ex ore fœminæ cujusdam prodire video, vehementissimè admiror, eo quod è tali ore similia verba emanare non soleant. Quis enim est qui nesciat, quod fœmina eo quod naturali indole sua avara est & ambitioſa, divitias ut plurimum consectetur & honoret? cur igitur hæc mulier quæ jubere poterat, ut filia sua à Rege ingentem poscceret auri & argenti quantitatem, nec non una cum Reginæ titulo regni sui oblatam medietatem? aut vero sponsum aliquem nobilem & opulentum, vel aliud quidpiam valdè excellens & magnum, unde filiam suam nobilitare pariter & divitiis reddere potetat conspicuam, hisce omnibus posthabitis filiæ suæ præcepit, ut à Rege caput peteret viri alicujus pauperis & abjecti? nolite mirari idipsum, inquit Simon Cassianus. Ex quo enim mulier hæc luxurioſum quoddam erat Veneris mancipium, parum aut certè nihili divitias, honores, aliaq; similia bona æstimabat, quæ alias reliquis mulieribus tanto solent esse in pretio, quin potius omnes cogitationes suas, totum studium suum, omnem denique curam suam in eo defixam habebat, ne videlicet lascivi cæci illius Regis privaretur amoribus. Unde quia S. Joannes in sermonibus suis eo præcipuè collimabat, ut incestuoſi & adulteri Regis mentem ab impuro isthoc erga Herodiadem affectu dimoveret, ipsamque in suis deliciis & illicitis voluptatibus impediret & retraheret, ideò filiæ suæ, ut sancti hujus viri caput poscceret, consuluit: *Venerea detenta dulcedine nihil pendit honores, aurum & argentum execrata est. Non cogitavit nobilem sponsum pro filia, omnem dejecit petitionem honesti; verita, ne incestuosis amplexibus privaretur argutione Ioannis, de amputatione capitis ipsius sæva mater sæva filia dedit consilium.* Cum igitur homo luxurioſus ob amorem carnalem quo ardet, divitias & hujus mundi honores, aliaque quæ oculis suis intuetur, quæque apud alios tanto in pretio habentur, nihili faciat, quomodo Paradisi divitias & honores quos non videt, æstimare quicquam poterit. Quodsi autem cæli divitias nihili æstimet, consequens est, ut eas sibi quoque acquirere nullatenus satagat. In tantum enim res aliqua sollicitè procuratur & acquiritur, in quantum magni æstimatur.

Marci 6. v. 24.

Simon Cassian. de gestis Christi l. 3 c. 3.

3. Circa tres illos viros, qui ad cælestis

Paradisi cœnam invitati, ibidem comparere dolentes inde excluſi. Sanct. Anſelmus curioſè obſervat, ſolum illum qui uxorem duxerat, non ſolum ſicut & alii venire noluiſſe, ſed ne quidem ſuam à cœna abſentiam ullo modo excuſaſſe, cum tamen alii omnes honeſtè ſe excuſarint. Prius namque dixit: *Villam emi, & neceſſe habeo exire, & videre illam: rogo te habe me excuſatum.* Alter inquit: *Iuga boum emi quinque & eo probare illa, rogo te habe me excuſatum.* Ultimus verò abſolutè reſpondit: *Vxorem duxi, ideò non poſſum venire.* Dicit igitur præfatus ſanctus Doctor, quod tametſi duo primi duo invitati valdè inciviliter & inurbanè ſe habuerunt, dum lauti illius apparatus ſe nolebant reddere participes, aliqualitamen hanc ſuam inurbanitatem civilitate palliarint, ſiquidem ſeſe excuſando, ſibi magnoperè diſplicere declarabant, quod à tam lauto convivio, omni deſiderio dignisſimo, ob certa quædam occurrentia impedimenta arcerentur: veruntamen ultimus præ cæteris inurbanior extiterit, magiſque iniquus, non ſolum quia magnificam illam invitationem admittere noluit, verum etiam opiparam illam Dei menſam aſpernando & nihil curando, quod clarè oſtendit, dum ſe coram Deo excuſari noluit. Quinam obſecro per hunc hominem tam infiniti boni aſpernatorem ſignificantur? homines luxurioſi, inquit ſanctus hic Doctor. Hi namque præſentis vitæ voluptatibus adeo vehementer adhærent, ut cæleſtes nihil æſtiment, eaſque perdere nequicquam curent: *Per hunc deſignantur illi, qui ſe luxuriæ carnalibuſq; voluptatibus per omnia ſubjiciunt: qui excuſari non quærunt, quia ſolam hanc vitam diligentes, aliam parvipendunt.* Cum igitur Deus, uti ex frequentibus exemplis conſtat, animam hominis alicujus juſti directè in cælum perducere detrectet, ſed purgatorium prius pertranſire jubeat, eo quod dum in mortali corpore viveret, æternæ gloriæ bona non adeo ferventer, uti parerat, deſideraſſet, (adeo namque excellentia & immenſa ſunt bona illa, ut toto animi conatu, omnibuſque ex viribus deſiderari mereantur) qua ratione animas illas in paradiſum admitter, quæ bona illa non ſolum non deſideratunt, verum inſuper etiam contempſerunt? quanta igitur cum difficultate homo aliquis carnalis ſalvabitur, qui ut in luto vivat, & perfruatur ſtercore, bonum illud quod omnem æſtimationem ſuperat aſpernatur & contemnit?

Luc 14. v. 19.

D. Anſel. enarrat. in Evang.

4. Quis eſt qui ignoret, quod ad hoc ut homines æternam ſibi ſalutem acquirant, neceſſum ſit, ut prius perfecti Aſtrologi evadant? nemo enim ex hominibus ſalvatur, niſi in hac vita Aſtrologus fuerit. Sicut enim Aſtrologus cælum continuo reſpicit, ita quoque Chriſtiano homini cælum continuo reſpiciendum erit, ſecus enim ſi fecerit, bona illa, quæ in cælis nos manent, obtinere minimè poterit. Ad hoc ut Deus hominem in cælum perduceret, eundem ſublimi & erecto corpore indutum formare voluit, ut bonum illud reſpicere, illudque ſibi regnum acquirere poſſet, cujus comparandi cauſa creatus fuit. Tot eheu homines in æternam perditionem abeunt, quoniam cæleſtis Aſtrologiæ immemores, oculos ſuos à cælo declinate & in terram defigere voluerunt. Si quotieſcunque Dæmon, mundus, caro tibi ut pecces, Deumque graviter offendas, perſuadere moliuntur, oculos tuos in cælum defixos haberes, atque immenſum illud bonum conſiderares, quod pro unica voluptatula momentanea in ſempiternum es perditurus, potius vitam centies perdere, quam perdere cælum, Deumque offendere eligeres. Omnes univerſim homines, inquit Hugo, aliqualem hujuſce Aſtrologiæ notitiam habent, ſolis luxurioſis exceptis qui haud ſecus ac porci facie continuo verſus lutum converſa vivunt: *Aſtronomiam habent luxurioſi*, inquit hic Doctor, *qui ut porci oculos & os habent in luto.* Eo ipſo igitur quo homines carnales ſemel hujus Aſtrologiæ Chriſtianæ ignorantia laborant, cælum non niſi ſumma cum difficultate obtinere poterunt, utpote quod ab iis duntaxat acquiritur, qui in præſenti vita ejus aſpectu maximopere delectantur. Porcus dum occidendus in terram proſtratur, cælum intueri incipit, clamat, ejulat, & dolet, cum enim illud in vita ſua

ſua nunquam aſperexerit, ideo illi diſplicet & averſatur, dum illud videt in morte: ita quoque luxurioſo cælorum aſpectus ſummè diſplicet, cum enim toto animi conatu immunditiam diligit, mundities illi diſpliceat neceſſe eſt, cui enim mel placet, fel diſplicet, Et tametſi forte tanquam homo cælum ſpectãdo gauderet, neſcio tamen an aliquando ſibi ad illud indulgendus eſſet acceſſus. Deus namque ut inquit S. Vincentius, *non vult porcos in Paradiſo.* Merito Deus, ut inquit S. Chryſoſtomus, ſimilem hominem protinus è cælo exturbabit; ſiquidem: *ſi brutum animal in luto educatum, non ferunt homines intus excipi cum macula. Quomodo in cæleſtia tabernacula, ubi tamen claritas, ubi omnia fulgida, poterit quis ſic inquinatus ingredi.*

D. Vincent ſerm. 4. in Dom. 10. poſt Trinit. D. Chryſ. ſerm. quod Reg. Tom. 5.

5. Frequenter utique audiviſtis, Jovem utpote virum virtuoſiſſimum à Poëtis in cœlum collocatum, & Regni illius nec non aliorum Deorum in cælo terraque regnantium Regem creatum eſſe. Nec dubito quin pari modo frequenter audieritis, illum poſtea ab iiſdem è cœlo pulſum, atque ſub viliſſimi cujuſdam tauri, qui in Phœniciæ campis paſcebatur forma propoſitum fuiſſe. Verum enimvero quænam eſt hæc Poëtarum tam diſparata de uno eodemque homine ſcribentium fatuitas? Quomodo rem adeo abjectam, humilem & vilem de uno eodemque viro ſcribere potuerunt, de quo paulò ante tam alta atque ſublimia ſcripſerant. Sicut enim Jupiter excellentius honorari non poterat, quam dum in cœlum uſque ſublimabatur, ita quoque contumelioſius vituperari non valebat, quam fingendo illum transformatum in beſtiam. Num fortè illum beſtiam factum eſſe fingentes obliti fuerant eorum quæ antea magnificè de ipſo dixerant? nequaquam ejus obliti fuiſſe credendi ſunt, quin potius coacti ſunt illum de cœlo in terram exturbare, poſtquam illum prius in cælo ſublimaverant. Poſtquam enim illum ad inſtar laſcivi cujuſdam tauri cupidinis ſtimulis agitari, poſt juvenculam quandam Regis Agenoris filiam currere viderunt, è cælo in quod paulo ante illum extulerant, in terram eum præcipitem agentes, in beſtiam commutarunt. Unde patet quod is qui ob virtutes ſuas in cœlum evectus Deus quidam eſſe videbatur, per luxuriam ſuam præceps agatur in terram, & transformetur in beſtiam. *Jupiter*, inquit Valerius Epiſcopus ad Ruffinum, *Rex terrenus, qui & Rex cælorum dictus eſt, præ ſingulari ſtrenuitate corporis, & incomparabili mentis elegantia, poſt Europam mugire coactus eſt: ecce quem bonitas ſuper cælos extulit, fœmina brutus camparavit.* Luxuria namque cælo adeo adverſatur, ut ſi aliquem è cælitibus peccare, hocque vitio coinquinari poſſibile eſſet, talis ſubito unà cum Jove è cœlo in terras exturbaretur. Quodſi igitur luxurioſus in cælo per impoſſibile exiſtens inde turpiter ejiciendus eſſe creditur, qua ratione eundem de terra ſublimandum & in cælos ingreſſurum eſſe perſuadere nobis valemus?

Valer. Tom ult. D. Hieron.

6. Poſtquam Dominus noſter diſcipulos ſuos, ut lumbos ſuos conſtringerent commonuiſſet, dicendo: *ſint lumbi veſtri præcincti*, mox ſubjunxit: *Et vos ſimiles hominibus expectantibus Dominum ſuum, quando revertatur ad nuptias.* quaſi dicere voluiſſet: Poſtquam lumbos veſtros præcinxeritis, ſervis illis ſimiles eritis, qui Dominum ſuum præſtolantur revertentem è nuptiis, ut ad eaſdem nuptias unde ipſe venit, eos unà ſecum conducat, Chriſtus enim hanc ſimilitudinem propoſuit, quia de cœli nuptiis veniens Apoſtolos ſuos ad eoſdem ſecum reducere intendebat. Verum enimvero quonam ſpectat illa lumborum cinctura, quod Dominus eandem in diſcipulis ſuis cæleſtes nuptias adituris, adeo anxiè deſiderarit? cinctu hæc caſtitatis virtutem deſignat: *Lumbos præcingimus, cum carnis luxuriam per continentiam coarctamus*, inquit Gregorius. Soli homines continentes & caſti in auguſtiſſimam cœli Regiam introduci, & magnificis Dei nuptiis perfrui merentur. Non enim convenit ut cæleſtis gloriæ civitas è gemmis & auro fabricata, pedibus luxuriæ luto coinquinatis terreatur & calcetur: *Merito à regalibus veniens nuptiis Dominus ut ſecum ad cæleſtis gloriæ thalamum peregrinas deferat animas, admonet lumbos eſſe præcinctos, id eſt, caſtitate puriſſimos: quia fulgentem gemmis & auro civita-*

Luc. 12. v. 35.

D. Greg. Hom. 13. in Evang.

S. Thomas de Villa Nova de S. Ildephonſo

sem luteis calcare pedibus non licet, inquit B. Thomas. Non est pro luxuriosis cælum à Deo conditum; plateas illius gemmeas & aureas luteis & sordidis pedibus premere & calcare minimè convenit. Maria Magdalena cælum casta ingressa est, quæ luxuriæ sordibus coinquinata eo ingredi non potuit; unde ut se à vitæ luæ turpitudine totaliter emacularet & expediret, tot se pœnitentiæ laboribus & rigoribus confecit, prouti de ipsa sacer Evangelista aliique scriptores fusius referunt.

6. Inter alia quæ in sacro Evangelio recensentur observatu equidem dignissimum est, quod licet Christus in sacratissimo Apostolorum collegio omnia peccata permiserit: nimirum avaritiam & furtum in Juda, in Thoma incredulitatem, ambitionem in ambobus Zebedæi filiis, in Petro perjurium; luxuriam tamen in nemine illorum permittere voluerit. Dicite mihi obsecro rationem cur Christus non minus hoc impudicitiæ peccatum, quam quævis alia peccata in discipulis suis admiserit? Quia nimirum peccatum istud peculiarem in se præ cæteris peccatis turpitudinem continet, inquit Paulus de Palatio: *In collegio suo omne genus ferè peccati Dominus permisit, excepta luxuria. Omnia permisit Christus, sordes, carnu non permisit.* Quia enim sacrum illud Collegium, utpote divina præsentia decoratum, expressam cæli speciem referebat (cælum enim hoc nomine appellatur, in quantum Deum secum habet) ideo cælum istud ab hominibus turpibus & fætentibus calcari noluit, ne ulla ratione ab illis contaminaretur. Quasi cælum ab homine luxurioso adeo alienum esset, ut si quod est impossibile, recipere posset omnes peccatores, luxuriosos tamen recipere minimè valeat.

5. S. Vincentius peccatorem libidini deditum Dæmonem quendam esse dicit, & vere ita est. Hic namque haud secus ac Dæmon quidam semper ardet, & in inferno quodam inextinguibili igne pleno vivit, qui nocte dieque ipsum torquere nunquam cessat. Dæmon est, quia Dæmonis officium adimplere satagit; eas namque animas coinquinare studet & allaborat, quas Deus sibi ob eximium castatis candorem in sponsas adoptavit, easdemque in eundem ignem, quo ipse ardet præcipitare nititur. Dæmon est, quia homines odit. Num forte amorem quo mulieres depereunt, verum esse amorem existimabitis? Imo verò odium est, non vero amor, & odium quidem crudele. Cum enim inimicus odiendo, corpori, quod aliquando postquam mortuum fuerit, ad vitam denuo, in universali mortuorum resurrectione, redibit, mortem inferat: hic animæ mortem procurat, qua semel mortua difficillime resurgit. Denique Dæmon est, quia ut inquit hic Doctor, haud secus ac Dæmon aliquis, *non respicit parentelam, nec amicos nec honores.* Sicut enim Dæmon nec sorores, nec neptes, nec alias sibi sanguine junctas habet: ita quoque luxuriosus omnes indiscriminatim uno oculo respicit, non enim considerat sanguinem, non attendit parentelam, sed sine discrimine tam cognatas aut sanguine junctas, quam alias quascunque à sanguine suo alienas & peregrinas mulieres, contaminare & cognoscere concupiscit. Cum igitur Dæmon sit, nullus utique illi ad cælum aditus patebit, utpote quod Angelorum, non vero Dæmonum est habitaculum. *D. Vincent. ibid.*

4. Quidnam obsecro regius Psaltes Psalmo quadragesimo tertio per hæc verba dicere volebat: *Filiæ eorum compositæ & circumornatæ ut similitudo templi*? Quænam obsecro sunt filiæ istæ, quæ veluti statuæ sanctarum, quæ in templis erectæ cernuntur, depinguntur & exornantur? Sunt meretrices Dæmonum filiæ. David enim per illa verba certorum quorundam luxuriosorum juvenum bestialitatem publicare volebat, qui se Christianos esse obliti, meretrices amasias suas in forma sanctæ cujusdam virginis, Cæciliæ nimirum, vel Barbaræ vel Agnetis, aut similis alicujus depingi & exornari faciunt, ealque ad parietes domuum suarum suspensas haud secus ac sacras imagines colunt & adorant. Hùc S. Zeno respiciebat, quando de luxuria loquens dicebat: *Mortuorum sepulchra convertit in templa, tumulos in altaria, cadavera in simulachra.* Hi Aristotelem imitantur, qui *Psal. 43. v. 12.* *D. Zeno de Pudicit.* *Diog. Laert. de vitis Philos. lib. 5.*

qui ut refert Laërtius sacrificare visus est Herniæ meretrici ; verum enimvero ejusmodi homines non tam meretrices, quam Dæmones in iisdem latentes adorant, ad eum fere modum, quo Gentiles non Idola, sed Dæmones Idolis assistentes adorabant. Unde qua ratione hi tales cælum ingredi possint non video, cum se Idololatras potius quam Christianos esse probent ; cælum autem non pro Idolatris sed pro Christianis est destinatum, ideoque iis qui Deum, non vero qui Dæmonem adorant, in præmium cedat.

10. Christus Dominus coram tribus discipulis suis, quos chariores habebat, sese transfigurans, vestimenta sua iis nive candidiora esse adhibuit : *Transfiguratus est ante eos, & resplenduit facies ejus sicut sol, vestimenta autem ejus facta sunt alba sicut nix*; inquit S. Matthæus. Ubi observandum, quod Evangelista non dicat, vestes Domini albas factas esse sicut byssus, sed sicut nix. Cur autem ad explicandum vestimentorum Christi candorem, illas factas esse albas sicut nix, non vero sicut byssus, dicit ? videtur enim quod aptius ad intentum locutus fuisset, si illas albas factas fuisse dixisset, sicut est byssus ; siquidem vestes non ex nive sed ex bysso confici soleant. Unde Salomon, ut conjugem suam candida & rubicunda veste indutam esse diceret, illam bysso & purpura amictam esse dixit : *Byssus & purpura indumentum ejus.* Simili igitur ratione Evangelista quoque Christum albis vestibus indutum apparuisse dicturus, illum veste instar byssi candida amictum dicere debuisset. Verum enimvero id bene quidem dicitur, si Evangelista verbis supra adductis solum vestimentorum Christi candorem explicare voluisset : at vero quia simul cum candore innuere volebat vestimentorum Christi frigiditatem, utpote quæ non minus frigida quam candida erant, ideo relicta byssi duntaxat candidæ comparatione, nivi utpote candidæ & frigidæ illa comparare voluit. Porrò S. Ambrosius existimat, Christum in transfiguratione sua discipulis suis manifestare voluisse gloriam, quam Christianus post universalem corporum Resurrectionem in se exhibiturus esset, qua perfruetur is, qui non solum in hac vita candidus atque ab omni macula & labe purissimus fuerit, verum insuper dum mortalis esset frigidus, atque ab omni macula & labe purissimus fuerit, verum insuper dum mortalis esset frigidus, atque ab omni carnali incendio liber & immunis permanserit : *Ideo cum Jesus resurrectionis suæ demonstraret gloriam, vestimenta ejus erant candida quasi nix : ut quicquid resuscitatur congelatis conjugii cupiditatibus, resurgere frigidus videretur*, inquit sanctus Doctor. Cum igitur homo ut æternam sibi beatitudinem comparet per castitatem haud secus ac nix frigidus esse debeat, nescio profecto qua ratione luxuriosus ad hoc ut post resurrectionem beatus evadat, niveam habere vestem possit, qui dum vixit, animam habuit tanto igne amictam & ardentem ; quin potius vereor ne ad eum sint locum perventuri, cujus incolæ & habitatores igne vestiti, & flammis perpetuis circumdati esse noscuntur. Tu, ô luxuriosè cælum speras, quia ignem hunc, ubi maturiores tibi supervenerint anni, refrigerandum, aut remittendum, vel potius omnino extinguendum esse confidis ; verum vana hæc spes tua esse videtur, cum in plurimis frequentissimè videas, quod licet gelida illis senectutis hyems supervenerit, & capitis sui vertice veluti si nive conspersus esset, albescant, totoque corpore adeo gelidi sint, & frigidi, ut à capite ad pedes usque per omnia membra tremant, libidinis tamen ardorem non solum in semetipsis sedatum aut extinctum esse non sentiant, quin potius majora indies incrementa sumere experiantur. Si igitur ignem illum nix coërcere non valeat, quonam alio mediante sedari aut extingui poterit ?

Matth. 7. v. 2.

Prov. 31. v. 22.

D. Ambr. in Ps. 118. octov. 11.

11. Regius Propheta David ut maximum obligationis vinculum, quo Divinæ Majestati suæ obstrictus erat, nobis innueret, inter alia dicere non dubitavit : *Misericordia tua magna est super me* : eruisti animam meam ex inferno inferiori q. d. Tantis Majestati tuæ debitis devinctor, ut modum infinitam mei erga te obligationem explicandi invenire penitus non valeam. Nunquam enim magnæ illius misericordiæ oblivisci potero, qua ex profundissimo me inferno exemisti. Observandum est autem quod non

Ps. 85. v. 13

non dicat Deum sibi in hoc misericordem fuisse, quia se ex inferno liberarit, sed quia se exemerit ex inferno profundiori quasi non unicus tantum Infernus sit, sed plures inveniantur, seque utpote in omnium profundiorem collapsum, inde à Deo per magnam fuisse misericordiam liberatum. Quisnam igitur fuit hic infernus, die sodes, unde se tam misericorditer liberatum esse confitetur? Infernus hic alius non fuit, præterquam luxuriæ peccatum cum Bersabea commissum. Tametsi enim omne peccatum Infernus quidam sit, prouti alibi dicemus, hoc tamen Infernus quidam est præ omnibus aliis longe profundissimus. *Ratio Inferni inferioris & profundioris convenit luxuriæ peccato*; inquit Euthymius. Cum autem David insuper asserat, se ut ab isthoc Inferno egrediatur opus habere misericordia, magnam inferre & demonstrare difficultatem voluit, qua luxuriosus premitur, quo minus ex hoc Inferno egrediatur: quasi ad hoc ut ab aliis peccatis omnibus eximatur, quævis parva misericordia sufficere possit, ut vero eruatur ab isto, magna prorsus & ingenti misericordia indigeat, id est, valde efficacibus auxiliis; & remediis extraordinariis. Quia enim *misericordia* idem quod *miserorum chorda*, significare videtur, satis liquet quam ingens, fortis & valida chorda esse debebit, quacum homo libidinosus ex omnium profundissimo inferno extrahi & sublevari possit. Et tametsi Deus ingentem hanc chordam (prouti persæpè facere solet) de cælo ad miserum illum hominem in tam profundo Inferno constitutum demittere dignaretur, tanta tamen futura esset difficultas, ut miser ille ad chordam istam apprehendendam sese resolveret, ut chorda illa in cassum ad eum demissa censeri possit, eo quod Infernus ille ab homine luxurioso non Infernus, sed Paradisus esse existimetur. Adeo namque miser ille excæcatus existit, ut beatitudinem suam in tali Inferno repositam habeat. Nonnunquam enim maledicta hæc passio hominem tanta cæcitate obfuscat, ut misericordiam qua Deus secum tam benignè utitur, non misericordiam sed indignationem esse arbitretur, persuasus Deum se non ab Inferno ubi torquetur, sed è Paradiso ubi perversæ mulieris Idolo quod adorat & vehementissime amat, perfruitur & delectationibus carnalibus gaudet & delectatur.

Euthym. apud Lorinum in Psal. 85.

12. Scis etenim omnes passim ignes sive per aquam sive per aliam aliquam rem adhibitam extingui posse, quodsi enim per aquæ affusionem extingui nequeat, ut contingit igne qui evomiturè monte Chymeræ, qui non solum per infusam aquam non extinguitur, verum insuper magis magisque accenditur, saltem copiosa terræ injectione compescetur. Scis itidem soli inferni igni extinguendo nullum prorsus inveniri remedium, nam nec aqua, nec terra, nec alia quæcunque res adhibita extinguere aut compescere eum potest, unde & inextinguibilis communiter dicitur, eo quod nullum reperiatur remedium per quod extingui aut sedari possit. Verum enimvero qualemnam ignem esse existimas illum, quo cor hominis alicujus carnalis accensum esse cernitur? num forte quidam è chymera monte foras prosiliens ignis, aut veto ignis quidam est ordinarius? equidem quantum intelligere mihi licet, nec chymericus, nec vulgaris ignis est, sed ignis quidam est infernalis. Quodsi enim ignem hunc chymæra mons in cor hominis libidinosi evomuisset, utique consideratio qua tot homines carnales turpibus amoribus ardescentes in favillam & cinerem seu terram conversos esse cogitaremus, igni huic compescendo vel extinguendo mederi aliqua ratione posset: nec est ignis vulgaris, quodsi enim talis ignis esset, utique immissarum tribulationum aquis quibus illos Deus, ut ab errore suo resipiscant, frequenter affligit, extingui aut supprimi vel suffocari posset. Est igitur verus quidam ignis inferni. *Hæc est illa pestis*, inquit Guerricus, de luxuria loquens, *quæ ignem infernalem in corpus humanum accendit*. Atque ideo cum vitium hoc ignis quidam sit inferni, nullum illi superest remedium. Unde si cælum te deseruerit, nisi Deus tibi succurrerit, ignem hunc nunquam à te excutere, & consequenter cælum ingredi, Deique faciem videre nunquam poteris.

Guerricus ser. in Purificat.

13. Verissima est illa Sapientis sententia: *Per quæ quis peccat, per hæc & punietur.* Sic quia Ægyptii bestias adorando peccaverant,

Sap. 11. v. 17.

rant, per ingentem quandam bestiolarum multitudinem à Deo fuêre puniti. Quoniam filia Herodiadis, ut Joanni Baptistæ sacrum caput suum detruncaretur, ab Herode petierat, ideo eidemmet super glacie saltanti & tripudianti caput quoque præcisum fuit. Pater quoque qui ad locupletandum & nobilitandum filium Deum offendere non timet, per eundem sæpè filium à Deo percutitur & castigatur. Ac proindè necessum est ut luxuriosus qui per ignem infernalem Deum offendit, à Deo quoque ignis infernalis immissione puniatur, & sicut exarsit in hac vita, ita quoque ardeat in altera. Hanc conclusionem S. Cyrillus in citato scripturæ loco se fundans, sequentibus verbis elicit: *Per quæ enim quis peccat, per hæc & torquetur. Si igitur unumquodq; corporis membrum, & totum nostrum corpus inflammamus igne gehennæ, exardescentes per effrænes cupiditates & libidines: quidni mereamur cruciari igne illo inextinguibili, quem in nobis succendere cupimus, cujus incendia in cordibus nostris & membris inchoavimus?* Ignis infernalis in luxuriosi hominis supplicium adeo propriè debetur, ut non tantundem peccatoribus cæteris quantum illi debitus esse videatur. Unde magna erit homini luxuriosо in Paradiso comparando difficultas? ut enim non puniatur eademmet re qua Deum offendit, opus est ut Deum sibi adeo habeat propitium, ut is in decretis suis cum eo dispenset, isque illum eodemmet igne quocum Deum offendit, punire dissimulet.

D. Cyrillus Alexandr. lib 9. in Levit.

14. Ad idem prorsus intentum illa famosæ cujusdam meretricis misetum, ac lubricum quendam juvenem ad suos amplexus invitantis verba à Sapiente in Proverbiis descripta profundius nonnihil ponderemus: *Intexui funibus lectulum meum, stravi tapetibus pictis ex Ægypto, asperси cubile meum myrrha & aloe & cinnamomo: veni inebriemur &c.* Et quidem in hisce adductis verbis ultima præcipuè observare & attendite, quod è tribus illis speciebus aromaticis, quibus lubricum hoc scortum lasciviæ suæ lectū se asperсisse dicebat, unica duntaxat dulcis sit, reliquæ verò duæ amaræ existant. Cinnamomum namque dulce est, myrrha verò & aloe amaræ. Cur obsecro lectum suum non potius duabus speciebus dulcibus & unica tantum specie aromatica amara asperсit? Quodsi enim luxuriari sensualitati suæ adeo est dulce & voluptuosum, ut præ illo quamvis aliam etiam cœlestem & divinam dulcedinem despiciat, cur illi duplicem amaritudinem permiscet? nimirum quia dulcedo illa pro qua quamvis aliā dulcedinem contemnit, à duabus illis amaritudinibus quantumvis id velit & cupiat, sequestrari nequaquam valet, ideo de illa loquitur prouti revera in se est, cum id occultare & dissimulari non possit. Verum quidem est luxuriam carnis sensualitati dulcem esse, hæc tamen dulcedo sive voluptas duas secum amaritudines in sua societate continuò trahit; amaritudinem videlicet immensarum æternarum, quæ ejus voluptatis habendæ causa in hac vita tolerantur, & amaritudinem pœnarum quæ à divina justitia illi reservantur in inferno: Audite hac de re Hugonem Cardinalem loquentem: *Tres species aromaticas nominat; duas amaras, & unam dulcem: In quo notatur, quod in carnali opere plus est amaritudinis, quam delectationis, una amaritudo pertinet ad præsens sæculū, alia ad futurum.* Voluptas qua luxuriosus in hac vita fruitur non est simplex & mera, sive syncera, sed duabus amaritudinibus, myrrha nimirum miseriarum & tribulationum quas pro unica momentanea voluptate quoadusque vivit cogitur tolerare; & aloë pœnarum æternarum, quæ ei reservantur post mortem. Utriusque mundi adversitatibus premitur, quia suum tam in hac, quam in altera vita infernum habet.

Hugo Cardina. in cap. 7. Prov.

Prov. 7. v. 16.

15. Audite Deum per os Oseæ Prophetæ sui loquentem, juxta quod Septuaginta legunt: *De manu inferi liberabo eos, de morte redimam illos.* quasi diceret, tametsi Israeli tæ mei id minimè mereantur, illorum tamen minimè obliviscar, quia potius tam ab inferis, quàm à morte liberabo eos. Verè equidem verba hæc particulari consideratione dignissima sunt. Quod enim Deus ad liberandum homines de manu mortis se promptum futurum pientissimè promiserit,

Oseæ 13. v. 14. Transl. Septuag.

id quidem transeat, siquidem de facto tot hominum millia actualiter resuscitarit: at verò quod se illos ab inferno quoque liberaturum esse dicat, unde hactenus nullus hominum liberatus fuit, id qua ratione secundum sanam doctrinam admitti possit, non video. Quodsi enim Spiritu sancto teste: *in inferno nulla est redemptio*, quomodo nunc hanc ex inferno redemptionē & liberationem liberaliter adeo promittit? S Hieronymus ad hanc difficultatem respondens dicit, quodsi Deus in hisce verbis per infernum locum illum intelligeret, qui carcer est Dæmonum & reproborum, tunc forte difficultas adducta vim aliquam haberet, quia verò eo in loco de meretrice quadam loquebatur, quæ utpote vetus infernus meritò inferni nomine intelligitur, omnis hoc in loco difficultas evanescit: *Infernus est appellanda mulier meretrix.* Cùm igitur mulier quævis lascivia infernus quidam sit, sequitur inde, quod dum lubricus aliquis juvenis in ejusmodi mulieris manus semel incidit, in verum quendam illapsus esse videatur infernum. Talis namque mulier hominem aliquem adeo fortiter ligat & stringit, ut in inferno alligatus esse videatur, eique sit impossibile inde exire, verè enim ita est, quod nisi tale veneris mancipium speciali auxilio à Deo juvetur, ex nulla alia parte aliquod hunc carcerem evadendi remedium invenire possit. Unde nullus eorum qui libidinis labe sunt coinquinati, dum in hoc inferno infeliciter degit, sibi futurum persuadeat, quod cœlum aliquando ingredi possit. cùm nullus eorum hactenus ex inferno elapsus & cœlum ingressus fuerit.

D. Hieron in cap. 13. Oseæ.

16. Omninò existimo quodsi Deus hominem aliquem luxuriosum in cœlum collocaret, is eo in loco vivere nequaquam posset. Cur ita? inquies. Quia nimirum cœlum omni prorsus igne caret. Homo autem qui in solo igne nutrimentum suum habet, igne destituatur, de vita quoque desperet necessum est. Haud secus ac pisces, qui in sola aqua enutritur, mox ut ex illo suo nativo elemento extractus fuerit, mori cogitur. Homo luxuriosus Salamandra quædam est, quæ igne nutritur, inquit S. Thomas de Villa Nova. *Totus namq; à pestifero illo igne devoratus est, nec aliud quidquam prater flammas cogitare permittitur; in igne solum velut Salamandra nutritur.* Ut igitur talis non moriatur sed vivat, opus est ut ab igne temporali ad æternum transferatur, adeoque tantundem à cœlo remotus permaneat, quantum infernus à cœlo distat. Frustra igitur sibi cœlum promittit, cujus locus non cœlum est sed infernus, in quo est ignis, utpote pastus culpa sua dignissimus.

S. Thomas de Villa Nova de S. Ildephonso.

17. Sancta mater Ecclesia apertè profitetur, quod Christus mirificum altaris Sacramentum nobis donans, verum quoddam cœlorum pignus nobis tribuat: *Futuræ gloriæ nobis pignus datur.* per quod de æternæ beatitudinis promissione certi esse possimus. Dum igitur hoc pignus habemus, dubitare, ne nos facta nobis promissio fallat, nequaquam valemus. Quisquis hoc pignus recipit, de cœlesti beatitudine potest esse securus: sicut homo securus est de debito sibi infallibiliter solvendo, cujus possidet pignus sufficiens. Sciendum est autem quod sicut Deus nobis cœlum promittit, nosque de eo consequendo pignore dato securos reddit: ita Dæmon promittat infernum, deque futura æternarum miseriarum possessione, dato nobis pignore nos assecurat. Verum inquies fortasse, quodnam est pignus istud? Aliud nullum, præterquam amor carnalis, inquit Author viæ salutis æternæ: *Qui nimis carnaliter diligit, habet pignus inferni;* Quisquis igitur carnalitati immersus vivit, inferni pignus manu sua stringit, id est, de futura æternæ damnationis possessione manet securus, adeo ut ad Diabolicæ promissionis complementum nihil ei reliquum remaneat. Nescio igitur, qua ratione is cœlum sperare possit, qui cœli pignus, id est, pretiosam Christi carnem secum non non habet, sed inferni pignus potius, quod in fœdi alicujus scorti vili & turpi carne consistit, possidet, utpote quam in certitudinem damnationis suæ omni re pretiosa chariorem habet, suoque in pectore inclusam tenet & conservat.

Auth. viæ sal. æternæ cap. 14.

18. Inter omnia Christiani militis prælia, luxuriæ certamen durissimum patitur & periculosissimum esse dignoscitur, in quo stricto semper gladio necessario stare debet, & quod caput est, tutissimè vincere solet: *Inter omnia Christianorum certamina duriora sūt prælia* *S. Th.*

prælia castitatis, ubi continua pugna, & rara victoria, inquit cum suo sanctissimo Patre ejusdem non degenter sed inclytus filius S. Thomas de villa Nova. Cur obsecro luxuriæ prælium adeo nobis est periculosum & laboriosum? Forsitan quia in eo nobis prælandum est contra nosmetipsos: multi cum aliis decertantes victores evadunt, pauci verò adversus semetipsos confligentes victoriam referunt. Alexander integrum quendam hominum mundum vincere potuit, non verò semetipsum. Vera equidem est addicta hæc ratio, eidem tamen si placet aliam non minoris momenti adjungite. Nimirum in hoc prælio homini non cum uno solo, sed cum multis diversisque decertandum est. Quodsi prout communiter dicitur: nec Hercules contra duos, qua ratione unicus solus, omni alieno auxilio destitutus, cum tot adversariis dimicare, & triumphum reportare valebit? Avarus quidem ut liberalis fiat, cum avaritia contendit; gulosus ut abstinens evadat, cum gula confligit; superbus, ut fiat humilis, luctatur cum superbia, & sic per alia vitiorum genera discurrendo; luxuriosus autem ut castus evadat, non solum contra luxuriam, verum etiam adversus alia vitia luxuriam concomitantia decertare constringitur. Unde David in hoc vitium turpiter collapsus, innumeris inimicis circumdatum se esse dicebat: *Circumdederunt me mala, quorum non est numerus.* Poëtæ videntes quod Cupidinem cæcam oculorumque usu destitutam effinxissent, duces eidem & comites dedere ebrietatem, otium, somnum, prodigalitatem, rixas, prælia, odia aliasque actiones probrosas, quæ luxuriam vel manuducunt, aut certe comitantur. Hisce tot enumeratis monstris addi possunt, invidiæ, furta, lusus, zelotypia, aliaque plura quæ in præsentiarum mihi non occurrunt. Certum est quod nisi is cui pro salute animæ suæ ineundum est prælium cum vitio quodam tot armatis militibus stipato & cincto, speciali à Deo subsidio cælitus sufful ciatur, magnam in obtinenda victoria habiturus sit difficultatem. Qua enim ratione unus tot statuere hostes poterit, nisi ab alio qui adversus omnes prævalet, adjutorium oportunum accipiat?

Psal. 12. v. 13.

SERMO II.

IN DOMINICAM SEXAGESIMÆ.

THEMA.

Natum aruit, quia non habebat humorem. *Lucæ.* 8.

ARGUMENTUM.

Verbum Dei nullum prorsus fructum adferet, si sine devotione auscultetur.

1. ARtifex formam in subjectum indispositum introducere frustra laborat. Ferrum rumpitur & frāgitur, quod adamantem elaborare contēdit, cum gemma ista ad recipiendos martelli ictus minimè sit disposita: quia æs ad auri formam recipiendā, omni prorsus dispositione caret; ideo Alchimistæ ex ære aurum facere contendentes, tametsi totos dies fornaci assistant, follesque moveant, aliud nil obtinent, quam quod tempus & operam perdant. Sol ceram liquefacit & indurat lutum, quia illa ad colliquescendum, illud verò ad indurandum dispositum esse cernitur. Luna etenim, prouti Poëtæ fingunt, quandam à matre sua vestem poposcit, quia verò utpote nunc parva, mox magna, nunc rotunda mox verò cornuta, ad vestem deferendam nequaquam erat deposita, nuda prorsus remansit. Frustra nititur qui Æthiopem dealbare molitur, utpote ob congenitam sibi nigredinem omnis prorsus candoris incapacem. Sereniſſima cœlorum Regina ex omnibus hominibus sola ad ipsum usque filii sui solium sublimata fuit, eo quod per profundissimæ humilitatis virtutem ad tantam altitudinem præ cæteris dispositа extiterit. Duo illi Zebedæi filii in ampliſſimo Christi Regno dextram & siniſtram ambiebant sedem, at verò quia ad tanti honoris consecutionem, per martyrium nondum dispositi erant, ideo eisdem responsum fuit: *Nescitis quid petatis.* Unde Sancti omnes quotidie per varias ærumnas exercentur & affliguntur. Cùm enim ad cælestis civitatis fabricam velut pretioſi quidam lapides & saxa electi sint, in terris elaborati & prædisponi necessario debent. Unde quia dives ille purpuratus hac erat dispositione destitutus, ideo velut saxum quoddam inutile in infernum abjectus fuit. Lazarus verò ab Angelis est in cœlum perductus, quia adhoc perfectiſſimè erat dispositus. Physicæ studium præmitti ab eo solet, qui Medicinæ daturus est operam, eo quod Physica ad Medicinam candidatum prædisponat.

Hæc

Aristoteles.

Hæc omnia certa sunt ; nam *actus actuorum* uti Philosophus inquit, *sunt in patiente bene disposito.* Hinc igitur fit, quod semen in hodieno Evangelio supra petram collapsum, mox ut germinando natum est, aruerit, eò quod per humorem necessarium ad ulteriorem vegetationem non esset dispositum: *Natum aruit, quia non habebat humorem.*

Luc. 8. v. 6.

S. Thomas à Villa Dom. sexag.

Cùm igitur S. Thomas à Villa nova per humorem devotionem intelligat, perspicuum est, quod ratio ob quam hodie licet tot sint celeberrimi prædicatores qui continuò verbum Dei disseminant, ipsæque Ecclesiæ ad ipsas usque templi fores viris & mulieribus eos auscultantibus sint refertissimæ, nullus tamen ex eorundem doctissimis devotissimisque concionibus hauriatur fructus. Ut enim verbum Dei fructum faciat, eximiam in auscultantibus devotionem requirit, hoc autem devotionis humore deficiente, mirum non est, si prætensus quoque non sequatur effectus. Idque clarum est omninò atque perspicuum, nec ullum habet dubium, prouti ex iis quæ dicturi sumus, plenius intelligetis.

2. Officium verbum Dei publicandi & proponendi adeò excellens est atque magnificum, ut meritò Prædicator non homo, sed Deus æstimari possit. Nullus etenim præterquàm Deus cœlum formare aut creare potest, neque enim homo, nec Angelus tantam habere potentiam & sapientiam unquam poterit, ut opus quoddam tantæ excellentiæ, tantaque admiratione dignum efformare possit. Et potrò tamen si opus istud soli Deo tanquam proprium reservetur, divina namque majestas, ejus faciendi potestatem prædicatori communicare, eique tantam attribuere sapientiam & potentiam voluit, ut non tantum unicum cœlum, sed multos cælos efformare possit. Manifestavit idipsum Deus, quando Isaiam Prophetam ad prædicandum mittens, eidem dixit: *Posui verba mea in ore tuo, & in umbra manus meæ protexi te, ut plantes cœlos.* Etenim quis Prædicatorem cælos formare negabit, quando animam quandam peccatricem à sordibus suis mundans & expurgans, eandemque Christianarum virtutum luminibus ornans, mansionem seu habitaculum efficit Deo, qui extra cœlos formare nequit, dignissimum? at verò dicet aliquis, quod si ita est, qui igitur fit, quod cum tot excellentissimi Prædicatores verbum Dei manè & vesperi continuò disseminent, non tamen omnes Christianos in totidem cælos conversos esse videamus? hoccine ea fortè de causa accidit, quod verba divina non tantam habeant in prædicatorum ore virtutem, quantam in ore Dei habere noscuntur? ut proindè sicut medicamenta simplicia plus virtutis & efficaciæ habent ubi nascuntur, quam in aliis locis ad quæ translata sunt, ita quoque verbum divinum in ipsiusmet Dei ore ubi formatur & noscitur, majori virtute polleat quàm in ore hominis alicujus ad quod transfertur. Nequaquam ita se res habet, inquit Oleaster, imò verò maximè fallitur quisquis id sibi persuaserit. Tanta namque est divinorum verborum potentia & virtus, ut non solùm ex ipsomet Dei ore manantia, verum etiam in hominum ore reposita cœlos plantare prævaleant. *Potentissima sunt verba Dei, quæ non solùm in ore ejus, sed & in ore servorum suorum possunt cælos plantare.* Ac proindè vera hujus accidentis ratio, est magnus qui in verbum Dei auscultantibus reperitur devotionis defectus. Cælum etenim ex auro fabricatum est: *Platea & muri ejus ex auro purissimo*: unde sicut si aurifici opus alquod aureum facere volenti ignis desit, nihil ab ipso efficietur, ita quoque Prædicator in vanum laborabit, si ignis devotionis cujus virtute anima ut cælum fieri possit, colliquescit & disponitur, in auscultante defecerit. Non sine ingenti mysterio Deus Prophetæ suo, quem ad verbum Dei prædicandum & cœlos formandos emittebat, dixit ut cœlos plantaret, non verò quacunque ratione aut modo formaret, *ut plantet cælos.* Per hunc namque loquendi modum insinuare volebat cælum haud secus ac arborem quandam plantandum esse, quæ non in sicco aut arido, sed in bene irrigato & per debitum humorem optimè dispositio fundo seu solo plantari solet, & consequenter innuebat, Prædicatores ex animabus nostris, quamdiu aridæ & siccæ & necessariò Christianæ devotionis humore destitutæ fuerint, cœlos nequaquam facere posse.

Oleaster in c. 51. Isaiæ.

Isaiæ 51 v. 16.

3. Postquàm Moyses ex præcepto Dei

populo Hebræo futurum esse prædixit, ut si Dei verba attentâ aure auscultarent, divinisque præceptis morem gererent, Deus tantam eorundem habiturus esset curam, ut super omnes totius mundi nationes exaltarentur & honorarentur; eidem juxta lectionem Septuaginta unanimi voce populi in hæc verba responsum fuit: *Omnia quæcunque dixit Deus, faciemus & audiemus*; quasi dixissent: nos utpotè servi & vasalli divinæ suæ majestati obligatissimi sumus, ac proindè quicquid nobis præceperit, faciemus, suisque præceptis obtemperabimus. Philo Judæus verba hæc acutè ponderans, dum videt quod prius dixerint, *faciemus*, posteà verò subjunxerint, *audiemus*, illos non adeò congruè locutos fuisse existimat, cùm potiùs è contrario prius dicere debuissent, audiemus, & postea faciemus. Prius namque servus Domini sui verba audit, & postea quæ ordinata & præcepta fuerint, præstat & adimplet. Auditores prius sermonem seu concionem auscultant, suasque vitæ actiones posteà prouti à prædicatore edocti sunt, instituere satagunt. Cur igitur Hebræi è contrario prius se facturos, posteà verò auscultaturos esse promittunt? tandem verò hujus adducti loci verum assecutus mysterium, difficultatem hanc resolvit, & respondet dicens: *Ad facta magis quàm ad verba properant. Cùm enim alii audita faciant; isti quod mirandum est, prædivino quodam impetu ajunt facturos se prius, deinde audituros.* Ex quo hi extraordinariâ quâdam cordis devotione præditi, jamque in præparatione mentis eousque dispositi erant, ut quicquid illis Deus præciperet, cum omni possibili sollicitudine exequi decrevissent, ideò priùs se facturos, demum vero audituros se esse dicebant: *faciemus & audiemus*. Domini de bono aliquo & sollicito famulo, qui cum affectu promptissimè servit, dicere solent: manus ejus aures suas longè præoccupat, dum scilicet præcepta adimplet, priusquam præcipientem audierit. Eodem igitur modo homo ad conciones dignè auscultandas tanto cum fervore & studio se disponere & præparare, easque tanto cum cordis ardore & devotione auscultare, auscultatas denique tanta cum sollicitudine executioni mandare debet, ut eas prius reipsâ adimplesse, quàm auribus quæ dicta sunt, auscultasse videatur. Quod si verò hæc talis præparatio negligatur, fiet utique, ut non solum de tali auditore dici non possit, eum in concione dicta adimplesse priusquam audierit, sed nec postquam ea auditu perceperit. Homo enim indevotus de quibus è pulpito edoctus fuit atque commonitus, nec citò nec tardè exequi consuevit.

Exodi 19. v. 8. transl. Septuag.

Philo Hebr. de cond. ling.

4. Ad idem intentum verba quibus Deus animam quandam Christianam alloquitur velim auscultetis, dicit igitur: *Suadeo tibi emere à me aurum ignitum, probatum, ut locuples fias.* Qualenam obsecro est aurum istud, cujus comparationem Deus animæ tanta cum efficacia persuadere nititur? aurum istud non est aliud, quàm sacratissima ejus verba, verba namque Dei verè aurum quoddam sunt; quia haud secus ac si aurea sunt pretiosa: *sermo Domini erat pretiosus in diebus illis*, ut habetur in libro 1 Regum. Unde quia verbum Dei aureum est, ideò mox ut auditum est, aureum renovasse videtur ætatem, mox enim quæ ante Verbi incarnati adventū in terra committebantur scelera, cessârunt. Aurum ab Hebræis prouti alibi diximus, *Cegos* dicitur, quia scilicet recluditur & custoditur? aureum igitur etiam est verbum divinum, quia à sanctis in cordis sui armario super aurum & topazion sollicitè conservatur & custoditur, de quibus proindè Christus dicit: *Beati qui audiunt verbum Dei & custodiunt illud*: Christus igitur nobis aurum istud comparare sollicitè consulit, verum cum quanam moneta illud comparari à nobis poterit? moneta ardentis devotionis inquit Sanctus Andreas Archi-Episcopus Cæsariensis. Unde cùm Christus dicit: *Suadeo tibi emere à* me aurum ignitum, idem est, ac si dicat: *si diteścere lubet à me, qui veras stabileśque opes largior, ferventi deśiderio volentique animo ignitum aurum emite, nempe sacra doctrina verbum igne exploratum splendidumque redditum.* Absque hac

Apoc. 3. v. 18.

1. Reg. 3. v. 1.

Luc. 11.

D. Andr.

hac moneta & cum cordis marſupio hiſce denariis carente, nequaquàm conciones ſunt frequentandæ, aut certè ſi ſic frequententur, cum iiſdem paupertatis miſeriis redibis, in quibus antea miſerè vixeras. Hâc monetâ aurum iſtud ſibi Maria Magdalena comparavit, quando omni poſſibili cum devotione & apparatu Chriſti ſermones aviditſimâ aure auſcultabat, atque ex paupercula paccatrice & Dæmonis mancipio adeò dives & opulenta fiebat, ut totius cœli Empyrei Dominam ſe facere facilè potuiſſet.

5. Verum enimverò pauci admodum ſunt, qui hâc monetâ proviſi & inſtructi, conciones frequentant, ſed potius ad eas accedunt, pulchros conceptus audiendi curioſitate ducti, aut certè venuſtas formarum, ſpecies videndi cupiditate moti, vel denique ex aliis motivis Chriſtiano homine prorſus indignis, cæterum pro animarum ſuarum neceſſitatibus, aut profectu ſpirituali promovendo nihil omninò ſolliciti; & vel eam ob cauſam miſerrimi, quod dum aurum effundi & diſpergi conſpiciunt, nihilominus otioſi ſubſiſtunt, illudque ab aliis rapi aut levari permittunt; in hoc Themiſtocli Græcorum Capitaneo perſimiles, qui poſt diuturnum prælium victorioſus & triumphabundus campum inimicorum ingrediens, & ſimul cum cadaveribus aurum multum nimis & gemmas per terram diſperſas conſpiciens, ſocio ſuo dicebat: *Collige tu tibi, nam Themiſtocles non es.* Sic enim & ipſi dum admonitionem quandam auſcultant, quæ ab illis ritè apprehenſa & memoriæ mandata multum illis utilitatis adferre poſſet, eandem tamen ob indevotionem ſuam minimè apprehendunt, quin potius eandem ſociorum aut vicinorum ſuorum non nemini imponunt & imputant, in corde ſuo eidem dicentes: admonitio iſthæc te tangit, tibi propriiſſimè dicitur; neque enim ego de numero eorum ſum, qui hic reprehenduntur: *Cum de vitio aliquo prædicatur, dicunt: iſtud tangit talem, cùm magis ipſe ſit in tali irretitus, & involutus*, inquit Sanctus Bernardinus. Et verè ita eſt. Quod ſi enim accidat, quod reprehendatur avaritia, hi tales tametſi Tantalo avariores cupididoreſque exiſtant, reprehenſionem tamen illam alteri dictam eſſe arbitrantur. Quod ſi contra gulam prædicator detoner, mox intra ſe dicunt, utinam hoc mane talis vel talis amicus meus in manducando curioſiſſimus invectivam hanc auſcultaret, illam ſibi dictam eſſe minimè exiſtimantes, tametſi præ ipſomet Evangelico divite Epulones & crapulones ſint longè famoſiores. Ecquidnam ehem facis ô miſer! Tunc aurum iſtud huic & illi donas, tibique nihil omnino reſervare ſatagis? tu alios divitias corrogare exoptas, te verò egenum remanere gaudes? O quantum hic devotionis defectus damni attulit, quâ ſermonem auſcultaturus inſtructus eſſe debebat, ut paupertati animæ tuæ tanto miſerioris magiſque egenæ quanto id minus apprehendis, aliquod adferre remedium poſſes.

Apoph. pag. apud me 372.

D. Bern. de verbo Dei art. 2. c. 3.

6. Sanctus Marcus capite ſexto refert plurimos Hebræorum mox ut Chriſtum una cum diſcipulis ſuis in deſerto præſentem eſſe cognoverunt, properanter ad illum accurriſſe: *Cognoverunt multi, & pedeſtres de omnibus civitatibus concurrerunt illuc.* Etenim eo ipſo, quo hi homines pedeſtri itinere ad Chriſtum in deſerto propetârunt, ſatis perſpicuè & ignobiles, pauperes & infimæ plebis homines fuiſſe declarant. Si enim divites fuiſſent aut nobiles, utique vel in equo, vel in rheda ſeu curru, vel in lectica ei obviam proceſſiſſent: divites enim itinera longa conficientes, pedites nunquàm eſſe ſolent. Ecquænam igitur cauſa eſt, quod Chriſtus non tam divitum & opulentorum quàm pauperum hominum comitatum & ſocietatem accepit? quod ſi cœlum tam pro divitibus quam pro pauperibus conditum eſt, cur ad cœleſtem Chriſti doctrinam auſcultandam, Chriſtum non ſimul cum pauperibus conſectantur & divites, videntur enim divites hoc fine non ſolùm ſcipioni innixi

Marci 8. v. 33.

innixi pedites ambulare, verum insuper linqua, si necessum fuisset, per terram serpere meritò debuisse. Didacus Stella, ita factum esse dicit, ob defectum devotionis qui in divitibus reperitur, hic enim solus efficit, ut illius salutares conciones non solùm non sapiant, verùm etiam ut melius dicam, desipiant & fastidia adferant, ideoque pigri & otiosi domi se contineant. Cùm enim turbæ devotæ pro animarum suarum salute consequenda nullos prorsùs exhorruerint labores: divites omnis devotionis expertes, cum manifesto perditionis suæ periculo laborare fastidientes domi manebant. *Marcus ait*, inquit hic author, *quod turbæ pedestres sequebantur Christum; quo fervens turbæ desiderium exprimitur; Principes & Magnates non possunt pedestres ambulare, præsertim ad id quod satis laboriosum esse solet, videlicet conciones audire.* Cùm enim divites suas commoditates deserere vel ad modicum non valentes, Christum in domos suas venire desiderent, ne opus sit ad quærendum illum Ecclesias invisere, quâ ratione ad Christum per tantum iter, tantoque cum labore consectandum exire poterunt? verum enimverò omnes quotquot hujus sunt ingenii & indolis, nequaquam appellandi sunt divites, quin potiùs extremè pauperes illos appellare, utpotè qui iis divitiis, quæ hominem verè divitem & locupletem faciunt, prorsùs sunt destituti. Verè enim ob devotionis defectum pauperes sunt: quod si enim devoti essent, utique non obstante quavis incommoditate ad verbum Dei auscultandum, quantumvis longum iter non fastidirent; aurumque quod in sacris templis continuò copiosissimè spargitur, sibi coacervarent, ut verè divites fierent, verèque dici possent.

Didacus Stella in c. 8. Luc.

7. Christus die quâdam in templo Hierosolymitano prædicans Hebræis dicebat: *si quis sitit veniat ad me & bibat.* Verum obsecro, qualemnam iis potum propinare decreverunt? utique salutiferam doctrinæ suæ aquam. Verba enim Dei aquæ sunt, & veluti aquæ de sublimibus cœlorum deorsum in terras prosiliunt, non enim ab hominibus terræ incolis, quamvis ita nobis videatur, dimanant, sed à Deo ipsomet cælorum Domino verè derivantur. Aquæ sunt, quia lavant & mundant. Aquæ sunt, sed dulces, adeoque dulces, ut eas Petrus quondam degustans, Christo dicere non dubitârit. *Verba vitæ æternæ habes.* Verba Dei namque veluti aquæ fæcundissimæ, sterilem animæ nostræ terram tantâ fœcunditate replent, ut fructus æternâ beatitudine dignos producere valeant. Advertendum tamen est non omnes ad harum aquarū fruitionem invitari, sed solos sitibundos: *si quis sitit.* Ut enim quis verbum Dei fructuosè audiat, desiderio & syncera cordis devotione æstuare debet. Quasi dicere vellet, inquit Chrysostomus: *si quis ardet desiderio, hunc advoco.* Verbum enim Dei talis aqua est, ut si quis illam sine siti bibat, non solùm non placeat aut sapiat, verùm etiam à cordis stomacho contineri non possit. Aqua hæc soli animæ desideranti, & bibendi cupidæ offerur, utpotè quæ per admirabiles operationes suas solum est disposita. Unde S. Ambrosius hujus sitis defectum in populo suo Mediolanensi advertens, eidem nequaquam amplius prædicare deinceps decreverat, quia nullum ex quantumvis ardentibus concionibus suis fructum ab iis sibi promittere valebat, *siquidem nihil prodest afferre pabula recusanti, & potum porrigere minimè sitienti.*

Ioan. 7. v. 37.

Ioan. 6. v. 38.

D. Chrys.

D. Ambr. serm. 25.

8. Valde nunc intelligere videor, cur Jeremiæ cap. 14. verbum Dei siccum appelletur: *Factum est verbum Domini ad Ieremiam de sermonibus siccitatis*; & quidem quantum capere possum valdè impropriè. Quomodò enim verbum Dei siccum esse potest, quod, uti suprà diximus, adeò est suave, ut B. Petro nectar quoddam è cœlesti beatorum mensa, de cœlis in terras dilapsum esse visum fuerit. Res etenim sicca nequaquàm sapit: cùm tamen verbum Dei sanctis adeò sapidum & gratum fuerit, ut omnis prorsus cibi, potusque obliti illius duntaxat fruitionem & saporem unicè desiderârint. Ob eximiam namque divinorum verborum saporem Petrus mortuus est in cruce, capite truncatus est Paulus, Bartholomæus fuit excoriatus, assatus Laurentius, aliique Sancti cum admirabili satisfactione mille pœnas & martyria fortiter & gene-

Ierem. 14. v. 1.

generosè superârunt. Ac proindè, ut veritatem ingenuè fatear, nequaquam verba Dei sicca, aut sermones siccitatis appellari possunt, hoc tamen epithero appellantur, quia sicca videntur, licet verè sicca non sint. Sicca iis duntaxat esse videntur, qui mundi negotiis nimio affectu adhærescunt. *Siccus est sermo Dei*, inquit Joachim Abbas, *luxuriosis, avaris & divitibus.* Tales namque animæ palatum siccum, omnisque devotionis humore exsuccidum habent; atque ideò cùm gustus juxtà Philosophum non circa siccum, sed humidum versetur, mirum non est, quod talibus verba Dei non sapiant, quæ illis sicca, arida, & exsuccida esse videntur. Certè Davidi Prophetæ Regi verba Dei nequaquam sicca erant, qui iis semel duntaxat degustatis, saporem quovis melle dulciorem in iis deprehendebat, unde & dixit: *Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo.* Quia enim palatum per devotionis humorem optimè habebat dispositum, ideò tantas in illis invenit delitias, quarum animæ indevotæ & aridæ minimè sunt capaces.

Abbas Joachim in c. 4. Jerem.

Psal. 118. v. 103.

9. Rex Balaac olim Balaam Magum ad populum Dei maledicendum, ingenti auri & argenti oblata copia ad se evocaverat. Cumque vir ille avaritiæ summoperè deditus in procinctu esset exequendi, quod rogatus fuerat, inquit sacer Textus: *Dominus posuit verbum in ore ejus, & ait: revertere ad Balaac; & hæc loqueris, &c.* Circà quem scripturæ locum sequens mihi subnascitur dubium; videlicet cur Deus qui verba sua non in ora, sed in corda hominum immittere solet (eo namque verbum Dei immissum esse sufficit, ut abindè in os quoque hominis dimanet) verba hæc quæ Balaam suggerere statuerat, non in cor, sed in os ejus reponere voluerit? num fortè Balaam, cor vus aut Psittacus quidam fuit, qui verba Dei, quorum cor minimè conscium erat, ore tantùm prolaturus esset? verè etenim talis fuisse videtur, quippe qui talia posteà dixit, à quibus efferendis corde adeò alienus erat, ut potiùs contrarium dicere meditaretur. Unde Deus verba sua non in cor ejus pro familiari sibi more suo immittere voluit, utpotè quod promissæ sibi pecuniæ affectu plenum erat, ideoque verba sua capere non valebat, sed in os illius tantum reposuit. Audite hæc de re loquentem Origenem: *Injecit enim verbum in ore ejus, quamvis nondum cor ejus percipere posset verbum Dei. Adhuc enim erat in corde ejus mercedis cupiditas.* Cor erga Deum indevotum, quod terrenis desideriis æstuat, verba Dei nullatenus capit; juxtà illud Aristotelicum: *intus existens prohibet extraneum.* Atque hinc est quod sicut verba Dei in avaro, superbo & luxurioso homine per unam aurium ingrediuntur, ita elabantur per alteram, quia enim in vase cordis dispositionem debitam minimè inveniunt, ideò eodem tempore quo eò ingrediuntur, subitò iterùm evanescunt.

Num. 23. v. 5.

Origenes hom. 15. in Num.

Aristoteles.

10. Martha & Maria Magdalena Christum Dominum domi suæ hospitio non minus liberaliter quàm promptè susceperant, quando ecce Martha recepti hospitis sui excelentiam considerans, eidem pro viribus & facultatum suarum possibilitate servire, ac munificè tractare allaborabat. Dum autem hisce esset laboribus intenta, Mariam sororem suam juxtà sanctos Christi pedes otiosè sibi loquentem Dominum avidè auscultabat, sedentem animadvertens, neque hanc existimatam negligentiam diutiùs tolerare valens, ad Christum accurrit, eidemque de Maria graviter conquesta, dixit: *Domine non est tibi cura, quod soror mea reliquit me solam ministrare?* quasi diceret: ergone ô Domine sororem me in hisce laboribus totaliter deserentè vides, & dissimulas? cur non imperas, ut à pedibus tuis se subducens suppetias mihi adferat? Potrò Maria quærelas & accusationes adversum se depromptas audierat quidem, veruntamen pro sui defensione aut excusatione, ne verbum quidem proferre voluit. Solus Christus Marthæ accusationibus respondisse legitur, Maria autem ne vel minimo se verbo defendisse scribitur? Cur obsecro non respondit, seque à Martha sibi impositis calumniis, prouti conveniebat, non defendit? ratio hujus, ex mente S. Augustini hæc est, ne scilicet attentionem, quacum peroran-tem Salvatorem nostrum avidè auscultabat, respondendo interrumperet. *Si enim para-ret respondendi sermonem, remitteret audiendi attentionem.* Quia enim prævidebat,

Luc. 10. v. 40.

D Augustin serm. 27. de verbis Dom. secundum Luc.

quod ad auditas Marthæ quærelas respondere, seque defendere volens, necessariò se præparare, deque rationibus ad sui purgationem adducendis in medium rationibus cogitare deberet, & hâc ratione intentionem, quâ Christum auscultabat, interruptura esset, ideo ne hoc incommodum in se admitteret, tacere potiùs, seque à calumniis sororis suæ nequaquàm defendere decrevit. Sancta igitur hæc mulier tanta cum voluptate & devotione verba divina auscultabat, ut ne quidem injuria sibi à sorore sua coram tanto Domino illata, mentem suam ad quodvis aliud objectum divertere potuerit. Unde mirum non est, Christum ex anima sua gratissimum quendam delitiarum hortum fecisse, quando eandem tantæ devotionis humore tam congruè dispositam invenit. Porrò appositum hoc vobis esse debet, quod imitemini exemplum, qui ne quidem ad unicam duntaxat horam sermonem aliquem attentè auscultare potestis, quia mente vagabunda vel distrahamini, aut cum amico vicino vestro confabulamini, aut oculis hac illacve oberrantibus curiosè respiciatis. Sunt etenim signa hæc nimis manifesta, vos ad sacra verba minimè attentos esse, cor etiam omnis devotionis expers & inane habere, tempusque quod cum tam insigni animatum vestratum lucro, optimè & utilissimè collocare posseris, sine ullo prorsùs fructu inutiliter perdere & dissipare.

11. Deus defectum eorum, qui debitâ devotione & attentione carentes, verbum Dei oscitanter audiunt, tenerrimè persentiscit. Id quod Deuteron. cap. 32. satis insinuat, dum ita loquitur: *Audite cœli quæ loquor, audiat terra verba oris mei.* Deut. 32. v. 1. Verum inquies fortasse, quibuscum Deus in illis verbis loqui volebat? num cum cœlo & terra? an verò cum hominibus? si cum cœlo & terra loqui volebat, tempus duntaxat inutiliter perdere molliebatur, dum surda & auribus destituta corpora alloqui nitebatur: si verò cum hominibus loqui intendebat, cur igitur in tale colloquium cælum & terram advocabat? Oleaster ad hoc respondet dicens, Deum tunc loqui voluisse cum hominibus in præsentia tamen cæli & terræ, quos tanquàm perpetuos æternosque testes præsentes esse volebat, in confusionem illorum, qui negligenter sine attentione & devotione, & dormiendo seu nugando divino verbo auscultando assistunt, tametsi idipsum ab ipsismet insensatis rebus attentè & reverenter auscultetur, promptamque obedientiam obtineat: *Audienda sunt maxima attentione monitiones Dei, neque negligenda, quoniam cœlum & terram in testes vocat adversus nos, quæ nunquam deficient,* inquit hic Doctor. Cælum igitur & terram, quæ nunquam deficere possunt, sermoni suo Deus præsentes esse voluit, ut suo tempore adversus eos, qui negligenter, cordeque ab omni debita præparatione syncera devotione inani & vacuo, verba divina auscultant, processum instituere legitimè posset. Indevotus namque modus, quo homines verbum Divinum auscultant, culpa est non exigua aut contemnenda, quam Deus magni æstimat, debitaque cum solemnitate & rigore suo tempore castigare decrevit; valdeque dubito, num ejusmodi transgressores ab æternæ mortis sententia futuri sint immunes. Quod si enim infirmus verba medici, per quorum observantiam sanari potuisset, contemnens, in dignum contemptus salutiferi consilii supplicium, mori cogitur, quomodo inter viventes tolerabuntur, qui ipsamet Dei verba contemnunt? aut quâ ratione salvari poterunt, qui dum viverent, verba salutis parum aut nihil curârunt?

Oleaster in c. 32. Deut.

12. Sapientia Divina ab Ecclesiastico multis comparatur speciebus aromaticis, cùm dicitur: *Sicut Cynnamomum & balsamum odorem dedi: quasi myrrha electa dedi suavitatem odoris. Quasi storax & galbanus & quasi balsamum non mixtū odor meus.* Eccl. 24. v. 20. Cur obsecro Divina sapientia speciebus aromaticis assimilatur? quia nimirum non omnibus benè sapit; nonnullis enim placet, aliis verò non item, haud secus ac manna, quod sicut Sanctis gratum conciliabat saporem, ita peccatoribus desipiebat, & sicut illis delectationem pariebat, ita aliis fastidium creabat & nauseam. Id quod non ideo utrisque accidit, quod unum idemque

manna

manna naturaliter gratum esset & ingratum, suave simul & insipidum, sed quia palata manducantium varia erant atque diversa. Sanum namque palatum habentibus nihil esse poterat delectabilius, aliis verò, qui palatum habebant ex infirmitate febrili, aut quâvis aliâ affectum, cibus videbatur omninò insipidus & nauseabundus. Mel quod sano dulce est; ictericio morbo laboranti ob palati infirmitatem cernitur esse amarum. Pari quoque modo sapientia, sive doctrina Christiana aliis placet, aliis verò displicet, dulcis est & amara, suavis & insipida. Palato benè dispoſito & devoto cibus esse videtur de cœlo delapsus, prout reverà est: alteri verò infirmo & indevoto, omni fœno & paleâ insuavior esse videtur. Ipsa lignum, semen, & herba est aromatica: *Aromatizans dedi odorem.* Hominibus, id est, sanctis qui palatum animæ suæ exquisita cum devotione bene præparatum & dispositum habent, mirè placet: displicet verò & insipida esse videtur porcis & asinis, id est hominibus bestialibus & peccatoribus, qui voluptatibus longè diversis inhiant: *Palatum porcinum, & gustus asininus non possunt cognoscere sapores aromatum*, inquit Guilielmus Parisiensis. Indeque fit quod in eorundem cordibus nequaquam fructificet, quia non sapit, aut nutrit; nimirum in terra sicca semen non germinat.

Guilielm. Paris. de Sacram. Euchar. c. 7.

13. Quandoquidem Christo Domino, per Mariæ Magdalenæ tam preces, quam merita invitato vitam Lazaro dare, eumque à mortuis resuscitare complacuit, ideoque tantum miraculum operaturus, altâ voce clamavit, dicens: *Lazare, veni foras*; visum est sancto Augustino operæ pretium esse rationem investigare, ob quam Christus Lazarum proprio ejus & expresso nomine inclamare voluerit, cùm certum sit, quod tametsi eum proprio nomine minimè compellasset, is tamen è sechro vivus egressurus fuisset. Tandem verò id ideò factum esse respondet, ut nimirùm ad exclamantis Christi vocem solus resuscitaretur Lazarus; nisi enim Lazaro nominatim locutus fuisset, ad hanc Christi vocem omnes quotquot terræ gremio abscondebantur mortui, simul cum Lazaro resurrexissent, utpotè qui omnes ad obtemperandum Divini Verbi imperio optimè erant dispositi: *Ideo dicit nomen, ne omnes mortui cogerentur exire, clamat tamen ad monumentum; turbabant se inferi, expectant audientiam omnes mortui.* Mortui non verò vivi verbum Dei audiunt; finis non caro Deum loquentem intelligit. Homo igitur, ut Deum audiat, mortuus esse debet, id est, mortuus mundo, Deo autem vivus. Necessum est ei ut carnem mortificet, mundana desideria & appetitus extinguat, novosque affectus induat, ita ut qui prius erga mundum ejusque vanitates affectus erat, Deo posteà totaliter fiat devotus. Hâc ratione & non aliter Dei verba audiet, atque ex culpæ fetetro quo animam mortuam ad sepulturam tetinet, secus enim resurgere nequaquàm poterit.

Joan. 11. v. 43.

D. Augustinus de verbis Domini serm. 32.

14. Didacus Stella verba illa Jeremiæ: *Viæ Syon lugent, eo quod non sit qui veniant ad solemnitatem*, de præsentis temporis Ecclesiis intelligi posse opinatur. Id quod mihi tamen impossibile videtur? Propheta enim verba ista eo tempore proferebat in medium, quo urbs Jerosolymorum à civibus suis in captivitatem Babylonicam adductis defecerat, quando nimirùm nemo hominum supererat, qui templum visitaret. Hodie autem in solemnitatibus tot viri ac mulieres templa frequentant, ut Ecclesiæ & viæ multis horis ob ingentem turbam, plenæ atque confertæ esse videantur. Portò verum est, inquit hic author, nullum tunc Hierosolymis virum reliquum fuisse, qui templum adire potuisset, eamque ob causam Prophetam defectu gentis vehementer indoluisse. Nunc autem tametsi nullus sit gentis sive hominum, Ecclesias frequentantium defectus, idipsum lamentari & deplorare possumus ob defectum devotionis: *Quando hoc lamentabatur Propheta, id erat ob defectum gentis: nunc verò non is est defectus,*

Thren. 1. v. 4.

Didacus Stella in Luc. c. 6.

quia omnes viæ & plateæ plenæ sunt hominibus, sed potiùs ob defectum devotionis. Unde benè infertur, quod dum homines pro audiendo Dei verbo sine devotione ad Ecclesias sese recipiunt, idem id sit ac si eàsdem non audirent; sunt enim in Ecclesia, ac si ibidem non essent; unde Ecclesia plebe adeò indevota referta, non plena censenda est, sed manis & vacua: Quia enim finem suum propter quem Ecclesias frequentant, minimè adipiscuntur; ideò sunt in Ecclesiis ac si ibidem minimè essent, & plus perdunt quam revera lucrentur temporis. Veruntamen hoc ipsum aliquâ adhuc ratione tolerabile esset, nisi simul cum tempore animam quoque suam perderent, dum scilicet conciones eo potissimum fine frequentant, ut videant mulieres & concupiscant, vel ut ab iis videantur & concupiscantur, ut amentur & ament; ut Deum in conspectu Dei offendant; quasi Christianorum Ecclesiæ non Deo, sed potius ut lupanaria & Veneris delubra lasciviæ Dæmoni dedicatæ essent.

15. Cùm turbæ experirentur, quod omnibus bonis affluerent, quamdiu Christum in sua secum societate habebant (nimirum ex ore ejus, ut sponsa ajebat, Paradisus emanare videbatur) summâ cum instantia eum in ipsorum regione subsistere & remanere dignaretur, rogabant, cum autem Christus id facere abnueret, excusando se atque dicendo necessariò sibi ad prædicandum alibi inde migrandum esse, populus, ut S. Lucas inquit, mirâ cum violentia in eum protinus irruit: *Factum est ut turbæ irruerent in Iesum.* Ob quam temeritatem Christus illis non solùm est indignatus, nec illos ob incivilitatem & irreverentiam suam reprehendit aut castigavit, sed potiùs quia màri vicinus erat, à littore naviculam Petri, in qua erat nonnihil subducens, eisdem prædicavit. Portò factum istud considerationè dignissimum est. Cur enim Dominus tantam hujus populi erga se irreverentiam toleravit? cur illos ob inurbanum secum agendi modum non mulctavit? aut certè cur eos ad minus erroris sui commissi non redarguit, ne fortè in alia simili occasione ejusdem se temeritatis & irreverentiæ reos se facerent? S. Bonaventura Christum id tolerasse inquit, quia satis perspicuè impetum hunc non a temeritate, sed ex ardenti animarum suarum erga sermones suos devotione nasci intelligebat. Unde Evangelista impetum hunc factum esse inquit: *ut audirent verbum Dei.* Adeò igitur est ingens cordis alicujus erga dei verbum ritè audiendum devoti meritum, ut propter hoc solum Deus irreverentiam illam libenter sustinuerit, excusârit, eique intimo cordis affectu fuerit compassus: *Magni meriti est apud Deum, desiderium verbi Dei, quod ipsam quoque irreverentiam turbæ irruentis in eum excusat.* Dominus igitur noster illos ad audiendum sermones suos corde summâ devotione pleno optimèque disposito venientes, particularem inde fructum & profectum, animarumque suarum salutem tantoperè ab iis desideratam consequi debere intelligens, irreverentiam ab iis sibi illàtam contempsit & excusavit. Quod si enim in cruce suspensus, ac inter tot dolores & martyria moriens, crucifixores suos apud Patrem suum dignanter excusavit, eò quod illis doloribus illatis intervenientibus nostram nobis comparabat salutem, quomodò non potiùs excusare debebat alios, qui ad salutem suam consequendam non satis reverenter cum illo agebant.

D. Bonavent. in cap. 9. Lucæ.

Luc. 5. v. 1.

SERMO

SERMO III.

IN DOMINICAM SEXAGESIMÆ.

THEMA.

Cecidit inter ſpinas. *Lucæ.* 8. v. 7.

ARGUMENTUM.

Nulla poteſt in mundo infelicior vita reperiri, quam ſit vita divitis.

1. On eſt homo in hoc mundo, qui Divitem beatum non judicet, eò quod Deus quidam in hoc mundo eſſe videatur: *Dives* enim naſcitur à *Divo, quaſi Deus.* inquit Fulgentius. Ipſe haud ſecus, ac Deus quidam pluit, quando libet, auri pluvias depluit, pluvias favorũ & vindictæ pluvias. Fulmina ad arbitrium ſuum parata habet, & frequenter fulgurat & tonitrua reſolvens unumquemque in timore coërcet. Infimã plebẽ in manu poteſtatis ſuæ continet, eandemque pro libitu ſuo è medio tollit, nec eſt qui eum velut perperam agentem redarguere poſſit. Non unum ſed multos paradiſos plantat, in quibus delitiatur ſeſeque recreat. Manus ſuas ad omnia loca extenſas habet, quia in omni loco parens eſt, atque in cunctis mundi partibus correſpondentiam habet. Cuncti illũ honorant, & genibus ante eum flexis cultu proſequuntur adorationis; qui verò idipſum facere renuit indignationis ſuæ diſcrimen incurrit, & veluti reprobus factus ad infernum condemnatur ærumnarum minimè exilium. Tot circa illum paſſim circũfluentes aulici, miniſtri, ephebi, aliique ſervitores innumeri Angelis non immeritò comparantur, qui ei ſemper aſſiſtunt, atque ad complenda animi ſui decreta velociſſimi volant. Superba ædificia atque ſepulchra quæ nulli videntur temporis injuriæ ſubjecta eſſe, eundem in omnium qui in mundo ſunt, fuerunt, eruntque hominum memoria immortalem efficiunt. Omnes gemmæ quæ veluti ſtellarum æmulæ in terris reſplendent, in ejus facultate conſiſtunt. Omnia facere prævalet, quia pecuniam habet valentem ad omnia. In ſuo palatio veluti cœlo quodam omne nectar & ambroſiam congregat, quam ab oriente in occidentem uſque terra producit. Perperam facit, graviaque & enormia delicta committit, eique haud ſecus ac ſi bene feciſſet, gratiæ referuntur. Nullus eſt hominum, qui ſi cum ipſo familiariter egerit, eum non lauder; nec mirum cum nulla ſit creatura, quæ Deum non lauder, aut magnificet. Tam boni, quã vitioſi & diſcoli homines illi ſerviunt, quia Deo tam boni, quam mali Angeli obediunt.

& obtemperant. Denique quia *Deus à dando* dicitur, hic in hominum imaginatione confictus Deus continuò singulis singula dare non cessat, nimirum jucundissima quæ excogitari possunt spectacula; auribus dulcissimas melodias, suavissimos suffitus odoratui, tactui quicquid optare posset corruptus hominis sensus: Gulæ denique quicquid terra continetur matique, Mundus divitem ob suas divitias beatum quendam Deum esse judicat. Verum graviter turpiterque decipitur, nec mirum tamen, quia eundem de foris non verò intrinsecus speculatur & attendit. Quodsi adeo linceis esset oculis præditus, ut corda penetraret, utique eundem non solum non judicaret esse beatum, sed potius infelicem & miserum, atque inter ærumnosos longè miserrimum. Cùm enim Christus in præsenti Evangelio per spinas divitias intelligat, evidens est, quod quisquis inter hasce spinas continuò pungentes & lacerantes vitam agit; adeo is sit à vera beatitudine remotus, ut merito omnium viventium miserrimus judicarit debeat. Id quod ex deinceps dicendis clarius evadet.

2. In Genesi legitur, quod mox ut Sichimorum Princeps Dinam juvenculam venustissimam & Jacobi Patriarchæ prædilectam filiam, in via, à simplici quadam vanitate, ut mulieres regionis illius videre posset instigatam, civitatemque ejus ingressam conspexit, in ejus amorem exarserit adeo, ut illam violenter raptam carnaliter cognoverit: *Quam cùm vidisset Sichem Princeps terræ illius, adamavit eam & rapuit, & dormivit cum illa, vi opprimens virginem.* (Gen. 34. v. 2.) Ingens, nimisque præceps hæc erat temeritas principis illius, scelus tale committentis, unde tot tantique viri illustres & honorati, quales pater & fratres virginis illius erant, graviter adeo offendebantur; imò quod plus est quo Deum, animam suam, cunctumque populum suum enormiter adeo offendit, ut proinde sceleris hujus causa occisus, postea inque minutissimas partes comminutus fuerit. Quidnam obsecro ipsum ad tantum scelus, unde tot postea ruinæ subsecutæ fuerunt, committendum commovit, impedivitque quò minus quid faceret, & quænam ex patrato crimine consequi mala possent, non seriò præcogitarit? Fecerunt id ejus divitiæ; Quodsi enim pauper & egenus fuisset, vel id non commisisset, vel certè facienda præmeditatus fuisset maturiori consilio, sicque haud dubiè fuisset à patrando scelere deteritus & præditus: at verò quia dives erat, absque ulla deliberatione prævia cœco quodam modo in grave adeo scelus sese præcipitem egit. *Hoc malum*, inquit Oleaster, *principes habent, quod facilè possunt, quod malè cupiunt habere. & ignorant pauperes, & debiles, quam benè cum eis agat Deus; quod etiam si velint, non possint multa vitia, quæ improbè consequi volunt, opere complere.* Etenim sicut divitiæ hominem ad peccandum facilitant, ita paupertas eundem à peccato coercet & impedit; unde divites sunt peccatores majores, quàm pauperes, utpote majorem ad peccandum promptitudinem, atque facilitatem habentes, ac proinde cum nulla sit in mundo major miseria quam peccare & peccare posse, dicente Chrysostomo: *Quid potest esse homine peccatore miserius?* sequitur profectò divites non solum, prout falsò judicant felices futuros atque beatos, sed potius infelices & miseros, imo quovis alio misero homine miseriores. Quodsi enim beatitudinum quibus in cœlo fruimur una eaq; præcipua est, peccare non posse, utique tanta cum facilitate peccatum committere posse, incredibilis erit miseria.

Oleaster in c. 34. Genes.

D. Chrys. de Lazaro Conc. 1.

3. Christus Dominus juvenem illum Regni cœlestis cupidum, cui ut omnes suas divitias divenderet, eamque pretium inter pauperes erogaret persuaserat, tristem & melancholicum ab eo discedere conspiciens, discipulis suis dixit: *Facilius est camelum per foramen acus transire, quàm divitē intrare in regnum cœlorum.* (Matth. 19 v. 24.) Quibus verbis Christus Dominus divitum salutem impossibilem esse, docere voluisse videtur; cum enim camelum per foramen acus transire sit impossibile, impossibilis quoque erit divitum in cœlos ingressus. Ergone igitur nullus divitum salvabitur, sed omnes damnabuntur? Minimè gentium. Quodsi enim hoc verum esset, qua ratione Ecclesia in Concilio Gandicensi in hæc verba concludere & decernere posset: *si quis dixerit divitem in justitia & bonis operibus non servandis, anathema* (Dist. 3. c. Hæc anathema.)

thema sit? Dicendum igitur, ita quidem prima fronte videri, quasi Christus per hanc sententiã divitũ salutent impossibilẽ esse, asserere voluisset, verum revera id affirmare nequaquam voluit, aut intendit, quia uti Paulus de Palatio docet, per regnum cœlorum eo in loco non intendit significare Regnum cœli Empytei, in quo regnant beati, quo etiam ingressi sunt Abraham, Isaac, Jacob, David, aliique homines divites & opulenti qui in hac vita fuêre virtuosi, sed potius illud Regnum Dei intelligit, quod ab Apostolo pax appellatur & gaudium:

Ad Rom. 14. v. 16. *Regnum Dei est justitia, pax, & gaudium.* Dives quidem sanctus & virtuosus fieri, nec non Paradisum introire facilè potest? veruntamen quoadusque vivit, non nisi summa cum difficultate vitam ducere poterit quietam & lætam. *Dives*, inquit hic Doctor, *justus & sanè pius esse potest, sed illa intima pace & quiete, & gaudio gaudere difficillimè potest.* Vita divitis vita est continuò inquieta, mille curis obnoxia, perpetuis curis & laboribus onusta, præque omni felle supra modum amara, atque ideo nullam habet nec habere potest lætitiam. Quale enim gaudium gustare poterit, qui dies & noctes inter spinas ipsum circumdantes, pungentes, & lacerantes volvitur, atque revolvitur. Ejusmodi vita continua pœna, & vera infelicitas, ac manifesta miseria appellari meretur, quia vita est quavis morte deterior. Idque adeo verum est, ut os Chrysostomi aureum dicere non dubitarit: *Divitum multi vitam non vitalem esse putant, & innumeras mortes exoptant.*

Paulus Palac in cap. 19. Matth.

D. Chrys. Hom. 18. ad Pop.

4. Ad idem propositum alius quidam locus ex Isaiæ cap. 2. depromptus attentè considerari meretur, ubi propheta dicit: *Repleta est terra argento & auro; & non est finis thesaurorum ejus: & repleta est terra equis, & innumerabiles quadrigæ ejus.* Quænam enim est hæc consequentia? quidnam obsecro equi & quadrigæ cum auro & argento commune habent, ut ubi est aurum & argentum præsto quoq; sint cum equis quadrigæ. Imò vero consequentia melior inferri nequit, utpote quæ necessario cõcludit. Nullibi enim equos ferocire, aut quadrigas stridere videbis, quam ubi aurum & argentum aliæque mundi hujus divitiæ abundant, Quia enim equi & quadrigæ utpote instrumenta militiæ bella significant, ideo prophera iis verbis innuere voluit, quod ubicunque divitiæ florent, ibi protinus omnia quoque bellis ardere. Ita enim Prophetam Oleaster intelligit & explicat, dicens: *Postquam dixit terram argento & auro abundasse, addidit eam fuisse equis & quadrigis repletam, ut insinuaret raro divitem à bellis quiescere.* Divitiæ namq; vera sunt iræ fomenta, easdemque haud secus ac magnes ferrum attrahunt, turbant quietem, pacem rescindunt, ipsamque divitis vitam continuis turbulentiis plenam esse faciunt, ut stricto semper gladio vigilare, mente simul & corpore laborare, nunquam quietus esse, vitamque infelicissimam ducere cogatur.

Isaiæ 2. v. 7.

Oleast. in cap. 2. Isai.

5. Quidnam obsecro Poetas movit, ut Iridem Boccacio teste, Junoni consectarent? Pulchra quædam consequentia. Arcus enim ille qui Iris vocatur nulli alteri Deæ præterquam divitiarum Deæ, qualis Juno esse fingitur dedicandus erat. *Irem* enim, quod hujus arcus nomen est, idem est quod *Erim*, in est, *certamen*, (quotiescunque enim Dii hic in terris discordias seminare moliuntur Iride utuntur) bellum autem sive certamen aut discordia nulli congruentius, quàm divitiis, omnium discordiarum & litium fonti & origini. Divitiæ enim hominem continuò præliari faciunt. Dives enim dimicat cum Judicibus, Advocatis, Procuratoribus, lictoribus, aliisque officiatiis. Dives certat cum furibus, latronibus, amicis pariter & inimicis, imo cum propriis filiis suis, qui pecuniis suis, quas diligunt & habere desiderant, continuò insidiantur. Denique luctatur cum semetipso; cum suo ventre, dum illum cibo sufficiente fraudat; cum corpore suo quod laceris & reperiatis vestibus induit: Denique cum propria anima sua, quàm veluti capitalem inimicam mille sceleribus contaminat, & cœlesti beatitudine privat. Unde liquet vitam hominis divitis continuam esse militiam seu bellum, aut splendidam quandam miseriam, sive laborem quendam omnis quietis expertem.

Ioan. Boccas.

6. Quænam obsecro causa est quod sanctissimus Christi præcursor Joannes Baptista appellatus & existimatus fuerit Angelus?

lus? Ita enim per os Malachiæ Propheta Deus de illo dixit: *Ecce ego mitto Angelum meum, & præparabit viam ante faciem meam.* Dici equidem potuit, ipsum ideo Angelum appellatum fuisse, quia quoadusque hic in terris nobiscum est conversatus, vitam duxit Angelicam; quisquis enim Angelicè vivit, Angelus appellari meretur: aut verò Angelus dicitur, quia in deserto vixit, ubi tot rebus non indigebat, quot civitatum incolis sunt necessariæ, atque ideo Angelis, quantum fieri potuit, factus est proximus, quorum vita nulla prorsus re terrena opus habet. Hinc aûtem inferre licet cum S. Chrysostomo, quod sicut quantò minus hujus mundi rebus indigemus, tantò magis Angelis appropinquamus, ita similiter quantò magis ejusmodi res nobis necessariæ sunt, tantò magis ab Angelis recedimus & distamus: *Quantò paucioribus indigemus, tantò magis Angelis appropinquamus: quantò pluribus, tantò magis ad hanc caducam vitam deflectimus.* Etenim si divitum vitam attenderis, illam omnibus rebus indigere videbis. Ut enim egrediantur domo, servis opus habent, qui illos sequantur: si vestibus se induere, aut illas exuere velint, adjutore opus habent qui illos vestiat, aut vestibus exuat: edere volentes, indigent prægustatore, pincerna, coquo, variisque ministris aliis. Imo verò non hominibus tantum, sed & bestiis opus habent; equis nimirum, mulis, asinis, canibus, aliisque animalibus similibus; unde in stabulis suis tot tamque varias bestiarum species nutriunt, ut domus illorum vera quædam Arcæ Noëticæ delineatio esse videatur; ac proindè eodem modo per singula ad eorundem vitam spectantia discurrendo, ipsos omnium rerum summe egenos esse reperietis. Econtra verò pauperes nulla re indigent; nam egredientes non indigent servis, propriis quoque manibus sese vestiunt & exuunt; sine coquis & pincernis adhibitis manducant & bibunt: nulla domi ipsorum nutriuntur animalia, eo quod vita ipsorum bestiarum subsidio minimè indigeat. Dicendum igitur quod sicut horum vita, vita est Angelorum, ita vita istorum vita sit hominum; & consequenter quod pauperum vita beata sit, divitum verò egena & misera. Hujus veritatis David propheta optimè conscius erat, qui proinde Deum ideo suum esse Deum dicebat, quod eundem experientia, teste bonorum & divitiarum suarum minimè indigere comperisset: *Dixi Domino, Deus meus es tu, quoniã bonorum meorum non eges*; quasi è contrario inferre voluisset, quod ipsum veluti Deũ suum nequaquam agnovisset aut adorasset, si ipsum aliqua re indigere deprehendisset. Unde colligitur, eos qui tot rebus quas divitibus necessarias esse videmus, nequaquam indigent, non solum proximè ad beatos Angelos, verum etiam ad ipsummet Deum Angelorum aliorumq; cælitum Dominum omnis beatitudinis fontem, qui omnes cœlestis patriæ cives beatificat, accedere & appropinquare. Divites igitur nequaquam beati existimandi sunt, cum ob innumeras necessitates suas adeo sint ab Angelis & à Deo remoti. Necessitas nequaquam beatitudini conjuncta est, sed miseriæ, nec felicitatem, sed infelicitatem sequitur.

D. Chrys. Hom. 79. in Ioan.

Ps. 15. v. 2

7. Matthæi cap. 5. Christus Redemptor noster coram discipulis suis in monte prædicans, deque pauperibus loquens, illos verè beatos esse asseruit: *Beati pauperes spiritu quoniam ipsorum est regnum cœlorum.* Et quidem quoniam Dominus hisce verbis, non de futura beatitudine, quam post hanc vitam expectamus loqui intendebat, sed de præsenti, qua hic in terris, quantum in hac vita licet, perfruimur, ideo non dixit: *ipsorum erit*, sed *ipsorum est Regnum cœlorum.* Verum enim verò quidnã Christum ad hoc movit, ut pauperum hominum vitam beatam esse asseruerit? Fecit hoc misera hominum mundanorum illusio, qui sibi pauperes miserosi, divites verò beatos esse persuadent, cum contrarium potiùs judicare deberent: *Porrò Dominus volens nos avocare ab omnibus, quæ homines vulgo putant hominẽ beare & reddere felicem, in contrariũ constituit beatitudinem hominis, dicens. Beati pauperes spiritu, quoniã ipsorũ est regnũ cœlorũ*, inquit Michael de Palatio. Pauperes etenim non verò divites, in hac vita beati sunt; econtra verò divites, non verò pauperes miseri sunt & infelices, qui secus judicat, gravi errore laborat, & decipitur. Neque enim errare potest æterna & increata veritas, à qua nos id edocemur. Pauperes Angeli sunt, divites

Matth. 5. v. 3.

Michael Palac. in cap 7. Ioan.

divites vero sunt homines, atque ideo hi miseri sunt, illi vero beati: *Beati pauperes.*

8. Quo tempore Prothoparentes nostri Adam & Eva uxor ejus in paradiso fuerunt (ubi quoniam Divinitatis abyssum, & alterius vitæ delitias contemplabantur, vita quadam gaudebant beata) nudi erant, nec tamen nudos se esse animadvertebant. De hac autem nuditate sua certiores facti sunt, postquam veritum pomum manducando divinum fuêre præceptum transgressi, factique miseri. Tunc, inquit sacer textus: *Aperti sunt oculi eorum, & cognoverunt se esse nudos.* Unde ut huic suæ necessitati aliquod adferrent remedium, ex ficulneæ foliis sibi contexuerunt ad contegendam corporis nuditatem perizomata. Enimvero Auditores, causam hic a vobis scisciter, cur prothoplasti quamdiu in felicitatis suæ statu perseverabnt, nuditatem suam non animadverterint, illamque tunc pridem experiri cæperint, postquam prolapsi sunt in miseriam? unica profecto hujus rei causa Deus ipse erat, qui oculos eorum impediebat ne se nudos esse videre possent, ne eorundem à rerum cælestium contemplatione ipsos beatificante removeretur. Quodsi enim oculos suos habuissent eo tempore apertos, seque nudos & vestium aliarumque similium rerum egenos esse conspexissent, utique circa has corporis necessitates distracti, ex tanta felicitate in miseriam prolapsi longe maximam fuissent; prouti post apertos peccato commisso oculos, reipsa evenit. Unde Chrysostomus Adamum in statu innocentiæ constitutum in tantum beatum existimabat, in quantum iis rebus, quarum illum post peccatum egenum videbat, eum minimè opus habere cognoscebat: *Adam beatum dicemus, quoniam nulla re indigeret, non vestibus, &c.* Eo ipso enim quo se tot rerum inopem esse conspexit, in summæ felicitatis statum collapsus, miser evasit. Hocque suo exemplo nobis innuit hominem divitem, cujus vita tot tantisque rebus indiget, tamque variis est necessitatibus distracta, nequaquam felicem esse, uti plures existimant, sed infelicem & miseram. Mundanarum enim curarum turba, quæ in homine divite per tot necessitates cordis sui regiam diu noctuque tam variè turbat, ut ne unicam quidem ei somni horam indulgeat, illum verè miserum, non vero beatum esse declarat.

Gen. 3. v. 7.

D. Chrys. Hom. 70. in Ioan.

9. Audite regium Prophetam Davidem circa hanc materiam mirabiliter discurrentem: *Filii hominum*, inquit *usquequo gravi corde, ut quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium?* Quasi coactis hominibus dicere voluisset: cur adeo stolidi & ignorantes estis, ut tanto cùm labore ac sudore vanitatem diligere & quærere mendacium vos nequaquam pigeat? verum enimvero cum Propheta hoc loco per mendacium bona intelligat temporalia, id est, aurum, argentum & similia, quis causam mihi edicet, cur omnes illas divitias mendacium appellet? Mendacium illas nominat, eò quod per longam experientiam illas nil nisi mendacium quoddam esse comprobarit. Tum quia priusquam homo illas possideat, homini mendaciter, sitim ejus qua erga illas æstuat se extincturas esse promittunt, cum tamen eandem sitim postea quam possidentur, non solum non satient aut compescant, sed potius magis magisque accendant & irritant, illorumque possessorem magis sitibundum esse faciant. Esto enim quod homo totum mundum in sua potestate habeat, aut suæ sint omnes totius mundi divitiæ, sit denique alter quidam Alexander, omninò tamen satur nunquam efficietur, sed potius magis magisque sitire se sentiet, & præ sitis vehementia amarè plorabat, prouti quondam Alexander fleviſse legitur, quando ab Anaxagora alium præter eum quem de facto possidebat, superesse mundum intelligebat. Tum etiam, quia in manu divitis modicum durant, unde sicut nihil est quod minus subsistat quam mendacium, ita nihil est quod minus durare valeat quam divitiæ. Denique divitiæ mendacium esse dicuntur, quia cum diviti felicitatem promittant, loco ejus summam ei miseriam adferunt. *Temporalia dicuntur mendacia*, inquit Hugo, *quia promittunt beatitudinem, & faciunt miserum.* Patet igitur quod ii qui divitem beatum esse judicant, ad promissiones tantum, quas divitiæ facere solent, respiciant, quodsi autem divitias mendaces, imo mendacia esse scirent, utpote quæ illius quod promiserunt, contrarium præ-

Psal. 4. v. 3.

Hugo Card. in Psal. 4.

stant, dum eum quem beatificare & fortunatum reddere promiserunt, miserum & infelicem constituunt, illum revera non felicem, sed uti revera est miserum esse judicarent.

10. In eodem Psalmo Propheta Deo gratias agit, quod eum in hac vita lætum semper conservarit; & dicit: *Dedisti lætitiam in corde meo*, quasi diceret: Gratias tibi ago Deus meus, quod quamdiu hic in terra vixi, cor meum gaudio & lætitia adimplere dignatus fueris. Eximium utique donum magnusque favor erat, pro quo Deo hoc in loco gratias agebat. Quodsi enim Deus illi sola excepta cordis lætitia quodvis aliud bonum dedisset, illud utique nihili æstimasset, tametsi enim homo cuncta mundi bona possideat, & tamen in his omnibus omni prorsus lætitia careat, nihil ipsum tot tantaque bona habere juvabit. Veruntamen observandum, quod non solum dicat: *Dedisti lætitiam*, verum insuper adjungat, *in corde meo*. Quonam putas fine hæc verba adjungere, aut sine necessitate multiplicare voluit: nimirum, quia tametsi certum sit veram lætitiam in corde, non vero extra cor inveniri! certa tamen etiam lætitia reperitur, quæ extra cor in solis oculis residet, estque ea quæ ex bonorum temporalium, Regnorum, facultatum, auri, argenti, simulmumque rerum possessione subnascitur; hæc autem non vera sed falsa lætitia dici meretur, dum enim ii qui hac lætitia perfunduntur, iis tantum fruantur quæ videri possunt, quid aliud supereſt quam quod cor talium hominum tristitia & mœrore continuo sit plenum? *Non dixit simpliciter & absolutè*, inquit Chrysostomus, *dedisti lætitiam, sed in cor meum. Ostendens non esse in rebus externis lætitiam, nec in mancipiis, nec in auro, nec in argento, nec in vestibus &c. Hæc enim lætia non est cordis, sed solum oculorum. Multi eorum qui hæc possident, vitam non esse vitalem existimant, & angoris fornacem in animo circumferunt à curarum multitudine exhausti, & continuo timoribus oppressi. Sed mihi inquit, non est in his lætitia, sed in corde.* Divites equidem lætos esse non inficior, sed extrinsecus tantum, & in oculis; cæterum intrinsecus in corde ut plurimum ærumnosi sunt & afflicti. Unde quid illos juvabit lætitia exterior, cum interius continuo quodam tormento exerceantur. Hanc infelicitatem, quam alii stultè felicitatem esse existimant, Dionysius Syracusanus cuidam assentatorum suorum insinuare voluit; quem amictum purpura & aureo diademate redimitum, in throno quodam regio sedere jussit, & posita coram ipso mensa lautissima, opiparis ferculis onusta, innumerisque ministris circumdata, super caput ejus strictum ensem ex simplici quodam filo pendulum suspendi curavit, qui paulatim decidens vita eum exueret. In quo metu illum eousque expositum esse voluit, donec tandem per hanc experientiam edoctus fateri cogeretur vanam & mendacem prorsus esse extrinsecam hanc in oculis duntaxat haustam lætitiam, dum interea continuis exercetur angustiis & tormentis, vel eorum saltem metu cruciatur. Etenim tametsi oculi nihil quod nostrum sit videant: si tamen corde læti fuerimus, felicissimi æstimabimur: econtra vero mera nos premet infelicitas, si dolente & angustiato corde, oculis nostris perfruiti fuerimus omni eo, quod in suis olim palatiis videre poterant Midas, Crœsus, & Crassus.

Psal. 4. v. 8.

D. Chrys. in Psal. 4.

11. Idem quoque Propheta in alio quodam Psalmo de inimicis Dei loquens in hæc verba prorupit: *Inimici ejus terram lingent.* Ubi nonnulli per Dei inimicos, hujus mundi divites intelligunt. Hi enim, quoniam duobus Dominis Deo scilicet & divitiis suis servire non valentes, servi potius divitiarum quam Dei esse voluerunt, divitiis quoque potius quam Deo se suaque dedicarunt obsequia, sicque Deum optimum maximum dereliquerunt & contempserunt, inimici Dei appellantur, & meritò, cum Dominus dicat: *Qui non est mecum contra me est*? De hisce David futurum esse dicit, ut *terram lingant*, Valde autem ponderandum & observandum est, quod non dicat, mordebunt, aut manducabunt terram, sed lingent. Cur hoc verbo potius quam aliis uti placuit? ut nimirum divites fame quasi enecatos vivere, in-

Psal. 71. v. 8.

Matt. 12. v. 30.

ſanuereť. Is namque qui panem lingit, eodem non ſolum non ſatiatur, ſed illius appetitum magis magiſque irritat, & in majorem rabiem adigit. Cum enim mundanorum bonorum fructus in ſola quadam ſuperficie conſiſtat, neque uti alibi demonſtravimus, quidpiam ſolidi, quod animum divitis ſaturare poſſit, in ſe contineat, divites non niſi lingere bona ſua poſſunt; ac proinde tametſi divites ingentem habeant terrenorum bonorum quantitatem, eademque quotidie multiplicare omni cum induſtria ſatagant, ſuis tamen cupiditatibus & appetitui ſatisfacere nunquam poterunt, imo famem illorum vehementius proritabunt, ut præ fame emori cogantur. Ita hunc locum S. Bernardinus pondetat: *Non dixit comedent, vel mordebunt; nam omnia temporalia & terrena vana, falſa & ſuperficialia ſunt, nec eſt ibi quidquam ſoliditatis quod morderi poteſi vel comedi. Quod autem lingitur, hominem non bene ſatiat, ſed potius deſiderium ejus vel famem accendit.* Quodſi verum eſt, uti eſt veriſſimum & indubitatum, vita utique hominis divitis erit omnium infeliciſſima, eritque proinde dives quovis miſero mendicabulo longe miſerior. Cum enim nullus in hoc mundo ſit, qui ne panem, quem ad ſatietatem comedere poſſit, non inveniat: dives tamen eundem vel non invenit, vel ſi inveniat, inventum nec mordere valet, nec manducare, ſed lingere tantum conceditur Tormentum iſtud, quod opulentos homines perpetuò affligit, tale eſt, adeoque atrox ſupplicium, ut non inter hujus terræ tormenta, ſed inter acerbiſſimas Inferni pœnas, quæ vera tormenta dici merentur, connumerati debeat. Tantalum enim, qui ex tanta ob oculos ejus poſita bonorum abundantia nec edere nec bibere valens ſiti moriebatur & fame, Poëtæ non terræ, ſed Inferni incolam eſſe finxerunt. Vos itaque æquos hac in re arbitros & judices eſſe volo, vos inquam ipſimet judicate, num is qui pœnas ſuſtinet inferni, felix aut beatus dici jure poſſit, cum verè ſummè miſer ſit atque infelix.

D. Bern. Tom. ſerm. 60. Art. ult. cap. 4.

12. Quoniam vinea quam Achab Rex Iſraelis à pauperculo Naboth pro horti ſeu pomerii ſui dilatatione propoſcerat, eidem liberè denegabatur, ideo ſacer textus dicit, quod in domum ſuam regreſſus, ſeque in lectulum languoris cauſa projiciens, nec edere potuerit nec bibere: *Venit Achab in domum ſuam indignans, & projiciens ſe in lectulum ſuum, avertit faciem ſuam ad parietem, & non comedit panem.* Cur obſecro manducare non potuit? Forte panem quem manducaret, non habuit? Id utique prorſus eſt incredibile, quia cum Achab Rex fuerit non minus dives quam magnus & ſublimis, tametſi etiam in omnibus mundi partibus non niſi unicus tantum panis ad manum fuiſſet, in domum utique tam potentis Regis is illatus fuiſſet. Cauſa igitur cur comedere non potuerit, ex mente S. Ambroſii hæc erat, quia multis pollebat, imo abundabat divitiis. Neque enim divites à pauperum pœnis vel incommodis exemptos eſſe credere debemus; quin potius ſicuti pauperes non manducant, qui cibum non habent: ita quoque divites manducare non poſſunt, tametſi cibis coram ſe poſitis abundent; uterque famis flagello, & quovis alio mali genere æqualiter veratur & anguſtiatur. Audite igitur S. Archiepiſcopum præcitatum divites hiſce verbis alloquentem: *Divites eripitis quidem pauperibus univerſa, auffertis omnia, nihil relinquitis, panem tamen pauperum vos potius divites ſuſtinetis. Illi jejunans cum non habeant, vos cum habetis.* Si infirmantur pauperes; infirmantur pariter & divites; ſi dolent iſti, hi quoque à dolore non vacant: ſi plangit pauper, plangit & dives. Illi affliguntur fame, hi eadem tantum non extinguuntur. Unde ſi mundum pauperem, ob innumera quibus ſubſternitur mala, miſerum judicet: miſerum quoque æſtimare debebit & divitem, utpote quem iiſdem prorſus malis cernit eſſe aggravatum.

D. Ambr. de Naboth cap. 4.

13. Nemo eſt qui non obſtupeſcere non poſſit illa Davidis verba, cum ajebat: *Pauper ſum ego & in laboribus à juventute mea.* Quo enim jure, aut cum qua veritate verba illa ore Davidis adeo opulenti atque potentis convenire poterant? David enim tantas poſſidebat divitias, ut tametſi Salomoni filio ſuo centies millia talenta auri, & integrum millionem argenti moriens reliquerit; cum tanta tamen auri copia ſepultus fuerit, ut Hircanus trecentis annis poſt ejus mortem cum Antiocho Demetrii filio pacem facturus, ex aperto Davidis ſepulchro quadra-

Pſal. 87. v. 16.

ginta quatuor scutorum milliones & quingenta scutorum millia inde sustulerit, bonam nihilominus aut quantitatem in eo relinquens, reliquam ab Herode postea totaliter inde ereptam atque sublatam. Quodsi igitur tam incredibilium divitiarum Dominus extitit, qua igitur ratione pauper vocari potuit? sciendum igitur est, quod tametsi homo aliquis immensas divitias possideat, ipso tamen paupere perfœpè pauperior sit atque egentior. Cum enim multi pauperes mendicare erubescant; divites econtra, cujusmodi sunt Reges & Imperatores, utpote qui eo quod possident, minimè sunt contenti, corde & frequenter etiam ore continuo mendicant, suasque eleemosynas petere non erubescunt. Ejusmodi igitur hominem David referebat, dum verba superius prolata ediceret: *Pauper est qui mendicat*, inquit S. Carthusianorum Patriarcha Bruno: *mendicant autem Imperatores, non quidem voce, quamvis aliquando & voce sed desiderio. Quia hujusmodi pro una domo quam habent, centũ desiderant.* Hujus temporis Reges & Imperatores, non tantum pauperes, sed mendici quoque esse conspiciuntur; Et quod illorum miseriam auget, non solum à divitibus, verum etiam à pauperibus & mendicis, & iis maximè mendicant, quasi eo ipso quo divites existunt, ipsis sint infelicibus infeliciores, & miseris miseriores.

S. Bruno de Nov in Eccles. cap. 7.

14. Ut hominem aliquem beatum esse affirmemus, considerandus & attendendus est ejusdem hominis finis. Si enim finis ejus beatus fuerit, illum quoque beatum esse merito censebitis; quodsi vero hic miser fuerit, qualis esse finis mundani divitis solet, ipsum utique miserum existimare debebitis. Regius etenim Propheta David, populum aliquem omni desiderabili bono affluentem, omni formidabili malo carentem describens, tandem ex nonnullorum opinione populum illum beatum deprædicantium, discursum suum concludit, dicens: *Beatum dixerunt populum, cui hæc sunt.* Ubi attendendum bene est, quod illum non ex suamet propria animi sententia beatum esse dicat, sed tantum ita alios opinatos fuisse asserat, quasi clarioribus verbis subjungere voluisset: Miserè id opinantes decipiuntur, cum potius talem hominem pronuntiare miserum debuissent, quam beatum; ex quo enim tanta bona eidem parum aut nihil prorsus utilitatis adferant, tandemque felicitas sua per summam miseriam veluti finem sit terminanda, miser utique potius & infelix judicandus erit, quam felix & beatus. Unde Incognitus Carmelita P. Michael de Ayguanis Bononiensis optimè dicit. *Quicunque talem prosperitatem habentes, dicunt esse felices, mentiuntur, quod patet ex fine eorum, qui in puncto ad Inferna descendunt.* Aristoteles finem considerandum esse docet, ad hoc ut homo aliquis vere felix judicari possit: *Finem spectare oportet, ut quis felix dicatur*; cum igitur finis vitæ miseri divitis miser sit, misera quoque vita ejus esse debet, & non beata prouti falsò esse creditur. Id quod adeo evidenter verum est, ut idipsum vel ipse Æsopi asinus perspicuè intellexerit. Primo enim quando in stabulo suo equum vidit corpore bene pinguem, saturum, nitideque politum, magnamque industriam qua ejusdem necessitatibus curiosè prospiciebatur attendit; mox illum æstimavit beatum, suamque miseriam nimis amarè deplanxit, utpote qui macilentus, famelicus, luto plenus, verberibusque semper esset onustus, cui nihilominus ne vel unica indulgeretur hora, qua ab onere remanere posset immunis? at vero quando postea eundem equum in campo ostendit sudore madidum, defatigatum, fræna dura mordentem, ephippio vel Stella accinctum, ad latera calcaribus excarnificatum, & insidentem ei continuo equitem, qui ad proximum usque veræ perdendæ periculum eundem exagitabat, à suo mox errore resipiscens, infinitas Deo gratias retulit, quod eum non equum condidisset sed asinum: *Magnas Dijs gratias agebat, quod non se equum, sed asinum fecissent.* In solo extrinseco apparatu divitis consistit felicitas, cum quod intrinsecum spectat, revera miser existat. Unde merito quædam miseriæ larva appellari, ad quam, prouti in fine tandem clarè apparebit, occultè pertrahitur.

Psal. 145. v. 15.

In cognitus in Ps. 143.

Aristot. lib. 1. Ethic. c. 10.

Æsopus.

15. Inter octo vocabula quibus Hebræa lingua autum exprimitur, unum est, quo *Cegor* appellatur, quod in sermone latino, idem quod *incluſum* significat. Eo quod natura illud profundissimis terræ partibus velut

luti carceri incluserit. Veruntamen cùm in præsenti nunc materia hæreamus, causam scire percupetem cur natura aurum hoc modo secludere & incarcere perpetuo voluerit; cum tamen id quod adeo pulchrum est, hominumque oculis gratum, hac ratione abscondere & tot carceribus includere minimè debuisset, cum potius fœda & turpia, non vero pulchra occultari & incarcerari soleant. Respondeo igitur, verum quidem esse, quod aurum utpote pulchrum liberum merito, omniumque oculis expositum esse deberet: attamen quia aurum quoque magnus quidam malefactor, magnus incendiarius, & traditor valdè famosus, humano generi incredibiliter pernitiosus existit; ideò natura illud arctè adeo incarcerare voluit; viri namque scelerati & facinorosi, qui civitates commovent & rebellionibus infestant, in profundissimos carceres coercentur, & includuntur: *Aurum à natura abditum & detrusum est, tanquam in carcere, in ipsa terra viscera: ne si aditus pateat, egrediatur, & grassentur opes irritamenta malorum*, inquit Pater Pineda. Aurum, aliæque quæ auro acquiruntur divitiæ, non tam sunt in manu divitum, quantum divites constituti sunt in manibus earum. Unde à Psalmista divites appellantur; *viri divitiarum*. Cum igitur divites divitiarum potestati sint subjecti, consequenter in totidem sceleratorum, traditorum, homicidarum manu sunt expositi, qui ad illos affligendos & discruciandos rupto carcere in domos eorum involarunt. Unde continuus, in hominibus istis timor & tremor nascitur; qua enim ratione toto corpore tremuli non timebunt, qui in eorum manibus, qui mortem illis quovis momento machinantur, sunt constituti? num fortè felicem vitam illam æstimabitis, quæ in timore & tremore continuo traducitur? certè misera est & non felix; vita namque ista inter spinas elabitur molestantes, pungentes, lacerantes, vulnerantes, ac ne unicam quidem mediocris quietis horam indulgentes. Verè miser est dives, & non felix; miser inquam, quia *cecidit inter spinas*. *Luc. 8. v. 7.*

16. Porro S. Ambrosio solas cælestes divitias, bona sive divitias appellare placuit, eo quod hæ solæ verè tales sint, *Illa enim bona sunt, quæ manent semper; quæ non queunt temporis vel ætatis mutatione corrumpi.* Quasi terrenæ divitiæ quæ amittuntur & corrumpuntur, bonæ nequaquam appellandæ sint, aut si nomen illud obtineant, illo tamen neutiquam sint dignæ. Nostisne causam edicere mihi, cur S. Doctor terrenas divitias bona minimè appellanda esse censetit? quia illas non sicut indoctum vulgus sibi persuadet, hominem beatificare intellexit, cum beatitudo ad sola Paradisi bona pertineat. Nam ut Ulpian. inquit: *Bona naturalia dicuntur ex eo quod beent, hoc est beatum faciant.* Unde cum S. Doctor terrenas divitias hominem non solum non beatificare, sed miserum potius reddere experiretur, ideò hoc nomen *bona* solis divitiis cælestibus applicare voluit, quæ sola hominem beatificant, seu beatum verè constituunt: *Illa bona sunt quæ manent semper.* Unde Christus de beatitudine loquens non dixit: *Beati divites*, sed *beati pauperes*. Quia bona præsentia hominem non solum beatum non faciunt, verum insuper miserum efficiunt; atque ideo potius beatitudo quædam & paradisus hominibus in hac vita concessus est illis carere. Neque enim beatus, sed miser est, qui *credit inter spinas*. *Matth. 5. v. 3.*

Pineda de rebus Salom. lib. 4. c. 10. n. 10

Psal. 75. v. 6.

D. Ambr. de fuga sæculi c. 6.

Vulpianus leg Bonorum ff. de verb. sig. nif.

SERMO I.

IN DOMINICAM QUINQUAGESIMÆ.

THEMA

Ecce aſcendimus Hieroſolymam.
Luc. 8.

ARGUMENTUM.

Stultitiæ & fatuitates dierum Bacchanalium Chriſtiano nullo modo conveniunt.

Um vita hominis Chriſtiani continuum & interruptũ iter quoddam ſit verſus cælum patriam ſuam, unde & nomen habent quod Viatores dicantur, ideò ſequentes ei regulæ ſunt obſervandæ. Primò enim tempus pro hoc itinere feliciter perficiendo à Deo ſibi indultum nequaquam vanè perdere debet, ſed attendere quod via longa ſit, vita autem brevis. Qui enim ad alia quam ad iter ſuum attendentes, in via hærent, tandem ſepeliuntur in inferno? ſecundò: cum Chriſtianus in hoc itinere in ardua & ſublimia aſcendat, ab omni ſupervacaneo pondere, quo carnem familiarem inimicam ſuam quotidie graviter premit, ſuos exonerare humeros debet. Quot enim ſunt, qui immenſo pondere preſſi in terra jacent, & reſurgere inde minimè valentes, inchoatum iter continuare non curant? Tertiò exemplo Ulyſſis ad crucis arborem alligari, atque ad Syrenarum cantus, recta ad cælam via ipſum divertentes, fictoque vocum ſuarum dulcedine, in ſuo itinere eum retardantes, aures ſuas firmiter debet occludere. Quartò debet ab oculorum ſuorum latronibus cautè ſibi cavere, utpote qui per obviarum varietatum aſpectum, illum ei theſaurum eripiunt, ſine quo poſt iter feliciter abſolutum Deum intueri cælumque ingredi minimè poterit. Quantò inter cætera pernitioſa mala, ſpecialiter ſibi à noxiis gulæ inſidiis debet attendere, quæ ſub doloſæ pietatis ſpecie quaſi defatigata corporis membra, ad cæptum ſalutis iter majori cum vigore proſequentium reſtauratura, omnem illi mentis & animæ vigorem nequiter eripit, eamque adeo ſegnem, torpidam & accedioſam efficit, ut tandem Chriſtianus ex homine in turpem & lutulentum porcum, cælum

sum æternamque vitam consequi minimè cogitantem, turpiter transformetur. Sextò ad completum usque itineris sui finem, pœnitentiæ baculum (non verò testudinem aut cytharam, quæ virtuosum hominem incantando ex viro in fœminam armis tractandis minimè aptam transvertunt) manibus suis ferre debet ac terere, illo enim valde indiget, ut continuo contra adversarios qui illum in via aggredi solent, defendere se possit. Septimò denique ut uno verbo multa complectar, totus Deo non vero mundo esse debet, utpote qui mundum relinquens ad Deum vadit. Quæ omnia ut facilius intelligamus, causam si placet, examinemus, cur hoc bacchanaliorum tempore illud legatur Evangelium, quod incipit: *Ecce ascendimus Ierosolymam?* Et quidem quod me attinet, nulla alia de causa id fieri opinor, quam ut per hujus Evangelii initium Christiani moneantur, ut a fatuitatibus illis quæ hoc tempore fieri videntur, summè sibi caveant. Quasi Christus Christianos clarius hisce voluisset verbis alloqui: ecce in cælestem conscendimus Jerosolymam, namque in vita sumus ad æternam patriam nostram, cur igitur vanitatibus atque stultitiis intenti estis, quæ in hoc vos itinere non solum retardant atque impediunt, sed etiam omninò seducunt? delitiæ, vanitates, atque stultitiæ hujus miseri & deplorandi temporis, Christianis cælum versus proficiscentibus minimè conveniunt. His enim armis Dæmones viatoribus in cælum contendentibus in via insidias tendunt, animasque incautas & imprudentes ad infernum abire cogunt. Hæc enim est efficacissima ratio cui Christianus hisce diebus non cum hoc mundo insolescere aut stultescere, sed prudenter sapere debeat, quamvis nec aliæ desint quæ eandem modestiam non minus efficaciter persuadent.

2. Præsens igitur discursus suum ex loco quodam Psalmi trigesimi quarti desumat exordium, in quo Propheta de divina pietate confisus, & in cælum conscendere, ibidemque Deum in societate populi Christiani laudare sperans, ita Deum alloquitur: *Confitebor tibi in Ecclesia magna, in populo gravi laudabo te.* Ubi sicut per Ecclesiam magnam, Ecclesia militans intelligitur, ita per populum gravem populus Christianus significatur. Cur autem hoc loco Christianos populum gravem appellari existimas? hoc nomen Christiani à Psalmista sortiuntur, vel quia illos omnibus in mundo hominibus graves atque molestos futuros esse prævidebat, tam Principibus & eorum subditis, quam maledictis & damnatis spiritibus, illos utrosque gubernantibus. Christiani namque antiquis temporibus adeo graves onerosi & molesti erant, ut à tot sceleratis quorum mundus plenus erat, tolerari nequaquam potuerint, qui proinde illis trucidatis & occisis ab ingenti quodam montis pondere sive onere exoneratos se esse existimabant: aut verò quia populus Christianus futurus erat suprà modum humilis, utpote cui probè notum esset, lucrum regni cælestis in viribus consistere humilitatis; ideò illum gravem populum utpote deorsum semper tendens ad centrum humilitatis. Denique gravis dicitur Christianorum populus ob morum gravitatem; cujus in se publicum edictum specimen esse sciebat, quamque sanctus Augustinus in omnibus nobis tam sollicitè requirit, cum dicit: *In incessu, statu, habitu, & in omnibus montibus vestris nihil sit, quod cujusquam offendat aspectum; sed quod vestram doceat sanitatem.* Hæc etenim inter cæteras vera & laudabilis est gravitas, quæ in homine mirum in modum placet; non verò tetrica illa quorundam hominum gravitas, quæ à nullo tolerari aut sustineri potest: gravitas igitur Christianorum aurea est non vero plumbea, in virtute, non vero in vitio fundatur superbiæ. Cum igitur populus Christianorum gravis esse debeat, vanitates bacchanalium, ludi, levitates, larvationes, gaudia superflua atque damnosa; aliæque dissolutiones & insolentiæ similes, neutiquam convenire possunt. Quin potius sicut Cato ob morum suorum gravitatem in spectaculis, comædiis, aliisque locis similibus, ad quæ omnes alii turmatim accurrebant, nunquam ab ullo fuit homine visus; unde natum est proverbium: *Ad circumnesciunt convenire Catones*, ita quoque Christiani in levitatibus Bacchanalium dierum, utpote gravitatem

D. August. apud Hug. in Ps. 34.

Psal. 34. v. 8.

Cassiod. l. 1. variar. cap. 27.

tem ipsorum valdè dedecentibus delectari nullatenus debent.

3. Idemmet Propheta utpote cui Christianorum excellentia & dignitas probè cognita erat, eosdem non homines, vulgati scilicet nomine, sed Reges appellandos esse censuit. Ita enim illos ab eo in Psal. 2. appellandos esse invenietis, dum hisce illos verbis affatur: *Et nunc Reges intelligite, erudimini qui judicatis terram.* Nec immerito, Christiani enim veri Reges sunt in sacro baptismate ad magni cujusdam regni imperium electi & uncti: *Omnes in Christo regeneratos crucis signum efficit Reges*, inquit Sanct. Leo Pontifex. Etenim Christiani in hac terra viventes regno suimetipsius, quod totius mundi præstantissimum est, imperant & præsunt. Quod regnum Agesilaus Rex Spartarum regno, cui cum potestate præerat, longe præferebat, de quo proinde loquitur: *Quod sibi imperaret, pulchrius esse judicabat, quam quod regnum obtineret in altos.* Quotquot hujus regni habenas in hac vita feliciter moderantur, post hoc regnum Reges futuri sunt regni cælestis, ubi veri Reges erunt, cælesti diademate ipsamet Dei manu coronati. Unde cum Christianus Rex quidam sit, æquum sanè est, ut gravitatem, modestiam, morumque honestatem præ se ferat, quæ regiam majestatem deceat & condecoret; ea vero quæ vilissimis hominibus permissa cernuntur, summè sibi interdicta esse censeat. Huc servit quod vir quidam sapiens, dum Philippum Macedonum Regem incompositè ridentem, leviterque saltantem ac ludentem vidisset, dicere eidem non dubitarit: *Non te pudet cum te natura fecerit Regem, agere Thersiten?* Unde facilè est colligere, quantum genialium dierum relaxationes Christianum hominem dedeceant; non quod honestatis, gravitatis, modestiæ, aliarumque similium virtutum decor personam Christiani hominis non minus quam ipsosmet deceat Reges.

Psal. 2. v. 10.

D. Leo ser. 3. in Anniv. Assumpt.

Apopth. Aldi Man.

Ibid.

4. Imo vero Christianum alterum quendam Christum appellari quid vetat? Christus enim sit oportet, cui Christus nomen suum adimpressit: *Si reprobaveris, nec nomen habere mereris.* Præterea eo ipso quo Christianus Christum eo modo quo verè obligatus est diligit, Christi personam induit. Amor namque proprium est in rem amatam amantem transformare. Atque hæc est ratio cur Christus dixerit: *Quamdiu fecistis uni ex minimis meis, mihi fecistis*; ex quo enim fideles suos unum idemq; secum esse sciebat, ideoq; quidquid illis fiebat, sibi factum esse arbitrabatur. Ob eandem quoque causam Prædicatores Evangelici Christi matres appellantur; quis enim matres Christi non appellabit eos qui Christum generant? bene ergo Paul. de Pal. indubitatum esse dicit: *Quod quivis Christianus Christus quidam est.* Unde sequitur, quod Christianus utpote alter quidam Christus, sicuti personam illius gerit, ita quoque ejus in se exprimere debeat actiones, ad eum fere modum quo certus quidam vir in urbe Veneta se Sebastianum Lusitaniæ Regem esse mentiens, ut fidem sibi acquireret, eundem Regem in cunctis actionibus suis adeo vivaciter & naturaliter referebat, ut Lusitani qui Sebastianum familiarissimè noverant, eum veluti Regem suum adorarint. Ita quoque de certo quodam piscatore Siculo refert Plinius, quod cum se Scuram Romanum Proconsulem esse fingeret, eum quoque perfectissimè studuerit referre; unde non solum vivam ejus in se imaginem, verum etiam resonantiam vocis, verborum copiam seu eloquentiam, risus affabilitatem, hilaritatem vultus, & gressus cæterorumque morum elegantiam & Majestatem repræsentabat. Cum igitur Christus sæpè plorasse, nunquam vero risisse legatur, necessum est, quod Christianus ut Christum in moribus & actionibus suis exprimat, plangere & flere, nunquam vero ridere, aut spectaculis, comædiis aliisque genialium dierum jocis risum exercitantibus interesse aut assistere debeat. Christianus enim per superfluum & insolitum risum suum non solam debitam modestiam amittit, & Christum referre desinit, verum etiam Deum, qui à nobis ob peccata nostra planctum, non verò risum exspectat & desiderat, graviter offendit.

Matth. 25. v. 40.

Paul. Pal. in cap. 11. Matth.

Plinius lib. 7. c. 11.

5. Ex iis honoribus quibus S. Petrus Christianitatem condecoravit, unus & quidem præcipuus est, quod eandem gentem sanctam appellarit. *Vos autem genus ele-*

1. Petri 2. v. 9.

Ium

ctum, regale sacerdotium, gens sancta, &c. Et quidem hic titulus Christiano homini adeo propriè convenit, ut teste Hugone Cardinale, non solum qui justus est cum Davide dicere possit: *Quoniam sanctus sum*; verum etiam idipsum audacter affirmare queat peccator Christianus, utpote qui pariter sanctus est, id est, *sanctificatus in Baptismo.* Hic enim titulus ei denegari nequit, tametsi illo ob actiones suas fœdas & turpes existat indignus. Quodsi enim *sanctus* nihil aliud significet, quam *sanguine tinctus*, sequitur manifestè, quod cum tam Christianus sanctus quam peccator & injustus, Dei sui sanguine tinctus sit atque redemptus, pariter quoque dici debeat sanctus. Quodsi autem verum est Christianum tametsi peccator sit, sanctum tamen esse, qua igitur ratione illi horum dierum Bacchanalium levitas, scurrilitas, & vanitas convenire poterit? quid etenim hisce diebus aliud, præterquam verba & opera turpia & inhonesta cernitur vel auditur? & similes spurcitiæ convenire sanctis poterunt? aut Christianos non dedecebunt? quibus Apostolus ita scribit: *Fornicatio & omnis immunditia, nec nominetur in vobis sicut decet sanctos, aut turpitudo, aut stultiloquium, aut scurrilitas.* Hæc igitur omnia non tantū à Christianorum manibus, verum etiam ab eorundem veluti sanctorum ore procul abesse debent, utpote quæ à Christianis non solum nō facienda; sed ne nominanda quidem sunt.

Psal. 95. v. 2. *Hugo Card. in Psal. 8.* *Ad Ephes. 5. v. 3.*

2. Deus olim ab Hebræis ingentem illam diversorum Deorum turbam, quam cæca quondam gentilitas adorare & colere consuevit Jovem scilicet, Saturnum, Apollinem, Venerem, Cupidinem & millena alia Dæmonum genera in memoriam revocabat; tandem verò districtè illis prohibuit, ne per monstrorū istorum nomina non solū jurare, sed ne quidem illa simpliciter nominando os suum polluere præsumerent: *Per nomen externorum Deorum non jurabitis, neque audietur ex ore vestro.* Quidnam obsecro Deus in tererat, aut quodnam populo suo malum afferre potuisset, si gentilium Deorum nomina ore suo pronuntiasset? nunquid illis permittere potuisset, ut saltem nominare eos ad minus licitè possent, dummodo aliquem iis veræ latriæ cultum exhibere caverent? Oleaster Deum hoc eo fine præcepisse dicit, ne Deos illos nominando alicui eosdem quoque adorandi, prouti gentiles eosdem adorare solebant, periculo exponerent: *Voluit Deus Idolum non nominare, ne contingeret colere.* Verba etenim sunt caput & origo factorum; turpia que verba ad turpia facta seducunt; & quisquis malè loquitur, malè quoque operatur. Verum dices fortasse: quidnam mali facere poterit modica quædam animi per unicum verbum facta exhalatio? aut inter tot anni dies, unicus recreationis dies, aut unicum lepidum aut facetum verbum nocere quid poterit? verum quisquis est qui hæc loqueris, an non audisti ea quæ jam jam diximus? verba scilicet & opera ita sibi mutuo implexa & concatenata esse, ut sicut honesta verba honestas quoque post se operationes trahunt, ita turpia & obscæna & impudica seducant. Utinam geniales & Baccho consecrati dies solum Christiani os, & non potius alia quoque quæ sub ore sunt membra deformarent.

Exodi 23. v. 13. *Oleaster in cap. 23. Exod.*

7. Quandoquidem ex defectu usus vel discursus rationis, per quem homo propriè ut homo operatur hominis stultitiam arguere solemus, sequitur manifestè stultos propriè homines dici non posse, sicut nos illos, qui hisce diebus Bacchanalibus, larvati stultorum instar per plateas quaquaversum vagantur & oberrant. Id quod forte Isaias innuere volebat, quando obscænitates, insolentias; & stultitias hisce diebus exerceri solitas prospiciens, illarum authores homines esse affirmare nolebat. cum ait: *Insanient cultores ejus, & relinquentur homines pauci*, quasi dicere voluisset. Pauci illis diebus reperientur homines, quibus passim sepositis rebus seriis & homine dignis, fatuitatibus & insaniis vacare videntur. Etenim pauculi illi qui inter tot fatuos & stultos se verè homines esse probabunt; hi potissimum esse censeantur, qui dierum illorum fatuitates & insanias horrescentes & execrantes, seorsim ab aliis sequestrati peccata ab aliis commissa amarè deflent. At verò quam rarus sit talium hominum numerus sequens manifestabit historia. In hoc etenim regno Neopolitano ante annos benemultos, certus quidam hujusce regni vice Rex infatuatus, sub rigorosis pœnis seriò vetuit, ne quis in diebus hisce Bacchanalibus aliter quam larvatus domo sua egrederetur; cui præcepto cum omnes pariter incolæ promptè obtemperassent, uni-

Isaiæ 24. v. 6.

versa civitas Neopolitana delitasse & in furiam ac insaniam acta fuisse videbatur. Inter cæteros autem vir quidam ingenii faceti & lepidi Philosophi personam & habitum induit, qui lucernam quandam accensam manu sua ferens, hocque Diogenis pronuntiatum: *hominem quæro*, pectori suo habens inscriptum, per omnes urbis plateas & vicos tota die discurrebat. Sapienter nimirum innuere volens, quod licet tanto cum studio & solis splendore, nec non lucernæ lumine adjutus hominem sollicitè quæreret, ex tanto tamen hominum numero nullum verum hominem invenire posset. Quia enim illis diebus omnes stulteſcebant & delirabant, ideò inter centena hominum millia ne unus quidem homo inveniri poterat. Unde facilè licet colligere quam procul tales ac tantæ fatuitates & insolentiæ hisce diebus passim exerceri solitæ, abesse debeant à mente hominis Christiani, cujus hæc est unica ac præcipua professio, veræ sapientiæ studio deditum esse, per quod non minus ab aliis hominibus differat, quã homo à bestiis differre cernitur.

8. Levitici cap. 23. Deus Hebræorum populo sub gravissima amittendæ vitæ corporis pariter & animæ pœna præcepisse legitur, ut decimo Septembris die rigorosissimam agerent pœnitentiam, seque jejuniis, disciplinis, aliisque mortificationum similium generibus mortificarent: *Decimo die mensis hujus septimi affligetis animas vestras in eo: omnis anima quæ afflicta non fuerit die hac, peribit de populo suo.* Cur obsecro gens Hebræa eo potius tempore quam alio hoc modo se jubebatur affligere? quia nimirum granaria eo tempore plurimo frumento redundabant, affluebantque omnia singulorum torcularia vino; ideoque ob immoderatum, quo se farciebant, cibum & potum stulteſcentes homines esse definebant. Nimia abundantia homines delirare, suæque humanitatis oblivisci facit, eosque haud secus ac bestias recalcitrare docet: *Incrassatus est dilectus & recalcitravit.* Porro Heliogabalus Romanorum Imperator, qui turpe quoddam humani generis monstrum fuit, stultitias & vanitates istas hoc mense in regnum Neopolitanum fertur introduxisse, in quo etiamnum hodie penes majorem regnicolarum partem cernitur prô dolor perseverare. Deus autem ut turpitudines istas atque lasciviam, nimiumque in cibo potuque luxum in sobrietatem converteret, stultitias illas, quæ ex ejusmodi intemperantia & vanitate nasci solent, afflictionibus & mortificationibus superius recensitis compescere & moderare voluit. *Consydera quæso*, inquit Oleaster, *qualiter Dominus voluerit dissolutam temperare lætitiam; ut in eo mense instituerit festum afflictionis, quo homines solent ob futuram copiam insanire; quando areæ frumento implentur, & vino torcularia redundant.* Ob eandem quoque causam factum esse existimo quod Ecclesia in eodem prorsus mense quatuor temporũ jejunia instituat, ut nimirum homo eo tempore quo omnibus ad vitæ annonam pertinentibus abundat, corpus suum affligeret, idemque abstinentiæ fræno coercet, ne insaniens seque hominem esse oblitus cælum calcibus suis furiose peteret. Verum enim vero quodsi aliquod in toto anno tempus reperitur, in quo passim apud omnes magna cernitur panis, vini, carnium aliarumque rerum crapulam & gulam excitantium abundantia, illud certe est hoc Baccho universali ritu consecratum tempus. Huic namque idolo vina optima, meliores; quæ haberi possunt carnes reservari solent & consecrari. Unde fit quod Christiani hoc tempore ex nimia gula & crapula stulteſcentes, non solum non Christiani, sed ne homines quidem esse videantur; stulti enim inter homines numerari nequaquam merentur.

Levitici 23. v. 26.

Deuteron. 32. v. 15.

Oleaster in cap. 38. Deut.

9. Jam jam causam exposuimus cur Ecclesia jejunia quatuor temporum mensis Septembris instituerit, cum igitur eadem sancta mater nostra eandem quoque abstinentiam in mense Decembri observandam esse præceperit, opere pretium erit, ut hujus quoque jejunii hoc mense instituti causam examinemus. Hanc igitur à S. Isidoro assignatam invenio, qui dicit cœcam gentilitatem hoc tempore celebrare consuevisse Jani Dei sui solemnitatem, in qua ludis duntaxat, choreis, turpibus spectaculis, cibo & potui, omnique luxuriæ generi intenti esse solebant, in qua etiam mulieres virili veste, viri autem fœminea veste induti prodibant in publicum, centenasque alias stultitias exercebant. Ecclesia igitur peccatorum istorum quibus homines Deum creatorem suum offendebant, considerans copiam, publicum quoddam atq; solemne omnibus Christianis per totum mundum jejunium indixit, ut hoc mediante tum

Deus

Deus placaretur, tum stulti isti sanctos quosque in hoc mundo homines ob ipsorum errores sese acriter affligere & jejuniis extenuare videntes à scelerum suorum gravitate resipiscerent. *Sancti Patres considerantes maximam partem generis humani eodem die hujusmodi sacrilegiis ac luxuriis insidere; statuerunt in universo mundo per omnes Ecclesias publicum jejunium : per quod cognoscerent homines in tantum se pravè agere, ut pro eorum peccatis necesse sit omnibus Ecclesiis jejunare.* Unde colligo quod sicut Bacchanalium festorum observantia gentilium Deum non cognoscentium, sed Dæmonem Dei loco adorantium propria est : ita hisce diebus aliquod iis quæ hoc tempore committuntur gravissimis peccatis quærere remedium, Deumque iratum placare proprium sit opus Christianorum. Ludere, tripudiare, jocis & nugis tempus fallere, crapulari, ridere, luxuriari &c. Christianis minimè convenit, sed potius orare, jejunare, seque pro alienis peccatis affligere, ut Deus tot enormitatibus à tot stultis hominibus ad gravissimam iram & indignationem commotus, denuo reconcilietur, hæc sunt vera opera verum Christianum probantia.

D. Isidorus de Eccles. offic. l. 2. c. 40.

10. Dic Sodes, quænam est causa, quod multi Christiani hisce & Bacchanalium diebus ad ventris usque crepidinem intemperatissimè comedant & bibant ? faciunt id, inquit Chrysostomus, quia jejunium Quadragesimale haud secus ac ingentem quendam exercitum illos obsidere volentem exspectant, ideoque ventri suo pro quadragintà dierum obsidione sustinenda, tam abundanti annona prospiciunt. Sic enim civitates quoque bellum sive diuturnam obsidionem exspectantes ex omni victualium apparatu sibi abundè prospicere videmus. *Quoniam hominum multi jejunium aggressuri, tanquam cuidam longæ obsidioni tradendus sit venter, crapulam & ebrietatem præmittentes reponunt.* Nulli equidem dubium esse debet, tempus quadragesimale tempus belli esse, sed non tamen belli corporalis, sed spiritualis. *Jejunii tempus bellorum spiritualium est;* inquit flumen istud vere aureum Petrus Chrysologus. Hoc etenim tempore cum Dæmonibus spiritualibus inimicis nostris confligendum nobis est, qui nunc rabie solito majori nos persequuntur & infestant, utque victoriam sibi certo promittere valeant, ad carnem familiarem inimicam nostram, veluti auxiliatricem suam recurrunt. Atque ideo ô miram Christianorum fatuitatem, eo tempore quo Christianorum caro maximè infirma esse deberet omnibusque viribus exhausta, ne aliquod Dæmoni ejus opera & subsidium, quærenti, ferre posset auxilium, Christiani eandem cibo & potu quam maximè reficiunt, restaurant, & corroborant. Num igitur eos qui id faciunt Christianos esse censebimus? minimè gentium. Cum enim Christianus Christi discipulus esse debeat & imitator, teste S. Thoma à Villa Nova, qui dicit: *Christianum esse est esse discipulum Christi, & imitatorem Christi,* necesse est ut a cre cum inimicis infernalibus inchoaturus prælium imitetur Christum Dominum suum, ejusque exemplo quod in deserto nobis dedit, carnem suam pro victoriæ securitate potius debilitet quam saginando & impinguando illam Dæmonis se potentiæ substernat.

D. Chrys. hom. 15. ad Popul.

D. Chrys. serm. 12.

S. Thomas à Villan. Dom. 3. Adv.

11. S. Lucas capite decimo nono Evangelii sui refert, quod Christo Salvatore nostro urbem Jerichuntinam perambulante, in tanta multitudine hominum civitatem illam incolentium, solus Zachæus speciali quodam valdeque ardenti illum videndi desiderio accensus fuerit : *Ingressus Iesus perambulabat Iericho; & ecce vir nomine Zachæus quærebat Iesum videre.* Cur obsecro Christum in Jericho præsentem, inter tot civitatis illius incolas solus illum Zachæus videre cupiebat? cum enim Christi aspectus adeo sit desiderabilis, ut ipsimet cælestes Angeli, quantò illum clarius vident, tantò ipsum ardentius videre desiderent: *In quem desiderant Angeli prospicere,* cur non omnibus Jerichuntinis civibus par erat Christi videndi desiderium ? audite, si placet, discursum meum, & causam hujus facili negotio intelligetis. *Iericho* igitur *luna* interpretatur, & lunam significat. Unde tunc Christus in Jericho esse dicitur, quando in luna esse conspicitur; in luna inquam argentea monstrantiæ in qua hoc triduo sub specie panis coram oculis omnium fidelium in templo publicè exponitur, tum ut ab omnibus adoretur & honoretur, tum ut per scelera & horrenda quæ stultus mundus committit crimina offensus & iratus à nobis denuo reconcilietur. Dum igitur Christus in hunc modum ut ab omnibus videatur &

Luc. 19. v. 22.

1. Petri 2. v. 22.

adoretur expositus est, solus illum Zachæus, id est, homo virtuosus & pius illum videre & adorare desiderat. *Zachæus* enim interpretatur *purus*, vel *iustus*, & hominem justum & purum, virtutum radiis effulgentem & ornatum significat. Hic enim solus tali desiderio accenditur. Huic autem perpauci similes esse inveniuntur, cum potior hominum pars ob tot impurorum obscurorumque criminum maculas & sordes impura valde esse cernatur, qui proinde Deum suum frequentare eumque adorare fastidientes, spectacula, comædias, choreas, convivia, ludos, aliasque similes genialium dierum istorum vanitates frequentant, & videre desiderant. *Perpaucos Zachæos his temporibus invenies*, inquit Didacus Stella: *Plures autem qui universas vias civitatis circumdant ut equos videant, taurorum agitationem, comædias, & alias hujusmodi vanitates: quos difficilè in sacrum templum adduces, ut rebus sacris intersint.* Hi tales quasi non essent puri & splendidi, aut quasi per sacras baptismatis undas loti & purificati, oleoque sancto illustrati minimè fuissent, & consequenter non Christiani, sed gentiles & pagani essent; ter maximum Principem suum videre & adorare minimè curantes, post mundum, dæmonem, eorumque pompas haud secus currunt, ac si se iis renuntiasse prorsus obliti essent.

Didacus Stella in c. 19. Luc.

12. S. Joannes Chrysost. qui populo suo Antiocheno die quodam Bacchanalium magno cum fructu prædicaverat, sequenti die eandem concionem prosecuturus, hisce eandem est exorsus. *Hesternum diem cum esset festum Sathanæ fecistis festum spiritus; quia multo cum animi studio recipistis ea quæ à nobis dicebantur, &c.* Quibus in verbis istud præcipuè considerandum est, quod dies Bacchanaliorum Dæmonis festa appellet; quodsi igitur dies isti festa sunt Dæmonum, utique esse aut dici non poterunt festa Christianorum. Quomodo enim Christiani celebrare poterunt festa Cereris, Veneris, & Bacchi, cum Christiani festa agant Christi Domini sui non vero Dæmonis capitalis eorum inimici,

13. Hebræi è dilecta patria sua in durum Babylonis exilium radacti, vitam suam tanto cum luctu & dolore transigebant, ut Dominos suos, qui illos, ut pro tristis & afflicti animi sui dilatatione & restauratione cantando & psallendo sese nonnihil adlætitiam excitarent & recrearent, urgebant, audire prorsus noluerint, musicam in luctu opportunam valdè narrationem esse existimantes; unde dicebant: *Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena?* verum enimvero vix video, qua ratione Hebræi ad cantiunculas spirituales cantillandas à Babyloniis invitati, ne eas canerent, rationabiliter se excusare potuerint; imò vero videtur quod sicuti cantiones sæculares & vanas canere rogati, id meritò abnuere debebant, ita ad cantica spiritualia, Dei honorem & laudem exprimentia decantanda invitati, Dominis suis id urgentibus obtemperare, hilarique mente eadem ad Dei gloriam promovendam decantare jure meritò debuerint. Dicendum est igitur, ita quidem prima facie alicui posse videri, veruntamen illos meritò qualecunque canticum sive spirituale & sacrum, sive mundanũ & prophanum detrectasse canere, eo quod à patria sua exularent. Exilio namq; non cantus convenit, sed planctus. Agedum igitur quis est qui Christianos in hoc mundo velut in exilio à cælesti patria ob culpas suas expulsos degere nesciat? unde Ecclesia illos *exules filii Evæ* appellat. Tot etenim quas quotidie tolerare coguntur, ærumnæ non proveniunt aliunde, quam quia extra patriam suam infeliciter degunt. Quia enim à cælo excluſi sumus, ideo *suspiramus, clamamus in hac lachrymarum valle.* Quodsi igitur Hebræi foris extra patriam constituti ipsas quoque sacras devotasque cantiunculas utpote inopportunas canere renuebant; quam male Christiano non minus è cælesti patria excluso & in exilio degenti, cantica lasciva à Dæmone dictata cantillare conveniet? *Si viris sanctis*, inquit Archiepiscopus Genuensis, *durum est in exiliis cantare cantica Dei; quid dicendum est de illis, qui cantant cantica Diaboli.* Dicendum utiq; de illis est, quod hi tales se non extra patriam constitutos in exilio degere sibi persuadeant, & consequenter æternæ vitæ gloriam minimè sperent, sed præsenti vita contenti in deliciis & voluptatibus vitæ suæ annos decurrant. Quis autem ejusmodi homines professione sua Christianos esse affirmabit? cum enim Christiani in hac terra degentes non in patria, sed foris extra patriam in exilio versari existimentur: ideoque plangant & suspirent, non vero ludant, aut concionem maximè turpes & lascivas canant, quis-

Psal. 28. v. 4.

Iacobus de Verag. ser. 3 Quinq.

quisquis contrarium fecerit. Paganum potius quam Christianum se esse probabit.

14. In Exodo Hebræi postquam debitos Deo vivo & vero honores denegassent, eosdemque vitulo cuidam ex auro fabricato attribuissent, Bacchanalia iisdem cum cæremoniis celebrasse leguntur, quibuscum Christiani sua hisce diebus celebrare consueverunt. Quia Moyses & Josue ab iis procul aberant, ideo hasce populi stultitias atque rumores audientes, nec tamen quid populus ageret ob nimiam distantiam discernere valentes, in diversas abierunt opiniones, dum huic se bellicos audire rumores videretur, alter vero se ludentes atque cantantes audire prouti verum erat existimaret: *Audiens autem Iosue tumultum populi vociferantu, dixit ad Moysen: ululatus pugnæ auditur in castris. Qui respondit: Non est clamor adhortantium ad pugnam, neque vociferatio compellentium ad fugam, sed vocem cantantium ego audio.* Circa quem textum curiosum quoddam dubium mihi subnascitur, videlicet num aliquis ex his ambobus & uter illorum ex audito in monte rumore dolorem aliquem concipere potuerit? utique respondebitis Josue non vero Moysen ex audito populi clamore, non mediocri fuisse dolore perculsum. Cum enim Moyses rumorem hunc veluti si ludus aut recreatio quædam fuisset acceperit, populumque in gaudio atque jucunditate vivere existimarit, ex tali rumore audito, non nisi lætificari poterat: Josue autem quia illos populi rumores bellicos fuisse tumultus interpretabatur, ideo ob metũ alicujus populo immissi mali contristari meritò poterat. Et quidem revera ita poterat nonnemi videri; veruntamen contrarium dicendum est, inquit Oleaster, scilicet potius Moysen insigni fuisse dolore correptum, non vero Josue; cujus ratio est: quia magis timenda est stulta populi lætitia, quam bellicus tumultus aut gravis in populum militaris strages immissa. *Magis timenda est populo latitia inordinata, quam belli clamor aut tristitia.* Damnosior populo est vanus lætitiæ plausus, quàm vibratus ab inimico gladius; cum enim hic corpus vulneret & occidat, ille animam mortis æternæ condemnat. Unde sicut nullum est in toto anno tempus in quo dissoluta & effrænis lætitia majorem sibi licentiam vendicet, quam hi Bacchanaliorum dies: ita quoque nullum est tempus in quo Dæmones infernales majora hominibus damna inferant, quam iidem malo genio consecrati dies, in quibus tanta est inter Christianos genialiter vivendi licentia, ut Diabolus eo tempore exiguum cum Christianis negotium aut laborem habere videatur, qui alias fidei armatura muniti, & crucis gladio armati, generosè ac strenuè defendere se solent: sed solum sibi cum Paganis sit certamen ineundum, qui hisce armis carentes, se quasi bestias ad macellum ductas promptè vulnerari aut occidi permittunt.

15. Verum enimvero cum Christianos ad Bacchanalia celebranda adeo promptos & expeditos esse videam, per me iisdem licebit. imo utile eis erit, si quotidie illa celebrare contendatis, non quidem carnaliter, uti hodie fieri consuevit, sed spiritualiter, non ad mundi & Dæmonis servitium, sed pro animæ salute, & ad obsequium Dei. Quis enim hominem illum, qui purus ab omni culpa vivit, Deumque ac Dominum suum prouti obstrictus & obligatus est, toto cordis conatu diligit, continua celebrare Bacchanalia nescit? Quodsi enim homo in diebus Bacchanaliorum lautè manducat, diesque suos lætus trãsigit: certe homo bona conscientia præditus, non solum quotidie splendide lauteque epulatur, Sapiente teste, qui dicit: *Secura mens quasi juge convivium*: verum etiam Deum ardenter amando, majoribus quam desiderari possint recreationibus fruitur. Quodsi adeo suave est res terrenas diligere, quantæ suavitatis erit Deum, in quo omnis est suavitas recollecta, amare. Quilibet homo justus & pius Bacchanalia sua celebrat, cum Deum amat, teste D. Bernardino qui dicit: *Crapulam & spirituale carnisprivium celebrat mens bona ex vero atque ferventi amore.* In hoc autem Carnisprivio non caro sed spiritus valet. Deus non vero Dæmon vim & locum habet. Christianus eo ipso quo carnisprivium istud celebrat & illud præstabit, quod sua ab eo professio requirit, & voluptates illas veras in hac via constitutus gustabit, quæ absoluta hujus mortalis vitæ via in cælo completas esse videbit & gaudebit.

Genesis cap. 32. v. 17

Prov. 15. v. 15.

D. Bern. parte 2. serm. 4. Art. 3. c. 4.

Oleaster in cap. 32. Exod.

SERMO II.

IN DOMINICAM QVINQVAGESIMÆ.

THEMA.

Cœcus quidam ſedebat ſecus viam, mendicans. *Luc.* 18.

ARGVMENTVM.

Sicut virtus hominem juſtum & virtuoſum ſatiat: ita peccata peccatorem in perpetua fame conſervant.

INfelicitatem hominis peccatoris nec lingua humana explicare, nec intellectus ſufficienter capere ſufficit. Adeo enim ingens eſt hujus hominis infelicitas, ut ipſamet quoque ejus felicitas maxima totius mundi infelicitas eſſe cenſeatur. *Nihil enim infelicius felicitate peccantium.* Eſt enim quædam omnium malorum Ilias, & altera veluti Ierna in qua omnes congregancur humanæ miſeriæ. Quo enim bono frui, aut quod declinare malum poterit homo ille, qui ejus ſe inimicum eſſe profitetur, à cujus amicitia omne bonum, & à cujus inimicitia omne malum dependet? Nihil eſt in univerſo mundo quod non timeat, quia in eodem nihil eſt quod non execretur & exhorreſcat. Vitam quandam vivit continuo fletu dignam, tantoq; acerbioribus lachrymis deplorandam, quanto lætior eſt atque proſperior. Adhæc tanta eſt ejus miſeria, ut etiam Deus, qui utpote ſummè beatus dolere nec poteſt, nec debet, de illa tamen vehementiſſimè doleat; Et fortaſſe ideo Deus factus eſt homo, ut tantum malum quantum meretur, deplangere poſſet, quando video quod illud à nemine ad ſufficientiam deſleri valeret, niſi Deus eſſet qui lachrymas funderet. Deus enim ſolus, qui merus eſt oculus, ad ſufficientiam & condigne deflere poteſt miſeriam ejus, in quo velut in Inferno miſeriæ omnes ſunt congregatæ. Et quidem Chriſtus dum miſeram deploravit Jeroſolymam, ſub hoc ſymbolo animam deflevit peccatricem. Præterea adeo infelix & miſerabilis eſt talis hominis ſtatus, ut ipſimet ſancti ne peccatores facti ſimiliter reddantur miſeri in inferno potius vivere, eaſque pœnas, quæ ſicut finem non habent, ita quoque omni prorſus comparatione carent, tolerare malint. Hujuſce veritatis teſtes ſunt S. Anſelmus Epiſcopus, & S. Catharina Virgo Senenſis, qui hanc quoad ſe optionem ſæpius & luculenter ſatis ſunt proteſtatæ. Atque ideo neſcio quodnam bonum, aut quod gaudium aut ſatisfactio hominem ad Deum offendendum movere poſſit, quando ſe peccando in tot tantarumque miſeriarum pelagus immergens, ſit infeliciſſimus. Num forte bonum illud ad Dei offenſam eum commovet, quod ſibi hic in

terra

terra vivens promittit : Nequaquam id dici poterit, siquidem peccatorem omni terreno bono orbatum planeque pauperem esse videmus. Etenim cæcus ille qui secus viam quà Christus transibat sedens, symbolum est peccatoris, divinæ gloriæ lumine orbatus, mendicare, & nudus ac præ fame ferè mortuus à quovis transeunte Eleemosynam postulare dicitur : *Cæcus sedebat secus viam mendicans.* Quapropter cùm peccator ex homine in bestiam conversus, aliud præterquam hujus terræ bona non quærat, hinc ne fame mori cogatur, meritò peccatum, unde fames aliæque necessitates hominem omni momento affligentes nascuntur abominari & detestari deberet, cũ econtra omnes illos panibus abundare videat, qui à suis sibi operibus quã maximè cavent. Hoc etenim certum est, quod sicut virtus hominem justum omnibus bonis saturari & affluere facit, ita peccata & vitia peccatorem in continua semper fame coërceant, cujus veritatis rationes vos, uti spero, auscultare non pigebit.

Luc. 18. v. 35.

2. Deus quondam Moysi non tantum ut tabernaculo de altari, candelabris aliisque similibus prospiceret præcepit, verum insuper mensam quandam in conspectu Majestatis suæ collocari voluit, quæ diu noctuque panibus referta esset atque onusta : *Panes semper in ea erunt.* Quonam fine Deus panibus opus habebat, quos in conspectu suo semper præsto esse voluit ? Num forte ut homines comedebat, ut proinde instat hominis alicujus mensam coram se panibus instructam habere voluerit ? Et quidem si pane ad manducandum indigebat, sufficiebat mensæ hujus apparatum bina tantum vice in die præcipere, in meridie scilicet & in cœna, ad prandendum & cænandum, non vero opus erat ut mensa diu noctuque continuo instructa maneret, prouti eo loco præceperat. Dicendum est igitur quod non solum Deus nulla panis necessitate laboret, sed nec Angeli ejus illo, aut ejus manducatione indigeant, quemadmodum homines cæteraque animalia, quæ ad vitæ suæ conservationem victus sibi annonam procurant & manducant. Quod igitur Deus mensam continuo in conspectu suo præparatam & panibus instructam esse voluerit, id non tam ad suum, quam servorum suorum obsequium requirebat, inquit Oleaster. Ne videlicet hora vel momentum aliquod esset, quo ii qui sibi assiduè deserviunt fame laborarent, aut panem præsto non haberent : *Non vult Dominus etiã ad momentum domum ejus esse sine pane, ne cibus possit deficere eis, qui serviunt ei*, inquit hic Doctor : *Quis tibi igitur grato animo non serviat Domine, qui ita ministros tuos curas, ut neque ad horam sinas mensam tuam esse sine pane?* Adeo ingens cura est, quam Deus de servis suis habet, tantaque est ejus sollicitudo qua domesticos suos in saturitate conservare panibusque abundare studet, ut ne quidem ad horam panes in mensa sua deficere permittat. Etenim quamdiu adolescens ille prodigus in domo Patris sui permansit, ne quidem quid fames esset unquam cognovit, pro libitu enim suo manducabat & bibebat, utpote qui mensam semper stratam optimeque instructam sibi semper præsto habebat : At vero quando relicta paterna domo alio commigravit, tanta panis necessitate atque penuria pressus fuit, ut nisi ad illam rediisset, fame utique mori debuisset. Sicut enim ii qui Deo serviunt panis necessitate nunquam laborant ; ita qui à Dei servitio recedunt præ fame atque necessitate interibunt. Sic enim videmus quod cum homo virtuosus panibus continuo abundet, peccator econtra perpetua fame affligatur. Cum enim panis noster de cœlo, fames autem ab Inferno procedat (Poëtæ namque famem filiam esse Erebi finxerunt, sub hujus nomine subintelligentes Infernũ) necessario consequitur, quod qui cælorum Regem deserunt, seque Inferorum Principis obsequiis dicant, panis necessitate pressi, perpetua sint fame cruciandi.

Num. 4. v. 7.

Oleaster in cap. 3. Num.

3. Sæpius utique de crudelissima fame illa audivistis, qua populus Hebræus tempore Achabi Regis miserrimè affligebatur. Nostis etiam qualiter eodem tempore Elias Prophetа missus fuerit ad subveniendum mulieri Sareptanæ, ne una cum aliis eodem famis flagello castigaretur. Hac igitur historia suppositа, dicite obsecro causam, si nostis, cur Deus hujus duntaxat mulieris curam habere, eidẽque de pane abundanter prospicere voluerit, cum tamen in eodem populo tot hominum millia, multæque aliæ mulieres & viduæ ipsomet salvatore teste fuerint, quas omnes sub communi famis flagello deseruit, & in continuo vitam quavis hora amittendi periculo reli-

reliquit ? S. Chryſoſtomus ideo id factum eſſe dicit ; quia hæc mulier inter tot peccatores vitioſoſque homines ſola ſancta & juſta remanſit, ideoque communi flagello ſubjici minimè debuit : *Neque enim vidua victu potuit indigere, quæ, nefariis in ſcelere nunquam potuit conſentire. Haud in eam famis potuit dominari ſententia, quam iniquorum provocaverat cauſa.* Sceleratis fame morientibus ſoli ſancti abundant panibus ; neque enim fames invaleſcere poteſt, ubi virtus regnat, nec pœna locum habet ubi meritum prævalet, ſed ubi peccatum ſedem fixit.

D. Chryſ. ſerm. de Elia Tom. 1.

4. Chriſtus Matthæi cap. 6. dicebat : *Reſpicite volatilia cæli, quoniam non ſerunt, neque metunt, neque congregant in horrea ; & pater veſter cæleſtis paſcit illa. Nonne vos plures eſtis illis.* Porrò quodſi diſcurſui huic ipſemet præſens fuiſſem, hæcque verba ex ipſiuſmet Paradiſi ore emanantia audire meruiſſem, utique cum bona ejus licentia replicaſſem : Quodſi ita eſt ô Domine, quod ſicut dicis, majorem de hominibus quam de avibus curam habeas, ideoque hominibus dicit *Vos plures eſtis illis* : cur igitur dum avibus tanta cum abundantia de earum victu proſpicis, tot hominibus fame affligi & interire permittis ? Nunquid per hoc clare ſatis innuis, quod aviculas & volatilia pluris æſtimes, quam homines, quibus tuam imprimere dignatus es imaginem ? verum enimvero credo omnino Chriſtum Dominum huic replicæ eiſdem prorſus verbis reſponſurum fuiſſe, quibus eidem reſpondet S. Ambroſius dicens ; *volatilia cæli non ſerunt neque metunt, & Deus paſcit illa, quia juſtitias Domini cuſtodiunt, nihil ſibi proprium vendicando. Divina ſubſidia providentia hominibus non deeſſent, ſi Dei juſtitiam ſervare vellemus. Qui alit ales, non aleret homines, quos ad imaginem & ſimilitudinem ſuam fecit ? Nonne plures ſumus illis ? Naturæ prærogativa plures ſumus : ſed inferiores diminutione gratiæ, & prævaricationis injuſtitia.* Quia igitur volatilia non ſolum non peccant, verum inſuper leges creatoris ſui inviolabiliter obſervant, ideo ſine ullo ſuo labore continuo paſcuntur à Deo : Homines autem Deum ac Dominum ſuum offendere nec curant nec timent, tametſi ſeminent & metant, ſuaque granaria quovis anno adimpleant, fami tamen frequenter ſubjecti eſſe cernuntur. Et qui ob naturæ ſuæ excellentiam majoris quam volucres cæli & beſtiæ terræ æſtimari meritò deberent, ſolius peccati ratione à divina providentia derelicti cernuntur & fami crudeli ſubjecti. Niſi enim peccatum eſſet, mundus etiamnum quid fames eſſet prorſus ignoraret, quia vero homines peccando Deum offendunt, ideo fames paſſim & ubique invaleſcit. Unde primi homines qui famem in hoc mundo experti ſunt, fuere Adamus & Eva peccantes, qui quoadusque in ſua innocentia firmiter perſtiterunt, omni perfruiti ſunt ſatietate. Idipſum namque Chriſtus S. Birgittæ dilectæ ſponſæ ſuæ revelavit, cum ait : *Facta autem inobedientia, illico paſſi ſunt eſuriem & ſitim, quia caruerunt me, quem cum haberent, non ſenſerant eſuriem.* Et merito id dicitur : Quia cum Deus panis ſit : ipſomet Salvatore atteſtante qui ait : *Ego ſum panis vitæ*, quiſquis Deum non habebit, pane carebit ; ac proinde peccatorem fame perire neceſſum eſt, utpote qui propter peccatum Deum amiſit.

Matth. 6. v. 26.

Revelat. S. Birg. lib. 1. c. 26

Ioan. 6. v. 35.

5. Verba illa quæ Deus per os Oſeæ prophetæ ſui edixit, nonnihil ſi placet ponderemus ; Dicit igitur : *Erit in die illa exaudiam, dicit Dominus, exaudiam cælos, & illi exaudient terram, & terra exaudiet triticum, & vinum & oleum & hæc exaudient Iezrahel,* quaſi vellet clarius dicere : Ego promptiſſime faciam, quidquid à me cæli expetierint, cæli quoque obſequenter in iis, quæ ab iis exquiſierit terra : terra autem præſtabit, quidquid ab illa triticum expectaverit & vinum ; hæc autem confeſtim parebunt voci Jezrahelis poſcentis. Quiſnam obſecro eſt homo ille hoc nomine Jezrahelis præditus, pro qua cælum, terra, triticum & vinum apud Deum ſupplicatura dicuntur ? Nemo alius, quam homo bonus, ſanctus & virtuoſus, quem Deus ob ſuas virtutes filii loco habet. *Iezrahel* enim *ſemen Dei* interpretatur. Eo ipſo igitur quo homo virtuoſus os ſuum aperit, ſeque Panis aliorumque vitæ ſuæ neceſſariorum egenum eſſe declarat, omnes confeſtim creaturæ pro ipſo apud Deū intercedunt, qui eas quoque ſumma cum promptitudine exaudit. Cujus contrarium peccatori ſemine & filio Dæmonis eveniet ; illo namque extrema panis aliorumque neceſſariorum penuria laborante, Creaturæ apud ſuum creatorem non ſolum non intercederent, quin potius eidem id ſupplicanti contradi-

Oſea 2. v. 21.

D. Ambr. in Pſ. 188. Octon. 19.

dicent, mutuasque inter se dexteras jungent, ut fame illum mori cogant: *Cum peccatores sumus, clamamus planè, & quærimus alimenta ex terra, ex cœlis, ex Deo, at nec cœli nec terra clamant pro nobis, sed contra nos,* inquit Paulus de Palacio, in hujus loci commentatio. Tametsi enim omnes creaturæ quasi gaudeant, si homo virtuosus bene epuletur satieturque panibus; econtra adversus peccatorem, ne fame enecetur, omnes conspirant; eaq; qua pollent voce in ipsas Dei aures inclamant, ut necessario eos alimento destitutos fame crepare permittat, vita indignum eum existimantes, qui vitâ offendit.

Paulus Palac. in cap. 2. Oseæ.

6. Audacter igitur omnique metu posito dicere potestis, famem & panem in hominis manu, seu potestate consistere, ita ut si pane carens fame labotet, id fiat quia non panem sed famem desiderat. Verum dicat aliquis, quisnam adeo insanus erit, ut panis abundantiam fastidiens, famem pati desideret? Talis est homo peccator. Pro cujus meliori intelligentia attendendum, quod quando Deus terræ maledixit, à cujus maledictione suam fames originem habet, Adamum hisce verbis affatus fuerit: *Maledicta terra in opere tuo.* Quibus in verbis hoc loco observandum est ad nostrum intentũ, quod Deus non absolute dicat: *Maledicta terra*, sed adjungat: *In opere tuo.* Id quod eo præcipuè fine adjunxit, ut per hoc innueret, terram in tantũ maledictam, infœcundam, ac sterilẽ fore, in quantum fuerit peccatoris opere, id est, peccato turpiter prophanata. Unde si homo non vitiosus, sed virtuosus fuerit, suisque operibus bonis & sanctis terræ non maledixerit, sed benedictionem impresserit, terra ad stuporem usq; producet omnia quæcunq; humano victui fuerint necessaria, ita etiã ut fructibus abundet. Hunc in modũ præsentẽ locum consideras Imperfectus discurrit: *Vides quia propter peccata hominum maledicitur terra, ut non germinet? Benedicitur autem cum bona opera facimus: Tu autem quære Iustitiam, & non tibi deerit panis: quoniam sicut per mala opera fructus terræ subducitur, sic per bona abundat.* Cùm igitur panis abundantia & fames à virtute & vitio, operibus libertatis humanæ dependeant, utiq; in hominis libero arbitrio consistit in saturitate, aut vero in fame & esurie vitam suam terere. Sicut enim si virtuosè vivere velit, terra illi sua ope non deerit, utpote bonorum operum suorum virtute benedicta: ita quoq; si sceleratam agere vitam eligat, ipsamq; terram operibus suis maledicat, infœcundam illam experietur & sterilem, diræq; fami semper subjectus erit. Etenim Græci famem adhibito quodam virgarum fasciculo è domibus suis propulsare conabantur, qui tamen conatus nunquã illis feliciter cessit, quippe qui famem non virgis, sed virtutibus pellere debebant; Fames enim hujus est indolis, ut semper è domo illa fugiat, quam virtus incolere cœpit.

Gen. 3. v. 17.

Imperfectus Hom. 26.

7. Postquam Hebræi à principio anni usque ad finem ejusdem sine ullius utilitatis fructu duros arando, occando, devorassent labores, seminassent nec tamen messuissent, sed fame periclitantur mori, tandem ad Deum suum accipere refugium voluerunt, illumq; rogare, ut modum illos edoceret secretum, cujus observatione obtinerent, ne agriculturę suæ rigidi labores frustra essent adhibiti, sed potius consuetos ex iis fructus colligere possent. Quorum petitioni Deus tandem acquiescere & satisfacere volens, modũ iis prælcripsit, quem observantes, panem suum quovis anno abundanter sibi valerent infallibiliter comparare, dicens: *si in præceptis meis ambulaveritis, & mandata mea custodieritis, & feceritis ea; dabo vobis pluviã temporibus suis, & terra gignet germen suũ, & pomis arbores replebuntur.* Quasi dicere voluisset; Quod à me pro terræ vestræ fœcundatione postulatis secretũ, in arbitrio vestro, ac potestate plenissimè cõsistit. Quodsi enim semel hanc vobis resolutionẽ statueritis, in ea deinceps firmitet observandi præcepta, honestèq; ac virtuosè vivendi, terra laboribus vestris respondere nũquam desinet, fructus enim ad stuporẽ usq, vobis colligetis, & abundabitis panibus. Quibus verbis simul innuere voluit, veram causã cur terra eo tempore non fructificasset, in hoc consistere, quod peccatores essent, divinæ legis præcepta temere prævaricantes, qui proinde sceleribus suis terram maledictione contaminando sterilem effecissent. Panem enim quem virtus nobis donat, vitium eripit. Et hæc est ipsissima veritas inquit Oleaster. Quotiescunque enim regionem aliquam sterilem & habitores ejus pauperes & fame afflictos esse cõspexeris, illos sceleratos esse homi-

Levitic. 26. v. 3.

nes ne dubites, sicut enim virtus omne secum bonum adfert, sic vitium omne hominibus malum conciliat: *Si videris terram penuriã omnium pati, cogita homines illius non servare præcepta Dei. Quemadmodum enim justitia, omnia bona procurat, ita & peccatum omnia mala secum adducit.* Omnia inquam, sed famem particulariter. Cum enim peccatum vera quædam mors sit, hinc secum flagellum, quod mortem infert, secum adducit. Et quia divinam gratiam qua anima vivit, ab eadem depellit, de terra quoq; panem, quo corpus vivit, & sustentatur, nobis eripit; peccatum enim non solum mortis animæ, verũ etiã mortis corporis præcipua causa est.

Oleaster in cap. 6. Levit.

8. Dum Christus nos Lucæ cap. 11. panem nostrum à Deo postulare docet, simul quoq; nos peccatorum nostrorum remissionem à Deo petere debere instruxit, idque à nobis tanta cura ac sollicitudine fieri voluit, ut inter utramq; prædictam petitionem nihil omnino interpositum esse velit. Mox enim ut diximus: *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie*, subdere nos voluit: *Dimitte nobis debita nostra.* Cur ita? ob eandem prorsus rationem, ob quam summus Pontifex aliquam nobis gratiam, aut beneficium indulgere volens, à censuris, si quas forte incurrissemus, nos subitò absolvit, ut hac ratione gratiam illam consequi efficaciter valeamus, quam alias non fuissemus consecuturi. Sicut enim dum excommunicati sumus, gratiæ illius, quam Christi in terra vicarius nobis concedere disponit, capaces esse non possumus, ita quoq; dum in statu peccati mortalis, gratiam panis recipere minimè meremur, nisi Deus peccata nostra nobis dimiserit; atq; ideo eo ipso quo panem à Deo petimus, remissionem quoq; peccatorum à Deo petere necessariò debemus. Neque enim Deus panem suum inimicis sed amicis donat, nec iis qui eum offendunt, sed qui assiduè ei serviunt.

9. Moyses Propheta terrestris paradisi descriptionem instituens, inter alia de fonte quodã loquitur, qui in deliciosissimæ regionis illius medio scaturiens, eandem primitus inundando fœcundabat, inde verò per omnes terræ partes discurrens, eosdem in illis, quos in Paradiso operabatur effectus. *Fons ascendebat de terra, irrigãs universã superficiẽ terræ.* Verum enim verò, ubi nunc est fons iste, inquit S. Augustinus? ubi remansit? quid de illo factum est? aut quo recessit, quod jam deinceps in terris non appareat? quis illum exsiccavit, aut obicem illi posuit, quo minus more solito deinceps per terram discurrat? Ac demũ respondet, jacturam fontis hujus aliis quoq; malis à peccato in terram introductis, annumerandã. ideoq; dicendum esse, peccatum hunc fontem in Paradiso coercuisse & obturasse, ne terram humectet, utpote quæ deinceps in pœnam peccatorum infœcunda ac sterilis futura erat: *Nunc enim videmus nullum esse fontem, quo irrigetur omnis facies terræ. Fortassis peccatum hominum hanc etiam pœnam commeruit, ut tanta illius fontis compressa largitas, facillimam terris aufferet fœcunditatẽ, ut incolentiũ augeretur labor.* Fons enim ille per universam terram discurrens, eundem adeo ubertim fœcundabat, ut sine multo labore facillimè progerminaret & fructificaret, quicquid humano erat victui necessarium, quẽ postea superveniens peccatum sisteret, impedire, & intra paradisi limites coercere cœpit, ne terram solito more fœcũdaret, peccatores autem qui Dei præceptum temerè prævaricati fuerant, continuam patetentur famis afflictionem. Unde postquam peccatum in mundo se prodere cæpit, idipsum in crudelissimum Dominum conversum esse videtur, quia præter innumera verbera quibus miserum servum quotidie mactat, necessarium quoque panem ei subtrahit, illũq; sibi famelicũ servire vult, & subito mori.

D. Augu. lib. 5. de Genes ad Lit.

10. Moyses ut populum Hebræum ad promissionis terram sibi comparandam tãto magis animaret, de terræ illius à Deo eidem populo promissæ qualitatibus tractans, inter alia dicebat: *Terra ad quam ingredieris possidendã non est sicut terra Ægypti, de qua existi, ubi jacto semine in hortorũ morem aqua ducuntur irriguæ, sed montuosa est & cãpestris de cœlo expectãs pluviã*, quasi diceret: Nolite persuadere vobis regionẽ illam quam divino suffragante auxilio nobis comparaturi sumus, ad instar terræ Ægypti unde egressi sumus, planam esse, Nõ enim plana, sed mõtosa est, ad sui humectationem non accipit fluminis aquas, sed aquas de cœlo deciduas expectat; atque ideo longè melior est quàm sit tota simul Ægyptus. Verum quantum ego intelligo Moyses hisce verbis præter omnem

Deut. 11. v. 10.

Gen 2. v. 6.

nem experientiam locutus fuisse videtur. Quænam enim instituti potest comparatio inter terram montosam, & æqualem planitiem? Ipsa certe experientia teste unum jugerum terræ planæ præstantius est, quam centũ jugera terræ montosæ. Cùm enim terra plena pro libitu & necessitate aquas habere possit, cum has à fluminibus pro ratione necessitatis accipiat; terra montana econtra à pluviis dependet, quæ cùm ut plurimum tempore magis opportunò deficiat, efficit, ut terra illa ratius fructificet. Dicendum est igitur quod tametsi Moyses præter veritatem & experientiam locutus esse videatur, revera tamen majori cum veritate & fundamento loqui non potuerit. Longè enim melior est terra montosa quavis planitie; cum enim illa ob expectatam à Deo pluviam Deum offendere timeat, ne fortè iratus illam suspendat, aut rẽpore magis opportuno deneget: *Terra enim*, inquit Oleaster circa hunc locum, *quæ imbrẽ de cælo expectat, magis timet Deum offendere, ne pluviã prohibeat terræ oportunam.* Hæc econtra è fluminibus quæ ad subministrandam pro ratione necessitatis aquam, ut plurimum prompta sunt, fœcunditatem accipiẽs, Deum nec amat, nec timet, nec quicquam eũ offendere curat, atque ideo dum fœcunditatem è fluminibus expectat, sæpius se declusam esse experitur: vel enim peccata sua flumina exsiccabunt, aut illorum cursum impedient, illaque ad alia loca divertent, prouti per peccata accidit fonti paradisi, sicque terra arida & sterilis remanebit. Sic enim legimus quod tametsi Ægyptus quotannis irrigaretur ab inundante Nilo, nihilominus Pharaone regnante, septem annis continuis ob ejus peccata sterilis & infœcunda manserit. E cœlo igitur non verò è terra frumentum nostrum progerminat, atque ideo iis, qui de cælo dependent, panis donatur. Et sola virtus est, quæ fœcunditatem nobis tribuit, quam vitium tollit; ut hac ratione justus manducet & satietur, peccator verò affligatur & fame moriatur.

Oleaster in cap. 11. Deuteron.

Matth. 14 v. 13.

11. Multoties utique stupendam & miraculosam panum & piscium multiplicationem à Christo ad tot hominum millia pascenda factam audistis; veruntamen quoniam miraculum istud in deserto patratum fuit (teste S. Matthæo qui miraculum istud postquam *secessit in locum desertum* patratũ fuisse subjungit) hinc causam scire percuperem, cur Dominus miraculum istud in deserto exhibere voluerit, non verò in civitate, vel alio quovis loco ab hominibus inhabitato, ubi illud convenientius facturus fuisse videbatur, si enim in civitate, aut alio quovis populoso loco illud patrasset, ubi simul congregata fuisset ingens hominum multitudo, à totidem oculis conspici & in admirationẽ, ac venerationem debitam rapere potuisset, ipseque Deus per opus istud magis laudatus fuisset & glorificatus. Dicendum est igitur Christum miraculum istud in nulla civitate, sed in deserto exhibere voluisse, quia quicquid ad viram hominis necessarium est in civitatibus abundat, in deserto vero defectum habet; ut hac ratione nobis innueret, omnes illos, quotquot illum sequuntur, eique serviunt, tametsi in deserto, aut quovis alio loco, ubi quodvis deesse solet humanum auxilium consisterent, nullam rerum ad vitam pertinentium passuros esse necessitatem. *Dominus hoc miraculo significare voluit*, inquit Jansenius, *eis qui sibi adhærent etiam in deserto hoc est ubi nullũ humanum auxilium adfuerit, nullum necessariorum bonorum defuturum.* Et verè ita est. Quisnam enim Danielem in lacu leonũ constitutum, panem habiturum fuisse potuisset credere? & tamen quia servus Dei erat, panis ipsi deesse non poterat, quinimo à volante Angelo per tot centena passuum millia è Judæa ipsi allatum prandium fuit; quod utique nunquam accepisset, si peccator fuisset. Quapropter crede mihi, ubi semel sanctus esse, tecumque Deum habere cæperis, nunquã annonæ necessitate premeris, tametsi in ipsis quoque Africæ desertis degeres, aut in Syriæ arenis commorareris. Fames enim ibi solum regnat, ubi Deus non habitat.

Jansen. Concord. cap. 51.

12. In parabola de filio prodigo inter alia refertur, quod dum incautus & imprudens hic juvenis, è domo paterna ubi omnia bona redundabant, recessisset, in certam quandam regionem commigrarit, ubi magnam famem offendit, adeoque validam, ut omni victus annona destitutus, de porcorum quos pascebat, pabulo satiari desiderarit, nec tamen habere illud potuerit: *Facta est fames valida in regione*

Luc. 15. v. 14.

gione illa, & ipse capit egere & cupiebat implere ventrem suum de siliquis, quas porci manducabant, & nemo illi dabat. Dicite sodes, quodsi hic juvenis in aliam quandam regionem, quam in hanc se recepisset, num in illa quoq; simil em famem experturus fuisset? Etenim ex una quidē parte videtur quodsi in aliam quandam terrę plagam commigrasset, ubi major supperivisset victus copia, ibi suum panem facilius habiturus fuisset, sæpe namq; videmus quod dum unum regnum valida fame premitur, in altero sit magna panis abūdantia. Veruntamen S. Joannes Chrysostomus existimat, hunc juvenem fame ubique opprimendum fuisse, quocunque se recepisset, tametsi etiam in ipsummet commigrasset terrestrem Paradisum: Omnia enim loca à quibus Deus procul abest, panis caristia semper flagellantur: atq; ideo postquam semel à Patre suo recesserat, aliter fieri non poterat, quin quocunque locorum commigraret, in famis tyrannidem ubique incideret. *Omnis locus quem Patre incolimus absente, famis penuriæ & egestatis est*, inquit S. Doctor. Unde bene Ovidius famem in Syriæ desertis cōmorari tradit; neq; enim alibi reperitur, quam in locis desertis & a Deo derelictis. Ubi autē Deus est, fames esse non potest. Si enim Deus panis est, ubicunque panis est, ibi fames invalescescere nequit, sequitur manifestè quod ubicunque Deus fuerit, fames hominem affligere non possit.

D. Hieron. Epist. 46. ad Damasum.

Ovid. lib. 2. Metam.

——— *Neque enim Cererem q; famem q; Fata coire sinunt.*

13. Imò proposito casu quod Deo præsente justus panis penuria laboraret, tunc tamen futurū esse videbitis, ut quævis alia quæ panis non sunt, in panis locū & officium sint transitura, nec stariamq; ministratura sint homini vitæ annoam. Verba quæ aliud nihil sunt, quàm ventus quidam, quadraginta illis diebus quibus Moyses in Synai monte in consortio Dei fuit, panis vicem supplevērunt. Nam ut Rupertus inquit, Deus illum toto hoc tempore sola voce sua nutrivit. Quodsi à Christo eo tempore quo in deserto erat non à Dæmone, sed à quodam servo suo panis postulatus fuisset, utique ipsæmet petræ deserti in panem conversæ fuissent: lapides qui in præsentia de cœlo prospicientis Christi Stephanum vulnerabant, non tam feriebant ipsum quam pascebant. Et quidni paviss̄ent, qui instar panis dulcis illi & sapidi erant. Etsi omnia alia justo decessent, Deus ipsemet, ad servum suum pascendum panis fieret. Sic enim Deus ipsemet factus est panis, ut Tertullianus inquit, ut Moysen & Eliam quadragita illis diebus quibus jejunabant, pasceret & enutriret. *Quadraganta diebus jejunio functi Moyses & Elias Deo alebātur.* Qua igitur ratione justus famem experiri, aut pati poterit, quando Deus ad illum satiandum omnia alia in panem convertit.

Rupertus in Exod. lib. 6. c. 45.

Tertull. de Resurr. Carnis.

14. S. Lucas in Historia actuum Apostolicorum refert, quod postquam S. Paulus, tūc Saulus, Evangelicæ legis professores sive Christianos atrociter infestaturus in Damascum procedens, à Christo de cælo miraculosè percussus, atque ex equo in terram præcipitatus fuisset, jamq; accepta Christi monitione ab errore suo resipuisset, deinceps tribus diebus continuis nihil manducans, aut bibēs jejunus permanserit: *Et erat ibi tribus diebus non videns, & non manducavit neq; bibit.* Circa quam historiam meritò dubitatur, unde hic Apostolus toto illo triduo enutritus fuerit? Angelicus Doctor ipsum eo tempore cælestis gloriæ contēplatione enutritū esse dicit. Existimat enim sanctus hic Doctor ipsum hoc triduo raptum fuisse in Paradisum, ibidem mysteria regni illius abscondita fuisse contemplatum, prouti ipsemet Corinthiis scripsit, hanc q; contemplationem ipsi panis loco fuisse, ipsumq; in vivis conservasse & nutrivisse: *Paulus raptus ad tertium cælū sustentabatur absq; cibo & potu per aliquos dies sola dulcedine cælestiū mysteriorum.* Impossibile igitur est, quod homo justus & virtuosus in aliquam panis indigentiam incidere possit; Imo verò tametsi illis panis deesset, omnia alia quæ præsto sunt ad ipsum cōservandum & sustentandum panes fiunt, seu in panis locum ipsum nutriendo succedunt; Eo ipso enim quo mentem suam ad cælos elevans, recondita alterius vitæ mysteria contemplatur, panem suum invenit, qui ipsum ad plenam usque satietatem sufficientissimè reficiat & restauret. At satisfaciendum inopiæ & necessitati suæ, lævandamque famem simplices quoque cogitationes & mentis conceptus in panes transformantur.

Act. 9. v. 9.

D. Thom. 2. Cor. 12.

13. Si-

15. Simon de Cassia vir ex illustri Augustinianorum familia omninò doctissimus, acutè & ingeniosè observat, quod dum Christus Dominus incomparabili pietate & bonitate sua motus, ingentem illam Hebræorum turbam famoso illo miraculo pascere & cibare statuisset prius quam insigni huic divinoq; operi manum admoveret, oculos suos in cœlos elevârit. *Cùm sublevasset oculos Iesus*; ideoq; dicit, quidnam Redemptor noster hominibus hisce de pane provisurus, per hanc oculorum suorum in cælos sublevationem efficere aut obtinere voluit? certè si populus istere aliquâ cælesti & spirituali, quæ de cælo expectaretur opus habuisset, haud absre fuisset, si oculorum suorum magnetem in cœlos direxisset. Nunc autem cum homines illi alimento corporeo & terreno, cujusmodi panis est, qui non de cælo, sed de terra producitur, opus habuerit, in terram potius, quàm in cælum oculos convertere debuisse videtur. Tandem verò cæremoniæ hujus assecutus mysterium, dicit; *Suavavit oculos Iesus, ut quidquid sit spirituamenti, & etiam quo corporaliter vivimus, ostendat nos habere à Patre*: Panis igitur quotidianus, quo corporaliter vescimur nequaquam, uti simplicibus videtur, de terra primordialiter producitur, sed potiùs de cælo nobis à Deo in terram mittitur. Terra autem est veluti portus quidam, in quem panis è cœlesti regione ad nos missus exoneratur. Atq; ideò sicuti regiones quarum incolæ continuum cum cælo commercium habent, panis habent abundantiã; ita alia loca quorum indigenæ continua cœlo per peccata sua bella movent, magnam sustinere debent panis penuriam. Unde is qui peccatis suis cœlum offenderat, dicebatque, peccavi in cælũ, in tanta panis penuria constitutus, acerbissimam famem sustinuit.

Ioan. 6. v. 5.

Simon Cassian. lib. 3. c. 15.

Luc. 15. v. 21.

16. Quis ex vobis causam mihi assignabit, cur quibusdam annis adeò modicè pluat, ut ex deciduis pluviæ stillis terra humectari vix possit? dicetis utique aliam tantæ siccitatis causam esse non posse, quàm quæ in solem vel alium quempiam malevolũ siccumq; planetam refundatur; vel etiam causam illius esse posse aliud quoddã cæli & aëris accidẽs nobis incognitum. Sed hallucinamini graviter, quotquot ita hac de re sentitis. Tantæ siccitatis alia assignari causa non potest, quam Deus; sicut enim Deus pluviam nobis liberaliter indulget, ita quoq; eandẽ nobis subtrahit, nimirum pro qualitate eorum obsequiorum, quæ ipsi præstamus. Non enim sol, nec quisquq; planeta, aut quidvis in mundo aliud hominibus dicit: *Dabo vobis pluviam temporibus suis*. Dicit solis, planetarum, omnimq, quæ in cælo aut in terra sunt, unicus creator. Unde sicut quando boni sumus, divinaq; præcepta graviter observamus, Deus cælum aperire, abundanterque suo tempore pluvias dare non intermittit: ita cùm peccatores, suisq; favoribus indigni sumus, cælos æneos facit & terram terream, prouti omnes hisce temporibus, quibus Deus solirò magis ad iracundiam provocatur & offenditur, prô dolor, persæpe experimur: *Cùm ergò videris pluvias suo tempore deesse, non arbitreris hoc casu evenire, sed scito ex legum negligentia contingere. Quemadmodum fructuum abundantia sequitur custodiam legum; ita earum negligentia solet penuriam adducere*, inquit Oleaster. Et meritò quidem id dicitur, ob rationes sequentes. Cùm enim peccatum ignis quidam sit valde noxius, Deus autem iratus pariter sit ignis, quomodo utroque hoc igne in cælo & in terra simul concurrente & regnante, pluvia aliqua salutaris subnasci poterit? præterea cùm Deus in medio nubium, à nubibus circumquaque circumdatus subsistat, Davide teste, qui dicit: *nubes in circuitu ejus*; quid aliud à Deo adversum nos propter scelera nostra irato atque à nubibus circumdato expectare poterimus, quam quod ardentissimus iræ divinæ ignis accensus nubes exsiccabit & arescere faciet, adeò ut loco pluviæ salutaris, ad vindictam læsæ majestatis divinæ, quam circumdant atq; custodiunt, flammas vibrent & fulmina.

Levit. 26. v. 3.

Oleast. in c. 26. Lev.

Psal. 96. v. 2.

17. Quid si per extraordinariam quandam sterilitatem seu siccitatem panis & aqua in mundo pariter deficeret, putatisne nihilominùs hominem aliquem fore qui vivere posset, dicetis utiq; id prorsus videri impossibile; siquidem sine cibo & potu nemo vivere possit? unde in tali casu necessum esset, ut omnes homines morerentur, & ne vel ullus inter vivos maneret reliquus. Veruntamen longè diversa est Petri Cellensis opinio, qui in tali casu solos peccatores, non verò justos morituros esse dicit: eò quod ingens quoddam

granatium bona sit conscientia, cui nullum unquàm frumentum deerit. *Non erit panis & aqua, & quis vivet sie pane & aqua? sine dubio cujus est vita munda & pura conscientia, sicut scriptum est: nihil deest timentibus Deum.* In solemni illo atque famoso triennio & sex mensibus, quibus in universo Israelitis regno panis & aqua defecit, & mortua sunt tot virorum atque mulierum millia, nec Elias mortuus est, nec pia ejus hospita mulier Sareptana? cur ita? quia illi peccatores, hi verò sancti erant. Fames enim canis quidam est ad fores domus Dei vigilans & excubans, qui mordet extraneos, cum tamen domesticis nulla sit ratione molestus, uti videre est in sanctissima Virgine Catharina de Senis, quæ à primo die Quadragesimæ, usque ad Ascensionem Domini sine ullo cibo & potu perseveravit, neque tamen à fame ullâ ratione lædi potuit, quia sancta erat, atque in domo Christi Sponsi sui admodum familiaris domestica. A fame idipsum vipera didicit, quæ Melitenses occidit, non offendit seu læsit Apostolum; quia illi utpotè idololatræ in domo Dei peregrini erant, hic verò familiaris illius domesticus.

Petrus Cellensis l. 1. de consc.

15. Inter cætera mala quæ Hebræo populo quoties divinæ legis præcepta transgrederetur, superventura erant, unum quoque nec inter minima computandum, insatiabilitas erat, quantumvis enim post prævaricationem abundè comedissent, inde tamen satiandi non erant. Sic enim Deus in Leviticon Hebræos alloquitur: *Postquàm confregero baculum panis vestri, ita ut decem mulieres in uno clibano coquant panes, & reddant eos ad pondus; comedetis, & non saturabimini.* Non equidem nescio multos idipsum parodoxi loco habituros esse, siquidem communiter omnem diu satis & sufficienter comedentem satiari videmus, aut si non satiatur, id fit, vel quia cibum non habet, vel quoniam illum non manducat. Cæterum si cibus præsto sit & manducetur, fieri nequit quin homo satietur. Veruntamen id, quod Deus Hebræis comminatur, fieri revera posse, adeò clarum est atque perspicuum, ut clarius esse non possit. Satietas enim non à pane aut alia quavis re comestibili, sed à Deo nascitur; Deus cibis virtutem satiandi homines donat & eripit, pro sua voluntate, qua virtute à Deo sublata, impossibile est ut cibus saturare possit, quantumvis ad sufficientiam usque capiatur. Audite id exponentem Oleastrum. *Habes panis copiam ad famem propulsandam, fateor: sed quod te panis tuus satiet, donum est Dei. Non panis per se satiat, non potus sitim extinguit, sed Deus, qui talem virtutem cibo & potui tribuit, cùm vult.* Nec est, quod multos mihi adducatis homines divites pariter & sceleratos, qui non obstante impietate suâ, nunquam tamē recordantur defecisse in granariis suis frumentum, aut in penuario panem, sed potius luxuriando & crapulando manducant. Etenim verum est quod manducent, num verò satientur ignoro, Deus namque in pœnam peccatorum suorum, pani illorum satiandi virtutem adimit. Est igitur homo peccator & vitiosus Eristiconus quidam, qui ob læsam non jam fictam lascivæ Veneris deitatem, sed ob læsum peccatis suis Deum vivum ac verū quo plus manducat, tantò plus manducare desiderat, nullam vel in ipsamet ciborum abundantia satietatem reperiens.

Levit. 26. v. 26.

Oleaster in c. 26. Levit.

——— *Cibus omnis in illo*
Causa cibi est, semperq; locus fit inanis edendo.

Ovid. lib. 8. Metam.

Et quomodò satiari poterit Deo qui solus satiat orbatus? anima quæ Deum non habet, *aut in esurie, aut semper erit in pœna*; inquit Simon de Cassia. Quia verò peccatorem verè satiari sæpenumerò videmus, ideò id attribuendum est vel divinæ pietati, vel rigorosæ justitiæ divinæ, quæ ipsum temporaliter saturari permittit, ut torquere illū æternâ fame possit. Maledicta autem sit talis satietas, quæ tantæ famis causa existit.

Simon Cassian. lib. 7. cap. 40.

SERMO

SERMO III.

IN DOMINICAM QUINQUAGESIMÆ.

THEMA.

Et qui præibant, increpabant eum, ut taceret. *Lucæ* 18.

ARGUMENTUM.

Infelix ac perditioni vicinum est regnum illud, quod à tali Principe gubernatur, qui nihil, nisi quod perversis consiliariis suis placet, videt vel audit.

1. REgna tremunt, ruinam quoque minantur, ac in extremium rediguntur imperia, eò quod Atlas jam deinceps nullum Herculem, qui ad tantam regni machinam sustinendam auxiliares humeros supponat, invenire possit. Atlantes hujus temporis in suo quidem comitatu & aula plures numerare possunt, qui iisdem à latere continuo assistunt: at hi tales sunt, qui eosdem una cum regii muneris sui pondere præcipitare contendunt, non verò adjuvare volunt; & tamen miseri Reges id minimè advertunt, minus cavent. Tametsi etiam Atlantes moderni aurum ob congenitum sibi pondus suum in debili capite suo absque lapsus periculo sustinere non valeant; ob hoc tamen illi, qui hoc auro redimitum caput circumstant, manus suas ad illud firmandum aut consolidandum ne vel minimũ etigunt, sed potius illas in terrã incurvatas declinant, utpotè qui tametsi communis & publici boni cura se teneri & anxiari simulent, privato tamen commodo & utilitati nimium sunt intenti. Unde jam mirari desino, quod ranæ, postquam à Jove inanimatum quoddam lignum in destinatum sibi Regem accepissent, huic ordinationi subitatæ obmurmurârint; haud dubiè enim de anima quâ novellus hic ipsorum Rex regendus & gubernandus erat, dubitare cœperunt, utpotè scientes animam, quæ Regem ligneum gubernat aliam non esse, quam aliquem Dædali inventione, tali ligno additum Mercurium, negotiatorem & latronem, qui ut domum suam locupletet, omnia totius regni & regiæ negotia in extremæ ruinæ periculum constituit, nec aliud curat. Pro hoc malo à regnis arcendo omnibus votis optandũ sanè esset, ut omnes quotquot mundum gubernant, veri quidam soles essent, tunc enim longè alia utique mundi facies esset, ab ea multùm diversa, quam nunc heu videmus. Sol enim substantia quædam est totaliter luminosa, & in medio fulgentissimorum luminum constitutus, uni-

universum mundum gubernat: hodie autem plurimi prò dolor mundum gubernant, qui non solùm quoad se omni lumine scientiæ, sive artis bene gubernandi sunt destituti: verum etiam à stultis & improbis hominibus videntur circumdati, qui seipsos gubernare nesciunt, ut proindè verè dici possit, cæcum à cæcis in manifestum præcipitium miserè seduci. Inficiari equidem non possum, nonnullos eorum de quibus loquimur, in hoc quidè solem imitari, quod nimirùm otio ac delitiis vacantes, regnorum suorum limites, in talis Phaetontis manibus relinquant & deserant, qui tandem ex majoris exaltationis appetitu, modico tempore omnia conflagrando & cõburendo destruit ac perdit. Quod est malum regnis omnibus pernitiosissimum. Rectores enim qui in aliena cura nimiùm confidunt, aut qui oculis & auribus non vident, præterquàm eorum, qui non nisi per proprii esse oculos & aures vident & audiunt; pessimum sunt totius populi excidiũ. Perditus enim & desperatus esse subditus ille censetur, cui à proprio suo Rege audiri aut videri non permittitur, quod perversi consiliarii ut plurimum facere consueverunt. Quia enim omnia quæ pertractantur in curia, per manus suas transire volunt, ideò quemlibet ab audientia Principis impediunt, nec est qui ullam sibi à Principe gratiam aut justitiam promittere possit. Hoc pessimum & pernitiosissimũ hominum genus, ut Hugoni Cardinali placet, per illos repræsentatur, qui Christum in hodierno Evangelio comitantes, miserabilem cæcum Christum inclamantẽ, & gratiam ab eo poscentem reprehendebant, jubentes ut tacerent: *Qui præibant, increpabant eum, ut taceret. Præeuntes*, inquit hic præfatus Cardinalis, *& pauperem increpantes sunt collaterales magnatum, qui pauperes fugant & prohibent, ne ante Dominos suos appareant; vel aliquid ab iis petant.* Audacter itaq; & sine metu affirmare licet, nihil esse miseriùs, aut tali exterminio vicinus, ac est populus, qui à tali Principe gubernatur & regitur, qui aliud non audit, nec videt, præterquàm quod arridet & placet perversis consiliariis. Id quod præsenti discursu latiùs explicabimus.

Luc. 18. v. 39. Hugo Card. in c. 18. Luc.

2. Quoniam Salomon probè satis noverat, Deum ad castigandũ populum, eidem non-nunquàm dare consuevisse regem puerum, id est, Regem quendam ignorantem & inexpertum, prouti in Isaia comminatur dicens: *dabo pueros Principes eorũ*. ideò eidem Regi benè consulens dicit: *Fili mi si te lactaverint peccatores, ne acquiescas eis*. q.d. volo equidem, ut quamdiu puer es & lacte opus habes, vescaris lacte, veruntamen priusquàm illud sumas, attende bene, qualia sint ubera è quibus lac illud sugendum tibi erit; an scilicet ubera sint sani alicujus, aut verò infirmi corporis. Si enim è corpore sano lac tibi suxeris, bene id tibi cedet: si verò ex infirmo corpore id elicueris: non lacte sed sanie pasceris; & per hoc non tuæ tantùm saluti, sed & toti corpori impetii tui incomparabile damnum conciliabis. Puerili corpori lac propinare marcidũ atque corruptum, non minus est damnum, quam si eidem porrigeres venenum. Verum enimverò quænam sunt hæc infirmi corporis ubera, Principi adhuc puero pessimum ejusmodi lac propinantia? mali consiliarii, inquit Doctor Seraphicus: *ubera sunt consiliarii, qui proindè saniem habent*. Tales enim venenosâ sanie suâ, non solum talis inexperti Principis animam, verùm insuper universum subjecti populi corpus corrumpunt, & destruunt: *Cùm caput dolet, omnia membra languent*. Etenim quia infeliciissimus Roboam, cui monitum istud à Salomone patre suo suggestum fortè fuerat, lac marcidum & noxiã saniem sumpsit, & spreto senum consilio, aures suas juniorum consiliatiorum placitis inclinavit, una secum majorem regni sui partẽ in extremam pernitiem & desolationem redegit; per hanc namque occasionem in ejus regnum introducta fuit detestanda illa adoratio idolorum, quæ impius Jeroboam pro coronæ suæ stabilimento fabricati & adorari curavit. Atque ideò Rex ille non sine mysterio hoc nomine *Roboam*, quod *dissipans populum* interpretatur, fuit insignitus; princeps enim qui hominum inexpertorum, imprudentum & perversorum consiliis acquiescit & regitur, certissimum est integri regni alicujus seu nationis excidium & interitus.

Isaiæ 3. v. 4. Proverb. 1. v. 10.

D. Bonav. serm. 2. Dom. 21. Trin.

3. Didacus Stella Zachæum, qui Publicanorum, eorumq; qui regia tributa exigebant, princeps erat, à S. Luca divitẽ & opulentũ appellari audiens: *Ecce vir nomine Zachæus, & hic Princeps publicanorũ & ipse dives*; hanc subitò infert consequentiam. Ergò

Luc. 19. v. 1.

Rex

Rex pauper est. Zacchæi namq; divitiæ index sunt regiæ paupertatis certissimus & infallibilis. En ipsissima ejus verba: *Rex pauper est, quia Zachæus divitiis abundat.* Verum quis mihi consequentiæ istius assignabit rationē? quomodo ex eo quod Zachæus dives sit, confestim sequitur: ergò Rex pauper est? ratio consequētiæ istius evidens & clara, nam si ea quæ regio ærario jure cedere debebant, Zachæi manibus attracta rapiantur, necessariò sequitur Zachæum divitem, regem verò pauperem futurum esse. Etenim quonam putas consilio mare exsiccare & aquarum inops reddere posses? id indubitanter obtinebis, si effecceris, ut flumina quæ in mare se exonerare solebāt, retrorsum conversa, aquarū suarum tributum in alium quendam aquarum alveum derivent, sic enim mare confestim exsiccatum, & exinanitum esse deprehendes: pari quoque ratione quia Princeps neminem audit, neminem videt, nulli denique loquitur, jamque passim omnia regni negotia per manus talis ministri seu consiliarii transire, omnibus innotuit, omnes sua ad illum, non verò ad Regem negotia deferant, illi munera sua deferunt, omniaque flumina, quæ se in mare insinuare solebant, in lacum quendam se exonerant, qui tandem aquarū, seu potius divitiarum abundantia, ipso fit mari ditior atque opulentior. Verum enimverò modicū adhuc malum foret, si Zachæi divitiæ, solam caūsarent Principis seu regis sui paupertatem, nisi ipsos quoque Regis subditos totumque regnum exsugerent, & ad paupertatem atq; egestatem redigerent. Splen excessivè nimis adauctum & incrassatum, non tantum caput, sed & universum, ut ita loquar membrorum populum extenuat & annihilat. Reges de potentiæ fortunæque suæ conditione dejecti & depauperati, pauperes quoque subditos semper habent, hi namque à Rege extenuato, tot exactionibus, gabellis atque tributis aggravabuntur, ut fame tandem crepare cogantur; adeoque in regno modo prædicto malè gubernato, ut unus locupletetur & diteſcat, omnes marcescunt, & extenuantur.

Didacus Stella in c. 19. Luc.

4. Ambitiosa mulier illa, uxor inquam Zebedæi futurum sibi persuadebat, ut si filiis suis à Christo, per precum suarum efficaciam primos regni sui obtineret honores, ipsis pariter omnes conciliasset delitias excogitabiles, ipsosq; in hac vita veluti beatos reddidisset. Verùm dum gratiam hanc petere vix desisset, hoc à Christo responsum confestim retulit: *Nescitis quid petatis*, quasi diceret: si scireris quid petatis, utiq; non peteretis. Non dubito equidem, quin multis responsum istud primâ facie valdè extravagans esse videatur. Quis enim mulierem hanc quid peteret ignorasse dicat, quæ in amplissimo Christi regno summas sedes postulabat? quid enim excellentius petere potuissent, vel per matrem filii: vel pro filiis mater? credo omninò quod nisi illos summa Christi Domini majestas & reverentia à respondendo continuisset, responsuri utiq; fuissent, optimè ô Domine scimus, quidnam à majestate tua per interpositam matris nostræ cognatæ tuæ intercessionem sollicitemus. Probè namq; novimus, quod tanti regis, qualis tu esse noscēris, petendo dexteram & sinistram, magnos petamus honores, summas postulemus dignitates, iis conjunctas inexhaustas divitias, præeminentias super quosvis alios, grata & jucunda otia, aliasq; delitias similes quæ comitari solent summas sedes, noli igitur dicere, nescitis quid petatis. Quippe qui seriem & substantiam petitionis nostræ optimè novimus. Verum magnus fuisset filiorum istorūm error, ne dicam temeritas, si tale quid Domino præsumpsissent replicare; illis namq; Dominus longè solidiùs respondere potuisset dicendo: graviter erratis, si existimetis eos qui ad sublimia subsellia, vel ad thronos vocantur, eo tantùm fine in gradus illos excellentiores constitui, ut delitientur & genio suo indulgeant: non enim hic est Dei illos ad sublimes dignitates evehentis scopus, sed potiùs ut justitiam, opus nimirum omni angustiâ & labore plenissimū, administrent, toriq; regno omni cum sollicitudine & vigilantiâ, nec minori cum subditorū profectu utiliter præsint; cùm igitur vos sedes hasce non ad laborandum, sed ad delitiandum in iisdem petatis, optimè dixi: *Nescitis quid petatis.* Unde Oleaster dicit, quod quando Christus ait, nescitis quid petatis, clariùs dicere voluisse videtur: *Putatis vos vocatos ad sedes, sed vocamini potiùs ad calicem passionis: est enim justitia administratio res omnibus laboribus & angustiis plena.* Quid ad hæc Principes & Prælati illi dicent, qui Deum illis summas sedes suas non ideo contulisse sibi persua-

Matth. 20. v. 22.

Oleaster in c. 37. Isaiæ.

dent, ut laborent, vigilent, curis se discruciēt; sed potius ut in continuis delitiis & jucundissimo otio vivant? quorum hæc solemnis, etsi officii sui moneantur, perpetua est excusatio: habemus vicarios nostros, & in regimine locum tenentes, qui nobis in delitiarum nostrarum lecto à Deo nobis concesso, dormientibus, pro nobis vigilant, laborant, & justitiam administrant. *Putant*, inquit idemmet Doctor, *se ad delitias & divitias vocatos; omnia quæ sunt laboris & tædii, in vicarios, quos sibi sufficiunt rejicientes.* Verùm pessima est prætensa ista hæc excusatio. Neq; enim omes Reges, Principes, Episcopi, Prælati, rales sint, qui semper quendam lateri suo assistentē habent Antipatrum; qui ipsis dormientibus vigilet. Rarissimi hodie inveniuntur, qui cum Philippo Macedonum Rege dicere poterunt: *Turò dormivi, vigilavit Antipater.* Dum igitur ipsi dormiunt, cum evidenti damnationis suæ & ruinæ commissi sibi populi periculo dormiunt. Verum quidem est, quod eo tempore quo ipsi oneris, obligationis & administrationis suæ obliti, dormiunt, delitiis vacāt, & genio largiter indulgent, alii in quos curarum suarum pondus exonerārunt, vigilēt; verè etenim vigilant, sed non pro justitiæ administratione, sed ad subditos eorum excoriandos, spoliandos, & quovis injuriarū genere divexādos vigilant. Væ ovibus illis, quibus talis datus est pastor, qui inter lupos dormit: *Somnolentia Pastorum, luporum est gaudium*; inquit S. Ephrem. Commodo Imperatore dormiente & delitiis totaliter dedito, Perennes & Cleander, quibus Imperii Romani curam commiserat, in universo mundo rapinas, furta & latrocinia liberè exercebant.

Bleast. ib.

Apopht. Aldi Man.

D. Ephrè, de timore Dei.

5. Nostis ne causam mihi reddere, cur Principes sæculares & Prælati Ecclesiastici loquentes vel scribentes, in plurali ut plurimum numero loquantur & scribant, dicendo: *volumus, mandamus, præcipimus?* cùm enim is qui scribit vel loquitur unicus tantùm sit, non verò plures, cur unicus ille pluraliter loquitur aut scribit? Hugo Cardinalis consuetudinis vel usus hujus rationem esse dicit, ut per hunc loquendi vel scribendi modum insinuetur, quod quidquid ab iis ordinatur vel præcipitur, non ab ipsorum duntaxat proprio capritio, verum etiam ab aliorum sapientissimorum virorum eum in regimine adjuvantium consilio proficiscatur, quodq; non unus sed multi sint talis præcepti conditores vel authores, id quod ab omibus Rectoribus benè observari meretur: *Non debet Prælatus sine consilio seniorum aliquid præcipere: unde inolevit usus ipsos Prælatos scribere pluraliter, mandamus, præcipimus & hujusmodi.* Cùm igitur Princeps omnia quæcunq; præcipit & mandat, habito cum aliis consilio præcipere & ordinare debeat, nimis profectò evidenter sequitur, quod sicut subditi illius Principis, cui virtuosi & sapientes assistunt consiliarii, feliciores esse nequeunt, ita infeliciores & miseriores homines esse non possint, quam sint subditi illi, quibus præfectus est Princeps ab avaris, rapacibus, bārbaris & inexpertis consiliariis, haud secus ac Medusæ cinctum erat viperis, circumdatus. Os quod manducat fel, mel non exspuet. Nec animus sceleratus salutaria consilia unquàm suggeret; quo enim liquore vas aliquod plenū est, hunc effundet. Unde in tali casu mallem potiùs à malo Rege optimis consiliariis stipato gubernari, quàm regi à bono Principe plurimis nebulonibus & raptoribus circumdato. Hi enim utpote numero longè prævalētes, consilio suo pessimo, unius tantūm boni Principis placitū vincent & superabunt, adeoq; boni Principis probitas & clementia subditis suis in tali casu parum erit proficua: *Quid inquam emolumenti adfert Ecclesiis Dei tua unius hominis justitia, ubi sententia prævalet aliter effectorum*, dicebat olim Pontifici Eugenio S. Bernardus.

Hugo Card. in c. 27. Deut.

D. Bern. lib. 4. ad Eugen.

6. Monstra nequaquā bona sed mala, imò pessima signa esse, ab Hebræis edocemur, qui tot in cœlo visa monstra pro pessimis signis sunt interpretati; unde Deum rogabant, ut faceret *monstra in bonum converti.* Atque ideò corpus alicujus consilii, cujus caput & vertex est hominis mortui & inter cubilis sui delitias sepulti; alii verò consiliarii ceu membra sunt leonina, lupina, canina, vulpina, sed sana & viva, horrendum quoddā & execrabile monstrum erit, adeoq; signum pessimi eventus demonstrativū, quod tali alicui regno timorem & tremorē haud immerito conciliabit. Nam sicut à regimine, cujus supremus Dominus bonus quidem est, sed in otiis suis veluti emortuus, membra verò bestialia quidem sunt, sed tamen viva, totiusq; status imperium in sua potestate habentia, ne vel minimum

2. Mach. 5. v. 4.

nimum ſperari bonum poteſt, ita quævis ab eodem formidari mala debent. In cæli namq; regimine non reſpicitur ad caput quod mortuum eſt, & ſe habet, ac ſi non eſſet: ſed reliqua tantum membra reſpiciuntur, quæ vivunt, omnemque ruinam ſubditis minantur. Quid enim mali in regno aliquo, cujus caput mortuum eſt, non cauſabunt ſuperbi leones, lupi famelici, mordaces canes, doloſæ vulpes, &c. Vivente Alexandro Magno ſimile natum eſt monſtrum, quod univerſale quoddam illi præſignificavit totius regni excidium: *Ptolom. de mirabilibus mundi c. 26.* *Solvi regnum protendit Alexandro, ex muliere monſtrum creatum, quod ſuperiores corporis partes hominis quidem, ſed mortuas habuerit; inferiores diverſarum beſtiarum, ſed viventes.* inquit Ptolomæus. Sic quoq; Henricus VIII. Rex Angliæ ad mortẽ uſq; homo verus fuit, ſed quia parum aberat quin eſſet mortuus, totiuſq; regni ſui regimen intra famelicorũ Iuporum Eccleſiaſticos reditus avidè devorãtium & diripientium manus relinquebat, ideo tametſi moriens animæ ſuæ miſerique regni ſui damnis oportunum adferre remedium cogitaret, nihil tamen efficere valuit, vivis nimirum beſtialibuſq; membris adverſus mortuum caput nimium prævalentibus.

7. Ægyptii in dira quadam annonæ caritate à Pharaone Rege ſuo panem depoſcentes, hoc Moyſe referente, retulerunt reſponſum: *Gen. 41. & 55.* *Ite ad Ioſeph, & quidquid ipſe vobis dixerit: facite.* Quidnam obſecro Pharao per hæc verba ſignificare voluit; nihil aliud, quam ſi clarioribus verbis dixiſſet: nolite me deinceps convenire, aut mihi moleſtus eſſe, ſed Joſephum convenite eique regni negotia, veſtraſque neceſſitates proponite: vel ſi adhuc clarius dixiſſet: non ſum ego Rex, niſi tantum perſonatus, qui ſolam Regis veſtem geſto, & veluti ſtatua quædam ſum auro & purpurâ contecta; imò ſi Regem omninò ſcire cupitis, Joſeph Rex eſt, non ego. Ita hunc locum S. Joannes Chryſoſt. explicat, dicens: *D. Chryſ. hom. 44. in Geneſ.* *Quid me urgetis? non videtis, quod ego tantùm habitum Regis porto* Porrò Pharaoni non multum diſſimiles ſunt nonnulli hujus temporis Principes, qui ſtatuum ſuorum abſolutam curam aliis demandârunt; qui proindè in tali conditione veri Reges dici non poſſunt. Reges enim populos regunt, hi verò ſtatuæ potius ſunt auro purpuraq; contectæ; Regũ ſolum nomẽ non verò facta præ ſe ferũt. Quiſquis enim talem Regem, cum eo de rebus arduis tractaturus, abſq; ullo intelligentiæ participio regulo communicato accedit, idem facit, ac ſi ſtatuam quandam in plateis erectã conveniret; ſubitò enim ſine ulla accepta à Rege audientia ad Joſeph remittitur, & utinam is ad quem mittitur Joſeph aliquis, & non potiùs Aman eſſe deprehenderetur, ſic enim aliqua de ipſo haberi præſumptio poſſet, quod regni ſalus, non verò perditio futurus eſſet. Sicut enim regnum Ægypti ſalvatum eſt per bonum quem habuit ſtatus ſui adminiſtratorem, ita ſi miniſtrum ſtatus ſui de eorum numero habuiſſet, qui intereſſe privatũ bono publico præferunt, fuiſſet perditum.

8. Veteres olim Solem totius mundi, tam cœleſtis quàm elementaris gubernatorem & moderatorem pingere ſolebant totaliter imberbem. Idque fortaſſis ideò, ut videlicet per hoc innuerent barbam dedecere ſuperiorem. Quam etiam ob cauſam, ni fallor Romani Imperatores, qui uſq; ad Adrianum imperârunt, circà mentum ſemper raſi & imberbes eſſe ſolebant. Eadem quoque ratio Ephotos movit, ut magiſtratus ſuos ad barbam radendam conſtringerent, priuſquàm dignitatis ſuæ poſſeſſionem capere poſſent; verum dicat fortè aliquis, quidnam in barba indecori lateat, ut illa Principes dedecere putetur? cui proindè reſpondeo, barbam ideò Principem dedecere, ne ſi prolixam barbam aleret, ab aliquo per barbam apprehendi poſſit, pro cujus confirmatione optimè ſervit, quod de Selim Magno Turcarum Imperatore referunt hiſtoriæ, videlicet hunc poſtquàm in Turcarum Imperatorem electus eſſet, contra vulgarem gentis ſuæ conſuetudinem, barbam ſibi radi voluiſſe, poſteà verò ab Imperii ſui Magnatibus, novitatis hujus cauſam rogatũ reſpondiſſe, barbã mihi radi juſſi, ne ab aliquo per barbam apprehendi, & prouti patri meo aliiſq; prædeceſſoribus meis accidit, per eandem barbã ad diverſa loca cum ludibrio pro hoſtiũ meorum libitu valeam raptari. Barba igitur in nonnullis caſibus eſt veluti frænum quoddam, per quod nonnulli gentium rectores haud ſecus ac viliſſima jumenta pro libitu raptari videntur, etiam uſque ad præcipitiũ

& totalem interitum, nisi timor raptantem impediat. Imò quotidiè multos principes qui barbam regiminis sui in perversissimorum hominũ manus tradere non curârunt, unà cum populi sui commissa sarcina, quam humeris ipsorum Deus superimposuit, totaliter pessumdatos & humiliatos videmus; quod exitium ne aliis quoque eveniat, necessum est, ut quilibet Princeps in simili casu novaculam secum semper habeat, omnique horâ pilos menti si fortè subnascantur, juxtà morem incolarũ regionis illius in India situatæ, quam Ruriabet appellant, radere non desinat, ne in maximam hanc miseriam similiter aliquando incidant.

D. Bern. ibid. l. 4.

9. S. Bernardus lib. 5. considerationum quas ad Eugenium Papam scribit, hisce verbis dictum Pontificem alloquitur: *ne te dixeris sanum dolentem latera.* Quæ verba non nihil obscuritatis admixtam habere videntur; ergone enim Eugen. adeò stultus esse poterat, ut cum morbo adeò molesto esset obnoxius, sanum se nihilominus esse diceret? nequaquam id de hoc Pontifice non minus sapiente, quam sancto præsumi potest, quod scilicet sanum se esse existimârit, si lateralibus doloribus valdè molestis obnoxius fuit; neq; S. Bernardi mens erat, id de S. hoc Pontifice affirmare. Sed hoc tantùm contendebat asserere, multos esse rectores, qui licet hoc morbo laborent, sanos se tamen esse existimant. Multi enim in hoc mũdo sunt Principes, qui cum sceleratos & perversos status sui ministros lateribus suis assistentes habeant, eos tamen propriâ suâ bonitate & vitæ sanctimoniâ, nec non intentionis suæ rectitudine errantes, bonos & probos esse existimant, licet in hoc gravissimè decipiantur, quomodò enim sani esse possunt, qui lateris doloribus affliguntur. Porrò superior non solùm quoad se bonus esse debet, verum etiam ut bonus superior esse censeatur, bonos quoque & virtuosos habere debet consiliarios. Bonitas enim Principis tot sceleratorum hominum lateri suo assistentium, eumque consiliis suis perverentium perversitati associata, est veluti gutta quædã mellis, integro alicui mari felis immersa, vel sicuti mutea multis lupis cõjuncta. Atq; ideò bonitas Principis regno sibi subjecto proficua nunquam esse poterit, nec imminentia illi damna avertere & impedire, quibus tale conciliabulũ miseros subditos moliuntur supplantare. Quantumvis aliquis in se bonus sit, bonus tamen superior nunquam erit, si malos ad latera sua sibi assistentes ministros habuerit; ut igitur bonus superior sit, opus est, ut & ipse bonus sit, & bonos itidem circum se habeat consiliarios & ministros. Adhæc unum est quod in hac materia vel maximè observari meretur, nimirũm quod S. & mellifluus Abbas doceat, omnes Principes, qui se perverso alicui ministro sive consiliario in omnibus subjicere, eundemque sibi perpetuò collateralem habere, ac denique status suos per manus illius gubernare gaudent, subitò non alio malo quàm lateris dolore affligi & torqueri: per quod simul insinuat, malum istud non minus quam acerbum laterum dolorem, incurabile esse, omnique carere humano remedio. Et revera ita est, postquam enim Princeps se tali ministro velut equum equiti inequitanti submiserit, eundem sine difficultate incredibili dejicere vel excutere nunquàm poterit. Huc servit ille Æsopi apologus, quo dicitur, quod postquam equus ad cervos inimicos suos debellandos, semel sellam sibi superimponi, seque equiti ad equitandum substerni permisit, deinceps perpetuum se sellæ & equitis subditum atque mancipium constituerit. Cujus rei nostra tempora prò dolor sunt veridici testes, omni exceptione majores.

10. Tametsi Deus Moysen pro regimine populi sui, & pro obeunda ad Pharaonem legatione peculiariter elegisset, pro hujus tamen sibi à Deo imposiți muneris executione sese movere, aut tantæ dignitati acceptandæ nunquam in animo suo acquiescere potuit, donec Deus Aaronem sibi assignasset tanquam muneris & negotii obeundi consortem. Jam enim aliquanto tempore Deo restiterat, nunc exiguum suum allegando meritum, mox linguæ defectum seu impotentiam allegando, paulò post Pharaonis prætexendo potentiam atque tyrannidem, perque has aliasque in medium adductas excusationes suspensa semper tenebat Divinæ voluntatis decreta: postquàm verò à Deo sibi dici audivit: *Aaron frater tuus Levites, scio quod eloquens sit, ecce ipse egreditur in occursũ tuũ:* *Exod. 4. v. 14.*

ipse

ipse loquetur pro te ad populum, & erit os tuū: tu autem eris in iis quæ ad Deum pertinent; mox impositō sibi muneri humeros suos submisit, atque pro illius executione movere se cæpit. Tunc & non prius, subjungit sacer textus. *Abiit Moyses.* Porrò quisquis hūc Moysis agendi modum benè attenderit, illum certè veluti novum, extraordinarium omniūque admiratione dignum obstupescere debebit, cum satis constet in aulis nullum reperiri qui in uno eodemque munere quod administrat, aut in ea qua fungitur dignitate aliquem secum tolerare possit consortem.

——— *Omnisque potestas*
Impatiens consortis erit; inquit Lucanus.

Lucanus. Qui fit igitur quod cum magnates mundani in Principum suorum ministeriis soli esse velint, nec alium secum patiantur consortem; Moyses econtra, cum à Deo ad populi sui regimen solus electus esset, electionem istam recipere noluerit, priusquam optatum sibi muneris Collegam assignatum accepisset? Nolite hoc mirari, inquit Oleaster; cum Moyse enim agebatur de dignitate aliqua in Dei aula recipienda, non verò de munere conferendo in mundani cujusdam Principis curia. Verum etenim est quod qui mundano alicui Principi serviunt, in functione muneris sui nolint habere consortem: qui tamen Deo serviunt, volunt & quærunt talem, neque donec invenerint quiescunt. Cujus ratio est, quod sicut ii qui in mundo serviunt, privatum potius suum, quàm Principis sui interesse & utilitatem respiciunt; ita Deo servientes Dei duntaxat servitium & obsequium spectent, ideoq; consortes & cooperatores desiderant, ut obsequia Deo debita tantò utilius & honorificentius expediantur. *Servi Principum,* inquit hic Doctor, *quoniam non tam bonum Principis ministerium, quam propriam utilitatem quærunt, nolunt consortium. Servi verò Dei, quia non quod suū est. sed quod Dei cupiunt, socios ad ministeriū desiderāt, & petunt.* Audistis igitur qua ratione regnorum ministri ad nihil aliud quàm ad proprium suum interesse respiciant, suæque studeant propriæ utilitati; atque ideo quidnam de illis boni sperari poterit? aut quid non mali ab illorum administratione formidare debemus? Quodsi enim nullam utilitatis Domini sui curam habent, quomodo utilitatis & prosperitatis subditorum illius curam habebunt? certum igitur est, quodsi ejusmodi perversi homines in aula principis semel prævalere cæpetint, salus subditorum conclamata erit. Ad unam enim ipsorum domum fabricandā millenæ aliæ destrui necessario debebunt: ad vestiendum unicam conjugem, totus exspoliabitur & denudabitur populus: ad unam ipsorum mensam debitis ferculorum lautitiis instaurandam, decem jejunare debebunt civitates.

Oleaster in cap. 4. Exodi.

11. Porrò principes boni adeo sunt rari & infrequentes, ut sicut nonnemo dicere solitus erat, in unica annuli gemmula explicari facillimo negotio possent. Hæcque illorum raritas ex sola nascitur artis gubernandi addiscendæ difficultate; Nam ut Diocletianus dicere solebat. *Nihil est difficillius quàm bene imperare.* Unde etiam Ars artium à sanctis Doctoribus appellatur. At verò quisnam rationem mihi assignabit, cur bonum regimen tantam in se difficultatem habeat? Ratio etenim hujus est, nimis evidens bonorū ministrorum defectus. Ex quo enim Princeps in Palatio suo reclusus ab omnibus se regni negotiis subducit, ideoque status sui difficultates ministrorum suorum fidei necessario concredere debet, quid facilius est, quàm quod quatuor consiliariorum suorum, optimam inter se habentes intelligentiam mutuam, eūdem facillimo negotio decipere, illudq; moliri & decernere possint, quod ad extremam principatus sui perniciem, & indelebilem famæ & existimationis suæ maculam vergat? Atque ideo si mihi ostenderis principem similibus ministris stipatum, mox ego subditis ejus imminentem vaticinabor ruinam & interitum. Ex hac namque occasione persæpe fit, quod Regnis alæ subcrescant, quibus ad alios Reges avolando tranimigrent. Sic Corvo ob nimiam quàm fraudulentæ vulpi habuerat fidem caseus, quem ore ferebat, lapsus est, quem denuò reperire nunquam potuit. Sic quoque civitates illæ quæ Timothei dormientis Ducis rete ultro citroque subingressæ fuerant, ex ejusdem quoque dormientis, & in fraudulentorum ministrorum suorum re-

Apoph. lib. 6.

gimine ſuaviter requieſcentis Principis manibus elabi, retiſque obſtacula evadere perſæpe ſoleat.

12. In libro Eſther ſcribitur, ſerium quoddam è Regis Aſſueri palatio emanaſſe interdictum, quo omnes etiam in regia Aſſueri domo familiariſſimi ſub capitali pœna ab ingreſſu regii conclavis ſolido ttiginta dierum ſpatio prohibebantur, non obſtante quorumcunque negotiorum cum Rege pertractandorum prætextu. Fuitque prohibitio iſthæc regia tanto cum tigore obſervata, ut ipſamet quoque Eſther Regina in negotio ſummè arduo cum Rege marito ſuo collocatura, metu mortis ad illum ingredi auſa non fuerit. Unde Mardochæo cognato ſuo, qui eam ut pro hac re apud Regem ſollicitaret, requiſierat, nomine ſuo dici mandavit. *Omnes ſervi Regis norũt, quod ſive vir, ſive mulier, non vocatus, atrium Regis intraverit, abſq; ulla cũctatione ſtatim interficiatur.* Verũ enim verè dicat hic aliquis, undenam obſecro rigidum hoc Regis decretũ originẽ ſuã habuit? Quiſnam Regem hunc adeo ab omnibus ſubditis ſubducere & ſequeſtrare, totumq; Regnum tanto tempore ſolita ſua penes Regem audientia privare potuit? Ab Aman principe Regem inſtigante regium hocce decretum ortum ſuum duxit, inquit Nicolaus de Lyra. Quia enim hic magna apud Regem authoritate pollebat, omneſq; regni illius Hebræos intra unius menſis ſpatium mortuos eſſe deſiderabat, ideo ut truculentam hanc in gentẽ illam exercere vindictã poſſet, Regem fraudulenter circũvenit, eidemq; veluti qui regiæ ſaluti & ſecuritati optimè proſpectum eſſe cuperet, perſuaſit, ut à cunctorum ſubditorũ ſuorum oculis ſeſe ſubduceret, nulliq; ſui indulgeret alloquiũ, ſciebat enim hac ratione ſimul omnem Hebræis, aliquam ab Aſſuero deprecandi gratiam, occaſionem efficaciſſimè adimi poſſe: *Aman quaſi zelans pro pace regni impetravit edictũ fieri, ne quis accederet ad Regẽ intra triginta dies. In hoc ſimulans ſe zelare pro Regis magnitudine, ex cujus Reverentia nullus auderet ad eũ accedere in tãto tẽpore, ſed hoc faciebat, ne aliquis infra hoc tẽpus accederet, qui libertatẽ Iudæorũ impetraret;* inquit hic Doctor. Porrò in hac Hiſtoria veluti in limpidiſſimo quodam ſpeculo perſpicue & evidenter videre poteſtis, quidnã malus miniſter, cui nihil minus curæ eſt quàm Principis ſui ſalus, Majeſtas & Reverentia, licet hanc ſe ingenti zelo proſequi fingat & ſimulet, adverſus populum machinetur, dum illum à Principis ſui audientia tãta cum ſollicitudine, & auſteritate arcet & impedit. Nihil enim aliud ſibi propoſitum habet, quàm populum Regi ſubjectum decotiare, atq; deglubere, idque quod miſeris illis poſt tot expilationes reliquum eſt, crudeliter extorquere, ſuæq; vindictæ abundè ſatisfacere. Ne tamen in hoc molimine à Rege ſubditorum lamentationibus atque quærelis exorato, impediri aliqua ratione poſſit; ſolitarium Regi intra penetralia ſua receſſum, ſeu ut verius dicam voluntarium illi carcerem ad tempus ſubire callide perſuadet, talis namque Regis à ſubditis violenta ſubductio, incarceratio potius, quàm gravitas, aut Majeſtas Regis appellari meretur. Etenim quando leo in cavernæ ſuæ regia abſconditus delitеſcit, lupus cruentam communiter in ſubditis ſuis ſtragem machinari ſolet; undeneſcio, an miniſter talis jure merito ſibi nomen illud quo in nonnullis locis appellari conſuevit, Privatus vendicare poſſit, utpote qui Privator potius, quam Privatus dici meretur; ſiquidem Regem ſua libertate, Regnum Rege, debita ſubditos apud Regem audientia, imò facultatibus, & haud rato omni honore & exiſtimatione miſerè privat. Bonus Privatus ab omni particulari intereſſe & paſſione debet eſſe privatus & immunis.

Eſther. 4. v. 11.

Nicol. Lyranus in c. 6. Dan.

13. Circumſpecti igitur eſſe Principes debent, quando ſtatuum Coronarumque ſuarum ſibi eligunt miniſtros, illudq; unicè curare, ut bonum publicum cuilibet præferant affectioni privatæ. Quotieſcunque Alexander ſeverus Imperator malos ac perfidos eſſe ſuos experiebatur miniſtros, illis confeſtim à regia ſua turpiter eliminatis dicere ſolebat: *His charior eſt mihi Reſpublica.* Etenim ad hoc ut Regnorũ ſtatus ſalubriter & proſperè gubernentur, opus eſt, ut illorum miniſtri adeo ſint virtuoſi, tantaq; ſanctitate prædiți, ut non tam terreni cujuſdam Regis, quam Dei, cœlorum Regis miniſtri eſſe videantur. Atque hoc ſenſu exiſtimo Davidis filios, in ſecundo Regem libro appellari ſacerdotes: *Filii autẽ David ſacerdotes erant.* Quomodo enim

2. Reg. 8. v. 18.

nim filii Davidis dici possent fuisse sacerdotes, id est, nati ex tribu Levi, quæ sacerdotalis tribus erat, cum ipsi ex tribu Juda nati fuisse dignoscantur: nisi illos ideo sacerdotes appellari dicamus, non quod veri sacerdotes fuerint, sed quod summi fuerint Regiæ Davidicæ magnates & primates, primasque illius Regni post regem patrem suum dignitates administrarint. Idem namq; est, inquit Nicol. de Lyra: *Sacerdotes erant*, quod *Erant majores; seu primi, post Regem, ad honores.* Unde perspicuè colligitur, omnes magnæ alicujus curiæ magnates & nobiles, qui in Palatiis coram Principe assistunt, primasq; administrant totius Reipublicæ dignitates non debere aliis moribus esse præditos, quàm iis quib⁹ sacerdotes solent esse conspicui. *Principi sub quo dã sacerdotio serviatur*; inquit Cassiodorus. Id quod Ægyptii optimè noverant, qui proinde ad Regum suorũ obsequia & ministeria, non vulgares homines, sed nobilissimorum sacerdotum filios, doctos beneq; moratos adhibere solebant: *Regibus Ægyptiis nullus deputatus erat, neq; emptitius, neq; domi genitus servus, sed nobiliũ sacerdotũ filii, doctrina præ cæteris eruditi*; inquit Diodorus noster Siculus, augustissimarũ aularum ministri veluti sacerdotes esse debent; tum quia omnibus virtutib⁹ Christianis debent esse cõspicui; tum quia negotia publica summa cum sinceritate tractare obligantur. Unde ob synceritatem qua sacerdotes negotia salutem commissæ sibi plebis concernentia tractant, vestibus induti sunt lineis candidissimis. Etenim plurimum mihi displicẽt nonnulli Magnates, qui tam apud Principem suum, quam subditum illi populum, postulando & exigẽdo tantum sacerdotes se esse probant. Nam veluti sacerdotes aliud nihil in corde suo, & frequenter in ore suo versant aut exprimũt, quã. *Da quæ sumus; Concede quæ sumus, Præsta quæ sumus.* E contra verò persæpe, quæ sumus illud nihil omninò curantes quasi Gryphes & leones quæ volunt violenter rapiunt, plebemq; diripiunt; adeoq; in extremam usq; pernitiem miserrimos subditos perducunt. Verum quidem est illos haud secus, ac Aaronicos sacerdotes supra pectus scriptũ habere Judicium & veritas, veruntamen verba ista in ipsum usq; pectus minimè penetrant: se quidem Justitiæ zelantissimos, veritatisque amantissimos ministros esse simulant, cum tamẽ intrinsecus in corde suo capitales sint justitiæ hostes, famosiq; adultores infelicem populum pessimè continuo tractantes, suiq; Principis ignorantiam totius mundi ludibrio perfidè exponentes.

Nicolaus Lyranus in lib. 2. Reg. c. 8.

Cassidor. l. 1. variar. c. 12. Diodorus Siculus l. 1. c. 3.

14. Ex iis quæ Christus Matthæi cap. vigesimo tertio palam loquitur; manifestè colligitur Hierosolymotum urbem totumque Judeæ regnum eo tempore cæcis fuisse Magistratibus gubernatum. Cæci namque fuerint necessum est quibus comminando dicebat; *Væ vobis duces cæci.* Verum dicat fortasse nonnemo: ex quo oculi mundi Rectoribus adeo sunt necessarii, ut Poëtæ Jovem universi mundi hujus rectorem & gubernatorem metum oculum esse finxerint, quomodo cæci, urbem illam adeo famosam ritè gubernare, Regnumque adeo vastum & amplum regere commodè poterant? Huc igitur respondeo illos oculis vidisse alienis, ad eum ferè modum quo cæci Jobo Prophetæ contemporanei, oculis ipsiusmet Jobi vidisse dicuntur, ipsomet teste, cum inquit: *Oculus fui cæco.* Unde facile colligitur, quodnam bonum ex illo potuerit regimine nasci, quod ab illis administrabatur rectoribus, qui regendo oculis videbãt alienis. Utiq; quotquot sunt ejusmodi principes; ii subditis suis nequaquam utiles, sed pernitiosissimi existunt. Titus Manlius, eo quod cæcus esset, Romani imperii fasces gubernandos acceptare noluit, sed peroportunè se coram populo excusavit dicens: *Pessimum ac periculosissimũ sese exemplũ introducturũ, si oculis alienis Rempublicam administrandã susciperet*, inquit Livius. Ratò enim ejusmodi cœcus aliquis talẽ sortitur viæ actionumq; suarum ducem & moderatorem, qualis Job sui temporis cœcis erat, idest virum justum, syncerum, sapientem, neutralem, atque ab omni passionum perturbatione immunẽ. Ut plurimũ ejusmodi cœci canem aliquem ducis loco habere videbantur, qualem cœcos mendicos habere videmus; atque ideo cuinã non involventur exitio miseri subditi, qui subtalis canis ducatu & moderamine gubernantur? utique Princeps ille, qui à tali cane duci se sinit, qui nunquã satiatur, pacem populorũ execratur, tumoribus & tumultibus gaudet, nec aliud, quàm privatũ suum agnoscit, qui præter vindictas, neces, exilia &c. aliud nihil medi-

Matth. 23. v. 16.

Iob. 29. v. 15.

Livius lib. 6.

meditatur, populum sibi subjectum una secum in extremum exitium adducent. Regibus profectò eorumque Regnis & regnorum subditis longè expedientius esset, si tales canes catenis cerrentur vincti, quàm in tribunalibus sublimati.

15. Verum ô utinam soli laici & sæculares similibus Regnorum & Provinciatum ruinis cooperarentur, neque in sua societate Theologos, sacerdotes, diversorumque ordinum religiosos pariter haberent, qui cum pervertis aulicorum & consiliariorum conatibus obsistere deberent, illos potius persæpe adjuvant, atque ad publica damna atrociter inferenda animant. Etenim S. Matthæus Evangelista scribit Herodem Regem, ab Orientalibus Regibus de Christi nativitate informatum, mox omnes sacerdotes & scribas, alioqui homines doctos, & in sacris literis optimè versatos, eo fine congregasse, ut ab iis locum ubi Christus natus esset edisceret; Qui omnes unanimiter illum in Bethlehem, aut finibus ejus nasciturum esse responderunt, sequentia Micheæ Prophetæ verba pariter adducentes: *Et tu Bethlehem terra Iuda, nequaquam minima es in principibus Iuda, ex te enim exiet dux, qui regat populum meum Israel.* Ex quo sacerdotum responso dira illa Herodiana & inaudita crudelitas ortum suum habuit, quo exemplo tyrannidis inaudito tot illius civitatis infantum millia innocentes trucidari mandavit; Didacus Stella hanc prædictorum Theologorum responsionem considerans, illamque truncam & mutilam esse deprehendens, sequens dubium proponit dicens: Michæas Propheta non tantum Christum in Bethlehem nasciturum esse dixerat, verum insuper eum non hominem tantum, sed Deum pariter & hominem futurum vaticinatus fuerat; nam post verba superiùs adducta, mox immediate subjunxit: *Et egressus ejus ab initio à diebus æternis.* Cur igitur sicut Herodi dixerant Christum nasciturũ in Bethlehem, ita quoq; eidem Deitatẽ Christi nascituri non propalant? Forsitan enim Rex Deitatem illius apprehendens, sibique non cum simplici homine, sed cum vero Deo dimicandum esse intelligens, ab insidiis quas Christo nato machinabatur destitisset, totque innocentum puerorum crudelissimam necem nunquam fuisset exorsus. Atque ideo sacerdotes isti, ac scribæ tantæ crudelitatis & barbariei unica causa fuisse videntur, eo quod principem plenè non informarint. *Cùm possent*, inquit hic Doctor, *omnem sententiam & authoritatem Prophetæ Micheæ explicare, quæ quidem de Divinitate Christi agebat, noluerunt, & ita fuerunt in causa, ut Herodes innocentes interficeret.* Videtis igitur, quod non solum homines sæculares verum etiam Ecclesiastici & Religiosi, Theologi & Confessarii qui Regibus assistunt, mundum in exterminium & pernitiem extremam redigant, idque majori cum facilitate quam alii. Hi enim utpote qui ab omni humano interesse existimantur alieni, adeoque ab omnibus censentur esse scrupulosi, maxima sæpè damna inferunt. Cur igitur ô Pater Confessarie à Principe de dubio aliquo unde maximum momentum dependet, rogatus, ut illi complaceas, opinione probabiliori suppressa, per probabilem duntaxat opinionem respondere non veretis? Tua certè non verò Principis culpa, malum istud Reipublicæ adeo exitiosum accidisse censeo: Princeps enim, haud dubiè contrariæ sententiæ validiora fundamenta audiens, à concepto facinore retraheretur, sicque animæ suæ salutem securiorem redderet, nec populum sibi subjectum ea ratione aggravaret, prouti in tua opinione fundatus facere non dubitat.

Matth. 2, v. 6.

Micheæ 5. v. 2.

Didacus Stella in cap. 19. Luc.

Sit nomen Domini benedictum.

INDEX AU-

INDEX AUTHORUM

Qui in hoc opere citantur.

A.

Bulenſis
Adagia Aldi Manutii
Æſopus
Albertus Magnus
Alexãder ab Alexandro
Aliacus
Aloyſius Lippomanus
Alvarez Nunnez
D. Ambroſius
D. Anaſtaſius Synaita
Anaſtaſius Nicœnus
Anaximander
D. Andreas Cretenſis
Andreas Alciates
D. Anſelmus
D. Antonius de Padua
D. Antoninus
Aponius
Apophtegmata Aldi Manutii
Ariſtoteles
D. Anathaſius
Athenæus
Author operis imperfecti
Author Sylvæ Allegoriarum
Author viæ ſalutis æternæ
D. Auguſtinus
Aulus Gellius.

B.

Bartholomæus Piſanus
D. Baſilius
Beda
Berengoſius
D. Bernardus
D. Bernardinus
D. Bonaventura
Breviarium Gallicanum
D. Bruno
Botetus.

C.

Cajetanus
Cœlius Rhodiginus
Cæſarius
Canophylus Sangrenſis
Cartarius
Caſſiodorus
Caterinus Zeno
Cato
Chaſſanæus
D. Chryſologus
D. Chryſoſtomus
Clemens Alexandrinus
Columella
Cornelius Janſenius
Cornelius Tacitus
D. Cyprianus
Cyprianus Monachus
D. Cyrillus Alexandrinus
D. Cyrillus Hieroſolymitanus

D.

Demoſthenes
Didacus Stella
Diodorus Siculus
Diogenes Laertius
Dion Caſſius
D. Dionyſius Areopagita
Dionyſius Carthuſianus

E.

D. Ephrem

D. Epiphanius
Ethymologicũ Trillingue
Eurípedes
Euthymius.
F.
Fortunatus Fidelis
Franciſcus Petrarcha
D. Fulgentius.
G.
Galenus
Gloſſa Ordinaria
Gloſſa Interlineatis
Gonzalus Oviedo
D. Gregorius Magnus
D. Gregorius Nazianzenus
D. Gregorius Nyſſenus
Gregorius Nonus
Guerricus Abbas
Guilielmus Pariſienſis
Guilielmus Durandus
Guilielmus Pepinus
H.
Hachibat Rabinus
D. Hieronymus
Hieronymus Oleaſter
D. Hilarius
Hiſtoria Lombardica
Hiſtoria univerſal. Indorũ
Helcoth
Horatius
Hoſtienſis
Hugo Cardinalis
Hugo de S. Victore
Hyginus
Hypolitus Martyr.
I.
Jacobus de Voragine
D. Ignatius
Incognitus Carmelitanus
Innocentius Tertius
Interpres Chaldaicus
Joachimus Abbas
D. Joannes Damaſcenus
Joannes Gerſon
Joannes Lanſpergius
Joannes Bocacius
Joannes Ferus
Joannes Lorinus
Joannes Baptiſta Manſus
Joannes Urſilius
Joſeph Hebræus
Jovinianus Pontanus
D. Iſidorus
Iſidorus Clarius
Juſtinus Hiſtoricus
Juvenalis.
L.
Lactantius Firmianus
D. Leo
Leo Hebræus
Leo Baptiſta
D. Laurentius Juſtinianus
Lucanus.
M.
D. Macharius
Macrobius
Magellanus
Magiſter Hiſtoriæ Scholaſticæ
Majolus
Martialis
D. Maximus
Michael Palacius
Moſes Barcepha.
N.
Nemeſius
Nicolaus Lyra
Novatianus.
O.
B. Odoricus
Odoardus Barboſa
Origines
Ovidius.
P.
Pagninus
Panarion Paſtorale
Panormitanus Abbas
Paſchaſius Abbbas
Paulus Palatius
Petrus Damianus
Petus Cellenſis
Petrus Berchorius
Petrus Martyr
Philippus Abbas
Philipppus Diez
Philoſcenus
Philo Hebræus
Pierius Valerianus
Pineda
Plato
Plinius Secundus
Plinius Nepos
Plutarchus
Polyanthæa
Poliarchus
Polydorus
Priſcianus
Procopius
Prudentius
Ptolomæus.
Q.
Quintus Curtius.
R.
Rabanus
Rabanus Maurus
D. Remigius
Revelationes D. Birgittæ
Richardus de S. Victore
Ripa
Ruellinus
Rupertus.
S.
Salomon Rabinus
Saluſtius
Sanctius
Seneca
Septuaginta Translatio
Servius
Sillius
Simon de Caſſia
Sigiſmundus Liber.
T.
Tertullianus
D. Theodoretus
Theophilactus
D. Thomas Aquinas
D. Thomas à Villa Nova
Thomas Truxillus
Tiraquellus
Titus Livius
V.
Valerius Epiſcopus
Valerius Maximus
D. Vincentius Ferrerius
Vincentius Bellovacenſis
Virgilius
Vitæ Patrum
Urbanus Quartus
Urbanus Octavus
Ulpianus.
X.
Xenophon.
Z.
D. Zeno.

INDEX ARGUMENTORUM

Qui ſingulis ſermonibus præfiguntur.

DOMINICA I. ADVENTUS.

Argumentum I.

Præcipua ruinæ totius mundi cauſa, malus eſt Rector. *pagina* 1.

II.

Miſera & infelix valde cenſenda eſt filia, ſub vitioſæ cujuſdam matris manu conſtituta. *pag.* 10.

III.

Non eſt cenſendum exiguum malum ſive infortunium, ſi quis litigans in perverſi Advocati manus incidat. *pag.* 20.

DOMINICA II. ADVENTUS.

Argumentum I.

Magnæ & graves ſunt viri illius miſeriæ, qui improbæ & malæ mulieri ſubjicitur. *pag.* 31.

II.

Homo inconſtans tam ad comparandam ſalutem propriam, quam ad ſuccurrendum ſaluti alienæ prorſus eſt inutilis. *pag.* 42.

III.

Superbæ & ſumptuoſæ veſtes animæ miſeriam & paupertatem ſignificant. *pag.* 52.

DOMINICA III. ADVENTUS.

Argumentum I.

Hujus mundi nobiles veri nobiles futuri eſſent, ſi curæ ipſis eſſet, ut præter nobilitatem, virtutibus quoque eſſent conſpicui. *pag.* 63.

II.

Melius eſſet ſi non tam ad facta aliena quam ad propria attenderimus. *pag.* 75.

III.

Cum ambitio cor hominis Chriſtiani ſubingreditur, ſimul cum ea enormiſſima perverſiſſimi hominis ſcelera ingrediuntur, quæ ipſum in æternam uſque perditionem præcipitant. *pag.* 78.

DOMINICA IV. ADVENTUS.

Argumentum I.

Nequit eſſe miſerabilior populus, quam qui regimini ſubjicitur avari alicujus ſuperioris. *pag.* 99.

II.

Miſerè decipiuntur, qui mundanas voluptates conſectantes, opera vero Pœnitentiæ declinantes; tandem nihilominus ſalvari prætendunt. *pag.* 107.

III.

Sicut magnates hujus mundi Christum audire nolentes maximum bonum amittunt, ita quoque maximum est quod sibi adsciscunt malum. *pag.* 116.

IN SOLEMNITATE NATALIS D. N. JESU CHRISTI.

Argumentum 1.

Homo peccator bestia potius quam homo dici meretur *pag.* 125.

II.

Mundus de bono nihil aliud habet, quam solam exteriorem boni superficiem & apparentiam, in qua mundani homines tantoperè delectantur *pag.* 137.

III.

Mundus in die Natali Domini nostri nova & inaudita miracula vidit. *pa.* 144.

DOMINICA INFRA OCTAV. NATIV. D. N. JESU CHRISTI.

Argumentum 1.

Cum Deus non minus justus quam misericors esse credatur, valde miserè utique decipitur quisquis divinæ justitiæ oblitus in Dei misericordia nimium confidit. *pag.* 154.

II.

Quia virtuosi qui de illatis sibi injuriis vindicare se nolunt ab hoc mundo velut fatui contemnuntur, & malè tractantur, ideo Deus pro eis summo cum rigore vindictam sumit *pa.* 163.

III.

Pessimè sibi mulier illa consulit, quæ mortuo primo marito, secundum meditatur superinducere. *pag.* 173.

IN FESTO CIRCUMCISIONIS D. N. JESU CHRISTI.

Argumentum 1.

Parentes sollicitam filiorum suorum curam gerere debent, ne defectus à filiis commissi illis imputentur *pag.* 181.

II.

Turpe est homini si vocetur & non sit Christianus *pag.* 190.

III.

Nomen Jesu Salvatoris nomen est gloriosum, dulce, potens & venerabile. *pag.* 210.

IN FESTO EPIPHANIÆ DOMINI.

Argumentum 1.

Astrologi non solum quoad seipsos decipiuntur, verum etiam alios miserè decipiunt. *pag.* 209.

II.

Nullum est scelus excogitabile, quantumvis magnum & enorme, quod non commissurus sit quisquis per rationem status se gubernari permittit, *pag.* 219.

III.

Majestas quam Jesulus recens natus pauperculis fasciis involutus in præsepio exhibet, supra modum magna & admirabilis fuit *pag.* 228.

DOMINICA I. POST EPIPHANIAM.

Argumentum 1.

Mulier quæ domi suæ se continere non potest

poteſt, ſed ab aliis libenter videtur, parum valet, *pag.* 238.

II.

Sicut omnis mediocritas bona eſt, ita noxius eſt quivis exceſſus, *pag.* 240.

III.

Craſſa eſt hominum illorum ignorantia, qui temporalium non vero æternorum honorum jacturam deflentes, fruſtra lachrymas ſuas effundunt, *pag* 258.

DOMINICA 2. POST EPIPHANIAM.

Argumentum 1.

Sicut nuptiæ ſanctæ ſunt & laudabiles, ita malæ & reprehenſione dignæ ſunt actiones quibuſcum hodie celebrantur, *pag.* 266.

II.

Matrimonium iſtud nunquam feliciter cedet, quod pro fine ſeu ſcopo intereſſe proprium habet & reſpectum humanum, *p.* 276

III.

Nihil eſt deformius & abominabilius, quam quod vir aliquis virilis ſui ſexus oblitus in mollem & imbellem fœminam degeneret, *pag.* 288.

DOMINICA 3. POST EPIPHANIAM.

Argumentum 1.

Illi latrones longe ſunt hominibus pernitioſiores qui in compitis platearum, quam qui in ſylvis homines deprædantur & ſpoliant, *pag.* 296.

II.

Peccatum fœtet, eſtque fœtor ejus adeo horrendus, ut fœtor infernalis eſſe videatur, adeo etiam hic fœtor moleſtus eſt, ut ipſum quoque offendere Dæmonem videatur, denique adeo gravis eſt & vehemens, ut ad cælum uſque pertingat, *pag.* 306.

III.

Magna eſt Chriſtianorum Dominorum crudelitas, quando ſervos ſuos tam in ſpirituali quam temporali bono non ſervant, ſed perdunt, *pag.* 318.

DOMINICA 4. POST EEPIPHANIAM.

Argumentum 1.

Magna eſt hominis dementia, qui in neceſſitatibus ſuis in mundum & Dæmonem ſperat, & ad illorum auxilia recurrit, qui ipſum juvare nequeunt, non vero in Deum, qui ſolus juvare prævalet, *pag.* 328.

II.

Quam malè mali agant, dum bonorum famam obſcurant, exinde colligitur, quia etiam malos diffamando delinquunt, *pag.* 337.

III.

Magnum profectò Deum habemus, qui nobis alia præterquam magna dare non novit, & tamen dum parva à nobis expetit, eadem difficulter admodum obtinet, *pag.* 347.

DOMINICA V. POST EPIHANIAM.

Argumentum 1.

Homo à peccato merito ſummè ſibi cavere deberet, quandoquidem peccatum Deum, & quidquid ſub Deo eſt, imò ſuper omnia ſe committentem adeo notabiliter lædat & offendat, *pag.* 357.

II.

Crudelis inimicitia, quam Dæmon adversum nos profitetur & exercet, non solum causa est ingentis mali, verum etiam magni boni origo est, *pag* 366.

III.

Deus ad majus bonorum malorumque bonum vult, ut boni & mali in hoc mundo pariter vivant, *pag.* 375.

DOMINICA VI. POST EPIHANIAM.

Argumentum 1.

Christianus dici non meretur qui Deum & proximum non amat, *pag.* 386.

II.

Sicut peccator quoadusque vivit infernum quendam sustinet, ita quilibet pœnitens vero fruitur paradiso, *pag.* 395.

III.

Nisi homo humilietur, à Deo non exaltabitur, *pag.* 405.

DOMINICA SEPTUAGESIMÆ.

Argumentum 1.

Homo corpus & non animam curans, bestia potius quam homo censeri meretur, *pag.* 415.

II.

Nullum est vitium quod suam in otiosi hominis anima non firmaverit sedem & domicilium, *pag.* 425.

III.

Difficulter peccator ille emendabitur, qui ad ipsam usque senectutem pœnitentiam differt, *pag.* 345.

DOMINICA SEXAGESIMÆ.

Argumentum 1.

Homines luxurioſi summa cum difficultate cælum ingredi poterunt, *pag.* 444.

II.

Verbum Dei nullum prorsus fructum adferet, si sine devotione auscultetur, *pag.* 454.

III.

Nulla potest in mundo infeliciot vita reperiri, quam sit vita divitis, *pag.* 463.

DOMINICA QUINQUAGESIMÆ.

Argumentum 1.

Stultitiæ & fatuitates dierum Bacchanalium Christiano nullo modo conveniunt. *pag.* 472.

II.

Sicut virtus hominem justum & virtuosum satiat, ita peccata in perpetua fame peccatorem conservant, *pag.* 481.

III.

Regnum illud infelix est & perditioni proximum, quod à tali Principe gubernatur, qui nihil nisi quod perversis consiliariis suis placet, videt vel audit, *pag.* 290.

INDEX

LOCORUM SACRÆ SCRIPTURÆ, quæ in hoc opere citantur.

Numerus primus Dominicam vel festum significat, secundus sermonem, tertius numerum vel conceptum.

GENESIS.

Caput 1.

V.11. *Vidit Deus quod esset bonum.* Dom. infra octav. Nat. serm. 3.num.11.

V.27. Ad imaginem suam. In solemnit. Nat.Dom. set.1,num.6. & Dom.infra oct. Nat.ser.3,nu.7.

Caput 2.

V.6. Fons ascendebat à terra irrigans universam faciem terræ. Dom.Quinquag.serm. 2,num.9

V.9. Produxit Dominus Deus de humo omne lignum pulchrum visu, & ad vescendum suave;lignum vitæ in medio Paradisi,lignumque scientiæ boni & mali. Dom,Sexag.serm. 1.numero 2

V.15. Tulit Dominus Deus hominem & posuit in Paradiso voluptatis; ut operaretur & custodiret illum. Dom. Septuag. serm.2,numero 7.

V.16. Ex omni ligno Paradisi comede. Dom. infra oct.Nat.Dom.serm.n.2

V.18. Non est bonum hominem esse solum, faciamus ei adjutorium simile sibi. Dom. 2. post Epiphan.serm.1,nu.3.& 14.& ibid.ser. 2.nu 15

V. 17. Formatis igitur Dominus Deus de limo terræ cunctis animantibus terræ, & universis volatilibus cæli, adduxit ea ad Adam, ut videret,quid vocaret ea. In solemnit.Nat. Dom.ser.1,nu.17

V.22. Ædificavit Dominus Deus costam, quam tulerat de Adam in mulierem. Dom.2, Adv.ser.1.nu.3

V.24. Relinquet homo patrem suum & matrem suam & adhærebit uxori. Dom.1. post Epiph,ser.1,nu.8.

Caput 3.

V.5. Quocunque die comederitis ex eo, aperientur oculi vestri & eritis sicut Dii, scientes bonum & malum. Dom.5,post Epiph.ser.2. nu.18

V.7. Aperti sunt oculi amborum, & cognoverunt se esse nudos. Dom. Sexag.serm.3, num.7

V.9. Adam ubi es? Dom.2, Adv.serm.1. num.7

V.12. Mulier quam dedisti mihi sociam,dedit mihi de ligno & comedi. Dom. 2. post Epiphan.serm.2,nu.18

V.15 Inimicitias ponam inter semen tuum & semen illius. Dom.4,Adv.ser.1,nu.2.

Ipsa

Ipsa conteret caput tuum. Dom. 2. Adv. serm. 1. num. 15.

V. 16. Sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui. Dom. 2. Adv. ser. 1. nu. 13.

V. 17. Maledicta terra in opere tuo, Dom. Quinquag. ser. 2. n. 6.

V. 21. Fecit quoque Dominus Deus Adæ & uxori ejus tunicas pelliceas, & induit eos. Dom. 4. Adv. ser. 2. nu. 5. & in Natal. Dom. serm. 1. num. 4. & Dom. 2. post Epiph. serm. 3. num. 4.

V. 22. Ecce Adam quasi unus ex nobis factus est. Dom. 6. post Epiph. ser. 2. nu. 7

Nunc ergo ne forte mittat manum suam, & sumat de ligno vitæ, & vivat in æternum, emisit eum Dominus Deus de Paradiso voluptatis. Dom. 1, post Epihan. ser. 2, n. 12

Caput 4.

V. 1. Possedi hominem per Deum. In Circumcis. Dom. ser. 1, n. 13

V. 14. Ecce ejicis me à facie terræ, & à facie tua abscondar, & ero profugus in terra: omnis igitur qui me invenerit, occidit me. In Natal. Dom. ser. 1, n. 3

Caput 6.

V. 2. Videntes filii Dei filias hominum quod essent pulchræ, acceperunt sibi uxores ex omnibus quos elegerant. Gigantes autem erant super terram in diebus illis; postquam ingressi sunt filii Dei ad filias hominum, illæque genuerunt. Dom. 2, post Epiph. ser. 2, n. 16

V. 5, 6, & 7. Videns autem Deus quod multa malitia hominum esset in terra: tactus dolore cordis intrinsecus; delebo, inquit, hominem, quem creavi à facie terræ. Dom. 5, post Epiphan ser. 1, n. 4

V. 9. Hæ sunt generationes Noe; Noe homo. Transl. septuag. in Natal. Dom. serm. 1, nu. 7

Caput 8.

V. 1 Recordatus autem Deus Noe, cunctorumque animalium, & omnium jumentorum, quæ erant cum eo in arca. Dom. 5, post Epiph. ser 3, n. 10

Caput 9.

V. 2. Terror vester ac tremor sit super cuncta animalia terræ. In Natal. Dom. serm. 1. num. 5

V. 24. Cum dedicisset quæ fecerat ei filius suus. ait: maledictus Chanaan, servus servorum erit fratribus suis. Dom. 4, post Epiph. ser. 2, nu. 14

Caput 12.

V. 11. Nunc cognovi quod pulchra sis mulier. Dom. 2, post Epiph. ser. 2. n. 14

Caput 13.

V. 2. Erat autem dives valde in possessione auri & argenti. In Natal. Dom. serm. 2, numero 2

V. 10. Elevatis Loth oculis vidit circa omnem regionem Iordanis, quæ universa irrigabatur, antequam subverteret Dominus Sodomam & Gomorrham, sicut Paradisus Domini. Dom. Septuag. serm. 2, num. 8. & Dom. 4. Adv. ser. 2, n. 1

Caput 15.

V. 1. Nolite timere Abraham: ego protector tuus, & merces tua magna nimis. Dom. 4. Adv. ser. 2, nu. 9

Caput 16.

V. 2. Ecce conclusit me Dominus ne parerem; ingredere ad ancillam tuam; si fortè ex illa suscipiam filios. Dom. 2. post Epiph. serm. 3. num. 8

Caput 17.

V. 5. Nec ultra vocabitur nomen tuum Abram, sed appellaberis Abraham. In Circumcisione Dom. serm. 3, n. 1

V. 15. Sarai uxorem tuam, non vocabis Sarai, sed Saram. Dom. 1, post Epiph. serm. 2, num. 2

Caput 18.

V. 9. Ubi est Sara uxor tua. Dom. 1, post Epiph. ser. 1, n. 8

Caput 19.

V. 17. Salva animam tuam &c. Dom. 3, post Epiph. ser. 1, nu. 8

V. 19. Non possum in monte salvari, ne fortè apprehendat me malum, & moriar: est civitas hæc. &c. Dom. 3, post Epiph ser. 1, nu. 8

V. 26. Respicienque uxor ejus post se versa est in statuam. Dom. 1. Adventus sermone 2. num. 16

Caput 22

V. 2. Tolle filium tuum unigenitum, quem diligis, Isaac, & vade in terram visionis; & ibi offeres

offeres eum in holocaustum, super unum montium quem monstravero tibi. In Natal. Dom. serm. 2, num. 17

Caput 24.

V.3. Dixit ad servum seniorem domus suæ: pone manum tuam super femur meum, ut adjurem te per Dominum cæli & terræ, ut non suscipias uxorem filio meo de filiabus Chananæorum, inter quos habito. Dom. 2. post Epiph. serm. 2, n. 3

V.14. Puella, cui dixero: inclina hydriam tuam ut bibam & illa responderit: bibi, quin & camelis tuis dabo potum: ipsa est quam præparavit Dominus servo suo Isaac. Dom. 2. post Epiph. ser. 2, n. 5

Caput 25.

V.8. Deficiens mortuus est in senectute bona, provectæque ætatis, plenus dierum. Dom. 1. post Epiph. serm. 2, n. 11

V.20. Isaac cum quadraginta esset annorum, duxit uxorem Rebeccam. Dom. 2. post Epiph. ser. 2, nu. 2

V.22. Collidebantur in utero ejus parvuli, quæ ait: si sic mihi futurum erat, quid necesse erat concipere? In Circumcisione Dom. serm. 1, nu. 24

V.23. Major serviet minori. Dom. 5. post Epiph. serm. 3, nu. 14

Caput 28.

V.11. Tulit de lapidibus qui jacebant, & supposuit capiti suo. In Natal. Dom. serm. 3. num. 6

V.17. Quam terribilis est locus iste? non est hic aliud nisi domus Dei & porta cæli. In Epiph. Dom. ser. 3, n. 4

V.18. Tulit lapidem quem supposuerat capiti suo, & erexit in titulum. In Natal. Dom. ser. 3, nu. 6

Caput 29.

V.17. Lia lippis erat oculis. Dom. 2. Adv. serm. 2, nu. 14

Caput 33.

V.3. Elevans autem Iacob oculos suos, vidit venientem Esau & cum eo quadringentos viros: divisitque filios Liæ & Rachel, ambarumque famularum: & posuit utramque ancillam & liberos earum in principio, Liam vero & filios ejus secundo loco; Rachael autem & Ioseph in novissimo. Dom, Septuag. ser. 1, n. 12

Caput 34.

V.1. Egressa est Dina filia Liæ, ut videret mulieres regionis illius. Dom. 1. Adv. ser. 2, nu. 14. & Dom. 2. Adv. ser. 2, nu. 14

V.2. Quam cum vidisset Sichen Princeps terræ illius adamavit eam & rapuit, & dormivit cum ea, vi opprimens virginem. Dom. sexag. ser. 3, nu. 2

Caput 37.

V.4. Videntes filii ejus quod à Patre plus cunctis amaretur, oderant eum, nec poterant ei quidquam pacificè loqui. Dom. 1. post Epiph. ser. 2, nu. 7

V.33. Fera pessima devoravit eum, bestia comedit Ioseph. Dom. 1. post Epiph. ser. 2, n. 7

Caput 39.

V.8. Dixit autem uxori Domini sui: si Dominus meus &c. Translat. septuag. Dom. 3, post Epiph. ser. 3, nu. 17

V.17. Ingressus est ad me servus Hebræus ut illuderet mihi; cumque vidisset me clamare, reliquit pallium, quod tenebam, & fugit foras. Dom. infra oct. Natal. Dom. ser. 2, n. 2.

Caput 40.

V.14. Memento mei cum bene tibi fuerit, & facies mecum misericordiam, ut suggeras Pharaoni, ut educat me de isto carcere, quia furtim sublatus sum, & hic innocens in lacum missus sum. Dom. 6. post Epiph. serm. 3, num. 12

V.23. Succedentibus prosperis, præpositus Pincernarum oblitus est interpretis sui. Dom. 4. post Epiphan. ser. 1, nu. 6

Caput 41.

V.53. Transactis septem ubertatis annis, cœperunt venire septem anni inopiæ, & in toto orbe fames prævaluit. Dom. infra oct. Nat. Dom. serm. 2, num. 16

V.55. Ite ad Ioseph, & quidquid ipse vobis dixerit, facite. Dom. Quinquagesimæ serm. 3, num. 7

Caput 45.

V.1. Præcepit ut egrederentur cuncti foras, & nullus interesset alienus notioni mutuæ. Dom. 4. post Epiph. ser. 2, n. 2

V.15. Osculatus est Ioseph omnes fratres suos. Dom. infra oct. Nat. Dom. ser. 2, n. 10

Caput 47.

V.31. Adoravit Israel Deum conversus ad lectuli caput. In Circumcisione Dom. ser. 3. num. 14.

Caput 48.

V.15. Benedixit Iacob filios Ioseph. In Circumcis. Dom. ser. 1, nu. 8.

EXODI.

Caput 3.

V.3. Projecit virgam & versa est in colubram. Dom. Adv. serm. 1, n. 2

V.5. Ne appropries huc: solve calceamentum de pedibus tuis. Dom. 2. Adv. ser. 1, n. 4

V.11. Quis sum ego? Dom. Adv. serm. 2, num. 2

Caput 4.

V.14. Aaron frater tuus Levites scio quod eloquens sit; ipse egredietur in occursum tuum, ipse loquetur pro te ad populum, & erit os tuum, tu autem eris in his quæ ad Dominum pertinent. Dom. Quinquag. serm. 3, nu. 10

Caput 5.

V.7. Præcepit in illa die præfectis operum, & exactoribus populi dicens: nequaquam ultra dabitis paleas populo ad conficiendos lateres, & mensuram laterum, quam prius faciebant, imponetis super eos, nec minuetis quidquam. Vacant enim, & ideo vociferantur. Dom. septuag. ser. 2, nu. 17

Caput 7.

V.1. Constitui te Deum Pharaonis. Dom. 1. Adv. ser. 1, nu. 10. & Dom. 6. post Epiph. ser. 3, nu. 17

Caput 16.

V.12. Audivi murmurationes filiorum Israel, loquere ad eos: vespere comedetis carnes, & mane saturabimini panibus; scietisque quod ego sum Dominus Deus vester. Dom. 3. post Epiph. ser. 3, nu. 10

Caput 18.

V.21. Provide autem de omni plebe viros prudentes, & timentes Deum, in quibus sit veritas, & qui oderint avaritiam. Dom. 4. Adv. ser. 3, num. 10

Caput 19.

V.8. Omnia quæcunque dixerit Deus faciemus, & audiemus. Alia translat. Dom. sexag. ser. 2, n. 3

V.16. Cœperunt audiri tonitrua ac micare fulgura, & nubes densissima operuit montem, clamorque buccinæ vehementer perstrepebat, & timuit populus qui in castris erat. Dom. 3. post Epiph. ser. 1, n. 5

Caput 20.

V.6. Memento ut diem Sabbathi sanctifices. Sex diebus operaberis, & facies opera tua; septima autem die non facies omne opus in eo. Dom. 3. post Epiph. ser. 3, n. 2

Caput 21.

*V.*1. *Cum quali veſte intraverit, cum tali exiet.* Dom.3.poſt Epiph.ſer.3,n.7

*V.*26. *Si percuſſerit quiſpiam oculum ſervi ſui, aut ancillæ, & luſcos eos fecerit; dimittet eos liberos pro oculo quem eruit.* Dom.1. poſt Epiph.ſer.3,n.7

*V.*28. *Si bos cornupeta fuerit ab heri & nudius tertius, & conteſtati ſunt Dominum ejus, nec concluſit eum: & filium ejus & filiam cornu percuſſerit, Dominum ejus occident. Si ſervum aut ancillam invaſerit, triginta Siclos argenti Domino dabit.* Dom. infra oct. Nat. Dom.ſer.2,nu.15

Caput 22.

*V.*1. *Facies altare de lignis Sethim.* Dom. infra oct. Nat. Dom.ſer.3,n.3

Caput 23.

*V.*13. *Per nomen externorum Deorum non jurabitis, neque audietur ex ore veſtro.* Dom. Quinquag.ſer.1,n.6

Caput 32.

*V.*17. *Audiens autem Ioſue tumultum populi, dixit ad Moyſen: ululatus pugnæ auditur in caſtris. Qui reſpondit: non eſt clamor adhortantium ad pugnam, neque vociferatio compellentium ad fugam, ſed vocem cantantium ego audio.* Dom. Quinquag.ſerm.2,n.14

*V.*30. *Peccaſtis peccatum maximum, aſcendam ad Dominum, ſi quomodo quiero deprecari pro ſcelere veſtro.* Dom. Septuag.ſermone 1,num.4

Caput 28.

V. 23. *Tribus temporibus anni apparebit omnis maſculus tuus in conſpectu omnipotentis Dei.* Dom.1.poſt Epiphaniam ſermone 1. num.1

LEVITICI.

Caput 4.

*V.*22. *Si peccaverit Princeps, & poſtea intellexerit peccatum ſuum, afferet Deo hircum de capris.* Dom.3.poſt Epiph.ſer.1,n.10

*V.*27. *Quodſi peccaverit anima de populo terræ, offert capram.* ibid.

Caput 5.

*V.*11. *Quodſi non quieverit manus ejus duas offerre turtures, aut duos pullos columbarum offeret pro peccato ſuo ſimile partem ephidecimam non mittet in eo oleum, nec thuris aliquid imponat.* Dom.3.poſt Epiph.ſer.2.nu.8

Caput 7.

*V.*3 *Vbi mactabitur holocauſtum, mactabitur & victima pro delicto offerent ex ea cadavera & adipem, &c.* Dom.2.Adv.ſermone 2,num.16

Caput 16.

*V.*3. *Ingredietur cum filio bovis.* Transl. Septuag. Dom.3,ſer.2,n.2

*V.*2. *Menſe ſeptimo decima die menſis affligetis animas veſtras.* Dom.4. Adv. ſerm.2, num.2

Caput 23.

*V.*3. *Sex diebus facietis opus; quia Sabbathi requies eſt, vocabitur ſancta, omne opus non facietis in eo.* Dom. Septuag.ſer.2,nu.12

*V.*10. *Cum meſſueritis ſegetes, referetis manipulum ſpicarum, primitias meſſis veſtræ, ad ſacerdotem, qui elevabit faſciculum coram Domino.* Dom.4.poſt Epiph.ſer.3,n.16

*V.*17. *Decima die menſis hujus ſeptimi dies expiationum erit celeberrimus, & vocabitur ſanctus, affligetiſque animas veſtras in eo: omne opus ſervile non facietis in eo, omni tempore diei hujus.* Dom.6.poſt Epiphaniam ſermone 2,num.19

V.26. Decima die mensis hujus septimi affligetis animas vestras in eo; omnis anima quæ afflicta non fuerit die hac, peribit de populis suis. Dom. Quinquag. ser. 1, n. 8

Caput 24.

V.10. Egressus est filius mulieris Israelitæ, vocabatur autem mater ejus Sunamith, filia Dambri, de tribu Dan. In Circumcis. Dom. ser. 1, nu. 10

V.19. Qui irrogaverit maculam cuilibet civium suorum, sicut fecerit fiet ei, fracturam pro fractura, oculum pro oculo. Dom. 1. post Epiph. ser. 3, n. 7

Caput 26.

V.3. Si in præceptis meis ambulaveritis, & mandata mea custodieritis, & feceritis ea, dabo vobis pluviam in temporibus suis, & terra gignet germen suum, &c. Dom. Quinquag. ser. 1, nu. 6. ibid. n. 16

V.11. Ponam tabernaculum meum in medio vestri. Dom. 6. post Epiph. ser. 3. nu. 2

V.26. Postquam confregero baculum panis vestri, ita ut decem mulieres in uno clibano coquant panes, & reddant eos ad pondus, comedetis & non saturabimini. Dom. Quinquag. ser. 2, nu. 18.

NUMERORUM.

Caput 4.

V.7. Panes semper in ea erunt. Dom. Quinquag. ser. 2, n. 2

Caput 5.

V.15. Adducat eam ad sacerdotem, & offerat pro illa decimam partem sati farinæ hordeaceæ.

Caput 12.

V.3. Erat Moyses vir mitissimus super omnes qui morabantur in terra. Dom. inf. oct. Nat. Dom. ser. 2, n. 8

V.5. Sufficit vobis quia omnis multitudo sanctorum est, & in ipsis est Dominus. Cur elevamini super populum Domini? Dom. 3. Advent. ser. 3, n. 5

Caput 16.

V.6. Ecce egressus est populus ex Ægypto, qui operuit superficiem terræ sedens contra me; veni igitur & maledic populo huic, si quomodo potero percutere, & ejicere eum de terra mea. Dom. 4. post Epiph. ser. 1. n. 16

Caput 23.

V.5. Dominus posuit verbum in ore ejus, & hæc loquere ei &c. Dom. sexag. ser. 2, n. 9

Caput 25.

V.1. Fornicatus est populus cum filiabus Moab, quæ vocaverunt eos ad sacrificia, at illi comederunt Deos earum. Dom. 4. Adv. ser. 2. n. 12. & Dom. 1. Adv. ser. 2, n. 5. & 7

V.4. Tolle cunctos Principes populi, & suspende eos contra solem in patibulis, ut avertatur furor meus contra Israel. In Circumcis. Dom. ser. 1, nu. 2

Caput 26.

V.10. Factum est grande miraculum, ut pereunte Chore, filii ejus non perirent. Dom. 1. Adv. ser. 2, nu. 18

Caput 35.

V.3. De ipsis autem oppidis quæ Levitis dabitis, sex erunt in fugitivorum auxilia, ut fugiant ad ea qui fuderunt sanguinem. Dom. 5. post Epiph. ser. 3, num. 13.

DEUTERONOMII.

Caput 7.

V.3. Non inibis fœdus cum eis, neque sociabis cum eis conjugia: nec filiam illius accipies pro filio tuo. Dom. 2. Adv. ser. 1, n. 12

Caput 21.

Caput 11.

V. 10. *Terra ad quam ingredieris poſſidendam non eſt ſicut terra Ægypti, de qua exiſti, ubi jacto ſemine in hortorum more, aqua dicuntur irrigua, ſed montuoſa eſt, ac campeſtris de cælo expectans pluviam.* Dom. Quinquag. ſer. 2, num. 10.

Caput 18.

V. 10. *Non inveniatur in te qui luſtret filium ſuum, aut filiam ducens per ignem.* Dom. 4. poſt Epiph. ſerm. 3, n. 19.

Caput 22.

V. 5. *Vir non utetur veſte fœminea.* Dom. 2. poſt Epiph. ſerm. 3. num. 5.

Caput 31.

V. 1. *Audite cæli quæ loquor, audiat terra verba oris mei.* Dom. ſexag. ſerm. 2. n. 11.

V. 33. *Fel draconum vinum eorum.* Dom. 2. poſt Epiph. ſerm. 1. n. 10.

Caput 34.

V. 6. *Non cognovit homo ſepulchrum ejus, neque in præſentem diem.* Dom. 4. poſt Epiph. ſerm. 2. n. 6.

JOSUE

Caput 2.

V. 1. *Ingreſſi ſunt in domum mulieris meretricis, nomine Raab.* Dom. 4. poſt Epiph. ſerm. 2. n. 11.

Caput 7.

V. 11. *Peccavit Iſrael & prævaricatus eſt pactum meum, tuleruntque de anathemate & furati ſunt.* Dom. 5. poſt Epiph. ſerm. 1. num. 6.

JUDICUM.

Caput 5.

V. 20. *Domine cum exires de Seir, & tranſires per regionem Edom, terra mota eſt.* In Epiph. Dom. ſerm. 2. n. 5.

LIBRI I. REGUM.

Caput 2.

V. 30. *Qui contemnunt me erunt ignobiles.* Dom. 3. Adv. ſerm. 1. num. 3.

Caput 7.

V. 18. *Clamabitis in die illa à facie Regis veſtri quæ elegiſtis vobis, & non exaudiet vos Dominus in die illa.* Dom. 1. Adv. ſerm. 1. n. 7.

Caput 20.

V. 22. *Cur non venit filius Iſai nec heri, nec hodie ad veſcendum?* Dom. 3. Adv. ſerm. 3. num. 12.

V. 30. *Nunquid ignoro quod diligis filium Iſai in confuſionem tuam, & in confuſionem ignominioſæ matris tuæ.* Dō. 1. Adv. ſer. 2. n. 10

Caput 22.

V. 2. *Convenerunt ad eum omnes qui erant in anguſtia conſtituti & oppreſſi ære alieno, & amaro animo.* Dom. 3. Adv. ſer. 3. n. 8.

LIBER II. REGUM.

Caput 8.

V. 18. *Filii autem David ſacerdotes erant,* Dom. Quinquag. ſerm. 3. num. 13.

Pſal. 18.

V.6. *In ſole poſuit tabernaculum ſuum.* In Nat. Dom. ſer. 3. num. 4.

Pſal. 21.

V.4. *In ſancto habitas,* Dom. 2. Adv. ſerm. 2. num. 2.

V.7. *Ego autem ſum vermis & non homo.* Dom. inf. oct. Nat. ſerm. 2. n. 9.

V.22. *Salva me ex ore leonis.* Dom. 3. poſt Epiph. ſerm. 2. num. 12.

Pſal. 28.

V.5. *Vox Domini confringentis cedros.* Dom. 4. Adv. ſerm. 3. num. 3.

Pſal. 30.

V.7. *Odiſti obſervantes vanitates ſupervacue.* Dom. 4. poſt Epiph. ſerm. 1. n. 5.

V.19. *Muta fiant labia doloſa, quæ loquuntur adverſus juſtum iniquitatem, in ſuperbia & abuſione.* Dom 4. poſt Epiphan. ſerm. 2. num. 3.

Pſal. 31.

V.4. *Nolite fieri ſicut equus & mulus quibus non eſt intellectus.* In Nat. Dom. ſerm. 1. num. 15.

Pſal. 32.

V.5. *Miſericordia Domini plena eſt terra.* Dom. ſeptuag. ſerm. 3. n. 1.

Pſal. 33.

V.9. *Guſtate & videte quoniam ſuavis eſt Dominus.* In circumciſ Dom. ſerm. 2. n. 2.

Pſal. 34.

V.18. *Confitebor tibi in Eccleſia magna, in populo gravi laudabo te.* Dom. Quinquag. ſerm. 1. num. 2.

Pſal. 35.

V.7. *Homines & jumenta ſalvabis Domine.* Dom. Septuag. ſerm. 1. n. 5.

Pſal. 37.

V.6. *Putruerunt & corrupta ſunt cicatrices meæ.*

V.7. *Tabernaculum nominis tui,* in Circumc. Dom. ſerm. 3. n. 5.

Pſal. 38.

V.10. *Fortitudinem meam ad te cuſtodiam.* Dom. ſeptuag. ſerm. 3. n. 2.

Pſal. 39.

V.5. *Beatus vir cujus eſt nomen Domini ſpes ejus, & non reſpexit in vanitates & inſanias falſas.* In Nat. Dom. ſerm. 2. n. 4.

V.13. *Circumdederunt me mala quorum non eſt numerus.* Dom. ſeptuag. ſerm. 2. n. 11.

Pſal. 41.

V.4. *Fuerunt mihi lachryma mea panes die ac nocte.* Dom. 6. poſt Epiph. ſerm. 2. n. 18.

V.8. *Abyſſus abyſſum invocat.* Dom. 1. poſt Epiph. ſerm. 2. n. 4.

Pſal. 43.

V.2. *Deus auribus noſtris audivimus, Patres noſtri &c.* Dom. ſeptuag. ſerm. 1. n. 14.

V.23. *Exurge, quare obdormis Domine? exurge & ne repellas in finem.* Dom. ſeptuag. ſerm. 2. num. 15.

Pſal. 44.

V.15. *Adducentur virgines poſt eam, proximæ ejus afferentur tibi.*

Pſal. 45.

Pſal. 45.

℣. 2. *Deus refugium noſtrum & virtus &c.* Dom. 4. poſt Epiph. ſerm. 1, n. 9.

Pſal. 48.

V. 17, *Homo cum in honore eſſet, non intellexit. &c.* Dom. 2. Adv. ſerm. 1. n. 14.

Pſal. 49.

V. 1. *Deus Deorum Dominus locutus eſt. & vocavit terram.* Dom. 5. poſt Epiph. ſerm. 1. n. 15.

V. 21. *Arguam te & ſtatuam contra faciem tuam,* Dom. 3. Adv. ſerm. 2. n 4. & 6.

Pſal. 50.

V. 1. *Miſerere mei Deus ſecundum magnam miſericordiam tuam.* Dom. 4. poſt. Epiph. ſerm. 3. n. 5.

V. 16. *Libera me de ſanguinibus Deus Deus ſalutis meæ,* Dom. 1. Adv. ſerm. 1. n. 9.

Pſal. 52.

V. 5. *Devorant plebem meam, ut cibum panis,* In Nat. Dom. ſerm. 2. n. 4.

V. 7. *Cùm converterit Dominus captivitatem plebis ſuæ, exultabit Iacob, & lætabitur Iſrael,* Dom. 6. poſt Epiph. ſer. 2. n. 16.

Pſal. 53.

V. 6. *Pro nihilo ſalvos facies illos,* Dom. 6. poſt Epiph. ſerm. 3. n. 9.

Pſal. 54.

V. 16. *Deſcendant in Infernum viventes, quoniam nequitiæ &c.* Dom. 6. poſt. Epiph. ſer. 2. n. 2.

Pſal. 55.

V. 9. *Poſuiſti lachrymas meas in conſpectu tuo,* Dom. 1. poſt Epiph. ſer. 3. n. 1.

Pſal. 56.

V. 6. *Timor & tremor venerunt ſuper me, & contexerunt me tenebræ: Quis mihi dabit pennas ſicut columbæ? volabo & requieſcam,* Dom. ſeptuag. ſer. 3. n. 14.

Pſal. 60.

V. 4. *Deduxiſti me quia factus es ſpes mea,* Dom. 4. poſt. Epiph. ſer. 1. n. 4.

Pſal. 65.

V. 12. *Impoſuiſti homines ſuper capita noſtra,* Dom. 2. Adv. ſer. 1. n. 16.

Pſal. 67.

V. 2. *Exurgat Deus & diſſipentur inimici ejus. & fugiant qui oderunt eum à facie ejus.*

V. 31. *Diſſipa gentes quæ bella volunt,* Dom 1. Adv. ſer. 3. n. 11.

Fidelis Adventuale.

Pſal. 68.

V. 1. *Intraverunt aquæ uſq; ad animam, infixus ſum in limo profundi.* Dom. 2. poſt Epiph. ſerm. 3. n. 9.

V. 12. *Obſcurentur oculi eorum, & dorſum eorum ſemper incurva.* Dō. 1. Adv. ſer. 1. n. 15

Pſal. 70.

15. *Quoniam non cognovi literaturam, introibo in potentias Domini,* Dom. 1. Adv. ſer. 3. n. 13. Pſal. 71.

V. 9. *Inimici ejus terram lingent.* Dom. ſexag. ſer. 3. n. 11.

Pſal. 72.

V. 23. *Vt jumentum factus ſum apud te,* Dō. 3. Adv. ſer. 1. n. 9. & In Ep. Dō. ſer. 1. n. 10

V. 28. *Mihi autem adhærere Deo bonum eſt,* Dom. 3. Adv. ſer. 1. n. 7.

Pſal. 76.

V. 11. *Nunc cœpi,* In Nat. Dom. ſer. 2. n. 2.

Pſal. 77.

V. 16 *Eduxit aquam de petra, & deduxit tanquam flumina aquas.* Dom. 2. poſt. Ep. ſerm. 2. n. 17.

V. 29. *Panem Angelorum manducavit homo,* Dom. 6. poſt Epiph. ſerm. 1. num. 12.

Pſal. 79.

V. 5. *Iraſceris ſuper orationem &c.* Dom. 3. poſt Epiph. ſerm. 3. n. 12.

Pſal. 81.

V. 3. *Iuaicatis iniquitatē, & facies peccatorum ſumitis,* Dom. 1. poſt Epi. ſer. 1. n. 16.

Pſal. 82.

V. 4. *Super populum tuum malignaverūt, conſiliū cogitaverunt adverſus ſanctos tuos, & dixerunt, venite,* Dō. inf. oct. Nat. ſer. 2. num. 5. Pſal. 84.

V. 13. *Terra noſtra dabit fructum ſuum,* In Nat. Dom. ſer. 3. n. 7. & 8.

V. 14. *Iuſtitia ante eum ambulabit.* Dom 4. Adv. ſer. 1. n. 8.

Pſal. 85.

V. 13. *Miſericordia tua magna eſt ſuper me, eruiſti animam meam ex inferno inferiori,* Dom. ſexag. ſer. 1. n. 11.

Pſal. 87.

V. 16. *Pauper ſum ego & in laboribus à juventute mea,* Dom. ſexag. ſer. 3. n. 13.

Pſal. 91.

V. 14, *Plantati in domo Domini in atriis domus Dei noſtri florebunt.* Dom. 4. Adv. ſerm. 2. num. 4.

Psal. 94.

V. 11. *Pulchritudo agri mecum est*, Dom. 2. Adv. serm. 3. n. 15. Psal. 95.

V. 6. *Confessio & pulchritudo in conspectu ejus; sanctimonia & magnificentia in sanctificatione ejus*, Dom. 4. post Epiph. ser. 3. n. 8

Psal. 90.

V. 11. *Angelis suis Deus mandavit de te, ut custodiant te in omnibus viis tuis. In manibus portabunt te*, Dom. 3. Adv. ser. 2. n. 3.

Psal. 100.

V. 8. *In matutino interficiebam omnes peccatores terræ, ut disperderem de civitate Domini omnes operantes iniquitatem.* Dom. septuag. ser. 3. n. 5. Psal. 102.

V. 9. *Dominus in cœlo paravit sedem suã, & regnum ipsius omnibus dominabitur.* Dom. 6. post Epiph. ser. 3. n. 7.

Psal. 103.

V. 4. *Qui facis Angelos tuos spiritus & ministros tuos ignem urentem.* Dom. 6. post Epiph. serm. 1. n. 12.

V. 17. *Herodes domus dux est eorum*, Dom. 3. post Epiph. ser. 1. n. 9.

Psal. 104.

V. 18. *Humiliaverunt in compedibus pedes ejus*, Dom 6. post Epiph. serm. 3. n. 13.

Psal. 105.

V. 24. *Pro nihilo habuerunt terram desiderabilem.* Dom. 4. post Epiph. ser. 3. n. 18.

Psal. 108.

V. 21. *Suavis est misericordia tua*, Dom. infra oct. Nat. ser. 2. n. 1.

Psal. 117.

V. 12. *Circumdederunt sicut apes*, Dom. 3. post Epiph. ser. 2. n. 16. Psal 118.

V. 3. *Non enim qui operantur iniquitatem, in viis ejus ambulaverunt.* Dō. 2. Adv. serm. 2. num. 4.

V. 91. *Ordinatione tua perseverat dies, quoniam omnia serviunt tibi.* Dom. 5. post Epiph. serm. 2. n. 15.

V. 09. *Anima mea in manibus meis semper*, Dom. septuag. serm. 1. n. 10.

V. 115. *Declinate à me maligni*, Dom. 1. Adv. serm. 3 n. 18.

V. 126 *Tempus faciendi Domine dissipaverunt legem tuã*, Dom. septuag. ser. 3. n. 13.

Psal. 120.

V. 4 *Non dormitabit, neq; dormiet qui custodit Israel*, Dom septuag. ser. 2. n. 15.

Psal. 126.

V. 4. *Sicut sagittæ in manu potentis: ita filii excussorum*, In Circumcis. Dom. ser. 1. n. 4. & Dom. 1. post Epiph. ser. 1. n. 5.

Psal. 127.

V. 3. *Filii tui sicut novellæ olivarum in circuitu mensæ tuæ*, In Circumc. Dom. serm. 1. n. 11.

Psal. 136.

V. 8. *Filia Babylonis miserа* Dom. 1. Adv. ser. 2. n. 19.

Psal. 143.

V. 12. *Filiæ eorum compositæ & circumornatæ, ut similitudo templi.* In Circumc. Dom. ser. 1. n. 8. Dom. 1. post Epiph. ser. 1. n. 5.

Psal. 148.

V. 12. *Iuvenes & Virgines, senes cum junioribus laudent nomen Domini*, Dom. septuag. serm. 3. n. 6.

PROVERBIORUM.

Caput 1.

V. 10. *Filii si te lactaverint peccatores, ne acquiescas eis*, Dom. Quinquag. serm. 3. n. 2.

V. 11. *Insidiemur sanguini & abscondamus tendicula, contra infontem frustra: deglutiamus eum sicut infernus viventem*, Dom. infra oct. Nat. Dom. ser. 2. n. 3.

Caput 2.

V. 4. *Lætantur cum malefecerint & exultant in rebus pessimis.* In Nat. Dom. ser. 1. n. 5

Caput 4.

V. 27. *Averte pedem tuum à malo, vias enim quæ à dextris sunt novit Dominus, perversa verò sunt, quæ à sinistris sunt*, Dom. 2. post Epiph. ser. 1. n. 6.

Caput 5.

V. 16. *Fons aquæ sit tibi soli*, Dom. 1. Adv. serm. 2. n. 2.

Caput 6.

V. 6. *Vade ad formicam, ô piger, & considera vias ejus, & disce sapientiam*, Dom. 4. Adv. serm. 2. num. 8.

Caput 7.

V. 16. *Intexui funibus lectulum meum stravi tapetibus pictis ex Ægypto: aspersi cubile meum myrrha, aloe, & Cinnamomo.* Dom. sexag. ser. 1 n. 13.

Caput 14.

V. 13. *Extrema gaudii luctus occupat*, In Nat. Dom. ser. 2. n. 9.

Caput 15.

V. 15. *Secura mens juge convivium*, Dom. 6. post. Epiph. ser. 2. n. 4.

Ca-

Caput 24.

V. 10. *Per agrum hominis pigri transivi, & ecce totum repleverant urticæ, & operuerant superficiem ejus spinæ*, Dom. septuag. ser. 2. n. 4.

Caput 30.

V. 29. *Incedit feliciter*, Dom. 3. Adv. ser. 3. n. 4.

Caput 31.

V. 10. *Mulierem fortem quis inveniet? Procul & de ultimis finibus pretium ejus. Confidit in ea cor viri sui, & spoliis non indigebit*, Dom. 1. Adv. ser. 3. n. 12.

V. 10. *Manum suam aperuit inopi, & palmas suas extendit ad pauperem*, Dom. 2. Adv. ser. 3. n. 13.

V. 23. *Nobilis in portis vir ejus, quando sederit cum senatoribus terræ*, Dom. 3. Adv. ser. 2. n. 5.

ECCLESIASTES.

Caput 1.

V. 7. *Ad locum unde exeunt, flumina revertuntur*, Dom. 6. post Epiph. ser. 2. n. 17.

Caput 7.

V. 27. *Inveni amariorem morte mulierem*, Dom. 1. post Epiph. ser. 1. n. 13.

Vincta sunt manus illius. Dom. 2. Adv. ser. 1. n. 10.

Caput 10.

V. 7. *Vidi servos in equis, & principes ambulantes super terram, quasi servos*, Dom. 4. Adv. ser. 1. n. 5.

CANTICORUM.

Caput 1.

V. 2. *Oleum effusum nomen tuum*, In Circ. Dom. ser. 2. n. 13.

V. 4. *Nigra sum sed formosa*, Dom. inf. oct. Nat. ser. 3. n. 8.

V. 5. *Nolite me considerare quod fusca sim, quia decoloravit me sol*, Dom. 1. post Epiph. serm. 1. n. 3.

V. 7. *Si ignoras te ô pulcherrima mulierũ*, Dom. 3. Adv. serm. 2. n. 9.

V. 8. *Equæ meæ in curribus Pharaonis assimilavi te amica mea*, Dom. 3. Adv. ser. 2. n. 8.

V. 9. *Collum tuum sicut monilia*, Dom. 2. Adv. ser. 3. n. 11. & Dom. 3. Adv. ser. 2. num. 8.

Caput 2.

V. 1. *Ego flos campi & lilium convallium*, Dom. 2. post Epiph. serm. 2. n. 12. & in Nat. Dom. serm. 1. n. 1.

V. 2. *Sicut lilium inter spinas*, Dom. 2. post Epiph. ser. 2. n. 12.

V. 17. *Revertere similis esto dilecte mi, Capreæ hinnuloq; cervorum*. Dom. 1. Adv. ser. 1. num. 11.

Caput 4.

V. 1. *Oculi tui columbarum*, Dom. 2 post Epiph. ser. 2. n. 11.

V. 11. *Mel & lac sub. lingua tua*, Dom. 4. Adv. serm. 3. n. 4.

V. 13. *Emissiones tuæ Paradisus*, Dom. 4. post Epiph. ser. 3. n. 4.

Caput. 5.

V. 14. *Manus illius tornatiles*. In Dom. inf. oct. Nat. ser. 1. n. 11.

V. 15. *Species ejus ut libani electus ut cedrus*, In Epiph. Dom serm. 3. n. 17.

Caput 6.

V. 9. *Quæ est ista quæ progreditur, sicut aurora consurgens pulchra ut luna, electa ut sol, terribilis, ut castrorum acies ordinata*. Dom. 5. post Epiph. ser. 2. n. 11.

Caput. 8.

V. 14. *Assimilare Capreæ*, Dom. infr. oct. Nat. ser. 2. n. 12.

SAPIENTIÆ.

Caput 5.

V. 17. *Accipient regnum decoris, & diadema speciei de manu Domini*, Dom. 2. Adv. ser. 2. num. 9.

V. 21. *Acuet duramiram in lanceam*, Dom. inf. oct. Nat. Dom. serm. 1. n. 11.

Caput 10.

V. 4. *Contemptibile lignum*, Dom. 2. Adv. serm. 2. n. 18.

Caput 11.

V. 17. *Per quæ quis peccat, per hæc & torquetur*, Dom. sexag. ser. 1. n. 13.

Caput 16.

V. 18. *Mansuetabatur ignis ne comburerentur, quæ apud impios erant animalia*. Dom. 5. post Epiph. serm. 3. n. 8.

Caput 18.

V. 14. *Cum enim quietum silentium contineret omnia, & nox in suo cursu medium iter haberet, omnipotens sermo tuus &c.* In Nat. Dom. serm. 3. n. 2.

ECCLESIASTICI.

Caput 14.

V. 21. *Ne assumas faciem adversus faciem tuam*, Dom. infr. oct. Nat. Dom. ser. 3 n. 7.

Caput. 7.

V. 27. *Trade filiam & grande opus feceris, sensato homini da illam.* Dom. 2. post. Epi. serm. 2. n. 7. Caput 24.

V. 20. *Sicut cinamomum & balsamum aromatizans odorem dedi: quasi myrrha suavitatem odoris; Quasi storax & Galbanus &c.* Dom. sexag. serm. 2. n. 12.

Caput 26.

V. 20. *Mulieris bonæ species in ornamentum domus suæ.* Dom. 1. post Ep. ser. 1. n. 3.

Caput 28.

V. 16. *Lingua tertia multos commovit.* Dom. 1. Adv. ser 3. n. 12.

V. 25. *Beatus qui tectus est à lingua nequa. mors illius mors nequissima, & utilis potius infernus quàm ipsa*, Dom. 3. Adv. ser. 3. n. 7. & Dō. 4. post Ep. serm. 2. num. 9.

Caput 30.

V. 4. *Mortuus est Pater ejus, & quasi non esset mortuus similem sibi reliquit post se*, Dō. 2. post Epiph. serm. 1. num. 4.

ISAIÆ.

Caput 1.

V. 3. *Cognovit bos possessorem suum, & Asinus præsepe Domini sui*, In Nat. Dō. ser. 3. n. 3.

Caput. 2.

V. 2. *Erit in novissimis diebus præparatus mons Dom. Domini, in vertice montium, & elevabitur super omnes colles, & fluent ad eum omnes gentes*, Dom. 3. Adv. ser. 2. n. 13. & Dom. 4. Adv. serm. 2. n. 7.

V. 7. *Repleta est terra argento & auro, & non est finis thesaurorum ejus & repleta est terra ejus equis & innumerabiles quadrigæ ejus*, Dom. sexag. serm. 3. n. 4.

Caput 3.

V. 7. *In domo mea non est panis neq; vestimentum, nolite me constituere principem populi*, Dom. 3. post Epiph. serm. 1. n. 6.

V. 12. *Qui te dicunt beatum, ipsi te decipiunt*, Dom. 4. Adv. ser 2. n. 7.

V. 18. *In die illa auferet Dominus ornamentum calceamentorum & lunulas*, Dom. 1. Adv. serm. 1. n. 9.

Caput 7.

V. 61. *In die illa radet Dominus in novacula conducta in iis qui trans flumen sunt in Rege Assyriorum barbam & pilos pedum*, Dom. 4. post Epih. serm. 2. n. 14.

Caput 9.

V. 1. *Populus qui ambulabat in tenebris vidit lucē magnam.* In Nat. Dom. ser. 1. n. 18.

V. 6. *Puer natus est nobis, & filius datus est nobis, & vocabitur nomen ejus admirabilis, Deus fortis. Pater futuri sæculi. Princeps pacis*, In Nat. Dom. serm. 3. n. 12.

Caput 12.

V. 17. *Ecce ego suscitabo super eos Medos, quē argentum non velint, nec aurum quarant*, Dom. 4. post Epiph. serm. 1. n. 10.

Caput 14.

V. 13. *In cœlum ascendam, super astra cali exaltabo solium meum, sedebo in monte testamenti in lateribus aqui lonis*, Dom. 1. Adv. serm 1. n. 8. Dom. 3. Adv. serm. 3. n. 6.

Caput 19.

V. 1. *Ecce Dominus ascendit super nubem levem & ingredietur Ægyptum, & commovebuntur simulachra Ægypti à facie ejus*, In Epiph. Dom. serm. 3. n. 7.

Caput 24.

V. 6. *Insanient cultores ejus, & invenientur homines pauci*, Dō. Quinquag. ser. 1. n. 7.

Caput 28.

V. 15. *Flagellum inundans cum transierit non veniet super nos.*

Caput 31.

V. 9. *Mulieres opulentæ surgite*, Dom. 1. Adv. ser. 1. n. 11.

Caput. 38.

V. 10. *Ego dixi in dimidio dierum meorum: vadam ad portas inferi*, In Nat. Dom. serm. 1. num. 8.

V. 17. *Ecce in pace amaritudo mea amarissima.* Dom. 1. Adv. ser. 1. n. 6.

Caput 41.

V. 23. *Annuntiate quæ ventura sunt in futurum, & sciemus quia Dii estis vos.* In Epiph. Dom. serm. 1. n. 6.

Caput 45.

V. 8. *Aperiatur terra & germinet salvatorem.* In Nat. Dom. serm. 3. n. 7.

Caput 51.

Caput 51.

V. 16. Posui verba mea in ore tuo, & in umbra manus meæ protexi te ut plantes cœlos. Dom. sexag. serm. 2. n. 2.

Caput 53.

V. 11. Verbum meum quod egredietur de ore meo, non revertetur ad me vacuum, sed faciet quodcunque voluero. Dom. 4. Adv. serm 3, num. 12.

Caput 55.

V. 2. Quare appenditis argentum non in panibus. Dom. 1. post Epiphaniam serm. 2. num. 3.

V. 8. Non enim viæ vestræ viæ meæ. Dom. 6. post Epiph. serm 3. n. 14.

Caput 60.

V. 4. Filii tui de longe venient, & filiæ tuæ de latere surgent. In Circumcis. serm. 1. n. 4. & Dom. 1. post Epiphaniam sermone 1. numero 5.

Caput 61.

V. 1. Spiritus Domini super me, ut consolarer omnes lugentes in Syon. Dom. 1. post Epiph. serm. 3. num. 13.

Caput 64.

V. 8. Domine, Pater noster es, nos verò lutum tuum. In Circumcisione sermone 1. num. 6.

Caput 65.

V. 25. Serpenti pulvis panis ejus. Dom. 2. Adventus serm. 2. n. 15.

Caput 66.

V. 1. *Cælum mihi sedes, terra autem scabellum pedum meorum.* In Epiph. Dom. ser. 3. num. 14.

V. 24. *Veniet omnis caro, ut adoret coram facie mea, & egredientur, & videbunt cadavera virorum, qui prævaricati sunt in me: vermis eorum non morietur, & ignis non extinguetur.* Dom. infra oct. Nat. serm. 3, num. 7.

Caput 62.

V. 2. *Vocabitur tibi nomen novum quod os Domini nominavit.* In Circumc. Domini serm. 3. num. 1.

Caput 75.

V. 15. *Servos suos vocabit nomine alio.* In Circumcisione Domini sermone 3. numero 6.

JEREMIÆ.

Caput 5.

V. 1. *Circuite vias Hierusalem & considerate & quærite in plateis ejus, an inveniatis virum facientem judicium, & propitius ero ei.* Dom. 5. post Epiphan. serm. 3. n. 6.

Caput 14.

V. 1. *Factum est verbum Domini ad Jeremiam de sermonibus siccitatis.* Dom. 4. Adv. serm. 3. num. 9. & Dom. sexag. ser. 2. n. 8.

Capus 15.

V. 10. *Si separaveris pretiosum à vili, quasi os meum eris.* Dominica 1. Adventus serm. 3 num. 3.

Caput 50.

V. 23. *Confractus est & contritus malleus universæ terræ.* Dom. 5. post Epiph. ser. 3, num. 13.

THRENORUM.

Caput 1.

V. 2. *Plorans ploravit in nocte.* Dom. 4. Adventus, serm. 2. num. 11. & Dom. 1. post Epiph. serm. 3. num. 6. & Dom. 3. post Epiph. n. 8.

V. 4. *Viæ Syon lugent, eo quod non sint qui veniant ad solemnitatem.* Dom. sexag serm. 2. n. 14.

V. 11. *Vide Domine & considera quomodo facta sum vilis.* Dom. 1. Adventus serm. 1. num. 6.

Caput 2.

V. 20. *Ergone comedent mulieres fructum suum.* Dom. 2. Adv. serm. 1. num. 7.

EZECHIELIS.

Caput 2.

V. 5. *Si fortè ipsi audiant, & si fortè quiescant, quia domus exasperans est.* In Epiph. serm. 1. num. 2.

Caput 8.

V. 14. *Introduxit me per ostium domus Domini, & ecce ibi mulieres jedebant plangentes Adonidem.* Dom. 1. post Epiphaniam serm. 3. num. 10.

Caput 16.

V. 3. *Radix tua & generatio tua de terra Chanaan: Pater tuus Amorrhæus.* Dom. 3. Adventus serm. 3. num. 10.

V. 8. *Expandi amictum meum super te, operui ignominiam tuam*, Domin. 2. serm. 5. num. 10.

Caput 22.

V. 27. *Principes ejus in medio illius quasi lupi rapientes prædam.* Dom. 3. post Epiph. ser. 3. num. 2.

Caput 23.

V. 20. *Insanient libidine super concubitum eorum, quorum carnes sunt ut carnes asinorum.* Dom. 2. Adventus serm. 1. numero 14.

DANIELIS.

Caput 3.

V. 50. *Non tetigit eos omninò ignis, nec contristavit, nec quicquam molestiæ intulit.* In Circumc. Dom. ser. 3. nu. 11.

Caput 7.

V. 5. *Ecce bestia similis ursо in parte steterit, & tres ordines erant in ore ejus & dentibus ejus.* Dominica 3. post Epiphaniam sermone 2. num. 3.

OSEÆ.

Caput 2.

V. 22. *Erit in illa die, exaudiam, dicit Dominus, exaudiam cælos & illi exaudient terram, & terra exaudiet triticum, vinum & oleum, & hæc exaudient Iezrahel.* Do. Quinquag. ser. 2. num. 5.

Caput 3.

V. 8. *Occurram eis quasi ursa raptis catulis.* In Dom. infra oct. Nativitatis sermone 1. num 2.

Caput 4.

V. 12. *Populus meus in ligno suo interrogat, baculus ejus annuntiabit ei, spiritus fornicationis decepit eum, fornicati sunt à Deo suo, & ideò fornicata sunt, &c.*

Caput 7.

V. 11. *Ephraim quasi columba seducta non habens cor.* Dom. infra oct. nativ. ser. 3. num. 13.

Caput 13.

V. 14. *De manu inferi liberabo eos, de morte redimam illos.* Alia transl.

JOELIS.

Caput 2.

V. 13. *Scindite corda vestra & non vestimenta vestra* Dom. 2. Adv. ser. 3. nu. 17.

AMOS.

Caput 5.

V. 16. *Et vocabunt agricolam ad luctum, & ad planctum eos, qui sciunt plangere.* Dom. 1. post Epiph. ser. 3. n. 12.

Caput 8.

V. 1. *Ostendit mihi Dominus Deus, & ecce uncinus.* Do. 4. Adv. ser. 1. n. 4.

MICHÆÆ.

Caput 3.

V. 1 *Audite Principes Iacob, & duces domus Israel, qui violenter tollitis pelles earum desuper,* Dom. 2. Adv. ser. 3. n. 4.

Caput 5.

V. 2. *Et egressus est ab initio, à diebus æternis.* Dom. Quinquag. ser. 3. nu. 15.

NAHUM.

Caput 3.

V. 14. *Intra lutum & calca subigens, tene laterem,* Dom. 1. post Epiphaniam ser. 2. n. 15.

ZACHARIÆ.

Caput 11.

V. 17. *O Pastor & idolum derelinquens gregem.* Do. 1. Adv. ser. 1. n. 12.

Caput 12.

V. 8. *Erit qui offenderit ex eis in die illa, quasi David, & domus David quasi Dei, sicut Angelus Domini in conspectu eorum.* Dom. 6. post Epiph. ser. 2. n. 13.

MALACHIÆ.

Caput 3.

V. 1. *Ecce ego mitto Angelum meum, qui præparabit viam ante faciem meam.* Dom. sexag. ser. 3. n. 5.

LIBRI II. MACHABÆORUM.

Caputt 3.

V. 7. *Post Seleuci vitæ excessum susceptit regnum Antiochus, qui nobilis appellabatur.* Dom. 3. Adv. ser. 3. n. 11.

Caput 5.

V. 4. *In bonum monstra converti.* Do. Quinquag. ser. 3. nu. 6.

MATTHÆI.

Caput 1.

V. 5. Booz autem genuit Obed ex Ruth. Dom. 1. poſt Epiph. ſer 2. n. 10.

Caput 2.

V. 1. Ecce Magi ab Oriente venerunt. In Epiph. ſer. 3. nu. 10.

V. 2. Vbi eſt qui natus eſt Rex Iudæorum? vidimus ſtellam ejus in Oriente. In Nat. Dom. ſer. 3. n. 11. & in Epiph. Dom. ſer. 1. n. 1.

V. 6. Et tu Bethlehem terra Iuda, nequaquam minima es in principibus Iuda; ex te enim exiet dux, qui regat populum meum Iſrael, Dom. Quinquag. ſer. 3. n. 15.

V. 8. Ite & interrogate diligenter de puero, & cum inveneritis renuntiate mihi, ut & ego veniens adorem eum. Dom. 3. Adv. ſer. 1. n. 11.

V. 9. Qui cùm audiſſent Regem, abierunt, & ecce ſtella quam viderant antecedebat eos. Dom. 4. poſt Epiph. ſer. 1. n. 11.

V. 11. Apertis theſauris ſuis obtulerunt ei munera, aurum, thus, & Myrrham.

Caput 3.

V. 9. Patrem habemus Abraham. Dom. 3. Adv. ſer. 1. n. 18.

Caput 4.

V. 3 Dic ut lapides iſti panes fiant, Dom. 1. poſt Epiph. ſerm. 2. n. 6.

V. 4. Non in ſolo pane vivit homo, ſed in omni verbo quod procedit de ore Dei. Dom. 4. Adv. ſerm. 2 num. 11.

V. 5. Aſſumpſit eum Diabolus in ſanctam civitatem, & ſtatuit eum ſuper pinnaculum templi. Dom. 6. poſt Epiph. ſer. 3. n. 16.

Caput 5.

V. 3. Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum, Dom. ſexag. ſer. 3. n. 6.

V. 6. Beati qui eſuriunt & ſitiunt juſtitiam, Dom. 1. poſt Epiph. ſer. 2. n. 2.

V. 7. Beati miſericordes, Ibid.

V. 8. *Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt,* Do. 6. poſt Epiph. ſer. 2. n. 12

V. 39. Si quis te percuſſerit in dextram maxillam, porrige illi & alteram, Dom. Septuag. ſerm. 1. n. 9.

Caput 6.

V. 9. Pater noſter qui es in cœlis. Do. 3. poſt Epiph. ſer. 3. n. 13. & in Circumc. ſer. 2. n. 5.

V. 12. Dimitte nobis debita noſtra. Dom. 5. poſt Epih. ſer. 3. n. 17.

V. 24. Non poteſtis duobus Dominis ſervire; Dom 2. Adv. ſer. 3. n 9. & Dom. ſeptuag. ſer. 1. n. 6.

V. 26. Reſpicite volatilia cœli, quoniam non ſerunt, neque metunt, neque congregant in horrea, & Pater veſter cœleſtis paſcit illa, Nonne vos pluris eſtis illis? Dom. Quinquag. ſerm. 2. num. 4.

Caput 7.

V. 6. Nolite dare ſanctum canibus, neque mittatis margaritas veſtras ante porcos; ne fortè conculcent illas pedibus ſuis. Dom. 3. poſt Epiph. ſer. 2. n. 15.

V. 15. Attendite à falſis Prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ovium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces; Dom. 3. Adv. ſer. 3. n. 2.

Caput 8.

V. 1. Ecce leproſus adorabat eum. Dom. 3. poſt Epiph. ſer. 1. n. 1. & ſer. 2. n. 1.

V. 6. Domine puer meus jacet in domo Paralyticus, Dom. 3. poſt Epiph. ſer. 3. n. 1. & 16.

V. 23. Aſcendente Ieſu in naviculam, ſecuti ſunt eum diſcipuli ejus. Dom. 4. poſt Epiph. ſer. 2. n. 1.

V. 25. Acceſſerunt ad eum diſcipuli ejus dicentes: Domine, ſalva nos, perimus. Dom. 4. poſt Epiph. ſer. 1. n. 1.

V. 26. Surgens Ieſus imperavit ventis, & facta eſt tranquillitas magna. Dom. 4. poſt Epiph. ſer. 3. n. 1.

V. 31. Si ejicis nos hinc, mitte nos in gregem porcorum. In Epiph. Dom. ſer. 3. n. 16.

V. 38. Et ecce tota civitas exiit obviam ei, & viſo eo, rogabat ut tranſiret à finibus eorũ; Dom. 1. doſt Epiph. ſer. 3. n. 8.

Caput 9.

V. 25. Puella ſurge. Dom. ſeptuag. ſer. 3. nu. 11.

Caput 10.

V. 34. Nolite arbitrari, quia pacẽ veni mittere in terrã, non veni mittere pacẽ, ſed gladiũ;

Veni

Veni separare hominem adversus patrem suũ, & filiam adversus matrem suam, & nurum adversus socrum suam. Dom. 2. post Epiph. ser. 2. num. 8.

Caput 11.

V. 2. *Cùm audisset Ioannes in vinculis opera Christi,* Dom. 2. Adv. ser. 1 n. 1.

V. 8. *Qui mollibus vestiuntur, in domibus Regum sunt.* Dominica 2. Adv. sermone 3. num. 1.

Caput 13.

V. 23. *Venit inimicus ejus.* Do. 5. post Epiph. ser. 2. n. 1.

V. 24. *Simile factum est regnum cœlorum homini, qui seminavit bonum semen in agro suo.* Dom. 1. post Epiphaniam sermone 2. numero 17.

V. 27. *Vnde habet zizania?* Dom. 5. post Epiph. ser. 1. nu. 1.

V. 29. *Ne fortè colligentes zizania, eradizetis simul & triticum.* Dom. 5. post Epiph. ser. 3. n. 18.

V. 30. *Sinite utraque crescere usque ad messem, & in tempore messis dicam messoribus: colligite primùm zizania, & alligate ea in fasciculos ad comburendum.* Dom. 5. post Epiph. ser. 3. n 1.

V. 31. *Simile est regnum cælorum grano sinapis.* Dom. 6. post Epiph. sermone 1. numero 1.

V. 32. *Minimum est omnibus seminibus, cùm creverit, majus est omnibus oleribus.* Do. 4. post Epip. ser. 3. n. 1.

Caput 14.

V. 13, *Secessit in locum desertum.* Dom. Quinquag. ser. 2. nu. 11.

Cum audissent turbæ, secuti sunt eum pedestres de civitatibus, Dom. 4. Adventus ser. 2. nu. 3.

Caput 15.

V. 2. *Accesserunt ad Iesum ab Hierosolymis scribæ & Pharisæi dicentes: quare discipuli tui transgrediuntur traditiones seniorum; non enim lavant manus, cùm panem manducant.* Dom. 3. Adv. ser. 2. nu. 15.

V. 22. *Miserere mei fili David, filia mea à Dæmonio vexatur.* Dom. 1. Adventus ser. 2. num 12.

Caput 16.

V. 18. *Tu es Petrus & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam; & portæ inferi non prævalebunt adversus eam.* Dom. 6. post Epiph. ser. 2. n. 5. & 6.

Caput 17.

Transfiguratus est ante eos, & resplenduit facies ejus sicut Sol, vestimenta autem ejus facta sunt alba sicut nix. Dom. sexag. ser. 1. num. 10.

V. 27. *Vt autem non scandalizemus eos, vade ad mare & mitte hamum, & eum piscem qui primus ascenderit tolle, & aperto ore ejus invenies staterem, illum sume & da eis pro me & te.* Dom. 4. Adv. ser. 1. n 6.

Caput 18.

V. 3. *Amen dico vobis: nisi conversi fueritis, & efficiamini sicut parvuli, non intrabitis in regnum cœlorum.* Dom. 6. post Epiph. ser. 3. n. 5. & 18.

V. 24. *Oblatus est ei unus qui debebat ei decem millia talenta.* Dom. 5. post Epiph. ser. 3. n. 17.

V. 26. *Procedens autem servus ille, rogabat eum dicens: Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi.* Dom. 4. post Epiph. ser. 3. n. 3

V. 27. *Iussit eum Dominus venundari, & uxorem ejus, & filios, & omnia quæ habebat & reddi.* Dom. 3. post Epiph. ser. 1. nu. 11.

Caput 19

V. 24. *Facilius est camelum per foramen acus, quàm divitem intrare in regnum cœlorum.* Dom. sexag. ser. 3. n. 3.

V. 27. *Vos qui reliquistis omnia & secuti estis me, centuplum accipietis, & vitam æternam possidebitis.* Dom. 1. post. Epiph ser. 2. num. 10.

Caput 20.

V. 1. *In vineam suam.* Dom. septuag. ser. 1. nu. 1.

V. 3. *Egressus circa horam tertiam, vidit alios stantes in foro otiosos, & dicit illis: quid hic statis totâ die otiosi?* Dom. septuag. serm. num. 1. & 16. & Dom. 6. post Epiph. ser. 1. nu. 13.

V. 6. *Circa undecimam verò exiit, & invenit alios stantes & dicit illis: ite & vos in vineam meam.* Dom. septuag. ser. 3. nu. 1.

V. 22. *Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicem?* Dom. 2. Adv. ser. 2. n. 4. & Dom. Quinquag. ser. 3. num. 4.

Caput

Caput 21.

V. 5. *Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus, sedens super asinam & pullum filium subjugalis.* In Epiph. Dom. ser. 3. nu. 18.

V. 8. *Plurima turba straverunt vestimenta sua in via.* Dom. 1. Adventus sermone 1. nu. 5.

V. 12. *Ejiciebant omnes ementes & vendentes de templo.* Dom. 4. Adventus serm. 1. nu. 3.

V. 21. *Si monti huic dixeris tolle, & jacta te in mari, fiet.* Dom. 4. post Epiphaniam ser. 3. nu. 7.

Caput 23.

V. 16. *Væ vobis duces cæci,* Dom. Quinq. ser. 3. nu. 14.

Caput 20.

V. 20. *Venite Benedicti Patris mei, percipite regnum paratum vobis à constitutione mundi*: Dom. 1. Adv. ser. 2. nu. 8. & Dom. septuag. ser. 2. nu. 5.

V. 40. *Quamdiu feciſtis uni ex minimis meis, mihi feciſtis.* In Circumc. Domini ser. 2. num. 11. & Dom. Quinquag. sermone 1. num. 4.

V. 41. *Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est Diabolo & Angelis ejus.* Dom. 3. post Epiph. ser. 2. nu. 5. & Dom. septuag ser. 2. nu. 5.

Caput 26.

V. 8. *Videntes autem discipuli, indignati sunt, dicentes: ut quid perditio hæc, poterat enim illud venundari multò & dari pauperibus.* Dom. 4. post Epiph. ser. 1. nu. 12.

V. 39. *Progressus pusillum procidit in faciem suam orans.* Dom. 6. post Epiph. ser. 2. n. 9. & ser. 3. nu. 8.

Pater si possibile est, transeat à me Calix iste. Dominicâ 5. post Epiphaniam sermone 1. num. 3.

Caput 27.

V. 3. *Videns Iudas qui eum tradidit, quod damnatus esset, pœnitentia ductus, retulit triginta argenteos Principibus Sacerdotum & senioribus dicens. Peccavi &c.* Dom. 1. post Epiph. ser. 3. nu. 4.

V. 22. *Crucifigatur, crucifigatur,* Dom. 2. Adv. serm. 2. nu. 5.

V. 51. *Terra mota est, & petræ scissæ sunt.* In Epiphania Domini sermone 3. num. 5. & 13.

Caput 28.

V. 1. *Vesperi autem Sabbathi quæ lucescit in prima Sabbathi, venit Maria Magdalena & altera Maria videre sepulchrum.* In Circumcis. ser 2. nu. 9.

V. 9. *Illæ autem accesserunt & tenuerunt pedes ejus, & adoraverunt eum.* Dom. infra oct. Nat. ser. 1. nu. 5.

MARCI.

Caput 2.

V. 5. *Fili remittuntur tibi peccata tua,* Dom. 4. post. Epiph. ser. 1. n. 7.

Caput 6.

V. 24. *Quæcùm exisset, dixit matri suæ, Quid petam? at illa dixit: caput Ioannis Baptistæ.* Dom. sexag. ser. 1. n. 2.

V. 33. *Convenerunt multi & pedestres de omnibus civitatibus concurrerunt illuc.* Do. sexag. serm. 2. nu. 6.

Caput 7.

V. 34. *Suspiciens in cœlum ingemuit.* Do. 1. post. Epiph. ser. 3. n. 3. & Dom. 4. post Epiph. ser. 1. nu. 14.

Caput 8.

V. 24. *Video homines velut arbores ambulantes.*

lantes. Dom. 6. poſt Epiphaniam ſer. 1. numero 14

Caput 11.

V. 11. *Oſanna, benedictus qui venit in nomine Domini.* Dom. 2. Adventus ſerm. 2. nu. 5.

Caput 16.

V. 9. *De qua ejecerat ſeptem Dæmonia.* Dom. 1. poſt Epiph. ſer. 1. nu. 15. & Dom. 6. poſt Epiph. ſer. 2. n. 8.

LUCÆ.

Caput 2.

V. 7. *Peperit filium ſuum primogenitum, & pannis eum involvit, & reclinavit eum in præſepio.* In Natal. Domini ſermone 1. num. 2.

V. 8. *Cuſtodientes vigilias noctis.* In Natal. Dom. ſer. 2. nu. 1.

V. 10. *Natus eſt vobis hodie Salvator mundi.* In Natal. Dom. ſer. 3. nu. 2. & 9.

V. 12. *Hoc vobis ſignum, invenietis infantem pannis involutum.* In Natal. Dom. ſer. 3. nu. 10.

V. 21. *Vt circumcideretur puer.* In Circumc. Domini ſer. 1. num. 1.

Vocatum eſt nomen ejus Ieſus. In Circumc. ſer. 2. nu. 1. & ſer. 3. nu. 1.

V. 20. *Omnes qui audierant, mirati ſunt de his quæ dicta erant à Paſtoribus.* In Nat. Dom. ſer. 5. nu. 1.

V. 34. *Poſitus eſt in ruinam & in reſurrectionem juſtorum.* In Dom. infra oct. Nat. ſermone 1. nu. 1.

Et in ſignum cui contradicetur. Dom. infra Nat. ſer. 2. n. 1.

V. 36. *Hæc proceſſerat à diebus multis, & vixerat cum viro ſuo annis ſeptem à virginitate ſua.* Dom. infra octavam Nat. Dom. ſer. 3. nu 12.

V. 37. *Et hæc vidua erat uſque ad annos octoginta quatuor.* Dom. infra oct. Nat. Dom. ſer. 3. nu. 1.

V. 42. *Aſcendentibus illis Hieroſolymam ſecundum conſuetudinem diei feſti.* Dom. 1. poſt Epiph. ſer. 1. n. 1.

V. 48. *Pater tuus & ego dolentes quærebamus te.* Dom. 1. poſt Epiph. ſer. 3. n. 1.

Caput 3.

V. 3. *Venit in omnem regionem prædicans Baptiſmum pœnitentiæ.* Dom. 4. Adv. ſerm. 2. num. 1.

V. 2. *Sub Sacerdotibus Anna & Caipha.* Dom. 4. Adv. ſer. 1. n. 1.

V. 4. *Vox clamantis in deſerto.* Dom. 4. Adv. ſer. 3. n. 1.

Caput 4.

V. 46. *Invenerunt illum in templo ſedentem in medio Doctorum.* Dom. 1. poſt Epiph. ſer. 2. nu. 2.

Caput 5.

V. 2. *Factum eſt ut turbæ irruerent in Ieſum.* Dom. ſerag. ſer. 2. n. 15.

V. 5. *Magiſter, per totam noctem laborantes nihil cepimus.* In Natal. Dom. ſermone 2. num. 2.

V. 12. *Cùm eſſet in una civitatum, ecce vir plenus lepra videns & procidens in faciem &c.* Dom. 3. poſt Epiph. ſer. 1. n. 1.

Caput 7.

V. 2. *Erat illi pretioſus.* Dom. 3. poſt Epiph. ſer. 3. n. 15.

V. 13. *Dixit illi, noli flere.* Dom. 1. poſt Epiph. ſer. 3. n. 2.

V. 14. *Adoleſcens tibi dico ſurge.* Dom. ſeptuag. ſer. 3. n. 12.

V. 37. *Mulier quæ erat in civitate peccatrix.* Dominicâ 4. poſt Epiphaniam ſer. 2. num. 15. & Dom. 3. poſt Epiph. ſermone 1. num. 4.

V. 38. *Attulit alabaſtrum unguenti, & ſtans retrò lachrymis capit rigare pedes ejus, & capillis capitis ſui tergebat, & unguento ungebat.* Dom. 3. poſt Epiphaniam ſer. 2. numero 8.

Caput 8.

V. 5. Secus viam. Dom. 1. post Epiph. ser. 2. num. 19.

V. 6. Natum aruit, quia non habebat humorem. Dom. sexag. ser. 3. n. 1.

V. 7. Cecidit inter spinas. Dom. Sexag. ser. 3. n. 1.

V. 17. Cùm egressus esset in terram, occurrit ei vir quidam, qui habebat Dæmonium temporibus multis, neque domi manebat, sed in monumentis. Interrogavit autem illum Jesus, dicens: quid tibi nomen? at ille dixit: legio, quia intraverunt Dæmonia multa in eo. Dom. 3. Adv. serm. 3. num. 17. & Dom. 5. post. Epip. ser. 2. nu. 10 & Dom. septuag. ser 2. nu. 9.

V. 32. Erat autem ibi grex porcorum multorum pascentium in monte, & rogabant eum, ut permitteret eis in illos ingredi, & permisit eis. Exierunt ergò Dæmonia ab homine illo, & intraverunt in porcos; & impetu facto abiit grex præceps in stagnum & suffocatus est. Do. 3. post Epiph. ser. 2. nu. 14. & Dom. 5. post Epiph. ser. 2. nu. 3. & Dom. septuag. ser. 2. nu. 9.

Caput 10.

V. 18. Domine etiam Dæmonia subjiciantur nobis in nomine tuo. In Circumc. ser. 3. nu. 15.

Videbam Sathanam sicut fulgur de cœlo cadentem. Ibid.

V. 30. Homo quidam descendebat ab Hierusalem in Iericho, & incidit in latrones. &c. Dom. 1. Adv. ser. 3. n. 9.

V. 40. Domine non est tibi curæ, quod soror mea reliquit me solam ministrare. Dom. septuag. ser. 2. nu. 10.

Caput 11.

V. 3. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Dom. 1. post Epiph. serm. 2. n. 14.

V. 28. Beati qui audiunt verbum Dei & custodiunt illud. Dom. 4. Adv. ser. 3. nu. 7. & Dom. sexag. ser. 2. nu. 4.

Caput 12.

V. 35. Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris; & vos similes hominibus expectantibus Dominum suum quando revertatur à nuptiis. Dom. sexag. ser. 1. nu. 6.

Caput 14.

V. 16. Homo quidam fecit cœnam magnam. Do. infra oct Nat. ser. 1. nu. 2.

V. 18. Villam emi, & necesse habeo exire & videre illam. Rogote habe me excusatum. Do. 3. Adv. ser. 3. nu. 14.

V. 19. Juga boum emi quinque, & eo probare illa, habe me excusatum.

V. 20. Uxorem duxi, & ideò non possum venire. Ibid.

Caput 15.

V. 10. *Dico vobis, gaudium erit in cœlo super uno peccatore pœnitentiam agente.* Dom. 6. post Epiph. ser. 2. nu. 15.

V. 14. Facta est fames valida in regione illa, & ipse cepit egere, & cupiebat implere ventrem suum de siliquis, quas porci manducabant, & nemo illi dabat. Dom. Quinquag. ser. 2. nu. 12.

V. 15. *Misit eum in villam.* Dom. 3. Adv. ser 1. n. 6.

V. 17. *In se reversus.* Dom. 3. Adv. ser. 2. num. 7.

V. 19. *Surgam, ibo ad patrem meum, & dicam ei: Pater peccavi in cœlum & contra te.* Do. 3 post Epiph. ser. 1. nu. 12. & Do. 3. post Epiph. ser. 12. nu. 17.

V. 20. *Accurrens cecidit super collum ejus & osculatus est eum.* Dom. 6. post Epiph. ser. 2. nu. 10.

V. 22. *Date annulum in manu ejus.* Do. 3. Adv. ser. 1. nu. 4.

Caput 16.

V. 20. *Homo quidam erat dives, qui induebatur purpurâ & bysso.* Dom. 2. Adv. ser. 3. nu. 2. & Do. 4. Adv. ser. 3. nu. 3. & Dom. 4. post Epiph. ser. 2. nu. 11.

Erat mendicus nomine Lazarus qui jacebat. Ibid.

V. 27. *Rogote Pater, ut mittas Lazarum in domo Patris mei, habeo enim quinque fratres, ut testetur illis, ne & ipsi veniant in hunc locum tormentorum.* Dom 5. post Epiph. ser. 1. n. 1.

Caput 17.

V. 10. *Cùm feceritis hæc omnia quæ præcepta sunt vobis, dicite, servi inutiles sumus.* Dom. 4. post Epiph. ser. 3. n. 18.

Caput 18.

V. 31. *Ecce ascendimus Ierosolymam.* Do. Quinquag. ser. 1. nu. 1.

Cæcus quidam sedebat secus viam mendicans. Dom. Quinquag. ser. 3 n. 1.

V. 3. *Qui præibant, increpabant eum, ut taceret.* Dom. Quinquag. ser. 3. nu. 1.

Caput 19.

V. 1. *Ingressus Iesus perambulabat Iericho: & ecce vir nomine Zacheus, & hic princeps publicanorum, & ipse dives.* Do. Quinquag. ser. 3. nu. 3. & ser. 1. nu. 11.

V. 8. *Ecce dimidium bonorum meorum Domine do pauperibus, & si quid aliquem defraudavi, reddo quadruplum.* Dom. 3. post Epiph. ser. 1. nu. 7.

Caput 21.

V. 25. *Erunt signa in sole, Luna, & stellis.* Dom. 1. Adv. ser. 1. n. 1.

Et erit in terris pressura gentium. Dom. 1. Adv. ser. 2. n. 1.

Caput 22.

V. 24. *Facta est contentio inter eos, quis eorum videretur esse major.* Dom. 3. Adv. ser. 3. nu. 11.

V. 44. *Factus est sudor ejus sicut gutta sanguinis decurrentis in terram.*

V. 48. *Iuda, osculo filium hominis tradis?* Dom. 33. post Epiph. ser. 2. n. 15.

Caput 23.

V. 11. *Sprevit illum Herodes cum exercitu suo & illusit.* Do. 3. post Epiph. ser. 3. nu. 15.

V. 12. *Facti sunt amici Herodes & Pilatus in die illa, nam antea inimici erant ad invicem.* Dom. infra oct. Nat. ser. 2. n. 6.

V. 38. *Græcis, latinis & Hebraicis,* In Circumc. ser. 3. n. 3.

V. 43. *Hodie mecum eris in Paradiso.* In Epiph. ser. 3. nu. 15.

JOANNIS.

Caput 1.

V. 19. *Miserunt Iudæi ab Hierosolymis Sacerdotes & Levitas ad Ioannem, dicentes: Tu quis es* Dom. 3. Adv. ser. 1. n. 1. & ser. 2. n. 1. & ser. 3. num. 1.

Caput 2.

V. 1. *Nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ,* Dom. 2. post. Epiph. ser. 1. n. 1.

V. 4. *Vinum non habent.* Do. 2. post Epiph. ser. 2. n. 1.

Quid mihi & tibi mulier? Dom. 4. post Epiph. ser. 3. n. 11.

V. 9. *Gustavit Architriclinus aquam vinum factam* Dom. 2. post Epiph. ser. 3. n. 11.

Caput 5.

V. 23. *Mortui audient vocem Filii Dei.* Dom. 4. Adv. ser. 3. nu. 11.

V. 35. *Erat lucerna ardens & lucens.* Do. 6. post Epiph. ser. 1. nu. 2.

Caput 6.

V. 5. *Cùm sublevasset oculos Iesus.* Dom. Quinquag. ser. 2. n. 15.

V. 7. *Ex vobis unus Diabolus est.* Dom. 1. Adv. ser. 2. n. 5.

V. 14. *Illi ergò homines cùm vidissent, quod Iesus fecerat signum.* Dom. septuag. serm. 1. nu. 3.

V. 40. *Ego sum panis vivus qui de cœlo descendi.* In Natal. Dom. ser. 3. n. 7.

V. 57. *Qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem, in me manet & ego in illo* Dom. 5. post Epiph. ser. 2. num. 18.

Caput 7.

V. 32. *Miserunt Principes & Pharisæi ministros, ut apprehenderent Iesum.* Dom. 3. post. Epiph. ser. 3. n. 13.

V. 37. *Si quis sitit veniat ad me & bibat,* Dom. 3. post Epiph. ser. 3. n. 13.

Caput 8.

Caput 8.

V.6. *Iesus autem inclinans se, digito scribebat in terra*, Dom. 5. post Epiph. ser. 1. num. 9.

V.33. *Semen Abrahæ sumus*, Dom. 3. Advent. ser. 1. n. 18.

V. 52. *Pater meus glorificat me, quem vos dicitis, quia Deus vester est, & cognovistis eum*, Dom. 2. Adv. serm. 1. n. 19.

V. 59. *Antequam Abraham fieret ego sum*, Ibidem.

Caput 9.

V. 2. *Rabbi, quis peccavit, hic aut parentes ejus, ut cœcus nasceretur?* Dom. 2. post Epiph. serm. 2. n. 17.

Caput 10.

V. 12. *Lupus rapit*, Dom. 3. Adv. serm. 3. num. 2.

V. 14. *Ego sum Pastor bonus & cognosco oves meas*, Dom. 9 post Epiph. ser. 1. n. 17.

Caput 11.

V. 3. *Miserunt sorores ejus ad eum dicentes: Ecce quem amas infirmatur*, Dom. 1. post Epiph. ser. 1. n. 10.

V. 35. *Lachrymatus est IESVS*, Dom. 5. post Epiph. serm. 1. n. 18.

V. 39. *Domine jam fœtet, quatriduanus est enim*, Dom. 3. post Epiph. ser. 2. n. 12.

V. 43. *Lazare veni foras*, Dom. sexag. serm. 2. num. 13.

Caput 12.

V. 3. *Domus impleta est ex odore unguenti.*

Caput 13.

V. 22. *Discipulus quem diligebat IESVS*, In Circumc. ser. 3. n. 16.

V. 25. *In hoc cognoscent omnes quod discipuli mei estis si dilectionem habueritis ad invicem*, Dom. 6. post Epiph. ser. 1. n. 18.

Caput 14.

V. 6. *Ego sum via*, Dom. 2. Adv. ser. 2. num. 2.

Caput 15.

V. 23. *Hæc omnia facient vobis propter nomen meum*, In Circumc. serm. 3. n. 7.

Caput 16.

V. 3. *Hæc facient vobis, quia non noverunt Patrem neque me*, Dom. infra oct. Nat. ser. 2. n. 14.

V. 20. *Mulier cùm parit tristitiam habet*, Dom. 2 Adv. ser. 1. n. 2.

Caput 17.

V. 3. *Hæc est vita æterna ut agnoscant te solum Deum*, Dom. 6. post Epiph. serm. 1. n. 7.

Caput 18.

V. 37. *Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, ut testimonium perhibeam veritati*, Dom. 4. Adv. ser. 3. n. 2.

Caput 19.

V. 12. *Si hunc dimittis, non es amicus Cæsaris*, Dom. 3 Adv. ser. 3. n. 12.

V. 19. *IESVS Nazarenus Rex Iudæorum*, In Circumcis. ser. 3. n. 3.

V. 22. *Quod scripsi scripsi*, Dom. 2. Adv. ser. 2. n 19.

V. 38. *Vnus militum lancea latus ejus aperuit*, Dom. 4. post Epiph. ser. 1. n. 3.

Caput 20.

V. 17. *Noli me tangere, nondum enim ascendi ad Patrem meum*, Dom. 4 Adv. ser. 2. n. 10.

Caput 21.

V. 17. *Pasce oves meas*, Dom. 3. post Ep. serm. 1. n. 6.

ACTORUM.

Caput 2.

V. 1. *Factus est repente de cœlo sonus,* Dom. 3. Adv. serm. 2. n. 1.

Caput 9.

V. 7. *Vt si quos invenisset hujus viæ viros ac mulieres &c.* Dom. 2. Adv. ser. 2. n. 2.

V. 9. *Erat ibi tribus diebus non videns, & non manducavit, neq; bibit,* Dom. Quinquag. serm. 2. n. 14.

V. 15. *Quoniam vas electionis est mihi iste, ut portet nomen meum coram gentibus, & Regibus & filiis Israel,* In Circumc. ser. 3. num. 4.

AD ROMANOS.

Caput 3.

V. 7. *Omnibus qui Romæ sunt dilectis Dei vocatis sanctis,* In Circumc. serm. 2. n. 8.

Caput 8.

V. 24. *Spes autem quæ videtur non est spes.* Dom. 4. post Epiph. ser. 1. n. 2.

V. 38. *Certus sum enim, quia neq; mors, neq; vita, neque Angeli, neque Principatus, neq; virtutes: neq; instantia, neq; futura, neque fortitudo, neq; altitudo, neq; profundum, neque creatura alia poterit nos separare à charitate Dei,* Dom. 3. Adv. ser. 3. n. 3.

AD CORINTHIOS I.

Caput 6.

V. 1. *Audet aliquis vestrum habens negotium adversus alterum judicari apud iniquos, & nō apud sanctos,* Dō. 1. Adv. ser. 3. n. 15

V. 7. *Iam quidem omninò delictū est in vobis, quod judicia habetis inter vos,* Dom. 2. Adv. serm. 3. n. 16.

V. 13. *Omnia mihi licent, sed ego sub nullius redigar potestate,* Dom. 4. Adv. ser. 1. n. 5.

Caput 7.

V. 31. *Præterit enim figura hujus mundi.* In Nat. Dom. ser. 2. n. 3.

Caput 8.

V. 6. *Nobis unus Deus, unus Dominus IESVS Christus.*

Caput 9.

V. 24. *Qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed unus accipit bravium,* Dom. 2. n. 10.

Caput 11.

V. 3. *Caput mulieris vir,* Dom. 2. post Epiph. serm. 2. n. 4.

V. 9. *Non est creatus vir propter mulierem, sed mulier propter virum, ideò debet mulier velamen habere super caput,* Dom. 2. post Epiph. serm. 2. n. 15.

Caput 13.

V. 1. *Si linguis hominum loquar & Angelorum,* In Circumc. ser. 3. n. 3.

AD CORINTHIOS II.

Caput 11.

V. 26. *Ter virgis cæsus sum, semel lapidatus sum, ter naufragium feci, die ac nocte in profundo maris fui, in itineribus sæpè periculis fluminum, periculis latronum,* Dom. 5. post Epiph. ser. 2. n. 4.

Caput 12.

V. 2. *Scio hominem in Christo ante annos quatuor-*

tuordecim, sive in corpore, sive extrà corpus, nescio, Deus scit, raptum usq; ad tertium cælum, & audivit arcana verba quæ non licet homini loqui, Dom septuag. ser. 1. n. 7. & In Circumc. Dom. ser. 3. n. 8.

V. 2. *Datus est mihi stimulus carnis meæ,* Dom. 5. post. Epiph. ser. 5. n. 15.

V. 10. *Cùm infirmor tunc potens sum,* Dom. septuag. ser. 1. n. 11.

AD GALATHAS.

Caput 3.

V. 26. *Omnes enim filii estis per fidem in Christo Iesu,* Dom. 6. post Epiph. ser. 1. n. 5.

V. 27. *Christum induistis,* Dom. 2. Adv. ser. 3. n. 6.

Caput 6.

V. 15. *In Christo enim IESV neq; circũcisio valet, neq; præputium sed nova Creatura.* Dom. 6. post Epiph. ser. 1. n. 6.

AD EPHESIOS.

Caput 4.

V. 25. *Sol non occidat super iracundiam vestram,* Dom. 6. post. Epiph. ser. 1. n 16.

AD PHILIPPENSES.

Caput 2.

V. 9. *Humiliavit semetipsum factus obediens usq; ad mortem, mortem autem Crucis. Propter quod & Deus exaltavit illum, & dedit illi nomen, quod est super omne nomen,* In Circumc. Dom. ser. 2. n. 12.

V. 10. *In nomine IESV omne genu flectatur,* In Circumc. serm. 3. n. 10.

V. 15. *In medio nationis prava lucetis sicut luminaria in mundo,* In Circumc. ser. 2. num. 3.

Caput 3.

V. 8. *Omnia arbitratus sum, ut stercora, ut Christum lucrifaciam,* Dom. 1. post Epi. ser. 3. n. 9.

V. 20. *Nostra conversatio in cœlis est,* In Circumc Dom. serm. 3. n. 4.

Caput 11.

V. 10. *Debet mulier velamen habere super caput propter Angelos,* Dom. septuag. ser. 2. num. 2.

AD TIMOTHEUM I.

Caput 3.

V. 2. *Oportet Episcopum irreprehensibilem esse unius uxoris virum,* Dom. 2. post Epip. serm. 1. num. 2.

Caput 6.

V. 17. *Divitibus hujus sæculi præcipe non sublimè sapere,* Dom. 4. Adventus serm. 3. num. 3.

AD TITUM.

Caput 2.

V. 2. *Tu autem loquere quæ decent sanam doctrinam tene ut sobrii sint, pudici, & casti,* Dom. septuag. serm. 3. n. 4.

AD HEBRÆOS.

Caput 5.

V. 8. *Didicit ex iis quæ passus est obedientiam,* Dom. septuag. ser. 3. n. 10.

I. PETRI.

Caput 12.

V. 17. *In quem desiderant Angeli prospicere*, Dom. 6. post Epiph. ser. 2. n. 19.

Caput 2.

V. 3. *Si tamen gustastis, quoniam suavis est Dominus.* In Circumc. Dom. ser. 2. n. 2.

V. 9. *Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta.* Dom. Quinquag. ser. 2. num. 5.

Caput 5.

V. 8. *Fratres sobrii estote & vigilate, quia adversarius vester Diabolus tanquam Leo rugiens circuit quarens quem devoret*, Dom. 5. post Epiph. ser. 2. n. 2.

APOCALPSIS.

Caput 1.

V. 13. *Vidi in medio septem candelabrorum aureorum similem filio hominis vestitum podere*, Dom. 4. Adv. ser. 3. n. 5.

Caput 3.

V. 18. *Suadeo tibi emere à me aurum ignitum probatum ut locuples fias.*

Caput 10.

V. 2. *Posuit pedem suum dexterum super mare, sinistrum autem super terram*, In Nat. Dom. ser. 1. n. 9.

Caput 12.

V. 1. *Mulier amicta sole, luna sub pedibus ejus, & in capite ejus corona stellarum duodecim*, In Nat. Dom. serm. 3. n. 10. & Dom. infr. oct. Nat. serm. 3. n. 6. in Epiph. Dom. ser. 1. n. 5.

Caput 16.

V. 3. *Sedentem super bestiam coccineam*, Dom. 2. Adv. ser. 1. n. 16.

Caput 17.

V. 15. *Aqua populi sunt & gentes*, Dom. 6. post Epiph. serm. 2. n. 3.

Caput 19.

V. 10. *Cecidi ad pedes ejus ut adorarem eum, & dixit mihi, vide ne feceris.* In Circumc. Dom. serm. 3. n. 16.

V. 13. *Exercitus sequebatur eum in Equis candidis*, Dom. 4. Adv. ser. 2. n. 3.

Caput 21.

V. 2. *Vidi civitatem sanctam Ierusalem descendentem de cœlo à Deo paratam, sicut sponsam ornatam viro suo.*

FINIS

INDICIS SCRIPTURARUM.

INDEX RERUM

INDEX

Rerum memorabilium quæ in hoc opere continentur.

Abies,

Mali Prælati symbolum est. *Dom. 3. post Epiph. ser. 1. n. 9.*

ABRAHAM.

Habuit à Deo mandatum Satal uxorem suam Saram appellandi & cur? *Dom. 2. Adv. ser. 1. n.*

Cur justus fuerit filium suum sacrificare? *In Nat. Dom ser. 2. n. 17.*

Dives fuit & debitis onustus. *In Nat. Dom. ser. 2. n. 12.*

Prosperitatem timuit, & cur? *Dom. 4. Adv. ser 2. n. 9.*

Magnus factus est per unicam tantum Literam nomini suo adjunctam. *In Circumc, ser. 3. n. 1.*

Astrologiæ inventor fuit, *In Epiph. Dom. ser. 1. n. 10.*

Deum quamdiu Chaldæus erat, videre non potuit & cur? *In Epiph. Dom. ser. 1. n. 16.*

Ob uxoris suæ pulchritudinem periclitatus est de vita sua. *Do. 1 post Epiph ser. 2. n. 14.*

Mulieres virititer amabat. *Dom 4. post Epiph. ser. 3. n. 8.*

ABSALON.

Ex arbore suspensus pependit, & cur? *Dom. 3. Adv ser. 1 n. 2.*

Accipiter.

Mali Advocati symbolum est. *Dom. 1. Adv serm. 3. n. 7.*

Malum quoque superiorem significat. *Dom. 1. Adv. ser. 1. n. 7.*

Adamas.

Dei sedes est, & cur? *Dom. 2. Adv. ser 1. n. 3.*

Cur hoc nomine vocetur. *Ibid.*

ADAM.

Mulieri se subjiciendo totum mundum subvertit. *Dom. 2, Adv. ser. 1. n. 7.*

Excæcatus fuit per ambitionem. *Dom. 3. Adv. ser. 3. n. 10.*

Mortuorum animalium pellibus tectus fuit & cur? *Dom. 4. Adv. ser. 2 n. 5.*

Cur fuerit expulsus è Paradiso? *Dom. 1. post Epiph. ser. 2. n. 12.*

Centum annis planxit & cur? *Dom. 5. post Epiph. ser. 1. n. 2.*

Lucifer ob peccatum ejectus est in Infernum, Adam verò in terram expulsus fuit, & cur. *Dom. 6. post Epiph. ser. 2. n. 3.*

Post peccatum Dæmon quidam esse visus est. *Dom. 6 post Epiph. ser. 2. n. 7.*

Adam beatus fuit, & cur? *Dom. Sexag. ser. 3. num. 7.*

Visus est esse bestia & cur. *Dom. Septuag. serm. 1. uum. 2.*

Affligebatur fame & cur? *Dom. Quinquag ser. 2. num. 4.*

Cur fuerit collocatus in Paradiso. *Dom. Septuag. ser. 2. n. 7.*

ADONIDES.

Est Idolum gentilium, & quid significarit? *Dom. 1 post Epiph. ser. 3. n. 10.*

Advocatus

Malus, non videtur Christianus esse, *Dom. 2. Adv. ser. 3. n. 1.*

Non est parva miseria in manus mali Advocati incidere & litigare, *Ibid. per totum.*

Christus & Sancti Advocati officium agunt, *Ibid. n. 2.*

Advocatus bonus Dei faciem refert. *ib. n. 3.*

Vita boni Advocati melior est quam vita religiosi, *ibid.*

Advocatus malus est canis, *ibid. n. 4.*

Est vulpes, *ibid n. 5.*

Bonum se esse fingit, *ibid.*

Est Achabita & cur? *ibid.*

Imitatur Judam, *ibid.*

Est accipiter, *ibid. n. 7.*

Molestior est clientibus quam adversariis, *ibid.*

Potius dicendus est inimicus, quam advocatus, *ibid.*

Latro est campestris, *ibid. n. 8.*

Amicus est tenebrarum, *ibid.*

Crucifigitur in cruce argentea, *ibid.*

Bona verba habet, sed facta pessima prodit, *ibid. n. 9.*

Purpuræ piscis linguam habet, *ibid. n. 11.*

Est Harpya, *ibid. n. 9.*

Est Dæmonis ovum, *ibid. n. 10.*

Dæmonem refert, *ibid.*

Humanis turbulentiis gaudet, *ibid.*

Est inimicus pacis, *ibid. n. 11.*

Dicitur lingua & tertia cur, *ibid. n. 12.*

Est ruina civitatis, *ibid.*

Nisi ligetur damnosissimus, *ibid.*

Difficulter salvabitur, *ibid. n. 13.*

Professio ejus laudari nequit, & cur? *ibid. num. 14.*

ALPHONSUS REX NEAPOLITANUS.

Non credebat Astrologis & cur? *In Epiph. Dom. ser. 1. n. 9.*

Saltatricem Dæmoniacæ comparabat.

Altare.

Collocabatur ad partem orientalem & cur? *Dom. 3. post Epiph. ser. 3. n. 14.*

Symbolum est viduæ, *Dom. infrà oct. Nat. ser. 3. n. 2.*

Ambitio, Ambitiosus.

Omnia secum peccata adducit, *Dom. 3. Adv. ser. 3. n. 1. & seq.*

Intelligitur per Lupum, *ibid. n. 2.*

Aliud habet in ore & aliud in corde, *ibid.*

Mater est Hypocriseos, *ibid.*

Mendax est, *ibid. n. 3.*

Per fictum studium boni publici, privatum anxiè quærit, *ibid. n. 5.*

Pictura seu effigies ambitionis, *ibid. n. 6.*

Est ebria, *ibid.*

Symbolizatur per Hæderam, *ibid.*

Dicitur vivum, *ibid.*

Est quidam capitis morbus, *ibid.*

Millenis coronis ei non satisfit, *ibid.*

Ambitiosus est ingratissimus, *ibid.*

Est seminator discordiarum, *ibid. n. 8.*

Nullum defert patriæ respectum, *ibid.*

Est parricida, *ibid. n. 9.*

Est impatiens, *ibid.*

Nemini condonat, *ibid.*

Ambitio hominem excæcat, *ibid. n. 10.*

Non timet periculum, *ibid.*

Est inferno vicinus, *ibid. n. 13.*

Difficulter salvatur ambitiosus, *ibid. n. 14.*

Est Sanctis horrori & execrationi, *ib. n. 15.*

Est avis quædam, *ibid. n. 16.*

Inferno dignus est, *ibid.*

Est Dæmon, *ibid. n. 17.*

Dæmon pejor est, *ibid.*

Maximi damni causa est. *In Epiph. Dom. ser. 2. per totum.*

Amicus, amicitia, Amor, Amans.

Facit amor hominem liberalem, *Dom. 1. Adv. ser. 2. n. 11.*

Multiplicat hominem, *Dom. 1. Adv. ser. 3. num. 17.*

Amittitur amor litigando, *ibid.*

Sine cogitatione non nascitur, *Do. 3. Adv. ser. 2 n. 5.*

Christus magnum nobis amorem exhibuit, *Dom. 4 ser. 3. n. 5.*

Qui amat Deum delitiosa bacchanalia celebrat, *Dom. Quinq. ser. 1. n. 15.*

Significatur per osculum. *Dom. 6. post Epiph. ser. 2. n. 10.*

Transformat amantem in amatum.

Amor Dei & proximi signum est vitæ Christiani, *Dom. 6 post Epiph. ser. 1. per totum.*

Amor Dei & proximi pedes sunt Christiani, *ibid. n.* 4.
Symbolizatur per aurum, *ibid. n.* 3.
Christiani sunt amores, *ibid. n.* 5.
Deus non amatur nisi cognoscatur, *ib. n.* 7.
Facit nos respicere cœlum, *ibid. n.* 10.
Est signum distinctivum hominis Christiani, *ibid. n.* 11.
Christianus non est, cui amor deest, *ibid. num.* 12.
Est fructus Christiani, *ibid. n.* 14.
Quod non diligimus, amittere non curamus, *Dom. Septuag. ser.* 1. *n.* 12.
Amor nimius est damnosus, *Dom.* 1. *post Epiph. ser.* 2. *n.* 7.
Amor à pulchritudine causatus non est durabilis. *Dom.* 2. *post Epiph. ser.* 2. *n.* 12.
Amicitia est inter æquales, *ibid. n.* 8.
Amor debet esse utilis, *Dom.* 2. *post Epiph. ser.* 3. *n.* 8.
Spes in amicos collocata decipit, *Dom.* 4. *post Epiph. ser.* 1. *n.* 5.

Angeli.

Bonus superior est Angelus. *Dom.* 1. *Adv. ser.* 1. *n.* 12.
Honorant hominem, *Do.* 3. *Adv ser.* 2. *n.* 3.
Quid nox sit ignorant. *In nat. Do. ser.* 3. *n.* 2.
Nigro colore ab Æthiopibus depinguntur & cur, *Dom. infrà oct. Nat. ser.* 3. *n.* 8.
Christiani debent esse Angeli. *In Circumc. ser.* 2. *n.* 8.
Victoria Angelorum per nomen Jesu obtenta, *ibid ser.* 3. *n.* 15.
Angelus à S. Joanne adorari noluit. & cur, *ibid. n.* 16.
Quid significent pedes Angeli in terram & in mare collocati. *In Nat. Dom. ser.* 1. *n.* 9.
Homo fieri potest Angelus.
Peccati fœtorem tolerare nequeunt, *Do.* 3. *post Epiph. ser.* 2. *n.* 6.
Christum à lictoribus non defenderunt & cur, *Dom.* 5. *post Epiph. ser.* 3. *n.* 3.
Nobis peccantibus dolent, *ibid. ser.* 1. *n.* 1.
Christiani dicuntur Angeli & cur, *Do.* 6. *post Epiph ser.* 1. *n.* 12.
Pœnitens est Angelus? *Dom.* 6 *post Epiph. ser* 2. *n.* 13.
S. Joannes Baptista dicitur Angelus & cur, *Dom. Sexag. ser.* 3. *n.* 5.

Anima.

Ut salvetur, quod rata sit oportet, *Dom.* 1. *Adv ser.* 2. *n.* 7.
Superbæ corporis vestes animæ paupertatem insinuant, *Dom.* 2 *Adv. ser.* 3 *per totum.*
Non possumus animæ simul & corpori servire, *ibid. n.* 9.
Anima deformis pulchris studet vestibus corporis, *ibid. n.* 10.
Est omnium quæ in mundo sunt pulcherrima, *Dom.* 3. *Adv. ser.* 2. *n.* 5.
Animarum aliæ sunt pulchræ, aliæ deformes, aliæ vero pulchræ simul & deformes, *ibid num* 6.
Non subjicitur anima stellis, *In Epiph. ser* 1. *n.* 5.
Ratio status hominem anima privat, *ibid ser.* 2. *n.* 11.
Intelligitur per margaritam, *Dom.* 2. *post Epiph ser* 3. *n.* 10.
Nulli subjicitur aut servit.
Quantò plus affligitur, tantò pulchrior redditur, *Dom.* 5. *post Epiph ser.* 3. *n.* 16.
Bestia non homo est qui animam negligit, *Dom. Septuag ser.* 1. *per totum.*
Cura corporis oblivionem animæ inducit, *ibid. n.* 2.
Salus corporis animæ saluti comparata nihil est, *ibid. n.* 4.
Nemo simul habere potest curam corporis & animæ, *ibid n* 6.
Anima pro sui defensione corpus perdere debet, *ibid n.* 7.
Infirmitates animam fortificant, *ibid. n.* 11.
In manibus continuò teneri debet, *ibid. num.* 10.
Nostrum est, quicquid ad animam spectat, *ibid n.* 14.
Quam sit anima pretiosa, *ibid. n.* 16.
Multi pro obtinenda sanitate corporis animæ salutem contemnunt, *ibid n* 17.
Anima otiosa est omnium vitiorum sentina, *Dom. Septuag. ser.* 2 *per totum*
Anima per verbum Dei fit cœlum, *Dom. Sexag ser* 2. *n.* 2.
Anima quæ Deum non habet, fame moti cogitur, *Dom. Quinquag. ser.* 2 *n.* 18.

Annulus.

Symbolum est libertatis, *Dom.3. Adv. ser. 1. num.4.*

Antichristus.

Magnus Hypocrita erit, & cur? *Dom.3. Adv. ser.3. n.4.*

Apis.

Dæmonis symbolum est, *Dom. 3. post Epiph. serm.2. n.16.*

Luxuriosis est infesta & cur, *ibid.*

Apologus *Vide infra V. Fabula.*

Apostoli.

Sunt hominum exemplaria, seu specula. *Dom.1. Adv ser.1. n.5.*

Christus Apostolorum honorem magni facit. *Dom.4. post Epiph. ser.2. n.1.*

Aqua.

Benedicta Dæmones pellit, *Dom.5. post Epiph. ser.2. n.5.*

Symbolum est delitiarum, *Dom. 2. post Epiph. ser.3. n.9.*

Arbor Barba Jovis nominata aquam horret, *ibid. n.11.*

Aqua fontis Salmaus fabulosa, *ibid. n.9.*

Aquilo.

Symbolum consanguineorum quos avari superiores habent, *Dom.1. Adv. ser.1. n.8.*

Unde dicatur Aquilo, *Ibid.*

Arbores.

Infructiferæ hortis sunt divitum; & cur? *In Nat. Dom. ser.2. n.14.*

Nabuchodonosori in somno exhibita quid significarit, *ibid. n.10.*

Virtutes arboris veritæ, *Do. Septuag. ser.2. num.2.*

Argentum.

Symbolum est matrimonii, ejusque proprietates, *Dom.2. post Epiph. ser.1. n.5.*

ARISTOTELES.

Herniam meretricem adoravit, *Do. Sexag. ser.1. n.9.*

Asinus.

Symbolum est hominis illius, qui majorem corporis, quam animæ curam habet, *Dom. Septuag ser.1. n.21.*

Apostolus de Asino & equo, *Dom. Sexag. ser.3. n.14.*

Contectus pelle leonis, *In Circumc. Dom. ser.2. n.10.*

Asinus est vir malæ mulieri subjectus, *Do. 2. Adv ser.1. n.14.*

Christus ei insedit, & cur? *In Epiph. serm. 3 num.18.*

Assyrii.

Per novaculas à Deo sunt castigati, & cur? *Dom.4. post Epiph. ser.2. n.14.*

Astrologus, Astrologi.

Deceptis decipit alios, *In Epiphan. Dom. ser.1. Per totum.*

Perdit & destruit liberum arbitrium, *Ibid. num.3.*

Infamat propriam naturam, *Ibid.*

Indignus est qui sit homo, *Ibid.*

Faciunt ex cœlo stabulum, *Ibid.*

Astrologia judiciaria prohibita est, & quomodo, *Ibid. n.4.*

Astrologus æstimatur Deus, *Ibid. n.6.*

Est similis Dæmoni, *Ibid.*

Astrologus dicitur Chaldæus & cur? *Ibid.*

Est ruina burgarum, *Ibid.*

Res procul à se remotas se nosce prætendit, qui vicinas ignorat, *Ibid. n.7.*

Dicitur avis & cur? *Ibid. n.8.*

Divitum domos frequentat, *Ibid.*

Professionem suam nimium laudat, *Ibid.*

Non persistit firmus in uno loco, & cur? *Ibid. n.8.*

Est avis nocturna, *Ibid. n.9.*

Sapientibus abominabilis est, *Ibid.*

Cum ignorantibus familiariter agit, *Ibid.*

Ars mendax est ei Dæmone adinventa. *Ibid. num.10.*

Decipitur à Dæmone. *Ib.n.18*
Divina judicia penetrare præsumit. *Ibid. nu.12*
Est tormentum curiosorum, & cur? *Ibid. nu.13*
Sive bonum sive malum promittat, malum tamen semper infert. *Ib.n.13*
Est Idololatrarum non vero Christianorum professio. *Ib.n.15*
Difficulter visurus est Deum. *Ib.n.16*
Qualis sit vera Astrologia, *Ibid.n.17*
Ad hoc ut homo salvetur opus est, ut Astrologus sit, & quo sensu, *Dom.sexto.Serm. 1,nu.4*

Avarus, Avaritia.

Populus aliquis miserabilior esse nequit, quam si ab avaro superiore gubernetur, *Dom. 4.Adv.ser.1. Per totum.*
Est serpens, *Ib.n.2*
Avaritia sacerdotum valdè est noxia. *ib n.3*
Superior avarus subditorum suorum est subditus, *ib.n.5*
Est inermis, *ib.n 8*
Justitiam non respicit, *ib.*
Superior singularis avaritiæ hostis esse debet, *ib.n.10*
Plus de denarii jactura dolet, quam de amissione oculi, *Dom.1. post Epiph.serm.3. nu.7*
Causa est paupertatis nostræ, *Dom.4. Adv.ser.1,n.12*

Avis.

Symbolum est viri inconstantis, *Dom.2. Adv.ser.2,n.2*
Symbolum est ambitiosi, *Dom.3. Adv.ser. 3.nu.16*
Symbolum est Astrologi, *in Epiph. Dom. serm.1,n.8*
Unde dicatur avis, *Dom.2. Adv.serm.2. num.2*
Non patitur famem & cur? *Dom. Quinquag.serm.2,n.4*

Aula, Aulici.

Vitia quæ in aulis regnant, *Dom.4. Adv. serm.3,n.6*
Aulici sunt Pscittaci, *ibid.*
In ministeriis, principum horrent consortem, *Dom. Quinquag.ser.3,n.10*
Studiosi sunt proprii interesse, *ibid.*
Non sunt dicendi privati & cur, *ibid.n.12*
Debent esse Sacerdotes, & cur, *ibid.n.13*
Obliviscuntur cæli & rerum cœlestium, *in Epiph ser.2,n.3*

Aurum.

Animas in Infernum præcipitat, *Dom.2. Adv.serm.3,n.7*
Persequitur Justitiam, *Dom.4. Adv.ser.1. num.1*
Est symbolum virginitatis, *Dom.2. post Epiph.serm.1,n.5*
Et charitatis, *Dom.6. post Epiph.serm.1. num.3*
In terræ visceribus clauditur & cur, *Dom. Sexag.ser.3,n.1*

Bachanalia. *Vide Carnispicuum*

Baptismus.

Character in anima baptizati impressus quid sit. *In Circumcis.ser.2,n.4*
Christianus debet esse longè alius ab eo qui fuit ante Baptismum, *ibid.n.9*

S. BARBARA.

Est erga suos devotos advocata potentissima, *Dom.5.post Epiph.ser.3,n.15*

Barba.

Mulieribus à natura denegata est, & cur? *Dom.2.Adv.ser.1.n.3*
Dux Moscoviæ illam sibi in secundis nuptiis rasit, & cur? D.2. *Adv.ser.1,n.11*
Est arbor quædam quæ Barba Jovis dicitur, & ejus proprietas, *Dom. 2.post Epiph. ser.3,nu.11*
Princeps barbatus esse non debet, *Dom. Quinquag.ser.3,n.8*

Basiliscus.

Est Symbolum avari superioris, *Dom.4. Adv.ser.1,n.2*

Beatitudo Beatus.

Inconstans non est dignus qui beetur, *Dom.2. Adv.ser.2,per totum sermonem.*

Beatus est figuræ quadratæ & quare? *ibid. num.* 7
Dicitur regnum & cur? *ibid. n.* 8
Unum solum capit & cur, *ibid.*
Beati dicuntur uniones & cur, *ibid.*
Beatitudo dicitur stadium & cur, *ib. n.* 10
Non recipit Centauros, *ibid.*
Unus solum illa fruitur, *ibid.*
Homines non bestias afficit, *ibid. n.* 12
Afficit eum qui miser in terra fuit, *Dom. 4. Adv. ser. 2, n.* 5
In hac vita obtineri nequit, *ibid, n.* 10
Pictura seu effigies beatitudinis, *ibid. nu.* 12
Dicitur stella seu pallium & cur? *ibid.*
Divites præ aliis beari cupiunt, *Dom. 4. Adv. ser. 3, nu.* 7
In mediocritate consistit, *Dom. 1, post Epiph. ser. 2, n.* 9
Deus illam pro nihilo concedit, *Dom. 4, post Epiph. ser. 3, n.* 18, *& Dom. 6, post Epiph. ser. 3, n.* 9
Est corona à Dæmone fabricata, *Dom. 5, post Epiph. ser. 2, n.* 13
Contemnitur à luxurioso.
Pauper est hic in terris beatus, *Dom. Sexag. ser. 3, n.* 6
Divites non sunt beati, *ibid. per totum serm.* 3
Finis probat hominem beatum, *ibidem num.* 14
Stupenda beatorum excellentia, *Dom. 6, post Epiph. ser. 3, n.* 1

Bestia.

Unde dicatur, *Dom. 2, Adv. ser. 1, n.* 14
Vir mulieri subditus bestia est, *ibid.*
Peccator est bestia, *in Nat. Dom. ser. 1. per totum.*
Bestiæ Paradisum ingressæ egrediuntur nunquam & cur, *ibid. n.* 17
In Nativitate Christi bestiæ videbantur ratione præditæ, *in Nat Dom. ser. 3, n.* 3
Homo fieri potest Angelus & bestia, *Do. 2, post Epiph, ser. 3. n.* 3
Servi tractantur veluti bestiæ, *Dom. 3, post Epiph ser. 3, n.* 3
Ob peccatum sunt noxiæ, *Dom. 5, post Epiph. ser. nu.* 10
Solus Christianus homo est, omnes vero reliqui bestiæ & cur? *Dom. Septuag. ser. 1, n.* 15
Mulier est indomita quædam bestia, *Do. 1. post Epiph. ser. 3, nu.* 4

BONA

Romanorum Dea qualis fuerit, *Dom. 1. post Epiph. serm. 1, nu.* 19

Cadaver.

Aspergitur aqua benedicta & cur? *Dom. 5. post Epiph. serm. 2, num.* 5

Cæruleus color.

Quidnam in vanæ mulieris veste significet, *Dom. 8. Adv. ser. 3, nu.* 15

Cain.

Ex fratricidio factus est bestia, *in Nat. Dom. ser. 1, n.* 3

Camelus.

Docetur saltare & quomodo, *Dom. 2, post Epiph. serm. 1, num.* 6

Canis.

A Poetis in cælo collocatur & cur, *Dom. 6. post Epiph. ser. 3. n.* 2
Symbolum est mali Advocati, *Dom. 1, Adv. serm. 3, nu.* 4

Cantilenæ, Cantiones.

Turpes Christianum non decent, *Dom. Quinquag. ser. 1, n.* 13

Capreolus.

Symbolum Sanctorum, & ejus proprietates, *in Nat. Dom. ser. 2, n.* 12

Cardinalis.

Ob excessum in vestibus, & in cibis damnatus, *Dom. 1, post Epiph. ser. 2, n.* 6

Carnisprivium.

Stultitiæ Bachanales non decent Christianum, *Dom. Quinquag serm. 1. per totum.*
Turpia secum verba & facta adfert, *ibid. num.* 6
Facit homines stultescere, *ibid. n.* 7
Inter tot homines illius temporis, vix ullus est homo, *ibid.*

Pœnitentia temperat ejus dissolutiones, *ibid.nu.8*

Festa Jovi eo tempore renovantur, *ibidem num.9*

Gravitas peccatorum quæ tunc committitur, *ibid.*

Ratio cur illo tempore adeo crapulentur homines, *ibid.n.10*

Christianos Christo eripit, *ibid.n.11*

Festa sunt dæmonis illis diebus, *ibidem nu.12*

Gaudia dierum illorum sunt damnosissima, *ibid.n.14*

Qui Deum amat, continuum agit carnis privium, *ibid.n.15*

Castitas.

Sine castitate cælo pedem inferre non possumus, *Dom.Sexag.ser.1,n.10*

Nos facit æternâ beatitudine dignos, *ibidem nu.6*

Cauda.

Requiritur in sacrificiis & cur, *Dom.2. Adv.nu.15*

Si caput ab illa gubernetur, totum corpus destruitur, *Dom.2.Adv.ser.1.nu.7*

Mulieres caudatas vestes habentes sunt dæmones *ibid.ser.3,nu.16*

Viri & mulieres caudatæ, *in Nat.Dom.ser. 1,nu.10*

Chaldæus.

Nomen est Astrologorum, & quid interpretetur, *in Epiph. Dom.ser.1,nu.8*

Chananæa.

Magnificata à Christo & cur, *Dom.6,post Epiph.ser.3,n.2*

Charitas. vide *Amor.*

China.

Mores regni illius in nativitate fœminæ alicujus, *Dom.1,post Epiph,ser.1,n.11*

CHRISTUS.

Nonnunquam deserit Ecclesiam & cur, *Dom.1,Adv.ser.1,n.11*

Vir esse voluit, non mulier, & cur? *Dom.2, Adv.ser.1,nu.2*

Est via cæli, *Dom.2,Adv.ser.2.n.2*

Non habitat extra corda stabilia, *ibidem num.3*

Vestis ipsius sunt sancti, *Dom.2,Adv.ser. 3,nu.6*

Differentia inter Christum & Joan. Baptist. *Dom.3;Adv.ser.1,n.1*

Dignitas Messiæ ei oblata non fuit & cur? *ibidem.*

Matrem suam matris nomine non appellavit, cur? *ibid.2*

Descendit ex Thamar & Barsabee & cur? *ibid nu.13*

Non est natus in Nazareth, & cur? *ibid. num,14*

Contempsit nobilitatem terrenam, *ibid.*

Filius hominis dicebatur, non vero filius Dei, cur? *ibid.n.15*

Non fuit tentatus de luxuria, & cur? *ibid. nu.20*

Solvit gabellam per piscis miraculum, cur? *Dom.4,Adv.ser.1,n.6*

A Maria Magdalena tangi noluit, cur? *Dom 4 Adv.ser.2,n.10*

Dicitur gloria Dei? & cur? *ibid.*

Clamat in deserto, cur? *Dom.4.Adv.ser.3, num.1*

Solus veritatem nobis dicit, *ibid.n.2*

Est rosa in suo natali, *in Nat. Dom.serm. 1,nu.1*

Ruber est per affectum erga nos, *ibid.*

Cur positus in præsepio? *ibidem.*

Bestias in homines transformat, *ibidem num.18*

Cur nocte nascitur? *in Nat.Dom.serm.2, num.1*

Diem moriens convertit in noctem, *ibidem.*

Miraculosissimus in sua Nativitate, *in Nat.Dom.ser.3.per totum.*

Nox in qua natus est, veluti dies fuit, *ibidem nu.2*

Lumen ingens ex vultu suo vibrabat, *ib.*

Adoratus est à bove & Asino, *ibid.n.3*

A Sybilla visus est & revelatus, *ibidem num.4*

Sol cursum suum acceleravit, ut eum videret, *ibid.n.5*

Admirabilis ejus magnificentia, *ibidem num.7*

Partus ejus miraculosus, *ibidem nu.7.& 8*

In cælo magnus, in terra parvus, *ibidem num.9*

Stupenda ejus paupertas, *ibid.n.11*

Infans adhuc, pater erat, *ibid.n.12*

Cur manna, dicitur? *ibid.n 13*

Stupor est Seraphinorum, *ibid.n.14*

Miraculosa ejus humilitas, *ib.nu.14*
Peccatores eum quidem misericordem esse credunt, non verò justum, *In Dom.infr.oct. Nat.Dom.ser.1,n.4*
Quales sint pedes ejus, *ib.nu.5*
Intelligitur per Angelum Apocalypticum, *ibid.n.9*
Manus ejus stellæ sunt, & cur? *ib.n.11*
Quisquis illum cognoscit, eum quoque ximet, *ib.2.n.14*
Viduarum sponsus est, *Dom.infrà oct.Nat. ser.3,nu.4*
Cur ab Æthiopibus niger depingitur? *ib. num.8*
Cur fuit circumcisus? *In Circumc.ser.1,n.1*
Intelligitur per vitem. *ibid.*
Nomini suo aptè respondit. *In Circumcis.ser.2,n.1*
Cur Christus dicitur? *ibid.n.2*
Est hominibus utilissimus. *ibid.*
Christiani illum imitari debent, *ib.n.6*
Omnes Christiani illum repræsentant, *ib. num.11*
Qualia ejus opera sint, *ibid.*
Dicitur oleum, *ibid.n.13*
Solus nos salvare potest, *in Circumc.ser. 3,nu.5*
A salvando non verò destruendo nomen accepit, *in Circum. Dom.ser.3,n.7*
Nomine Jesu coronatus fuit, *ibid.*
Magis crucifixus apparuit, *In Epiph.Dom. ser.2,nu.1*
S.Petrum in Vicarium suum elegit, & cur? *ibid.n.5*
Vita ejus continua Crux quædã fuit, *ib.n.1*
Lilio similis est. *In Ep.Dom.ser.3,n.1*
Majestas ejus admirabilis, *ibid.*
Mundi Principibus inter fasces tremendus, *ibid.n.2*
Domus est Dei & porta cæli, *ibid.n.4*
Præsepii utilitas illum obscurare non potuit, *ibid.n.5*
Statuæ illum sunt veneratæ, *ib.n.6*
A Saxis est adoratus, *ib.n.6*
Dæmones ex Ægypto pepulit, *ib n.8*
Terribilis in sua Physiognomia. *ibid.*
Ab eis, qui neminem adorent, est adoratus, *ibid.n.9*
Reges coram ipso Reges non sunt, *ibid. num.10*
Sublimitas throni sui lignum est majestatis suæ, *ib.n.12*
Ingens ejus immensitas, *ibid.n.13*
Quod calcatur, ipse honorat, *ib.n.14*
Præsepium in Paradisum transformavit, *ib.n.15*
Homines Dæmonibus terribiles reddidit, *ib.n.16*
In terra pariter & in cælo erat, *ib.n.17*
Cur Asinæ insederit? *ibid.n.18*
Amicus est mediocritatis & veloci medii. *Dom.infra oct.Nat.Dom.ser.2,n.1*
Est lignum vitæ, *ibid.*
Est cor Dei, *ibid.*
Sol est, *ibid.*
Dicitur virtus, *ibid.*
Lapides in panem convertere voluit, *ibid. num.6*
Ob illum amissum solum flere convenit, *Dom.1.post Epiph.ser.2.per totum.*
Cur Surdos sanando fleverit? *ibid.n.3, & Dom.4,post Epiph.ser.1,n.14*
Cur pecuniam curam Judæ commisit? *Dom 1.post Epiph.ser.2,n.5*
Minoris à vobis quam animalia æstimatus fuit, *ibid.n.8*
Nihil est quod sine eo valeat, *ibid.n.9*
Qui pluris creaturam quam Christum facit; bestia est, *ibid.n.9*
Cur nuptiis præsens fuerit? *Dom.2, post Epiph.ser.1,n.1*
Cur Aquam in vinum converterit? *ibid. ser.2,nu.1*
A peccati fœtore ostenditur, *Dom.3, post Epiph.ser.2,n.1, & ib.n.5,6, & 13*
Peccatum pœnitentia expiatum, coram eo non fœtet, *ib.n.18*
Solus appellari meretur Dominus, *ib. ser. 3,nu.9*
Cur ab Herode & servis ejus contemptus fuerit? *ibid.n.14*
In nostris necessitatibus non ad mundum vel Dæmonem, sed ad ipsum confugere debemus, *Dom.4.post Epiph.ser.1.per totum.*
Cur in dextro latere sit vulneratus? *ib.n.3*
Cur Magnificentia appelletur? *Dom.4. post Epiph.ser.3.n.8*
Plus de peccatis nostris, quam de morte sua doluit, *Dom.5,post Epiph.ser 1,n 3*
Cur in terram scripserit? *ibid.n.9*

Cur

Cur Lazarum defleverit? *ibid.n.18*
Cur sanguinem sudarit? *ibid.ser.2,n.12*
Cur ab Angelis in horto defensus, *ibidem ser.3,nu.3*
Aspectus peccati ei horrorem incussit, *Dom.6,post Epiph.ser.2,n.9*
Præparavit sedem suam, & quomodo? *ibid.ser.3,n.7*
Cur orans se in terram prostraverit? *ibid. num.8*
Cur à Dæmone super templum evectus fuerit? *ibid.n.15*
Dulcedo mira verborum ejus, *Dom. Septuag.ser.1,n.3*
Cur in collegio suo luxuriam ingredi non permiserit, *Dom.Sexag.ser.1,n.7*
Cur vestes suas nivei coloris esse voluerit? *ibid n.10*
Christianus est cum Christo, *Dom.Quinquag.ser.1,n.4*
Vide, V. Deus, & Verbum JESUS.

Christianus.

Vir inconstans non videtur esse Christianus, *Dom 1, Adv.ser.3,n.6*
Christianus bonus est alter quidam Christus, *ibid.*
Bonorum persecutores non videntur esse Christiani, *Dom.infra oct.Nat.serm.2,n.14*
Turpe est dici & non esse Christianum, *in Circumc.Dom.ser.2.per totum.*
Debet proximo suo utilis esse, *ibid.n.2*
Est luminare mundi cur? *ibid.n.3*
In morte apparebit, qualis sit, *ibid.n.3*
Debet Christum imitari, *ibid.n.6*
Christiani nomen deserat, qui ei factis non respondet, *ibid.n.7*
Cur sanctus dicitur? *ibid.n.8*
Sanguine Christi tinctus est, *ibid.*
Est longè alius ab eo qui ante baptismum, *ibid.n.9*
Bonus Christianus, Angelus est, *ibidem num.8*
Est fructus ille admirabilis Scotiæ, *ibid.*
Ab Indis Dæmon dicitur; cur? *ibidem nu.9*
Peccator dignitatem suam non cognoscit, *ibid.n.10*
Est Christus quidam, *ibid.nu.11*
Cum sit servus Dæmonis, Christi nomen portare non meretur, *ib.n.12*
Oleum esse debet, *ibid.n.13*
Deus quidam factus est, *ibid n.14*
Christianus malus falsus Deus est, *ibid.*
In cælo Jesuanus vocabitur, *in Circumc. ser.3,nu.6*
Astrologia non est ars Christiani, *in Ep-Dom.ser.1.nu.15*
Christianus non est, quisquis Deum & proximum non amat, *Dom.6,post Epiph.ser. 1.per totum.*
Factus, est aureus & cur? *ibid.n.2*
Dicitur sinapi, cur? *ibid.n.1*
Est peregrinus, *ibid.nu.5*
Est Dei filius, *ibid nu.6*
Amor vocatur, *ibid.*
Homo novus novum habens stomachum, *ibid.n.6*
Ferrum digerit. *ibid.*
Nemini nocere debet, *ibid.n.8*
Solus homo est, *ibid.n 11*
Angelus est, & cur? *ibid.n.12*
Latro non est christianus, *ibid.nu.13*
Nec invidus, *ibid.n.15*
Charitas Christiani facies est, *ibid.n.17*
Inimicitiæ ei non conveniunt, *ibi n.16*
Carnisprivii stultitiæ eum dedecent, *Do. Quinquag.ser.1.per totum.*
Christiani dicuntur populus gravis, *ib.2*
Dicuntur Reges & cur? *ibid.n.3*
Est alter quidam Christus, *ibid.n.4*
Debet imitari Christum, *ibid.n.10*

CICERO.

Fraudulentus Advocatus fuit, *Dom.1. Adv ser.3,nu.6*

Clericus.

Clerici non debent esse illegitimi, *Dom. 1,Adv.ser.2,nu.13*
Nec secus, *Dom.3,Adv.ser.1,n.5*
Sunt nobiles, *ibid.*
Luxuriosi sunt bestiæ, *in Nativ.Dom.ser. 1,nu.12*
Dicuntur Angeli, *Dom.Septuag.serm.1. num.2*
Qui otio sunt dediti, sunt impudici, *ibid.*

Cælum.

Qui cælum cupit, terram contemnat, *Do. 3. Adv. ser. 3. nu. 15*

Formatur à Prædicatoribus, *Dom. Septuag. ser. 2, n. 2*

In Epiphania Domini festivum & gaudiosum fuit, *in Epiph. ser. 1, nu. 1*

Apud aulicos in oblivione est, *in Epiphan. ser. 2, n. 3*

Sine Christo nihili valet, *Dom. infrà oct. Nat. ser. 3, n. 9*

Ostenditur à fœtore peccati, *Dom. 3. post Epiph. ser. 2, n. 15. & 16*

Colores.

Quid colores vestium in vanis mulieribus significent, *Dom. 2, Adv. ser 3, n. 15*

Niger color apud Æthiopes & Indos in pretio habetur, *Dom. infrà oct. Nat. Dom. ser 3, nu. 8*

In alterum transformari nequit, *ibid.*

Comædia.

Est sacrificium veneris, *Dom. 2, post Epiph. ser. 1, n. 11*

Tot ei adstant Dæmones, quot spectatores, *ibid.*

Pejores sunt Comœdiæ pestilentia, *ibid.*

Christianus illas horrere debet, *Dom. Quinquag. ser. 1, n. 2*

Confessio, Confessarius.

Ab Ecclesia infirmis præcipitur; cur? *Do. 4, post Epiph. ser. 1. n. 7*

Quantum Deo hujus verecundia placeat, *ibid. ser. 3, n. 17*

Confessarii Principum adulatores, *Dom. Quinquag. ser. 3, n. 15*

Consilarius.

Perditum est regnum, cujus Rex à perverso consiliario gubernatur, *Dom. Quinquag. ser. 3, nu. 1*

Intelliguntur per ubera sanie plena, *ibidem nu. 2*

Causa paupertatis tam Regis, quam Regni, *ibid n. 3*

Rex bonus, & consiliarius malus non bene conveniunt, *ibid n. 9*

Non est auscultandus, si malus est, *ibidem num. 11*

Privator appellandus est, non vero privatus, *ibid. nu. 12*

Debet esse Sacerdos, *ibid. n. 13*

Regi cæco canis loco servit, *ibidem numer. 15*

Constans.

Symbolizatur per Pavonem, *Dom. 3, Adv. ser. 2, n. 13*

Transformatur in Deum, *ibid n. 16*

Vide V. *Instabilis.*

Consuetudo.

Inveterata difficulter abjicitur, *Dom. Septuag. ser. 4, n. 3*

Comparatur sardio gemmæ, quæ ligno amica est, *ibid.*

Corallus.

Symbolum mulieris, *Dom. 1, post Epiph. ser. 1, nu. 11*

Coronæ.

Millenæ ambitioso non sufficiunt, *Dom. 3, Adv. ser. 3, n. 6*

Corona gloriæ à Dæmone fabricatur, *Dom. 5, Adv. ser. 2, nu. 14*

Corpus.

Huic simul & animæ servire non possumus, *Dom. 2, Adv. ser. 3, n. 9*

Conservari, non verò occidi debet, *Dom. 1, post Epiph. ser. 2, n. 15*

Causa oblivionis animæ, *Dom. Septuagesimæ ser. 1, n. 2*

Pro animæ salute, periclitari debet, *ibidem num. 9*

Corpore laborando non laboramus nobis, & cur, *ibid. n. 14*

Correctio.

Debet esse secreta, *Do. 4, post Epiph. ser. 2, num. 2*

Crux.

Advocatus crucifigitur in cruce argentea, *Dom. 1, Adv. ser. 3, nu. 9*

Historia de ligno crucis, *Dom. 2, Adv. ser. 2, nu. 18*

Titulus Crucis tribus linguis ſcriptus fuit, cur, *in Circumciſ. Domini ſer.3,n.3*

Affectus Chriſti erga crucem, *in Epiph. Dom.ſer.3,nu.5*

Cupido.

Repræſentatur per mulierem & cur? *Do.1, poſt Epiph.ſer.3,n.7*

Virum in mulierem transformat, cur, *ibid.*

Duces à Poetis illi aſſignati, *Dom. Quinquag.ſer.1,nu.2*

Curioſi, Curioſitas.

Curioſi circa res alienas, in propriis ſunt ignorantes, *Dom.3, Adv.ſer.2,n.12*

Eccleſiæ frequentandæ non ſunt ex curioſitate, *ibid.n.13*

Alienos defectus inveſtigans, odit proprios, *ibid.n.15*

Simplex curioſitas magni ſæpè damni cauſa eſt, *ibid.n.14*

Aſtrologia tormentum eſt curioſorum, *in Epiph.ſerm.1,nu.13*

D.

Dæmones.

Repræſentantur per malos ſuperiores, *Do.1, Adv.ſer.1,n.12*

Item per mulieres caudatas veſtes gerentes, *Dom.2, Adv.ſer.3,n.16*

Item per fraudulentos Advocatos, *Dom.1, Adv.ſer.3,n.10*

Paſcuntur pulvere, & cur? *Dom.4, Adv.ſer.1,nu.15*

Mortem noſtram deſiderant, *ibid.*

Nobiles vitioſi ſunt Dæmones, *Dom.3, Adv.ſer.2,nu.20*

Nobiles de peccatis turpibus non tentant, *ibid.*

Peccator eſt Dæmon, *Dom.3, Adv.ſer.2, num.6*

Sunt turpiſſimi, *ibid.*

Viris & mulieribus caudas faciunt, & cur, *in Nat.Dom.ſer.1,n.10*

Indi Chriſtianos Dæmones appellabant, & cur, *in Circumciſ.ſer.2,n.9*

Venerantur nomen Jeſu, *in Circumciſ. Dom.ſer.3,nu.17*

Aſtrologi ſunt quaſi Dæmones, *in Epiph. Dom.ſerm.1,nu.6*

Sunt inventores Aſtrologiæ, aliarumque artium divinationibus ſervientium, *ibidem nu.10*

Decipiunt Aſtrologos, & quomodo, *ibid. nu.11*

Per Chriſtum ſunt ab Ægypto expulſi, *in Epiph.Dom.ſer.3,n.8*

Timent homines & cur. *in Circumciſ. ſer.3,nu.16*

Quam ſint deformes, *Dom.1,poſt Epiph.ſer.2,nu.13*

Super ſeminatores dicuntur & cur, *ibid. num.17*

Sunt authores exceſſus, *ibid.*

Diſſolutis nuptiis aſſiſtunt, *Dom.2, poſt Epiph.ſer.1,nu.1*

Choreæ ſunt Dæmonum Proceſſiones, *ibid. num.6*

Chorearum inventores, *ibid.n.7*

Vinum fellis eſt quod Dæmones propinant, cur? *ibid.n.10*

Deus amara; & cur? *ibid.*

Per Comœdias adferebant peſtilentiæ remedium, *ibid.n.11*

Compatantur Xerxi, *Dom.2, poſt Epiph. ſer.3,nu.10*

Hircorum formam induunt, & cur? *Dom.2, poſt Epiph ſer.2,n.2*

Os fœtidum habent, & cur? *ibid.nu.12*

Extraordinariè fœtent, *ibid.n.14*

Peccati noſtri fœtorem cum nauſea perſentiſcunt, *ibid.n.15*

Non appropinquant luxuriоſis, *ibid.*

Intelliguntur per apes, *ibid.*

Non eſt ad illos recurrendum in neceſſitatibus, *Dom.4, poſt Epiph.ſer.1,nu.1. per totum ſerm.*

Mala non vero bona homini conciliare norunt, *ibid.n.15*

Omnia bona noſtra ipſorum, non vero Dei ſervitio adhibemus.

Peccatores ſunt Dæmones, *Dom.5, poſt Epiph.ſer.1,n.16*

Damnoſi pariter & utiles ſunt hominibus, *Dom.5, poſt Epiph.ſer.2 per totum.*

Sunt hominum inimici *ibid.*

Dicuntur leones, & cur? *ibid.*

Totum hominem perdere moliuntur, *ibidem nu.2*

Non tantum hominem, ſed & omnia ad illum ſpectantia odio inceſſanter proſequuntur, *ibid.n.3*

Aquam benedictam exhorrent, *ibid.n.5*

Affligunt animas purgatorii, & quomodo, *ibid. nu.6*

Appellantur Eheu, & cur? *ibid. n.7*

Non ideo homini malum inferre desinunt, quod majus sibi malum per hoc adsciscere timeant, *ibid. n.8*

Incarnationem impedire voluerunt, *ibid. num.9*

Irremediabiliter nobis nocere volunt, *ib.*

Maria Virgo illos videre non vult; cur? *ibid. n.11*

Christus sanguineis nos lacrymis deflet, propter mala quæ Dæmones nobis inferre moliuntur, *ibid. n.12*

Coronam gloriæ nobis fabricant, *ib. n.14*

Malleus est universæ terræ, *ibid. n.13*

Inviti Deo serviunt, *ibid. n.15*

Sublimarunt homines, *ibid.*

Deus hominem Deum fecit ad majus ipsorum tormentum, *ibid. n.18*

Adam post peccatum Dæmon quidam esse videbatur, *Dom.6 post Epiph. ser.2. n.7*

Peccatum Dæmon dicitur, *Dom. 6, post Epiph. ser.2. n.8*

Extollit homines ut dejiciat, *ib. ser.3, n.16*

Otium omnes Dæmones in animam hominis adduxit, *Dom. Septuag. ser.2, n.10*

Luxuriosus est Dæmon, *Dom. Sexag. ser. 1, nu.8*

Bacchanalia sunt Dæmonis festa, *Dom. Quinq. ser.1, n.12*

Assumunt figuram hirci, & cur? *Dom.3, post Epiph. ser.2, n.2.*

DAVID.

Credebatur pauper esse & vir, *in Nat. Dom. serm.2, n.12, & Dom. Sexag. serm.3, num.12*

A Saule exclamatus est ignobilis & cur? *Dom.3, Adv. ser.3, n.12*

De aqua putei Bethlehemitici bibere noluit & cur? *in Epiph. Dom. serm.2, nu.2, & Dom.3, post Epiph. ser.3, n.11*

In conspectu Dei jumentum esse reputabat & cur? *in Epiph. Dom. ser.3, n.10*

Lacrymæ ejus veluti Margaritæ ab Angelis colliguntur, *Dom.1. post Epiph. ser.3, n.11*

Quam utilis regno suo fuerit, *Dom.5, post Epiph. ser.3, n.12*

Peccatum ejus tot innocentes afflixit, *Dom. 5, post Epiph. ser.1, n.8*

Ipso flente paradisus gaudebat, *Dom. 6, post Epiph. ser.2, n.17*

Deus precibus ejus iratscebatur, & cur? *Dom.3, post Epiph. ser.3, n.12*

Peccatum per quod pestem regno suo conciliavit, *ibid. n.10*

Honor ejus à Deo singulariter est conservatus, *Dom.4, post Epiph. ser.2, n.4*

Delitiæ.

Difficulter salvabitur qui eas consectatur, *Dom.3, Adv. ser.2. per totum.*

Non possumus hic & in altera vita deliciari, *ibid. n.4*

Locus delitiosus à Magis Pharaonis formatus, *ibid.*

Deus non concedit dulce, nisi prius dederit amarum, *ibid. n.7*

Delitiosus pejor est Sardanapalo, *ib. n.8*

Causa sunt gravissimorum peccatorum, *ibid. n.12*

Intelliguntur per aquam, *Dom.2, post Epiph. ser.3. n.9*

Effæminant hominem, *ibid.*

Similes sunt aquis fontis Salmacis, *ibid.*

Detractio.

Damnosior est Inferno, *Dom.3, Adv. ser. 3, nu.7*

Socia est & comes ambitionis, *ibid.*

Purpuræ piscis linguam habet, *ibid.*

Devotio, Devotus.

Indevotus ex auscultatione verbi Dei nullum fructum capit, *Dom. Sexag. ser.2, nu.2. per totum.*

Dispositio ad conciones audiendas, *ibid.*

Animam in cælum quoddam transformat, *ibid. n.2*

Intelligitur per ignem, *ibid.*

Est moneta quo aurum comparatur, *ibid. num.4*

Pauperes sunt communiter devoti, divites vero obdurati, *ibid. n.6*

Intelligitur per sitim, *ibid. n.7*

Devotio Mariæ Magdalenæ auscultantis Christi sermones, *ibid. n.* 10.
Ecclesiæ hominibus indevotis refertæ, vacuæ ab hominibus censentur, *ibid. n.* 14.
Qualemcunque errorem contegit, *ib. n.* 15.

DIANA.

A Poëtis velut virgo proponitur & cur? *Dom. Septuag. ser.* 2. *n.* 3.

DIONYSIUS SYRACUSANUS.

Fuit causa ruinæ regni sui, *Dom.* 1. *Adv. ser.* 1. *n.* 4.
Ars quacum sibi coronam comparavit, *Dom.* 3. *Adv. ser.* 3. *n.* 5.

Dives, Divitiæ.

De manu Dei veniunt, *Do.* 2. *Adv. ser.* 3. *n.* 8
Pomposæ vestes paupertatis animæ testes sunt, *ibid. ser.* 3, *per totum serm.*
David illas umbræ loco habebat, *In Nat. Dom. ser.* 2 *n.* 2.
In illis nequaquam confidendum est. *Do.* 4. *post Epiph ser.* 1. *n.* 9.
Spe sua nos decipiunt, *ibid. n.* 10.
Adhibentur ad servitium Dæmonis, non verò Dei, *Dom.* 4 *post Epiph. ser.* 3. *n.* 19.
Sunt causæ bellorum, *Do. Sexag. ser.* 2. *n.* 4.
Dicuntur mendacium & cur? *Ibid. n.* 8.
Promittunt felicitatem, & tamen non præstant, *ibid.*
Sunt crudelissimi traditores, *ibid. n.* 14.
Divites persecutionem patiuntur & cur? *Dom.* 4. *Adv. ser.* 1. *n.* 7.
Non sequuntur Christum & cur? *ibid. ser.* 2. *n.* 3.
Nec audiunt illum, *Dom.* 4. *Adv. ser.* 3. *n.* 1. *& seq.*
Quid veritas sit ignorant, *ibid. n.* 2.
Sunt superbi, *ibid n.* 3.
Domus illorum sunt stabula, *ibid. n.* 4.
Delectantur in Psittacis & cur? *ibid. n.* 6.
Vivunt mœsti, *Dom. Sexag. ser.* 3. *n.* 3.
Reputantur Dii, *Dom* 4 *Adv. ser.* 3. *n.* 7.
Vita ipsorum mors est, *Dom. Sexag. ser.* 3. *num.* 3.
Hic in tertis beati esse volunt, *Do.* 4. *Adv. ser.* 3. *n.* 3.
Non sapit illis verbum divinum, *ibid. n.* 9.
Sunt equi tecti & onusti argento, *In Nat. Dom. ser.* 2. *n.* 7.
Intelliguntur per pavonem, *ibid. n.* 8.
Magnum quidem sed vituperosum nomen habent, *ibid.*
Amare se simulant, cum tamen non ament, *ibid.*
Sunt pauperes, *ibid. n.* 11.
Nimii sumptus ipsos depauperant, *ib. n.* 13.
Nihil producunt, *ibid. n.* 14.
Se stultos esse probant, *ibid. n.* 15.
Deus ex divite factus est pauper, *ibid. ser.* 3. *n.* 10. *&* 11.
Reverentia divitibus propria, *ibid.*
Non tentantur de patientia & cur? *In Do. infrà oct. Nat. ser.* 2. *n.* 13.
Ab omnibus timentur, *ibid.*
Sunt fures, *Dom.* 1. *post Epiph. ser.* 2. *n.* 4.
Occisores pauperum & cur? *Ibid. n.* 5.
Per bonorum excessum infelices sunt, *ibid. num.* 9.
A Diogene dicuntur jumentorum onera, & cur? *Dom.* 2. *post Epiph. ser.* 2. *n.* 6.
Hominem sapientem facere nequeunt, *ibid. n.* 7.
Bonorum abundantia hominum infelicitas est, *ibid. n.* 9.
Contemnuntur divitiæ à Christo, *Do.* 1. *post Epiph. ser.* 3. *n.* 5.
Plures fiunt à multis quam Christus, *ibid. num.* 8.
Sunt valde noxiæ in matrimoniis, *Dom.* 2. *post Epiph ser.* 2. *num. & seq.*
Divites quid pax sit, ignorant, *Do. Sexag. se.* 3. *n.* 3.
Continuo certant & contendunt, *ibidem num.* 4.
Lætitia ipsorum vera non est, *ibid. n.* 9.
Lingunt non comedunt, *ibid. n.* 10.
Tantali tormentum sustinent, *ibid.*
Eisdem quibus pauperes subjecti sunt miseriis. *ibid. n.* 11.
In manu crudelissimorum traditorum vivunt, *ibid. n.* 14.
Dives epulo ab Evangelista non nominatur & cur, *Dom.* 4. *post Epiph. ser.* 2. *n.* 11.
Divitiæ non sunt appellandæ bona & cur? *Dom. Sexag. ser.* 3. *n.* 15.

Dolor.

Apologus de lætitia & dolore, *In Nat. Do. ſer.2.n.9.*

Dominus.

Domini ſervos ſuos crudeliter tractant, *Dom.3 poſt Epiph.ſer 3. per totum.*

Non ſinunt illos obſervare feſta, *ibid.n.2.*

Non ſunt vocandi Domini & cur, *ibid n.9.*

Domini non ſunt dicendi, qui de ſuo nihil donant, *ibid.n.10.*

Præcipitant ſervos & deſerunt, *ibid.n.12.*

Vitam ſervorum nihili faciunt, *ibid.*

Servi Dominis ſuis conformantur, *ib.n.14.*

Ex Dominis pauci ſunt boni, *ibid.n.15.*

Domini ſunt ſervorum ſuorum quoad corpus, non vero quoad animam, *ibid.n.17.*

Donatides.

Lapis eſt pretioſus admirabili virtute præditus, *Dom.3. Adv.ſer.2.n.2.*

E.

Eccleſia.

Plus ab amicis, quam ab inimicis affligitur, *Dom.1. Adv.ſer.1. n.6.*

Sine Chriſto Eccleſia affligitur, *ibid.n.11.*

Quantum ei Prælatorum negligentia noceat, *ibid.*

In manu mali Prælati conſtituta, eſt veluti in Dæmonis manu eſſet collocata, *ibid. n.12.*

Oculos columbæ habet, *Dom.2.poſt Epiph. ſer.2,n.11.*

Effœminati.

Ex vino in aquam convertuntur, *Dom.2. poſt Epiph.ſer.3.n.1.*

Intelliguntur per lepores, *ibid.n.2.*

Sunt abominabiles, *ibid.*

Dolent ſe eſſe viros, *ibid.n.3.*

Inprægnari ſe poſſe optant, *ibid. n.5.*

Sunt luxurioſi, *ibid.*

Contra naturam vivunt, *ibid.n.6.*

Salomon effœminatus, cur? *ibid.n.7.*

Amor laſcivus viros effæminat, *ibid.*

Sardanapalus effæminatus, *ibid. n.8.*

Pejores ſunt Hugenis, *ibid.*

Nec viri nec mulieres eſſe videntur, *ibid.*

Delitiæ viros effœminant, *ibid n.9.*

Peccatores ſunt effœminati, *ibid.n.12.*

Eleemoſyna.

Non erogatur ab iis qui ſuperbè veſtiuntur, *Dom.2.Adv ſer.3.n.13.*

Facta ex pecunia furto acquiſita, *Dom. 3. poſt Epip Epiph.ſer.2. n.11.*

Ab æterna non vero temporali morte nos liberat, & cur? *Dom.4.poſt Epiph.ſer.3. n. 6.*

Deus multa nobis donat, & pauca à nobis poſtulat, *ibid.n.15. & 16.*

Omnia Dæmoni, Deo vero nihil damus, *ibid. n.19.*

S. ELIAS PROPHETA.

Nihil æſtimabat Achab Regem & cur, *In Nat.Dom.ſer.2.n.5.*

Deus pro illius reputatione & honore conſervando ſollicitus fuit, *Dom.4.poſt Epiph. ſer.2.n.5.*

Deus illi tempore famis ſuccurrit & cur, *Dom.Quinquag.ſer.2. n.2.*

S. ELISABETHA.

Regina Portugalliæ Rege marito ſuo mortuo, habitum tertii ordinis S. Franciſci ſuſcepit.

Epiphania.

Majeſtas quam Chriſtus illa die exhibuit, *In Nat.Dom ſer.3. per totum.*

Gaudia magna illo die cœlum exhibuit, *ib*

In die Epiphaniæ nullius alterius ſancti feſtum celebratur, *In Epiph.Do.ſer.3 n.11.*

Epiſcopus.

Avarus eſt ruina Eccleſiæ ſuæ, *Do.4. Adv. ſer.1.n.3. & 4.*

Sceleratus eſt qui Eleemoſynas non erogat, *ibid.n.6.*

Vide infra V. *Prælatus, Superior.*

Erite-

Eritonius.

Inventor Rhedarum, & cur? *Dom.4. Adv. ſer.1.n.3.*
Cauſa eſt totius miſeriæ noſtræ, *ibid.n.7.*
Ex ſiniſtro Adami latere producta, & cur? *Dom.1. poſt Epiph.ſer.1 n.6.*

EUCHARISTIA.

Data eſt nobis ad majus Dæmonis tormentum, *Dom.2.poſt Epiph.ſer.2. n.18.*
Hominem Deum efficit, *ibid.*
Tempore Carniſprivii exponitur; & cur? *Dom.Quinquag.ſer.1. n.11.*

Exceſſus.

In cibo damnoſiſſimus eſt, *Dom.4. Adv. ſer.2.n.12. & Dom.1.poſt Epiph ſer.2.n.14.*
Pietatis eſt relaxatio, *In Circumc.ſer.1.n.5.*
Juſtitiæ eſt crudelitas, *ibid.*
Semper eſt malus, *Dom.1.poſt Epiph ſer.2. num.1.*
Factus in ſumptibus, *ibid. n.3.*
Hominem furem efficit, *ibid. n.4.*
Gula præcipitat hominem ad infernum, *ibid.num,6.*
Amoris eſt damnoſiſſimus, *ibid. n.8.*
Patrum erga filios, *ibid. n. 7.*
Amoris vitæ, *ibid.n.11.*
Angelum Dæmonem conſtituit, *ibid.n.13.*
Pœnitentiæ, *ibid n.15.*
A Dæmone naſcitur, *ibid.n.17.*

Exemplum.

Superiorum à ſubditis facilè aſſumitur, *Dom.1.Adv.ſer.1.n.5.*
Malum valde noxium eſt, *ibid. n. 6.*
Malæ matris reſpectu filiæ, *Dom.1. Adv. ſer.2.num.5. & ſeq.*
Mali Patris reſpectu filiorum. *In Circumc. ſer.1.num 6. & 7.*
Bonorum malis valde prodeſt, *Dom.5.poſt Epiph ſer.3.n.10.*

F.

Fabula.

Columbarum & Accipitris, *Dom.1.Adv. ſer.num.7.*
Aquilonis & viatoris, *ibid. n.8.*
Caliſther filiæ Regis Arcadiæ in urſum converſæ, *Dom.1.Adv.ſer.2.n.3.*
Hecubæ in canem transformatæ, *ibid. num.12.*
Lamiæ, *ibid.n.14.*
Nictis in ſaxum transformatæ, *ibid.n.15.*
Delitis deformitate, *Do.1.Adv.ſer.3.n.16.*
Canis, *ibid. n.19.*
Caudæ, *Dom.1.Adv.ſer.1.n.7.*
Tauri, *ibid.n.13.*
Roſæ, *ibid. n.16.*
Alphei, *ibidem.*
Vulcani, *Dom.2.Adv.ſer. n. 6.*
Prothei, *ibid.n.7.*
Lunæ, *ibid.n.11. & Do.Sexag.ſer,2.n.1.*
Diviſionis hominum, *Dom.2.Adv.ſer.3. num.9.*
Momi, *ibid.n.17.*
Actæonis in cervum converſi, *Do.3. Adv. ſer.2.n.14.*
Midæ, *Dom.4.Adv.ſer.1.n.9.*
Cicadæ & formicæ, *ibid.ſer.2.n.8.*
Jovis in bovem ſeu Taurum converſi. *In Nat.Dom.ſer.1.n.14.*
Canis & umbræ. *In Nat.Dom.ſer.2.n.2. & Dom.1.poſt Epiph.ſer.1.n.11.*
Delitiarum & doloris, *In Nat.Dom ſer.2. num.9.*
Planetis & noctis, *In Nat.Dom.ſer.3.n.2.*
Statuæ Memnonis, *ibid.n.4.*
Reverentiæ filiæ Plutonis, *ibid.n.11.*
Corniculæ & canis, *Dom.infrà oct. Nat. ſer.2.n.6.*
Serpentis & Jovis, *ibid.n.7.*
Hyadum ſtellarum, *ibid ſer.3.n.4.*
Ruſtici & Apri, *ibid. n.13.*
Aſini Leonina pelle contecti, *In Circumc. ſer.2.n 10.*
Atlantis in montem transformati, *In Epiph.ſer.1. n.3.*
Veneris in pede vulneratæ, *Dom.1.poſt Epiph.ſer.1.n.11.*

Vaccæ Argi, *Dom.6.post Epiph.ser.2.n.7.*
Carbonarii & tinctoris, *ibid.n.18.*
Hirundinis & Turturis, *ibid.*
Lupi & Ciconiæ, *Dom.3.post Epiph.ser.3. num.16.*
Reputationis, *Do.5.post Epiph.ser.2.n.16.*
Montis parturientis, *ibid.ser.3.n.3.*
Sagittæ Abirinicæ, *Do.5.post Epiph. ser.1. num.8.*
Jovis in hominum formatione, *Do.Sexag. ser.1.n.5.*
Asini & Equi, *Dom.Quinquag.ser.3.n.9.*
Corvi & vulpis, *ibid.n.11.*

Fama.

Sanctorum magni à Deo æstimatur, *Do. 4.post Epiph ser.2.n.4. & Dom.Septuag.ser.2. num.5.*
Conservanda est, *ibid.*
Peccatorum non est denigranda, *ibid.n.11.*
Amissa difficulter recuperatur, *ibid.n 15.*
Apologus famæ & boni nominis, *ib.n.16*

Fames.

Filia pomposi vestitus, *Dom.2.Adv ser.3. num.3.*
A peccato adducitur & pellitur à virtute, *Dom.Quinquag.ser.2. Per totum.*
In tantum illiam patimur, in quantum volumus, *ibid.n.6.*
Pulsa à Græcis & quomodo, *ibid.*
Ibi regnat, ubi Deus non est, *ibid.n.12.*
Cum pane simul stare nequit, *ibid.*
Ad pellendam virtuosi famem, omnia panes fiunt, *ibid.n.13.*
Virtuosus fame perire nequit, *ibid.n.16.*

Febris.

Mulier domi suæ imperans domus suæ febris est, *Dom.2.Adv.ser.1.n.8.*

Felix.

A Græcis Tetragenus dicitur & cur? *Do.2. Adv.serm.2.n.7.*

Fenestra.

Unde derivetur, *Dom.1, post Epiph.ser.2. num.14.*
Qualis esse debeat in ædibus illis ubi mulieres juvenculæ commoratur, *ibid.*

Fera.

Dei irati symbolum est, *Do.infrà oct. Nat. ser 1.n.2.*

Festa.

A Deo introducta sunt, & cur? *Dom.3.post Epiph ser.3 n.2.*

Figura.

Res hujus mundi, figura tantum sunt & cur? *in Nat.Dom.ser.2.n.3.*

Filius, Filia.

Filia perversæ matris misera, *Dom.1. Adv. ser.2.n.1.*
Filius mali patris, malus & ipse, *ibid.n.8.*
Filia luxuriosæ matris, luxuriosa, *ibid.n.3. & seq.*
Referunt parentes, *ibid.n 9.*
Miraculum est, si malus pater filium bonum habeat, *ibid n.17.*
Filius nobilis, si peccator est, nobilis non est, *Dom 3 Adv ser.3. n.10.*
Filiorum defectus parentibus attribuuntur, *In Circumc. ser.1 per totum.*
Filiorum peccata puniuntur in parentibus, & cur? *ibid.n.2.*
Parentes affliguntur per filios, *ibid. n.3.*
Dicuntur latus Patris & cur? *ibid.n.4.*
Emendari debent cum adhuc tenelli sunt, *ibid n.6.*
Assimilantur parentibus, *ibid.*
A bono Patre bonus filius nascitur, *ib.n.9.*
Delicta filiorum parentum sunt probra, *ibid.n.10.*
Semper custodiendi sunt, *ibid.n.11.*
Parentibus dormientibus peccant, *ib.n 12.*
Sunt ampla quædam Parentum possessio, *ibid.n.13.*

Con-

Conservandi sunt humiles, *Ibid. n.* 13. & 14.
Filiæ coerceri debent ut domi remaneant, *Dom.* 1. *post Epiph. ser.* 1. *n.* 5.
Parentes suos immortales faciunt, *Dom.* 3. *post Ep. ser.* 1. *n.* 4.
Pretiosi eorum fructus, *ibid.*
Cur nascuntur debiles? *Dom.* 2. *post Epiph. ser.* 2. *n.* 2
Cur ex pulchris parentibus turpes nascuntur, *ib. n.* 16.
Parentes eorum afflictiones vivacius quàm proprias sentiunt. *Dom.* 4. *post Epiph. ser.* 2. *n.* 7.
Filius quomodo interpretatur. *Dom.* 6. *post Epip ser.* 1. *nu.* 5.

Flavus color.

Quid significet in vanæ alicujus mulieris veste, *Dom.* 2. *Adv. ser.* 3. *n.* 15.

Flos.

Unde derivetur, *Dom.* 2. *post Epiph ser.* 2. *num.* 12.
Symbolum pulchritudinis, *ibid.*

Flumen, Flumina.

E fonte Paradisi nascuntur, *Dom.* 6 *post Epiph, ser.* 2. *n* 17.

Fœmina.

Caudata dæmonem repræsentat, *Dom.* 2. *Adv. ser* 3. *n.* 16.
Assimilatur lunæ, *Dom.* 1. *Adv ser.* 2. *nu.* 1.
Fonti, *ibid num.* 2.
Mulier mala est ursa, *ibid. n.* 3.
Talem educat filiam, qualis ipsa est, *ibid. n.* 2. *& seqq Per totum.*
Matris formatur exemplo, *ibid n.* 5.
Filia malæ matris matrem non habet, *ibid n.* 6. *&* 7.
Lenocinatrix est Dæmonis. *ibid n.* 7.
Luxoriosa nec honores nec divitias quidquam æstimat, *ibid num.* 11.
Filia malæ matris Dæmoniaca est, *ibid. num* 12.
Mulier cœca bonas nunquam filias habebit, *ibid n.* 14.
Si vigilet, domum floridam habebit, *ibid. n.* 16.
Oculos semper circa filias habere debet apertos, *ibid.*
Miseria viri malæ mulieri subjecti, *Dom.* 2. *Adv. serm.* 2. *per totum.*
Christus factus est vir, non mulier, & cur? *ibid. num.* 2.
Non debet imperare viro, *ibid. num.* 3.
Pulchritudini & nitori semper intenta est & cur? *Ibid.*
Barbam non habet & cur? *ibid n.* 3.
Est calceus viri, *Ibid. num.* 4.
Domum suam egenam & pauperem facit, *ibid.*
Nulla est sine defectu, *ibid.*
Est regnum viri, *ibid. n.* 5.
Amando plus odit quam amet, *ibid.*
Caput suum subsequi debet, *ibid n.* 7.
Comparatur Febri, *ibid. n.* 8.
Non debet dominari, *ibid. n.* 9.
Nullum est domus illius gaudium quam fœmina gubernat, *Ibid. n.* 9.
Imperium illius insupportabile est, *ib. n.* 10
Est causa scelerum quæ vir committit, *ibi. num.* 11.
Vir mulieri subjectus mulier est, *Ibid. n.* 13
Imo bestia est, *ibid. n.* 14.
Dæmon est, *ibid. n.* 15.
Honestas ejus pompis non eget. *Dom.* 2. *Adv ser.* 3. *n.* 12.
Cum turpis sit, pulchra fieri non potest, *Dom.* 3. *Adv. serm.* 3. *n.* 1.
Caudata monstrum est bestiarum, *In nat. Dom. ser.* 1. *num.* 10.
Assimulatur Margaritæ, *Dom.* 1. *post Epi serm* 1. *num.* 18.
Extra domum bona est, *ibid n* 19.
Remedium domi suæ illam continendi, *Ibid n.* 20.
Qui de damnis temporalibus dolet, mulier est *ibid. ser.* 2. *n.* 6.
Fugere nuptias debet, *Dom.* 2. *post Epiph. serm.* 1. *n.* 12.
Vir sine muliere bonus non est, *Ibid n.* 3.
A viris separata morari debet; *ibid. n.* 8.
Saltans vulpes est Samsonis, *Ibid.*
Virtuosa est opulenta, *Ib. ser.* 2 *n.* 9.
Difficulter custodiri potest, *ibid. n.* 13.
Facie semper tecta esse debet, *ib. n.* 15.
Est animal imperfectum, *ibid. ser.* 3. *n.* 1.
Honoratur à viro, *Ibid.*
Copia viri, *Ibid.*

Dicitur mulier & cur? *ibid.*

Plato dubitavit num rationalibus, vel irrationalibus animalibus annumeranda esset, *ib.n.* 3.

Opinio gentilium de animalibus mulierum, *ib.n.*4.

Milites vestium muliebrium impositione mulctati, *ibi.*

Multæ mulieres in viros sunt transmutatæ, nullus autem transmutatus est in mulierem, *ib.n.6.*

Luxuria virum in mulierem transformat, *ibid.n.7.*

Vir tal est mulier aqua, *ibid.*

Qua ratione amari debeat, *ib.n.8.*

Non est bonum si frequenter domum egrediatur, seque videndam præbeat, *Dom.* 3. *post Epiph. serm.* 1. *per totum.*

Libenter domum suam egreditur & vagatur, *ib. num.* 1.

Major ejus defectus est, quod valde ad evagationes propendeat, *ib.n.*2.

Domum egredi etiam sanctis mulieribus damnosum est, *ibid.*

Debet esse decor & ornamentum domus suæ, *ibid. num.* 3.

Sol nocet illi. *ibid. n* 3.

Est indomitum animal, & quis ipsam domare possit, *ibid. n.*4.

Est picta quædam tabula, *ib.n.*5.

Complexione sua debilis est, *ib.n.6.*

E finistro Adæ latere formata & cur? *ibi.*

In tantum pulchra est, in quantum domi consistit, *ib.n.*8.

Dormiendum non est, ubi mulier custodienda adest, *ib n.*8.

Lilium est spinis obseptum, *ib. n.*11.

Similis est corallo. *ib.*

In Chinensi regno mulieres uno pede claudicare faciunt, & cur? *ib.n.*11.

Qualis esse debeat fenestra domus in qua est mulier, *ibid. n.*14.

Mira res erit, si mulier foras egressa salva redeat, *ib.n.*15.

Intelligitur per testudinem. *ib.n.*12.

Nux dicitur & cur? *ib. n* 13.

Mulier vana mortua est, *ib. n.16.*

Mulier casta facie semper tecta est, *ib.n.*19

Mores Persarum mulierum, *ib.n* 17.

Malè sibi consulit quæ ad secundas nuptias transit, *Dom. inf. oct. Nat. ser.* 3. *per totum.*

Assimilatur Lunæ, *ib.n.6.*

Pessimè facit, quæ faciem suam adornat, *ibid. n.*7.

Vidua pulchra si ad nuptias secundas transeat, turpis efficitur, *ib.n.6.* & 7.

Maritum suum proprio nomine compellare non debet, & cur. *ib.n.*9.

Serva est mariti, *ibid.*

Fons.

Symbolum est mulieris. *Dom.*1. *Adv ser.* 2 *num.* 2.

Fons Cliti in Scotia. Clio in Litia & Agrigenti, *ibid.*

Fons Salmaces & ejus proprietates, *Dom.* 2. *post Epiph. ser.*2. *n.*9.

Fons Paradisi per terram non discurrit amplius & cur?

Fontes duo Hispaniarum contrariæ proprietatis. *Dom.*4. *post. Epiph. ser.*3. *n.*19.

Fructus.

Cur homines nunc non pascantur & nutriantur fructibus sicut ante? *In nat. Dom. serm.*1. *num.*2.

Fructus admirabilis Scotiæ. *In Circumcis. Dom. ser.*2. *n.* 8.

Dulcedo fructuum per peccatum est diminuta, *Dom.*5. *post Epiph. ser.*1. *n.*10.

Amor fructus est Christiani, *Dom.* 6 *post Epiph. ser.*1. *n.*14.

Filii sunt pretiosi fructus, *Dom.*2. *post. Ep. ser.*1. *n.*4.

Furca.

Ludovicus Rex Franciæ illam salutabat, & cur? *Dom.*4. *Adv. ser.*1. *n*8.

G.

GABRIEL.

Primus fuit, qui nomen sacratissimum JESU protulit. *In Circumc. Dom. ser.*1. *n.*2.

Gaudium.

Hujus vitæ non est verum, *In nat. Dom. serm.*2. *n.*9.

Apologus gaudii & doloris, *ibid.*

Inno-

Inordinatum valde eſt noxium, *D. Quinq. ſerm. 1. num. 14.*

Divitum hominum falſum eſt, *Dom. Sexag. ſerm. 3. n. 9.*

Peccatoris converſi inexplicabile eſt, *Dom. Quinquag ſerm. 2. num. 14.*

Gaudium cœli & terræ de peccatore pœnitente, *Dom. 6 poſt Epiph. ſer. 2, num. 15.*

GELIMERUS.

Coram Juſtiniano Impetatore adductus; illum de mundi vanitate monuit. *In nat. Dom ſer. 2. n. 4.*

Gener.

Virtuoſus eſſe debet, tametſi non ſit opulentus, *Dom. 2 poſt Epiph. ſer 2. n. 6. & 7.*

Gladius.

Qui portatur ante Principem, quid ſignificet, *Dom. 1. Adv. ſer. 1. n. 8.*

Gratia.

Ambitioni copulari nequit, *Dom. 3. Adv. ſer. 3. n. 1.*

A Deo ſub pallio debiti contegitur. *In Nat. Dom. ſer. 2. n. 16.*

Gratiæ divinæ omnes magnæ ſunt, *Dom. 4 poſt Epiph. ſer. 3. per tot.*

Non habent numerum, *ibid. n. 10.*

Gula.

Cauſa eſt magni damni, *Dō. 4. Adv. ſer. 2. num. 12.*

Exceſſus in cibis pernitioſus, *Dom. 1. poſt Epiph. ſer. 2. n. 14.*

H.

Hebræi.

Afflicti ſunt in deſerto, & cur? *Dom. Septuag. ſer. 2. n. 13.*

A Pharaone æſtimati ſunt otioſi & cur? *ibid. n. 17.*

Cantare nolebant conſtituti extra patriam: & cur. *Dom Quinquag. ſer. 1. n. 13.*

Hedera.

Symbolum ambitionis. *Dom. 3. Adv ſer. 3. num. 6.*

Herba.

Viva prodigioſæ proprietatis, *Dom. 1. poſt Epiph. ſer. 1. n. 16.*

Hermaphroditi.

Sunt illi quos Luxuria potius, quàm Natura progenuit, *Dom. 2 poſt Epiph. ſer. 2. n. 7.*

Hiena.

Uno anno fœmina, altero verò mas eſt, *ib*

Hircus.

Eſt ſymbolum peccatoris & cur. *Dom. 3. poſt Epiph. ſer. 2. n. 2.*

Homicidium.

Pœna homicidii ſignum eſt falſitatis Aſtrologorum, *In Epiph. Dom. ſer. 1. n. 4.*

Eſt graviſſimum peccatum, *ib. ſer. 2. n. 11.*

Illud committens ad Levitatum civitates confugiebat & cur, *Dom. 5 poſt. Epiph. ſer. 3. num. 13.*

Homo.

Dignitas humanæ Naturæ, *Dom. 3. Adv ſerm. 2. n. 3.*

Hominem Angeli reverentur, *ibid.*

Eſt Deus terrenus, *ibid.*

A Deo deſcendit, *ibid. num. 4.*

Deus fieri poteſt, & quomodo? *ibid. n. 11.*

Peccator eſt beſtia. *In nat. Dom ſer. 1. n. 1*

Non paſcitur fructibus, ut antea & cur? *ibid num. 2.*

Homo hominem timens beſtia eſt, *ib n. 5.*

Noe dictus eſt homo & cur? *Ibid. n. 7.*

Peccator non eſt homo? *ibid. n. 8.*

Caudam defert, & cur? *ib. n. 10.*

Cauda ejus Enſis & Equus eſt, *ibid.*

Rationis inops beſtia eſt. *ib. n. 15.*

In medio Cœli & Inferni poſitus eſt, *Dō. infra oct. Nat. ſer. 1. n. 6.*

Plus timet quam ſperet, *ibid. n. 7.*

Homo homini Lupus. *ib. ſer. 2. n. 9.*

Stultus eſt, niſi damno ſuo ſapiat, *ib. ſer. 3. n. 1.*

Infamatur ab Aſtrologis. *In Epiph. ſerm. 1. num. 3.*

Honoratur in Incarnatione, *ibid. ſerm. 3. num. 16.*

Qui mundum Christo præfert, bestia est, *Dom. 1. post Epiph. ser. 1. num. 9.*
Angelus & bestia fieri potest, *Dom. 2. post Epiph. ser 3. nu. 3.*
Nisi erubescat, homo non est, *Dom. 4. post Epiphp. ser. 1. n. 1.*
Ignorantia hominis mundani, *Dom. 4. post Epiph. ser. 1. n. 1.*
Sublimatur à dæmone & quomodo? *Do. 5. post Epiph. ser. 2. n. 17.*
Fit Deus, *ibid. n. 18.*
Christianus solus homo est, *Dom. 6. post Epiph. serm. 1. n. 10.*
Similis est arbori, *ibid. n. 14.*
Qui animam non curat, bestia est, *Dom. Septuag. serm. 1. per totum.*
Matura cum deliberatione condemnandus est mortis, *Dom. Septuag. ser. 3. num. 5.*
In bacchanalibus non videtur homo esse, *Dom. Quinquag. ser. 1. n. 7.*

Honores.

Contemnuntur à luxurioso, *Dom. 1. Adv. serm. 2. num. 11.*

Hordeum.

Offerebatur in sacrificio adulteræ, & cur? *Dom. 3. post. Epiph. ser. 3. n. 4.*

Humilitas.

Christi miraculosa, *In Nativ. Dom. ser. 2. nu. 9. & 14.*
Divinam Majestatem obscurare nequit, *In Ep. Dom. ser. 3. nu. 1. & seqq.*
Fiiii in humilitate contineri debent, *In Circume. Domi ser. 1. n. 13.*
Ærumnæ hominem humiliant, *Dom. 3. post Epiph. ser. 2. n. 1.*
Oratio sine humilitate nihil impetrat, *ibid.*
Nisi homo humilietur à Deo non exaltabitur, *Dom. 6. post Epiph. ser. 3. per totum.*
Beati per humilitatem sunt exaltati, *ibid. n. 1.*
Superbia perdit, humilitas salvat, *ibid. n. 4.*
Deus non extollit magnum, sed parvum, *ibid. nu. 5.*
Est præparatio sedis cœlestis, *ibid. nu. 7.*
Est moneta exaltationis, *ibid. n. 8.*
Nos beatificat, *ibid. n. 9.*
Deus non facit ex hominibus Dominos, nisi illos prius effecerit servos, *ib. n. 10.*
Est via cœli, *ibid. n. 13.*
S. Josephum Patriarcham evexit *ibid. n. 12.*
Ascensurus in altum, deorsum descendere debet, *ibid. n. 13.*
Petrus per humilitatem est magnificatus, *ib. 14.*
Omnes humiles esse possumus, *ibid. n. 17.*

Hypocrisis.

Est vitium malis Advocatis proprium, *Do. 11 Adv. ser. 3. nu. 5.*
Est filia ambitionis. *Dom. 3. Adv. ser. 3. n. 2. & seqq.*

I. Litera.

I. Litera à nomine Saræ sublata est, cur? *Dom. 1. post Epiph. ser. 1. nu. 2.*

Jacob.

In Ægypto sepeliri noluit, *Dom. 5. post Epiph. ser. 3. n. 9.*
Christi Nativitatem in somno vidit, *Do. 2. post Epiph. ser. 3. n. 5.*
Agonizans nomen Jesu adoravit. *In Circumc. Dom. ser. 3. nu. 14.*
Esau illi inserviebat, & quomodo? *Dom. 5. post Epiph. ser. 3. nu. 14.*
Binomius fuit, & quid hoc significet, *Dom. 6. post Epiph. ser. 2. n. 16.*
Non est natus primogenitus, sed factus & cur? *Ibid. n. 6.*

Jejunium.

Quatuor temporum Septembris cur ordinatum? *Dom. Quinquag. serm. 1. num. 8. & 9.*

JESUS.

Hujus nominis excellentiæ, *In Circumc. Dom. serm. 3. per totum.*

In

In sole depingitur & cur? *ibid. n. 5.*
Prophetæ illud non nominarunt, & cur? *ibid. n. 3.*
Nomen gloriosum, *ibid. & seq.*
In Cruce scriptum est Hebraicè & cur? *Ibid. n. 3.*
A morte non liberat, *Ibid. n. 5.*
Corda in cœlum extollit, *ibid.*
Mundum lumine implevit, *ibid.*
A Jesu in cœlis Jesuani vocabimus, *ibid. num. 6.*
Christus moriens illud super caput suum habuit, & cur? *ibid. n. 7.*
Dicitur nectar & cur? *ibid. n. 7.*
Inebriat Martyres, *ibid.*
Animas in cœlum attrahit, *ibid. n. 8.*
Nomen brevissimum & cur? *ibid. n. 9.*
Admirabilem dulcedinem continet. *ibid. n. 8. & seq.*
Nomen est summæ potentiæ, *ibid. n. 10.*
Utroq; genu illud veneramur & cur, *ibid.*
Timetur ab igne, *ibid. num. 11.*
Curat feras, *ibid.*
Josue stupendum reddidit, *ibid. n. 12.*
Liberat a morte, *ibid.*
Pharaonem occidit, *ibid.*
A Jacob agonizante adoratum est, *ibid. nu. 14.*
Luciferum è cœlo expulit, *ibid. nu. 15.*
Dæmones & damnati illud venerantur, *ibid. num. 17.*
Imò si possibile esset Deus illud veneraretur, *ibid.*

Ignis.

Timet SS. nomen Jesu. *In Circumc. serm. 3. nu. 11.*
Luxuria est ignis Inferni, *Dom. Sexag. serm. 1. nu. 12.*

Ignorantia.

Hominis mundani magna est, *Dom. 3. post Epiph. ser. 1. n. 1.*

Incensum.

Christo à tribus Regibus oblatum, cur? *Dom. 3. post Epiph. ser. 2. n. 7.*

Inconstans.

Nec sibi nec aliis utilis est, *Dom. 1. Adv. ser. 2. per totam.*
Ejus symbolum arundo est? *ibid. nu. 1.*
Item avis, *ibid. num. 2.*
Per vias Cæli & Inferni ambulat, *ibid.*
Non videtur esse Christianus, *ibid.*
Vilis est, *ibid. n. 6.*
Cœlum vestem non habet quâ illum tegere possit, *ibid. n. 11.*
Monstrum est ex diversis bestiis conflatum, *ibid. n. 12.*
Difficulter salvatur, *ibid. n. 7. & seq.*
Significatur per pulverem, *ibid. n. 15.*
Transformatur in Dæmonem, *ibid.*
Omnibus inutilis est, *Ibid. n. 18. & 19.*
Fabula de populo, *ibid. n. 19.*

India, Indi.

Malos Christianos non annumerabant, & cur? *In Circumc. Dom. ser. 2. n. 1.*
Christianos Dæmones appellabant, & cur? *ibid. n. 9.*
Crudelitas regiminis Hispanorum erga Indos, *Dom. 3. post Epiph. ser. 3. n. 9.*

Infernus.

Interpretatio hujus nominis Infernus. *Do. 3. Adv. serm. 2. n. 9.*
Anima peccatoris Infernus est, *ibid.*
SS. nominis Jesu reverentiam exhibet. *In Circumc. Dom. ser 3. nu. 17.*
Peccatum sicut Infernus fœtet, *Dom. 3. post Epiph. serm. 2. n. 14.*
Minus mali infert, quam lingua murmuratrix, *Dom. 4. post. Epiph. ser. 2. nu. 8.*
A peccato in terra commisso affligitur. *Do. 5. post. Epiph. ser. 1. nu. 11.*
Peccator in hac vita Infernum sustinet, *Do. 6 post Epiph. ser. 2. n. 2.*
Vita præsens infernus quidam est, *ibid. n. 1.*
Peccatum est porta Inferi, *ibid. n. 5. & 6.*
Luxuria Infernus est profundissimus, *Dom. Sexag. ser. 1. n. 11.*

Ambitio inferno vicina est, *Dom.3. Adv. ferm 3 nu. 13.*

Ingratitudo.

Filia est ambitionis, *Dom.3. Adv.ferm. 3. num.* 6.

Hominum erga Deum. *Dom.3.post Epiph. ser.13.n.5.*

Inimicus.

Christianus nulli inimicus esse debet, *Do 6. post Epiph ferm. 1. n. 16*

Malus superior quovis inimico est pernitiosior, *Dom.1. Adv.ser. 1. n. 7.*

Interesse.

Cogit superiores peccare contra justitiam, *In Epiph. ser.2. nu.5.*

Matrimonia ex motivo alicuius interesse contracta, infeliciter cedunt, *Dom. 2. post Epiph.ser.2 nu 1. & seq.*

Est causa discordiarum quæ inter socetum oriuntur & generum, *Dom.septuag.ser.2.n 5.*

S. JOANNES BAPTISTA

Injustè incarceratus fuit, *Dom.2. Adv.ser. 2 nu.1.*

Differentia inter ipsum & Christum, *Do. 3. Adv.ser.1.n.1.*

Non potuit esse ambitiosus. *Dom.3. Adv. ser.3 n.1.*

A Christo baptizatus fuit, & cur? *In Circumcis.ser 2.n.4.*

Verus Christianus, *Dom.6 post Epiph.ser. 1.nu.1.*

Dicitur Angelus & cur? *Dom.Sexag.ser.3. n. 5.*

S. JOANNES EVANGELISTA.

Nomine Jesu honoratus fuit, *In Circumc. Dom.ser.3. n. 16.*

S. JOB.

Primæ filiæ suæ nomen diei imposuit, & cur? *Dom.1 post Epip ser. 1. n.8.*

S. JOSEPH SPONSUS B.V. Mariæ.

Ipsissimam Christi faciem in vultu suo exhibuit, *Dom.1. Adv.ser. 2. n.9.*

S. JOSEPH PATRIARCHA.

Accusatus fuit ab adultera, & cur? *Dom. infra oct.Nat.ser.3. nu.2.*

Occultè se fratribus suis manifestavit. *Dom.2.post.Epiph.ser. 2 n. 11.*

Ab adultera ad regimen Ægypti evectus fuit, & cur? *ibid.n.12.*

JOSUE.

Terram promissionis ingressus est, & cur? *In Circumc. Dom.ser.3. nu.11.*

Illustratus est nomine Jesu, *ibid. n.12.*

JUDAS TRADITOR.

Dicitur Dæmon & cur? *Dom.1. Adv.ser. 2.nu.5 & In Circumc. Dom.ser.2.nu.9.*

Se Christum tradidisse doluit, & cur? *Do. 1.post Epiph. ser. 3.n. 4.*

Fœtor intolerabilis oris sui fuit, *Dom3.post Epiph.ser.2. nu.14.*

Evangelista honoris sui rationem habuit, *Dom. 4.post Epiph.ser. 1. n.12.*

Magno damno suo Christum est osculatus. *Dom.6 post Epiph.ser.3 nu. 4.*

Judex.

Bonus virga, malus serpens est, *Do.1. Adv. ser.1.n. 2.*

A fraudulento Advocato excœcatur, *Do. 1. Adv.ser.3. num. 6.*

Oculis orbatus depingitur, cur? *ibid.*

Odio avaritiam prosequi debet, *Dom. 1. Adv. ser. 1.nu. 10.*

Mortis sententiam maturo cum consilio, & non temerè pronuntiare debet, *Dom.septuag.serm. 3. num. 5.*

Judicium universale.

Deus in eo duas præ se facies feret, & cur? *Dom.infra oct.Nat.ser.1. nu. 3.*

Chri-

Christus reprobos à facie sua repellet, & cur? *Dom.3.post Epiph ser. 2. num. 5.*
Peccatores accusabuntur à terra, *Dom.3. post Epiph.ser.1. n.9.*

JUPITER.

Proponitur in forma Tauri, & cur? *In Nat. Dom.ser.1. nu. 14.*
Muliebri veste amictus depingitur,& cur? *Do.2.post Epiph.ser.3.n. 5.*
In cœlum collocatus, inde demum pulsus est, & cur. *Dom. Sexag ser.1.nu.5.*

Justitia.

Significatur per virgam Moysis, *Dom. 1. Adv.serm.1.n.2.*
Ab auro persecutiones sustinet, *Dom. 4. Adv.ser.2.n. 1*
Regna in suo vigore conservat, *ib. n. 8.*
Jovis dexteræ assistit, & cur? *ibid.*
Cœlum locus est in quo regnat, *Dom.inf. oct. Nat ser1.n.5.*
Decipitur quisquis divinæ Justitiæ obliviscitur, *ibid.n.13.*
Summa justitia injuria est, *Dom. 1.post Epiph. serm.2. num.2.*

L.

Lac.

Mulieris albæ bonum non est, *Dom. 2. post Epiph.ser.2.n.13.*

Lacrymæ.

Perditæ sunt, quæ pro bonis temporalibus effunduntur, *Dom.1.post Epiph.ser. 3.n.1. & seqq.*
Mortuus parum vel nihil defleri debet, *ib. n. 2.*
Homo sapiens pro modico damno non ploret, *ibid.n.3.*
Qui damna temporalia deflet, mulier est, *ibid. n.10.*
Pretiosæ essent, si ærumnis vitæ hujus aliquod adferre possent remedium, *ibid.n.11.*
Davidis margaritæ erant, *ibid.*
Artem flendi nosse debemus, *ibid.n.11.*
Non omnes à Deo consolantur. *ib n. 3.*
Adam centum annis ploravit,& cur? *Do. 3.post Epiph. ser 1. n. 2.*
Sunt flumina fontis paradisi, *Dom. 1.post Epiph.ser. 2. n. 17.*
Sunt panis beatorum, *ib.nu 16.*
E cœlesti mensa proveniunt. *ibid.nu 17.*

Latro, Latrocinium.

Manifestatur ex purpura, *Dom.2. Adv. ser.3.nu. 2.*
Gaudet locis obscuris, *ibid.*
Oritur ex superbo vestium ornatu, *ibid.n 5 & 13.*
Est deformis actio in Christiano, *In Circumc ser.2.n. 13.*
Committitur suasu nimiorum sumptuū, *Dom.1.post Epiph serm.2. n.4.*
Latro in platei spolians, pejor est latrocinante ruri sive in campis, *Dom.3 post Epiph. ser.nu. 1. & seq.*
Significatur per lepram, *ibid.*
Superiores latrocinantes lupi sunt, *ib.n.2.*
Imò lupis deteriores, *ibid.n.3.*
Qui enim neminem timet, est cæteris deterior, *ibid.n.5.*
Lex Romanorum contra latrones, *ib. n. 7.*
Latrocinia judicum valde deformia sunt, *ibid. nu. 8.*
Defenduntur à superioribus, *ibid. n. 9.*
Intelliguntur per vulturem, *ibid.*
Latrociniis acquisita citò evanescunt, *Ibid.n. 1 .*
Latrones magni non furantur ex necessitate, *Ibid. n. 11.*
Magni non vocantur latrones, cur? *Dom. 3.post Epiph.serm.3.nu. 15.*
Est filius otii, *Dom Sept.ser. 2. num. 4.*
Latrones publici non sunt Christiani. *Do. 6.post Epiph. ser.3 n. 13.*

Leo.

Symbolum est Dæmonis, *Dom.3.post Epiph ser.2.nu. 12.*

Lepra.

Symbolum est latrocinii. *Dom.3 post Epiph.ser.3 nu. 1.*

Lepus

Lepus.

Abominabilis est apud Hebræos, & cur? *Dom. 1. post. Epiph. ser. 3. nu. 2.*

Dulcissimas carnes habet, *ibid.*

Alternat in sexu, ut nunc mas sit, nunc fœmina, *ibid. nu. 2.*

Symbolum est hominis effœminati, *ibid.*

Lex.

Timore pœnæ observatur, *Dom. 3. post Epiph. ser. 1. n. 5.*

Libertalitas.

Dei admirabilis est, *Dom. 4. post Epiph. ser. 3. per totum.*

Libertum arbitrium.

Conservatur à Deo, *In Epiph. Dom. ser. 1. nu. 2. & seq.*

Est veluti Rex in Regno suo. *ibid nu. 3.*

Astrologi illud infestant & persequuntur. *ibid. n. 4.*

Lilium.

Cur pallidum sit, *Dom. 4. Adv. ser. 1. n. 9.*

Symbolum est mox nascentis Christi, *In Epiph. Dom. ser. 3. n. 1.*

Mulier lilium est spinis obseptum, *Dom. 1. post Epipl. ser. 1 n. 11.*

Lingua.

Mali Advocati lingua est piscis purpuræ; *Dom 1. Adv. ser 3. nu. 12.*

Hebraicè Angelica dicitur, *In Circumc. Dom. ser. 3. nu. 1.*

Lingua est piscis lucernæ, *In Epiph. Dom. ser. 1. nu. 9.*

Cur homini data? *Dom. 4. post. Epiph ser. 2. num. 3.*

Murmuratrix inferno pejor est, *ib. n. 9.*

Lis, Litigans.

In malum Advocatum litigando incedere, non est malum modicum, *Dom. 1. Adv. ser. 3. n. 15.*

Lis dicitur negotium, & cur? *ibid.*

Impedit hominem in via salutis. *ibid.*

Dicitur lis, quia ligat, *ibid.*

Dicitur peccatum, cur? *ibid. n. 16.*

Est filia peccati, *ibid.*

Turpissima est, *ibid.*

Litigans difficulter salvatur, *ibid.*

Perdit amicos, *ibid. nu. 17.*

Dicitur malignus, *ibid nu. 18.*

Litigare est miseria, *ibid. num. 18.*

Difficulter a Deo in cœlum recipitur, *ibid. n. 18.*

Cœlum pariter & terram perdit, *ibid. n. 18.*

Non litigare lucrum est, *ibid.*

Lites inter socerum & generum, *Dom. 2. post Epiph. ser. 2. n. 8.*

Lucifer.

Non tentavit Christum in deserto de luxuria, cur? *Dom. 3. Adv. ser. 2. n. 20.*

Luna.

Ejus proprietates applicantur manibus, *Dom. 1. Adv. ser. 2. n. 1*

Non potest vestiri, & cur *Dom. 2. Adv. serm. 2. n. 31.*

Symbolum est viduæ, *Dom. infra oct. Nat. ser. 3. n. 6.*

Quid sub Ecclesiæ pedibus constituta significet? *ibid.*

Per aliquos dies non videtur & cur? *ibid. num. 6.*

In judicio universali turbabitur, & cur? *Dom. 5. post Epiph. ser. 2. n. 5.*

Lupus.

Symbolum est ambitiosi, *Dom. 3. Adv. ser. 3. num. 2.*

Symbolum est Principis Latronis. *Dom. 3. post Epiph ser. 1. nu. 2.*

Irreticus laqueo non manducat, cur? *ibid. num. 3.*

Luxuria, Luxuriosus.

Mater luxuriosa, luxuriosam quoque filiam nutrit, *Dom. 1. Adv serm. 2. n. 2. & per totum ser.*

Hono-

Honores pariter & divitias contemnit, *ib.n.11.*

Pompa veſtium luxuriæ index eſt. *Dom.2. Adv.ſer.3.n.15.*

Inciſura veſtium luxuriæ ſignum eſt. *ib.n.17.*

Chriſtus de hoc vitio tentatus non fuit & cur? *Dom.3.Adv.ſer.1.n.20.*

Homines effœminatos facit. *Dom.2 poſt.Epiph.ſer.3.n.7.*

Fœtet etiam coram Dæmone. *Dom.3.poſt Epiph.Ser.2.n.16.*

Apibus horrori eſt. *ibid.*

Luxurioſus beſtia cenſetur, *ib.ſer.2.n.4.*

Verba impudica dici non debent. *Dom. Quinquag.ſer.1.n.6.*

Luxuria infernus profundiſſimus. *Dom. Sexag.ſer.1.n.11.*

Difficulter luxurioſus ſalvabitur. *Dom. Sexag.ſerm.1.per totum.*

Contemnit alteram vitam, *ibid.n.2.*

Aſtrologiam ignorat. *ib.n.4.*

Significatur per porcum. *ibid.*

Jupiter ob luxuriam è cœlo pulſus fuit, *ib.n.5.*

Chriſtus hoc vitium in ſuo Collegio non admiſit, *ib.n.7.*

Luxurioſus eſt Dæmon, *ibid.n.8.*

Nullum defert patentelæ ſuæ reſpectum, *Ibid.*

Adorat meretrices, *ib.n.9.*

Magna indiget miſericordia, ut ſalvetur, *ib.n.11.*

Luxuria ignis eſt infernalis, *ib.n.12.& 13.*

Plus amaritudinis quam ſuavitatis in ſe habet, *ib.num.14.*

Qui conſtitutus eſt in manu meretricis, in Inferno eſt, *ib.n.14.*

Si in cœlo eſſet, nullus ibi vivere poſſet, *ib.n.15.*

Intelligitur per ſalamandram quæ extta ignem moritur. *ibid.*

Pignus Inferni ſecum adfert. *ib.n.16.*

Bellum ejus periculoſum eſt. *ib.n.16.*

M.

Magus, Maga.

Inſaniunt qui ad ſanitatem obtinendam ad magicas artes confugiunt, *Do.4.poſt Epi. ſer.1.n.14. & ſeq.per totum.*

Majeſtas.

Chriſti infantis eſt admirabilis. *In Epiph. Dom.ſer.3 per totum.*

Manſuetudo.

Multiplicat hominem, *Dom.1. Adv. Ser. 1. n.17.*

Ejus defectus hominem beſtiam efficit. *In nat Dom.ſer.1.n.3.*

Manſuetudo ſanctorum cauſa eſt ærumnarum quas patiuntur. *Dom. inf.oct. Nat.ſer. 2.per totum.*

Unde Moyſes tantam Manſuetudinem didicerit, *ib.n.8.*

Mare.

Inter nos & Deum poſitum, quid ſignificet, *Dom.4.Ad.ſerm.2.n.12.*

Margarita.

Huic mulier aſſimilatur, *Dom.1.poſt.Ep. ſer.1.n.18.*

Majores in fundo morantur, *ibid.*

Symbolum eſt animæ, *Dom.2.poſt.Epiph. ſer.3.n.10.*

MARIA VIRGO.

Nunquam à Chriſto mater eſt appellata & cur? *Dom.3.Adv.ſer.1.n.2.*

Chriſtum in præſepio collocavit, & cur? *In nat.Dom.ſer.1.n.1.*

In medio ſolis parturiens viſa, cur? *ibid.ſer. 3.n.4.*

Pulchra ut Sol, *ibi.n.5.*

Dicitur terra, & cur? *ib. n.7.*

Cœlum. *Ibid.*

Partus ejus miraculoſus, *ib.n.7.& 8.*

Ab Æthiopibus nigra depingitur, cur? *Dō. infr.oct.Nat.ſer.3.n.8.*

Baptizata fuit & cur? *In Circumc. Dom. ſer.2.n.4.*

Per terram Edom intelligitur. *In Epiph. Dom.ſer.3.n.5.*

Dicitur nubes, & cur? *ibid. nu.7.*
Thronus elevatus, *ib. n.12.*
Terra per naturam, cœlum est per gratiam *ib n. 13.*
Dolet ejus ob amissum filium. *Dom.1.post Epiph.ser.3.n.1.*
Nuptiis præsens adfuit, & cur? *Dom 2.post Epiph.ser.1.n.12.*
A Deo & Angelis custodita fuit, *ibid.*
Comparatur salamandræ, radiis solaribus &c. cur? *ibid.*
Dæmon videre noluit, *Dom.5 post Epiph. ser.2. num. 11.*

MARIA MAGDALENA.

Pœnitens nullius unquam viri faciem fixis est oculis intuita. *Dom.infra.oct.nat.ser.3. num. 1.*
In civitate peccatrix fuit, & cur? *Dom. 3. post Epiph. ser.1.n. 4.*
Unguenta secum detulit, & cur? *ib. ser.2. num.6.*
Evangelista de ejus peccato agens eam non nominat, & cur? *Dō.4.post. Epi.ser.2.n.13*
A Dæmone ad conversionem sollicitata, & quomodo? *Dō.5.post. Epiph.ser.2. num 16.*
A Martha accusata se non defendit, & cur? *Dom Saxag.ser.2.n. 10.*
Attentio ejus quacum Christum auscultabat, *ibid.*
Non quæsivit Christum & cur? *Dom.1.post Epiph.ser.1. n. 6.*
Causa peccati sui, *ib. n.15.*
Osculata est Christum in pedibus, & Judas in ore, & cur? *Dom.6.post. Eph.ser.3.n.4.*

Maritus.

Imperium quod in cōjugem suam habet, moderari debet. *Dom.2. Adv.ser.1.n 6.*
Ut conjugi suæ placeat, millena scelera committit. *ib.n 11.*
Nihil illi negare audet, *ibid. num. 12.*
Subjectus mulieri, mulier est, *ib.n.13.*
Imo bestia *ibid. num. 14.*
Imo Dæmon, *ib.*
Erubescere debet subjectionem istam, *ibi. num. 6.*
Conjugem suam domi coercere debet. *Dom.1.post. Epiph.ser.1.n.9.*
Excessivè amans adulter est, *ib. ser.2.n.8.*
Ob dotis interesse libertatem perdit *Dom. 2.post Epiph.ser.2.n.4.*
Qui divitias quærit, non quærit uxorem, *ibid.num.6.*

Martyres.

Ex SS. JESU nomine ebrii. *In Circumc. Dom.ser.3. n. 7.*

Martia.

Mulier Romana, ad secundas nuptias transire voluit, & cur? *Dom.2. post Epiph.ser. 2.num. 3.*

Mater.

Mala malam educabit filiam, *Dom. 1. Adv.ser 2.n.1.*
Similis est Lunæ, *ibi.*

Vide. *V. Mulier.*

Materia.

Symbolum hominis ad quamvis formam recipiendam dispositi, *Dom.2.post Epiph.ser. 3. num. 3.*

Matrimonium.

Vidua illud reiterare non debet, *Dom. inf. oct. Nat.ser.3.per totum.*
Non malè convenit cum Sacerdotio, *Dom.2.post Epiph.ser.1.n.2.*
Implet Paradisum, *ibid.*
Perficit hominem, *ib.n.4.*
Pretiosos fructus producit, *ibid.*
Dicitur argentum, & cur? *ibid. n.5.*
Contractum ob interesse mundanum infeliciter cedit, *ibid.ser 2. per totum.*
Inter homines maturæ ætatis contrahi debet. *ibid.n.2.*
Filii nati ex matrimonio interessato debiles communiter sunt, & brevioris vitæ *ib.n.2*
Interesse magna causat in Matrimoniis inconvenientia, *ib. n.4.*
Interesse dotum causa est litium, *ib.nu.8.*
Contrahendum est cum viro sine pecunia, sine vito, *ib num.7.*

Auribus contrahendum est, *ib. n.* 12.
Contractum ex appetitu pulchritudinis malè succedit, *ib. n.* 12.
Debet contrahi inter æquales.

Vide. *V. Nuptiæ.*

Mediocritas.

Omnia secum bona adfert, *Dom. 1. post Epiph ser. 2. n* 10.
Bona est, sicuti omnis est malus. *Dom. 1. post. Epiph. ser. 1. per totum.*

Mendax.

Quantum sapientem affligat, *In Epiph. Dom. ser. 1. n. 14.*

Merettix.

Lascivam filiam progignit, *Dom. 1. Adv. ser. 2 per totum.*
Sub imagine sanctæ cujusdem Virginis adoratur, *Dom. Sexag. ser. 1. n. 9.*
Infernus est, & cur? *ib. n.* 14.

Milvus.

Symbolum est latronis, *Dom. 3 post Epiph. ser. 1. num. 9.*

Misericordia.

Præcedit Justitiam, *Dom. 4. Adv. serm. 1. num. 3.*
Noli in eam nimium confidere, *Dom. inf. oct. Nat. ser. 1. per totum.*
Dulcedinem admirabilem conjunctam habet, *ibid.*
Nectar est, *ibid.*
Chorda est miserorum, *ib.*
Pastus ejus nimius esse non debet. *ib. nu.* 1.
Unus est ex Dei pedibus, *ib. n. 5.*
Illius desperatio peccatorem totaliter perdit, *ib. n.* 10.
Avarus nimium in illam confidendo damnatur, *ib.*
Obstinato peccatori damnosa est, *ib. n.* 13.
Intelligitur per Chordam arcus, *ib. n.* 13.
Nimia in relaxationem abit, *Dom. 1. post Epiph. ser. 2. nu. 2.*
Quemlibet salvat, *Dom. Septuag. serm 3. num.* 1.

MINERVA.

Virgo fuisse scribitur, & cur? *Dom. Septuages. serm. 2. n. 3.*

MOYSES.

Factus est Deus Pharaonis & cur? *Dom. 1. Adv. ser. 1. n* 19.
Mansuetissimus fuit, *Dom. infr. oct. Nat. ser. 2. n.* 8.
Unde tantam mansuetudinem didicerit? *Dom. 5. post Ep. ser. 3. n.* 11.
Pharaonem occidit & resuscitavit, & quomodo? *In Circumc. ser. 3. nu.* 13.
Corpus ejus est Deo absconditum & cur? *Dom. 4. post Epiph. ser 1. n. 6.*
Magnopere Deus famam ejus æstimavit, *ibid. n.* 8.
Vis & fortitudo precum suarum, *Dom. 5. post Epiph. ser. 3. nu. 7.*
Causa exaltationis suæ, *Dom. 6. post Epiph. ser. 3. n.* 16.
Hominem se esse probavit, & in quo? *Dom. Septuag. ser. 1. n. 4.*

Mors.

Principes qui immortalitatem sibi vendicabant *Dom. 4. Adv. serm. 3. n. 8.*
Qui Deum non audit mortuus est, *ib. n.* 11.
Dicitur immutatio, & cur? *Dom. 4. Adv. ser 2. n. 4.*
Fugit à SS. nomine JESU, *In Circumc. serm. n. 13.*
Temporalia deplorari non debent, *Dom. 1. post Epiph. ser. 2. n. 2.*
Eleemosyna ab æterna, non verò à temporali morte liberat, & cur? *Dom. 4 post Epiph. serm. 3. num.* 6.
Peccatum morte pejus est, *Dom. 5. post Epiph. ser. 2. n.* 14.
Mulier, *Vide Fœmina & V. Uxor.*

Mundus.

Solam habet boni superficiem, de substan-

tia autem nihil possidet. *Dom. Sexag. ser. 3. n. 11. & in nat. Dom. ser. 2. n. 1. & seq.*
Bona ejus nihil sunt. *In nat. Dom. ser. 2. num. 2.*
Sunt umbra, *Ibid.*
Figuræ sunt, *Ibid. n. 3.*
Oculis tantum satisfaciunt. *ibid.*
Excellentiæ ejus superficiales tantum sunt *Ib. num. 5.*
Sodomæ fructibus comparantur, *ib. n. 5.*
Fabula sunt. *ib. n. 6.*
Mundani comicam personam agunt, *ib.*
Etiam in affectibus mundus superficialis est, *ib. n. 8.*
Bona ejus somnia sunt, *ibid. n. 10.*
Opulenti ejus pauperes sunt, *ib. n. 11.*
Divitiæ ejus debita sunt, *ib. n. 12.*
Paupertatem suam occultare nequit, *Ibid. num. 13.*
Stultus est *Dom. infr. oct. Nat. Dom. ser. 2. num. 1.*
Virtuosos molestat, & cur? *ibid.*
De bonorum suorum potius, quàm de Christi amissione dolet. *Dom. 1. post Epiph. ser. 3. n. 8.*
Significatur per stabulum, *Dom. 3. post. Ep. serm. 3. num. 4.*
Nemo illi sine peccato servire valet *ib. nu. 16.*
Ad Deum, non verò ad mundum confugere debemus, *Do. 4 post. Epiph. ser. 1. per tot.*
Ignorantia mundanorum, *ibid.*
Qui ad mundum recurrit, Deum deserit, *ib. n. 11.*
Fame affligitur & cur? *Dom. Quinquag. ser. 2. n. 4.*

Musica.

Ejus effectus. *Dom. 3. Adv. ser. 2. n. 11.*
Spiritus Sanctus cum musica venit: cur? *ibid.*

N.

Natalis Christi.

Mundus hoc die inaudita mirabilia vidit, *In nat. Dom. ser. 3. per totum.*

Nectar.

Nomen est nominis JESU: & cur? *In Circumc. Dom. ser. 3. n. 7.*

NERO.

Mox ut natus est, pessimus est agnitus. *Dom. 1. Ad. ser. 2. n. 8.*
Dicitur Leo, & cur? *In Epiph. ser. 2. n. 9.*
Imprægnari volebat, *Dom. 2. post Epiph. ser. 3. num. 5.*

Nobilitas, Nobilis.

Soli virtuosi sunt nobiles, *Dom. 3. Adv. ser. 1 per totum.*
Non possunt esse servi, *ib. n. 4.*
A Deo derivatur, *ib. n. 7.*
Clerici sunt nobiles, *ib. n. 5.*
Religiosi non æstimantur nobiles, & cur? *ib. num 8.*
Terrena nobilitas à virtute perficitur, *ibi. num. 9.*
Nunc nobiles sunt, mox ignobiles, *ibid.*
De alienis bonis, non verò de propriis gaudent, *ibid.*
Vitiis commaculati sunt, *Ibid.*
Antiochus nobilis, minimè nobilis erat, *Ibid. num. 12.*
A bona educatione nascitur, *ib. n. 14.*
Magna est Christi nobilitas. *ib. n. 15.*
Documenta pro nobilibus, *Ibid.*
Non inclinat ad opera vilia, *ib. nu. 17.*
Quid prosit nobilitas? *ib. nu. 17.*
Deficiente virtute, ipsa quoque nobilitas deficit. *Ibid.*
Ab Hebræis multum æstimatur, & cur? *ib. num. 18.*
Nepotum vitia contegit, *ibid.*
Quanti æstimetur, *ib. n. 19.*
Nobiles vitiosi sunt Dæmones, *ib. n. 20.*
Imo Dæmonibus pejores, *ibid.*
Eorum culpæ majori cum rigore castigari merentur. *In Epiph. ser. 2. n. 6.*
Cur furentur, *Dom. infr. oct. Nat. ser. 2. n. 4.*

Nomen.

Nomina factis respondere debent. *In Circumc. ser. 2. per totum.*
Abrahæ nomen unica litera auctum fuit, *ib. ser. 3. n. 11.*
Saræ nomen una litera est diminutum. *Dom. 1. post Epiph. ser. 1. n. 2.*

Brevitas nominis Jesu, *In Circumc. Dom. ser. 3. n. 9.*

Lii Pater unde derivatur? *In Circumc. serm. 1. nu. 3.*

Notitia suiipsius.

Melius nobis esset, si non tam aliena quàm propria facta attenderemus, *Dom. 2. Adv. ser. 2. per totum.*

Ubi scriptum fuerit: Nosce teipsum, *ibid. n. 1.*

Vult Deus ut nos peccatores esse agnoscamus, *ibid. n. 3.*

Notitia suiipsius magnes est gratiarum divinarum, *ibid.*

Homo non æstimatur, quia non cognoscitur, *ibid.*

Ut te emendes sufficit, si teipsum agnoscas, *ibid. n. 4.*

Nosce teipsum de cœlo lapsum est, *ibid. num. 7.*

Est via ad cœlum, *ibid. nu. 7.*

Animam quæ inferno similis est, in cœlum transformat *ibid. n. 9.*

Hominem Deum efficit, *ibid. n. 11.*

A peccato præservat, *ibid. n. 10*

Nuptiæ.

Sanctæ sunt, earum verò abusus malus, *Do. 2. post Epiph. ser. 1. per totum.*

Christus illis præsens astitit, & cur? *ibid. num. 1.*

Dissolutæ dœmonem præsentem habent, *ibid. num. 1.*

Bene conveniunt cum sacerdotio, *ibid. n. 2*

Cœlum adimplent, *ibid.*

Fructus quos producunt, *ibid. nu. 4.*

Non debent in iis choreæ institui, *ibid. n. 6*

Nimii in illas adhibiti sumptus sponsos perdunt, *ibid. n. 12. & 13.*

Propter tot irrepentes abusus non sunt bonæ, *ibid. n. 14.*

In quadragesima & adventu non celebrãtur, cur? *ibid. n. 15.*

Ex motivo interesse initæ malè cedunt, *Dom. 2. post Epiph. ser. 2. per totum.*

Nux.

Symbolum est vanæ mulieris, *Dom. 1 post Epiph. ser. 1. n. 13.*

Infestatur à populo, & cur? *Do. 4. Adv. serm. 1. n. 7.*

O.

Obediens.

Ex patribus virtuosis filii nascuntur obedientes. *Do. 1 post Epiph. ser. 2. nu. 10.*

Oculi.

Superiores mundi oculi sunt, *Dom. 1. Adv. ser. 1 n. 13.*

Principes sine oculis pinguntur, cur? *ib. ser. 3. n. 6.*

Oculi columbæ quid significent, *Dom. 1. Adv. ser. 2. n. 7.*

Odores.

Vestes benè olent, quia animæ fœtent, *Do. 3. post Epiph. ser. 2. n. 7.*

Melius est fœtere quàm olere, *ibid.*

Non est odor qui peccati fœtorem temperare possit, *Ibid. n. 8.*

Oleum.

Nomen Christi & Christiani oleum est, *In Circumc. ser. n. 13.*

Opera.

Bona nec tamen perseverantia, sunt, ac si facta non fuissent. *Dom. 2. Adv. ser. 2. n. 4.*

Liberi arbitrii opera à stellis non dependent, *in Epiph. Dom. ser. nu. 2.*

Opera Moysis quàm admirabilia fuerint, *Dom. 3. post Epiph. serm. 3. n. 7.*

Opera nostra in servitium Dei adhibita, velut nihil sunt, & cur? *Dom. 4. post. Epiph. serm. 3. nu. 18.*

Oratio.

Modum à Deo aliquid postulandi scire debemus. *Dom. 2. Adv. ser. 3. nu. 8.*

Mortuus est qui non erat, *Dom. 4. post Epiph. ser. 1. n. 12.*

Deus plus dat, quàm ab ipso in oratione petimus, *ibid. ſerm.* 3. *num.* 2.

Bonus latro parùm petiit & multum impetravit, *ibid. n.* 3.

Petitio rei modicæ non meretur exaudiri, *ibid. nu.* 5.

Petendo parva Deum parvo tentamus, *ib. n.* 7.

Deus nobis parva à ſe petentibus iraſcitur, *ibid. n.* 11.

Oratio fieri debet pro rebus cœleſtibus, *ib. n.* 12. & 13.

Oratio Moyſis quantæ potentiæ fuerit, *Dom.* 5. *poſt Epiph. ſer.* 1. *nu.* 7.

Oratio ſanctorum quam utilis *ibid. n.* 12.

Oratio hominis vi tuoſi & juſti ab omnibus creaturis intelligitur & exauditur, *Dom. Quinquag. ſerm.* 2. *num.* 5.

Oſculum.

Symbolum eſt amoris, *Dom.* 6. *poſt Epiph. ſer.* 2. *n.* 10.

Oſcula Mariæ Magdalenæ & Judæ contraria fuerunt, *Dom.* 6. *poſt Epiph. ſerm.* 3. *nu.* 4.

Transfundit amantem in amatum, *Dom.* 6. *poſt Epiph. ſer.* 2. *n.* 10.

Oſtentatio.

Stultorum non verò ſapientium opus eſt, *In Nat. Dom. ſer.* 2. *nu.* 14.

Abominabilis eſt Deo, *ibid. n.* 16. & 17.

Otium, Otioſi.

In anima hominis otioſi nullum vitium non regnat, *Dom.* 10. *ſeptuag. ſer.* 2. *per totum.*

Eſt pater luxuriæ, *ibid. n.* 2.

Signum in quod cupidinis ſagittæ collimant, *ibid.*

Fons eſt latrocinii. *ibid. n.* 4.

Cauſa humanæ damnationis, *ibid. n* 5.

Et omnium ærumnarum, *ibid. n.* 7.

Sodomitas peſſimos reddidit, *ibid. n* 8.

Otioſus vivus ſepultus eſt, *ibid. n.* 9.

Significatur per porcum, *ibid. nu* 10.

Omnia in animam Dæmonia addunt, *ibid.*

Omnia quoque vitia, *ib. nu.* 11.

Labor magnum & otium modicum eſſe debet. *ib. n.* 12.

Magiſter eſt vitiorum, *ibid.*

In via cæleſti valde damnoſum eſt, *ib. n* 14.

Qui non facit bonum, malum facit, *ibid.*

Otioſus divina eſt protectione deſtitutus, *Ibid. n.* 15.

Quis non debeat appellari otioſus. *Ibid. n.* 16.

Oves.

Offeruntur ob manſuetudinem ſuam, *Do. infra oct. Nat. ſer.* 2. *nu.* 6.

P.

Palatia.

Non audiunt Chriſtum, *Dom* 4. *Adv. ſer.* 3. *nu.* 1.

Quidnam veritas ſit ignorant, *ibid. n.* 2.

Palma.

Hominum & nuptiarum ſymbolum eſt, *Dom.* 1. *Adv. ſer.* 1. *nu.* 6.

Signum eſt maris & fœminæ, *ibid.*

Panis.

E cœlo non verò de terra venit, *Dom. Quinquag. ſer.* 2. *n.* 15.

Peccatum nobis illum eripit, virtus donat, *ibid. n.* 1.

Deus ſanctorum panis eſt, *ibid n* 13.

Cur nonnunquam nobis deficiat, *ib. n.* 16.

Sanctis deeſſe non poteſt, *ibid. nu.* 17.

Sanitas non à pane, ſed à Deo venit, *ibid. n.* 17.

Contemplatio rerum cœleſtium ſanctorum panis eſt, *ib. n.* 14.

Paradiſus.

Beſtiæ in Paradiſum ſemel introductæ, inde non amplius egrediuntur, & cur? *In Nat. Dom. ſer.* 1. *n.* 17.

Deus illum totaliter, non verò diviſim donat. *Dom.* 4. *poſt Epiph. ſer.* 3 *nu.* 4.

Flumina è ſuo fonte naſcuntur, *Dom.6 poſt Epip ſer.2.n.17.*
Pœnitens paradiſo fruitur, *ib.n.10.& ſeq.*

Parentes.

Sunt Prælati noxii, *Do.1.Adv.ſer.1.nu.8.*
A bonis ſuperioribus non æſtimantur, *In Epiph.ſer.2.nu.4.*
Luxuriosus parentes non reſpicit, *Dom.Sexag.ſer.1.n.8.*

Particidium.

Delictum eſt inimaginabile, *Dom.3.Adv.ſer.3.n.9.*
Culpa eſt graviſſima, *In Epiph.Dom ſerm.2.n.12.*

Pater.

Filiorum curam habere debet, *In Circumciſ.Dom.ſer.1.per totum.*
Vitupetio dignus, & quis, *ibid. num.2.& 5.*
Nomen Pater unde derivetur, *ibid.n.3.*
Ingens eſt dolor ob filios conceptus, *ibid. num.4.*
Mali filii pater, & ipſe malus eſt, *ibid.*
Stommachus eſt domus ſuæ, & cur? *ibid.n.5.*
Tales ſunt filii quales Patres, *ibid.n.6.*
Parentibus attribuuntur filiorum virtutes & vitia, *Ibid.n 7.& ſeqq.*
Ex bono patre filius quoque bonus cognoſcitur, *ibid.n.9.*
Delicta filiorum, patrum ſunt vituperia, *ib. n.10.*
Oculos ſuos in filios defixos habere debent, *ibid. n.11.*
Patre dormiente filii peccant, *ib n.12.*
Filios nimium diligentes taxantur, *ibid. n.7.*
Virtuoſi, virtuoſos quoque filios gignunt, *Dom.2. poſt Epiph.ſer.2.n.10.*
Turpes generant filios, & cur? *ibid.n.16.*
Peccata eorum caſtigantur in filiis, *ibid. nu.17.*
Plus de filiorum ærumnis, quàm de propriis dolent, *Dom.4. poſt Epiph.ſer.2.n.7.*

Patientia

Dei, peccatori obſtinato damnoſa, *Dom. inf.oct.Nat.ſer.1.n.11.& 12.*
Dives non tentatur de patientia. *ibid. ſer.2.n.13.*
A purgatorio panis non liberat, *Dom.2.poſt Epiph.ſer.3.n.17.*

S. PAULUS APOSTOLUS.

Adamas eſt, & cur, *Dom.2.Adv.ſer.2. nu.3.*
Epiſtamatus eſt Angelus, *In Circume. ſer.3.n.4.*
Vas eſt nominis Jeſu, *ibid.*
Ejuſdem nominis virtute in cœlum raptus eſt, *ib.n.8.*
Exiſtens viator fuit etiam comprehenſor, *ibid.n.17.*
Pro Chriſto cœlum nihil faciebat. *Dom.1. poſt Epiph.ſer.3.n.9.*
Animarum curæ totaliter deditus fuit, *Do.Septuag.ſerm.1. nu.7.*
Ex rerum cœleſtium contemplatione nutritus fuit, *Dom. Quinquag.ſer.2.n 14.*

Pauperes, Paupertas.

Graviter peccant, qui pauperes Eleemoſynis ſuis defraudant, *Dom.4.Adv.ſerm.1. num.6.*
Soli Chriſtum ſequuntur, *ibid.ſer.2 nu.3.*
Paupertas Chriſti Infantis, *In Nat. Dom. ſer.3. nu.10.*
Tentantur de patientia, *Dom. infra oct. Nat.ſer.2. nu.13.*
Per nimios divitum ſumptus occiduntur, *Dom.1.poſt Epiph ſer.2.n.5.*
Denarius qui tibi ſuperfluus eſt, pauperum eſt, *ibid.*
Cenſentur Angeli, & cur! *Dom. Sexag. ſer.3.n.5.*
Videntur Dii, *ibid.n.5.*
Sunt beati in terra, *ibid n.6.*
Imperatores & Reges ſunt pauperes, *ibid. n.13.*
Cauſa paupertatis noſtræ, *Dom.4.Adv. ſerm.1.nu.12.*

Pavo

Pavo.

Eſt avis pulcherrima *Dom.2.Adv.ſerm.2. n.13.*

Symbolum eſt noctis, & cur? *ibid.*

Symbolum eſt divitum, *Dom. 4. Adv. ſer.3.n.3.*

Junoni dedicatus eſt, & cur? *Dom. 4. Adv.ſer.3.n.3.& Dom.2. poſt Epiph. ſer.2.n. 4. & In Nat.Do.ſer.2.n.8.*

Pax.

Odio habetur à malis Adversaris, *Dom.1. Adv.ſer.3.nu.10.*

Ambitioſus illam cum ſuo collega conſervare nequit, *Dom.3. Adv. ſer.3.n. 17.*

Miraculoſa fuit in natali Chriſti. *In Nat. Dom.ſer.3. n. 6.*

Templum pacis deſtructum, & cur, *Ibid. n.8.*

Peccatores adverſus hominem juſtum libenter conſpirant, *Dom. infra oct.Nat.ſer.2. n. 6.*

A peccatoribus turbatur, *Dom. 3. poſt Epiph.ſer.2.n.13*

Vita ſine pace non eſt vita; *Dom. infra oct. Nat.ſer.3.nu. 11.*

Peccatum.

Nullum eſt peccatum, quod ambitioſus non committat, *Dom.3. Adv ſer.3. nu.12.*

Peccatum cauſa eſt cur unus homo alterum timeat, *In Nat Dom. ſer.1. n. 5.*

Sine pœnitentia non dimittitur, *Dom.4. Adv.ſer.2.nu.2.*

Peccata filiorum imputantur parentibus, *In Circumc.ſer.1.nu.7.& Dom.2. poſt Epiph. ſerm.2.nu. 17.*

Solum lachrymis dignum eſt, *Dom.1.poſt Epiph ſer.3.n. 2.*

Solus Deus illud dimittere poteſt, *Dom. 4. poſt Epiph.ſer 1.n. 7.*

Juxta virtutem poſitum deterius eſt, *Dom. 3.poſt Epiph.ſer.1. n 8.*

Eſt ingens quoddam debitum, *Dom.5. poſt Epiph.ſer.3 n. 17.*

Qua ratione ſolvatur, *ibid.*

Mirabiliter fœtet, *Dom 3 poſt Epiph.ſer. 2.per totum.*

Ejus fœtor nullo poteſt odore mitigari, *ibid.n. 8.*

Cur ita fœteat? *ibid n.10.*

Nihil ita fœtet, *ibid.*

Eſt fœtor ejus fœtor inferni, *ib.n. 14.*

Fœtor peccati Juda, *ibid. n. 15.*

Fœtor ejus uſque ad cœlum ſe extendit, *ib. n. 18.*

A nobis non percipitur, & cur? *ibid.n.19.*

Eſt cauſa incarnationis. *Dom.5. poſt Epiph. ſer.2.n.17.*

Facilius à divite committitur, *Dom. Sexag.ſer.3.nu. 2.*

Cauſat ut homo famelicus ſit & maceret, *Dom. Quinquag.ſer.2.per totum.*

Fœcunditatem terræ auffer, *Ibid. n. 6.*

Aquam in paradiſo continet, & cur? *ibid. n.9.*

Deturbat in infernum, *Dom.6.poſt Epiph. ſer.2.n. 4.*

Dicitur porta inferi, *ibidn 5. & 6.*

In juventute extirpari debet, *Do.Septuag. ſerm.3.n. 5.*

Dicitur dæmon, *Dom.6.poſt Epiph ſer. 2. num.8.*

Horrendum eſt peccati ſpectaculum, *ibid.*

Inferno pejus eſt, *ibid.*

S. Petri cur permiſſum, *Dom.6 poſt Epiph. ſer. 3.n.14.*

Deum, & quidquid in mundo eſt, & ſuper omnia ipſummet committentem oſtendit, *Dom. 5. poſt Epiph.ſer.1.per totum.*

Adam peccatum ſuum centum annis deflevit, & cur *ibid.n.2.*

Plus Chriſtum quàm mors ipſa afflixit, *ibid n.3.*

Eſt dolor cordis Dei, *ibid.n 4.*

Gravitas ejus demonſtrari valet, *ibid.n.4.*

Stellæ caſtigabuntur eo quod fuerint ejus committendi inſtrumenta, *ibid.n 5.*

Innocentes ob peccata aliorum affliguntur, *ibid.n.6 & 7.*

Unicum tantum multos ictus infligit, *ib. n. 8.*

Eſt miſeria cœleſtium & terreſtrium, *ibid. n.10.*

Cœlum affligit & infernum, *ibid. n. 12.*

Morte pejus eſt, *ibid.n.14.*

Peccati periculum lachrymis dignum eſt. *ibid.n. 18.*

Nul-

Nullum eſt peccatum quod in otioſi hominis anima non regnet, *Dom. Septuag. ſer. 2. per totum.*

Peccator.

Beſtia eſt non homo, *Dom. 1. Adv. ſer. 3. n. 4. & in nat. Dom ſer. 1. per totum ſermonem.*

Ruſticus eſt, *Dom. 3. Adv. ſer. 1. n. 6.*

Peccator nobilis non eſt nobilis, *ibid. ſer. 3, num 10.*

Non potuit eſſe nobilis, *ibid. n. 15.*

Deus vult ut nos peccatores eſſe agnoſcamus, *ibid. ſer. 2. n. 2.*

Ad hoc ut corrigatur, ſufficit ſi cognoſcatur, *ibid.*

Eſt Dæmon, *ibid. n. 6.*

Anima ejus infernus quidam eſt, *ibid. n. 9.*

Eſt piſcis, *Dom. 4. Adv. ſer. 2. n. 11.*

Delet imaginem Dei, *In Nat. Do. ſer. 1. n. 6.*

Simiæ ſimilis eſt, *ibid. n. 13.*

Foris homo intus beſtia, *ibid.*

Eſt omnium beſtiarum monſtrum, *ib. n. 16*

Beſtiis deterior, *ibid. n. 17.*

Poteſt formâ hominis recuperare *ib. n. 18.*

Nec deſperare nec nimis ſperare debet, *Do. infrà oct. ſer. 1. per totum.*

Ambulat in circuitu & cur? *ibid. n. 4.*

Plus movetur timore pœnæ quam ſpe præmii, *ibid. n. 7.*

Gaudet in hac vita, *Dom. 4. Adv. ſerm. 2. num. 10.*

Non eſt homo ſed filius hominis, *In Nat. Dom. ſer. 1. n. 8.*

Habet in ſe omnes beſtiarum defectus, *ib.*

Non erubeſcit de peccato, *ibid. n. 9.*

Servus eſt, non vero filius Dei, *In Dom. infrà oct. nat ſer. 2. n. 15.*

Abuſus patientiæ Dei, valde illi noxius eſt, *ibid. ſer. 1. n. 11. & 12.*

Non cenſetur Chriſtianus, *In Circume. Dom ſer. 2. n. 8.*

Refert faciem dæmonis, *ibid.*

Chriſtiani dignitatem non cognoſcit, *ibid. num. 10.*

Non debet appellari Chriſtianus, *ib. n. 12.*

Eſt effeminatus, *Dom. 2. poſt Epiph. ſer. 3. num. 12.*

Virtuoſo vicinus longe videtur deterior, *Dom. 3. poſt Epiph. ſer. 1. n. 8.*

Intelligitur per hircum, *ibid. ſer. 2. n. 2.*

Per Capreolum, *ibid.*

A facie Chriſti ejectus eſt, & cur? *ibid. n. 5.*

Delectatur odoribus, & cur? *ibid. n. 7.*

Intelligitur per porcum, *ibid. n. 13.*

Inſeitat mundum, *ibid. n. 13*

Cenſendus eſt beſtia, *Ibid ſer. 3. n. 4.*

Symbolizatur per Elephantem, *Dom. 4. poſt Epiph. ſer. 1. n. 12.*

Non debet diffamari, *ibid. ſerm. 2. n. 11.*

Propter ipſum multi affliguntur, *Dom. 5. poſt Epiph. ſer. 2 n. 6. & 7.*

Plus omnibus aliis à peccato ſuo oſtenditur. *ibid. n. 13.*

Infernum in pectore ſuo portat, *ibid.*

Faciem dæmonis habet, *ibid n. 16.*

Malum & bonum illi nocet, *ibid. n. 17.*

In ſocietate ſanctorum vivit propter bonum quod recipit à ſanctis, *Dom 5 poſt Epiph. ſer. 3 per totum.*

Poteſt fieri ſanctus, *ibid. n. 3.*

Sancti ipſum à peccando impediunt, *ibid. num. 4.*

Hebræi quia peccatores erant, ſervi facti ſunt, *ibid. n. 5.*

Propter ſanctos, inter quos vivit, non caſtigatur, *ibid. n. 7.*

Emendatur ex viſo bonorum exemplo, *ibid. n. 10.*

Servit ſanctis, & quomodo? *ibid. n. 14.*

Eſt bonis malleus, *ibid. n. 14.*

Vivens infernum ſuſtinet, *Dom. 6 poſt Epiph. ſer. 2. per totum.*

Eſt ſummè miſer, *ibid. n. 1.*

Vivit cum Dæmone, *ibid. n. 6.*

Habet faciem dæmonis, *ibid. n. 7.*

Uno verbo totum cælum lætificare poteſt, *ibid. n. 15.*

Eſt beſtia, *Dom. Septuag. ſerm. 1. per totum.*

Non æſtimat animam, *ibid. n. 16.*

Invidus eſt boni alieni, *Ibidem ſerm. 2. num. 2.*

In ſenectute difficulter emendatur, *ibid. ſer. 3 per totum.*

Stultus eſt, & quovis ſtulto ſtultior, *Dom. 5. poſt Epiph. ſer. 1. n. 1.*

Miſerrimus eſt, *Dom. Sexag. ſerm. 3. num. 2.*

Peccator Christianus sanctus dici potest, cur: *Dom. Quinquag. ser. 1. n. 5.*

Sancti affliguntur per sua peccata, *ibidem num. 9.*

Summa est infelicitate oppressus, *ibidem ser. 1. n. 1.*

Famelicus vivit, *ibid. n. 1. & seq.*

Solet commorari in insulis, & cur? *In nat. Dom. ser. 1. n. 7.*

Verbum Dei illi non sapit, *Dom. Sexag. ser. 2. n. 8. & 9.*

Perseverantia.

Nisi adsit operibus bonis, sunt quasi nunquam fuissent, *Dom. 1. Adv. ser. 2. n. 4.*

Coronat opera virtuosa, *ibid. n. 4.*

Coronat hominem, *ibid. n. 15.*

Hæres cœlorum, *ibid. n. 17.*

In bono perseverans Deus quidam est, *ibid.*

Dei imaginem refert, *ibid.*

Pestis.

Causa pestilentiæ tempore Davidis, *Dom. 4. post Epiph. ser. 3. n. 10.*

S. Petrus.

A Christo electus est in ejus vicarium, & cur? *In Epiph. Dom. ser. 2. n. 4.*

Qua via se ad summam sedem evexit? *Dom. 6. post Epiph. ser. 3. n. 14.*

Pilatus.

Nonnulli Prælati Pilati, non prælati vocari mererentur, & cur? *Dom. 1. Adv. serm. 2. num. 10.*

Pithagoras.

Princeps Germanus propriis sese manibus occidit, & cur? *Do. 2. Adv. ser. 1. n. 16.*

Platea.

Omni peccato plena, *Dom. Septuag. ser. 2. num. 1.*

Homines in plateis circumvagantes non merentur dici Christiani, *Do. 6. post Epiph ser. 1. n. 13*

Plato.

Sæculorum malis remedium adferre volebat & quomodo? *Do. 1. Adv. ser. 1. n. 4.*

Pluvia.

Unde ejus defectus oriatur, *Do. Quinquag ser. 2. n. 16.*

Pœnitentia.

Sola peccatores salvat, *Dom. 4. Adv. ser. 2. n. 1. & seq.*

Deus sine pœnitentia peccata non condonat, *ibid. n. 2.*

Nimia non est bona, *Dom. 1 post Epiph. ser. 2. n. 15.*

Lachrymæ illius pretiosæ sunt, *ibid. ser. 5. num. 11.*

Pœnitens veram plangendi artem novit, *ibid. n. 12.*

Pœnitentis planctus solus consolationem lenitur, *ibid. n. 13.*

Pœnitentia unicum est sœtoris peccati remedium, *Dom. 3. post Epiph. ser. 2. n. 20.*

Est enim muscus, *ibid. n. 21.*

Pœnitens paradiso fruitur, *Dom. 6. post Epiph. ser. 2. n. 10.*

Oculis à Deo delinitur, *ibidem.*

Beatus vocari meretur, *ibid.*

In hac vita beatitudinem suam inchoat, *ibid. n. 11.*

Est veluti Angelus quidam beatus, *ibid. n. 13.*

Ejus lætitia explicari nequit, *ibid, n. 14.*

Cœlum exultare facit, *ibid. n. 15.*

Cælum pariter & terram lætificat, *ibidem num. 16.*

Est verus quidam paradisus, *ibid n. 16.*

Tempus pœnitentiæ festivum est, *ibidem num. 18.*

Senex invetteratus in peccatis difficulter pœnitet, *Dom. Septuag. 3. per totum.*

Non debet fieri in hyeme, & cur? *ib. n. 7.*

Populus.

Rectori suo conformatur, *Dom. 1. Adv. ser. 2. n. 3. & 4.*

Cum Rege malo malus efficitur, *ibid.*

Eſt inconſtans, *Dom.2.Adv.ſer.2.n.5.*
Dicitur populus & cur? *ibid.*

Porcus.

Symbolum eſt peccatoris, *Dom.3.poſt Epiph.ſer.2.n.13.*
Peccati fœtorem tolerare nequit, *ibidem num.14.*
Symbolum eſt hominis luxurioſi, *Dom. Sexag.ſer.1.n.4.*
Item otioſi ſymbolum eſt, *Dom.Septuag. ſer.2.n.10.*

Prædicatores.

Modicum fructum faciunt, & cur? *Dom. Sexag.ſer.2.n.2.*
Creant cœlos, & quomodo, *ibid.*

Prælati.

Rapaces ſunt damnoſiſſimi, *Dom.1. Adv. ſer.1.n.7.*
Aliqui congruentiùs Pilati vocarentur, *ibid n.10.*
Dextrum genu coram illis curvatur, & cur? *In Circumc.ſer.3.n.10.*
Paſcere debent non mungere, *Dom.3. poſt Epiph.ſer.1. n.6.*
Dare non rapere debent, *ibid.*
Prælatis dormientibus lupi feſta agunt, *Dom Quinquag.ſer.3.n.4.*
Vide v. *Superior.*

Principes.

Gentilium imitatores non videntur Chriſtiani, *In circumc.ſer.2.n.6.*
Sanguinem humanum fundunt, & cur. *In Epiph.ſer.2.n.2.*
Æſtimantur Dii, *ibid.n.8.*
Vitam hominis nihili æſtimant, *ib. n.8.*
Sunt terribilis phyſiognomiæ, *ibid.ſer.3. num.8.*
Male conſulti & imprudentes populum deſtruunt, *Dom.Quinquag.ſer.3.n.2.*
Pauci boni inveniuntur, *ibid.n.11.*

Vide v. *Superior.*

Pulcri, Pulchritudo.

Non indiget ornatu, *Dom.4.Adv.ſerm.2. n.10.& 11.*
Quidnam ſit in mundo pulcherrimum, *Do.3. Adv.ſer.2.n.5.*
Quam ingens ſit animæ pulchritudo, *ibid.*
Mulier exornata, non eſt pulchra, *Dom. infrà oct. Nat.ſer.3.n.7.*
Turpe puchrum vocari non poteſt. *In Circumc.ſer.2.num.12.*
Mulier pulchra eſt in quantum domi ſe continet, *Dom.1 poſt Epiph.ſer.1. n.7.*
Angelorum pulchritudo magna eſt, *ibid. ſer.2.n.13.*
Pulchritudo mulieris cauſa eſt adulterii, *Dom 2.poſt Epiph.ſer.2.n.12.*
Floris ſubito marceſcit, *ibid.*
Mulier pulchra difficulter aſpicitur, *ibid. num.13.*
Vitam mariti periculo exponit, *ibid.n 14.*
Appetitus inordinatus pulchritudinis mulieris cauſa eſt deformitatis in filiis, *ibid.n.16.*
Tribulationes animam venuſtant, *Dom. 1.poſt Epiph.ſer.1.n.14.*
Nemo pulcher eſt quin antea turpis fuerit, *Dom.6.poſt Epiph ſer.3.n.9.*

Purgatorium.

Dæmones non ingrediuntur, *Dom.5.poſt Epiph.ſer 2.n.6.*
Ab ejus igne præſervare nos poſſumus, & quomodo? *ibid.ſer.3.n.17.*
Epiſcopus in purgatorio ex fœtore peccati clerici alicujus ad infernum condemnati vehementer cruciatus, *Dom.3. poſt Epiph. ſer.2.n.3.*

Purpura.

Divitis Epulonis quid ſignificarit, *Dom.1. Adv ſer.3.n.2.*
Qua ratione tingatur, *ibid.*
Purpura piſcis linguam ferream habet, *ib. num.3.*
Jovis olympii, *ibid.n.6.*
Per linguam ſymbolum eſt detractionis, *Dom.3.poſt Epiph.ſer.1.n.7.*
Pythagoras, *vide ſupra.* v. Pithagoras.

R.

Ratio ſtatus.

Qui hac lege gubernatur, nullo non vitio coinquinatus exiſtit, *In Epiph. Dom. ſer. 2. n. 1.*
Sanguinem ſubditorum non curat, *ib. n. 2.*
Obliviſcitur cæli, *ibid. n. 3.*
Parentes indignos reputat, *ibid. n. 4.*
Non attendit ad juſtitiam, *ibid.*
Nobiles caſtigari non permittit, *ibid. n. 6.*
Delicta eorum diſſimulat, quorum opera indiget, *ibid n. 7.*
Homines in Dæmones transformat, *ibid. num. 8.*
Et in beſtias, *ibid. n. 9.*
Cælum ut reſpiciamus non permittit, *ibid. num. 9.*
Rectores timeri vult, non vero amari, *ibid.*
Diſcordias introducit, *ibid. n. 10.*
Principem anima privat, *ibid. n. 11.*

Regina.

Regina vidua Reginarum eſt optima, *Do. infrà oct. Nat. ſer. 3. n. 5.*

Regnum.

Cœlum regnum dicitur, & cur? *Do. 1. Adv. ſer. 2. n. 8.*

Religioſi.

Non æſtimantur nobiles, & cur? *Dom. 3. Adv. ſer. 1. n. 8.*
Familiaritas & conſortium ipſorum peccatoribus valde eſt, *Dom. 5 poſt Epiph. ſer. 3. num. 13.*
Æſtimantur otioſi, & cur, *Do. Septuag. ſer. 2. n. 16.*

Reputatio.

Semel amiſſa difficulter recuperatur, *Do. 4. poſt Epiph. ſer. 2. n. 11.*

Rex, Reges.

Dicuntur Baſilei & cur? *Dom. 1. Adv. ſer. 2. num. 3.*
Nobilitant homines, *Dom. 3. Adv. ſerm. 1. num. 7.*
Magi non dicuntur Reges, & cur? *In Epiph. ſer. 3. n. 10.*
Corde pariter, & ore mendicant, *Do. Sexag. ſerm. 3. n. 12.*
Privati divites Reges pauperes faciunt, *Dom. Quinquag. ſer. 3. n. 3.*
De iis qui in manu perverſi alicujus miniſtri regni ſui adminiſtrationem relinquunt, *ibid. n. 4.*
Boni malis conſiliariis conjuncti boni non ſunt, *ibid. n. 6.*
Qui ab aliis gubernantur Reges non ſunt, *ibid. n. 7.*
Barba carere debent, & cur? *ibid. n. 8.*
Cœci communiter cane tanquam Duce utuntur in regnorum ſuorum ruinam, *ibid. num. 14.*
Vide v. *Principes, Superiores.*

Roſcius.

Larvarum inventor eſt, & cur? *Do. 1. Adv. ſer. 3. n. 10.*

Roſa.

Symbolum eſt Chriſti infantis, *In Nat. Dom ſer. 1. n. 1.*
Cur noſtra ſit? *ibid.*
Roſa Apulei, *ibid.*

Ruſticus.

Omnis peccator eſt ruſticus, *Do. 3. Adv. ſer. 1. n. 6.*

S.

Sacerdos.

Non debet eſſe illegitimus, & cur? *Dom. 1. Adv. ſer. 2. n. 13.*
Mexicanus quomodo Idolum ſuum adornet, *ibid. ſer. 1. n. 9.*
Avarus animarum vicina eſt, *Do. 4. Adv. ſerm. 1. n. 3.*
Miniſtri principum ſacerdotes eſſe debent & cur? *Dom. Quinquag. ſer. 2. n. 13.*

Salamandra.

Symbolum est luxuriosi & cur? *Dom. Sexag. ser.1,n.15*

Salomon.

Effœminatus fuit ab amore lascivo. *Dom. 2,post Epiph.ser.3,nu.7*

Ubi tot libri quos scripsit permanserint? *Dom.4,post Epiph.ser.1,n.8*

Samson.

Ejus excellentiæ, *Dom. infra oct.Nat.ser. 2.nu.1*

Quidnam nomen ejus significet,*ibid.*

A suâ muliere traditus est & cur?*ibid.*

Sancti.

Quid significet Ly Sanctus,*in Circumcis. ser.2.n.8*

Quinam ex Sanctis Advocati fuerint? *Dom.1,Adv.ser.3,nu.2*

Sunt cæli, *Dom.3,Adv.ser.2,nu.9*

Contrario prorsus modo tractantur ac alii, *Dom.3,Adv.ser.2,n.4*

In hac vita tribulari & laborare gaudent, *ibid.n.7*

In prosperitate timent,*ibid.n.9*

In hac vita consolationem accipere nolunt,*ibid.nu.11*

Planctum habent loco cantus,*ibid.*

Loquuntur ad instar Christi, *ib.ser.3,n.6*

Magnates hujus mundi non timent, & cur?*in Nat.Dom.ser.2,nu.5*

A peccatoribus malè tractantur & cur? *Dom.infrà oct.Nat.ser.2,nu.1*

Neminem accusant,*ibid.nu.2*

Offensas osculis compensant,*ibid.n.10*

Sunt columbæ,*ibid.*

Obboniratem suam affliguntur, *ib.n.12*

Sunt veluti scopus in quem omnium offensæ collimant,*ibid.*

Assimilantur capreis,*ibid.nu.12*

Persecutiones favorum loco accipiunt, *ibid.nu.13*

Qui ipsos affligunt non videntur esse Christiani,*ibid.n.14*

Nec Deum agnoscunt,*ibid.*

Christiani sancti dicuntur & cur? *in Circ. Dom.ser.2,nu.8*

Gravitas peccati murmurantium, *Dom. 4,post Epiph.ser.2,nu.3*

Qui illos offendit Deum offendit,*ib.n.8*

In societate peccatorum vivunt, & cur? *Dom.5,post Epiph,ser.3,n.2.& seq.*

Sunt boni vicini,*ibid.n.2*

Peccatores coercent & refrænant, *ib.n.4*

Sunt peccatoribus afflictis consolatio,*ibidem nu.5*

Unicus tantum mundo in adjutorium sufficit,*ibid.nu.6*

Peccatores castigare non desinunt, *ibidem nu.6,& 7*

Tam vivi quam mortui prosunt, *ibidem num.9*

Efficacia precum quas fundunt, *ibidem num.12*

Peccatores illis serviunt,& quomodo,*ibid. nu.14,& seq.*

Utilitates quas ex ærumnis capiunt, *ibid.*

Quo magis affliguntur,eo pulchriores evadunt,*ibid.nu 16*

Periclitantur nisi exerceantur, *ibid.n.18*

Non sunt in terra,sed in cælis degunt, *Do. 6,post Epiph.ser.2,n.3,& 4*

Ad Infernum potius se recipere quam peccare mallent,*ibid.nu.9*

Res corporeas minimè curant, *ibidem nu. 8,& 7*

Affliguntur propter peccatores, *Dom. Quinquag.ser.1,nu.9*

Semper sunt saturati, *ibid.serm.2,num.1, & seq.*

Deus curat ut semper abundent, *ibid.n.2*

Omnia ad ipsos satirandos panes fiunt, *ibid. nu.13*

Deus est sanctorum panis,*ibid.*

Fame mori non possunt,*ibid.nu.17*

Sanguis.

Sanguis Christi sanguine nostro compensatur, *Dom.4,post Epiph.ser.3,n.17*

Sapientes.

Ea quæ ad ipsos spectant, sunt, nec tamen videntur,*in Nat.Dom.ser.2,n.15*

Sara.

Nomen ejus Sarai in Sara mutatum est, cur? *Dom.1 post Epiph ser 1,n.2*

Ejus interpretatio, *ibid.n.9*

Sardanapalus.

Rex Ninivitarum à Jona conversus, *Do. 4, Adv.ser.2,n.8*

Luxuriosus & effeminatus fuit, *Dom.2, post Epiph.ser.3,n.7*

SENECA.

Quidnam de divite quodam Neronis aulæo sive tapete dixerit, *in Nat. Dom.serm.2, num.13*

Frontispicium domus suæ quale fuerit, *ibid.nu.15*

Senex, Senectus.

Peccator inveteratus in senectute difficulter emendabitur, *Dom, Septuag.ser.3,nu.1*

Induratus est ad faciendam pœnitentiam, *ibid.nu.2*

Antiquam consuetudinem difficulter deseret, *ibid.nu.3*

Juvenis luxuriosus etiam in senectute talis erit, *ibid.nu.4*

Luxuriosus juvenis Æthnam montem refert, *ibid.*

Semel tantum ad Deum laudandum invitatur & cur? *ibid.nu.6*

Senectus per hyemem intelligitur, *ib.n.7*

Senectus inhabilis est ad onera pœnitentiæ ferenda, *ibid.nu.8*

Fœces Deo reservavit, *ibid.nu.9*

Virgam seu baculum percutientis Dei non sentit, *ibid.n.10*

In peccato mortuus difficulter resurgit, *ibid.n.12*

Tremit capite & cum *ibid.n.14*

Moti nollet, *Dom.1, post Epiph.serm.2,nu. 11, & 12*

Seraphini.

Ex miraculis natalis Christi obstupefacti, *in Nativ. Dom.ser.3,nu.14*

Divina judicia penetrare nequeunt, *in Epiph.Dom.ser.1,nu.12*

Serpens.

Avari hominis symbolum est, *Dom.4, Adv.ser.1,n.2*

A quovis homine conculcatur & cur? *Dom.infr.oct.Nat.ser.2,nu.7*

Servi.

Nobiles non possunt esse servi, *Dom.3, Adv.ser.1,nu.4*

Servi non possunt fieri clerici, *ibid.nu.5*

Peccatores à Deo servi esse censentur, *Dom. infr.oct.Nat.ser.2,n.15*

Crudelitas Dominorum suorum, *Dom.3, post Epiph.ser.3,nu 1, & seq.*

Ratio cur bene tractandi sint, *ibid.*

Nimium aggravati, *ibid.nu.2*

Diebus Festis laborare coguntur, *ibid.*

Tractantur more bestiarum, *ibid.num. 3, & 4*

Servientes fame moriuntur, *ibid.n.5*

A barbaris mitius habentur, *ibid.*

Servi eundem cum nominis suis panem manducare gaudent, *ibid.n 6*

Nudi dimittuntur, *ibid.nu.7*

Diffamantur, ne Domini illis stipendia sua expedire cogantur, *ibid.*

Nequeunt de malo suo tractamento lamentari, *ibid.n.8*

Vita eorum nihili æstimatur, *ibid.nu.13*

Conformant se Dominis in vita, *ibidem nu.14*

Rari boni inveniuntur & cur? *ibid.nu.15*

In periculis deseruntur, *ibid.n.12*

Fures sunt, & cur, *ibid.n.15*

Serviunt, ut Deum Deum offendant, *ibid. num.16*

Servi sunt secundum corpus, non vero secundum animam, *ibid.nu.17*

Sibilla.

Tiburtina Natalem Christi cognovit, *in Nat. Dom.ser.3,n.4*

Augusto Christum infantem ostendit, *in Epiph.Dom.ser.3,nu.2*

Simia.

Symbolum est peccatoris, *in Nat. Dom. serm.1,nu.13*

Sirenes.

Sirene.

Serpens est Arabiæ pernitiosissimus, *Dom. 4, Adv. ser. 1, n. 4*

Sol.

Ejus proprietates bono superiori applicantur, *Dom. 1, Adv. ser. 1, n. 1*

Post Christi natalem dies longiores efficit, & cur? *in Nat. Dom. serm. 3, nu. 5*

In corvum est transformatus & cur? *ibid.*

Tres soles simul uno eodemque die apparuerunt, *ibid. nu. 5*

Est tabernaculum nominis Jesu, *in Circumc. Dom. ser. 3, n. 5*

Est omnium eorum quæ mundus habet pulcherrimus, *ibid. nu. 5*

Sol oriens potius adorando quæritur, quam occidens, *in Epiph. ser. 3, n. 6*

Nocet mulieribus, *Dom. 1, post Epiph. serm. 2, nu. 3*

In judicio universali obscurabitur, *Dom. 5 post Epiph. ser. 1, nu. 5*

Somnus.

Superioris pernitiosissimus, *Dom. 1, Adv. ser. 1, n. 11*

Spes.

In res terrenas defixa spes non est, *Dom. 4, post Epiph. ser. 1, n. 2*

Desperatus est qui in Deum non sperat, *ibid. n. 4*

Spes in mundum reposita fallax est, *ibid. num. 5*

Sphinx.

Symbolum Dei est apud Ægyptios, *De infra oct. Nat. ser. 1, nu. 2*

Spurius.

Clericus fieri nequit, eo quod sit de luxuria suspectus, *Dom. 1, Adv. ser. 2, n. 13*

Statua.

Memnonis fabulosa, *in Nat. Dom. 3, num. 4*

Imperatorum statuæ quæ Christum sunt veneratæ, *ibid. nu. 6*

Statuæ Ægypti ad divinam præsentiam collapsæ sunt, *ibid. n. 7*

Statua veneris a Phidia exculpta, *Dom. 1, post Epiph. ser. 1, n. 12*

Stellæ.

Stella Epiphaniæ cur producta, *in Epiph. Dom. ser. 1, nu. 1*

In res corporeas non vero in spirituales activitatem habent, *ibid. nu. 5*

Christiani sunt stellæ, *in Circumc. Dom. serm. 2, n. 3*

Character in baptismo impressus instar stellæ in anima lucet, *ibid. n. 4*

Stella Epiphaniæ Christum crucifixum in medio referebat, *Dom. 1, post Epiph. ser. 2, n. 1*

Magos Hierosolymis defervit, *Dom. 4, post Epiph. ser. 1, n. 11*

Turbabuntur in Judicio universali; & cur? *Dom. 5, post Epiph. ser. 1, n. 5*

Causa defectus luminis ipsarum, *ib. n. 10*

Stomachus.

Symbolum est Patrisfamilias, *in Circumc. ser. 1, nu. 5*

Christiani ferrum digerit, *Dom. 6, post Epiph. ser. 1, nu.*

Stultus.

Est peccator, imò stultior stulto, *Dom. 5, post Epiph. ser. 1, n. 1*

Sumptus.

Immodici divites depauperant, *in Nat. Dom. ser. 2, n. 13*

Causa sunt magni damni, *Do. 5 post Epiph. ser. 1, n. 3*

Cogunt furari, *ibid nu. 4, & Dom. 2, post Epiph. ser. 1, n. 14*

In nuptiis extessivè adhibiti sponsis pauperratem conciliant, *ibid, n. 13*

Superbia.

Socia est divitiarum individua, *Dom. 4, Adv. ser. 2, n. 3. & Dom. 2 post Epiph. ser. 2, n. 4*

Signi-

Significatur per pavonem, *Dom.4,Adv. ser.3,n.3*
Angelum in Dæmonem convertit, *Dom. 3,Adv.ser.2,n.10*
Remedium præservativum adversus hoc vitium,*ibid.*

Superior.

Malus,est ruina populi, *Dom.1,Adv.ser. 1,n.1,& seq.*
Sol est,*ibid.*
Virga est,*ibid.n.2*
Procul à terra abesse debet,*ibid.n.2*
Bonum populi in superiore fundatur,*ibid. nu.3,& 4*
Tyrannus fera est,*ibid.n.2*
Malus,cauda est, non vero caput,*ib.n.3*
Ipso infirmante, populus quoque ægrotat,*ibid.n.4*
Subditus ab ipsius exemplo discit, *ib.n.5*
Malus,quovis inimico pejor est, *ibid.nu. 6,& 7*
Furatur ut suos locupletet, *ibid.n.7,& 8*
Parentes efficiunt ut damnosus sit, *ibid. nu.8,& 9*
Neminem timere debet, *ibid.nu.9,& 10*
Somnus illius pernitiosus est, *ibid.num. 10,& 11*
Malus,Dæmon quidam est,*ibid.nu.2*
Est oculus mundi,*ibid nu.11,& 13*
Ignorans & vitiosus est ruina populi, *ibid.*
Ab hominibus timetur & cur? *in Nat. Dom.ser.1,nu.5*
Avarus superior omnia perdit, *Dom.1, Adv.ser.1,n.1,& seq.*
Est basiliscus,*ibid.nu.2*
Non est superior propter avaritiam, *ibid. num.5*
Persequitur divites, & cur?*ibid.n.7*
Inimicus & pestis est mundi,*ibid.*
Ante ipsum gladius portatur, & cur? *ibid. num.8*
Corrumpit justitiam,*ibid.n.8*
Midas quidam est asininis auribus deformatus,*ibid.nu.9*
Avaritiam execrari debet,*ibid.nu.10*
Nudos spoliat,& quomodo,*ibid.*
Sinistrum genu coram illo flectitur, & cur?*in Circumc.ser.3,n.10*
Nobiles potius quam alios castigare debet,*in Epiph.Dom.ser.2,nu.6*
Causa cur avarus existat,*Dom.4,Adv ser. 1,nu.12*
Malum est,si timeri potius quam amari se faciat,*in Epiph.Dom.ser.2,nu.9*
Nec nimium justus nec mitis nimium esse debet,*Dom.1,post Epiph.ser.2,n.2*
Superior latrociniis deditus lupus est, *Do. 3,post Epiph.ser.1.nu.2*
Furari non erubescit,*ibid.*
Pascere non vero mungere debet,*ibid.n.6*
Est latronum omnium pessimus,*ibid.n.8*
Latrones defendit & tuetur,*ibid.n.9*
Centum manibus furatur,*ibid.*
Intelligitur per abietem,*ibid.*
Damnum ex malo ejus exemplo proveniens,*ibid.nu,10*
Superior mas est subditi fœminæ,*ibid.*
Non furatur ex necessitate,*ibid.n.11*
Latrocinii sui gravitas,*ibid.n 11*
Non dicitur latro & cur?*ibid.n.12*
Dare debet,non vero tollere, *Dom.3,post Epiph.ser.3,n.10*
Perditum censetur regnum illud, cujus superior non audit nec videt, nisi per mali alicujus ministri aures & oculos, *Do.Quinq. ser.3,nu.1,& seq.*
Regimen ars est mille ærumnis obnoxia, *ibid.n.3*
Superior in numero plurali loquitur & scribit,& cur,*ibid.n.5*
Peccante populo castigatur superior, & cur,*ibid.n.2*

T.

Tartari.

Tartarum consuetudo in uxorum ornamentis,*Dom.2,Adv.ser.1,n.16*

Templum.

Visitari non debet ex curiositate, *Dom.3, Adv.ser.2,nu.13*

Terra.

Symbolum est B.Virginis, *in Nat. Dom. ser.3,n.7,& 8*

In na-

In natali Christi contremuit, *In Epiph. Dom ser. 3. n 5.*

Item in crucifixione & cur? *Dom. 5. post Epiph. ser. 2. n. 13.*

Peccatores in die universalis judicii accusabit, *ib ser. 1. n. 9.*

Symbolum est peccatoris, *ibid. n. 15.*

Testis ignaviæ & tepiditatis nostræ. *Dom. Sexag. ser. 1. n. 11.*

Causa sterilitatis suæ. *Dom. Quinquag. ser. 2. num. 6.*

Infœcunda vitiosos esse incolas suos significat, *ibid num 7.*

Montosa melior est, quàm plana & cur? *ibid. num. 10.*

Testudo.

Bonæ mulieris symbolum est, *Dom. 1. post Epiph. serm. 1. num. 12.*

Timor.

In superiore noxius est, *Do mi. Adv. ser 1. num. 10.*

Subditus superiorem timet, & cur? *in Nat. Dom. ser. 1 n. 5*

Qui hominem timet, homo non est, *ibid.*

Homo ut salvetur timere pariter & sperare debet, *Dom. inf. oct. Nat. Dom. ser. 1. n. 8. ib.*

Sancti à nemine timentur & cur? *serm 2. n 11.*

Superior qui solum timetur nequaquam bonus est, *in Epiph. Dom. ser. 2. n. 9.*

Efficit ut leges observentur, *Dom. 3. post Epiph. ser. 1. n. 5.*

Qui non timet nullum vitium non committit, *Dom. 5 post. Epiph. ser. 2. n. 8.*

Tear.

Virgo Sancta est, quæ diuturno tempore recluſa permansit, & cur? *Dom. 1. post. Epiph. serm. 1. num. 10.*

Traditor, Traditio.

Vitium est ambitioso proprium, *Dom. 3. Adv. serm. 3. num. 11.*

Tribulationes.

Fidelis Adventuale.

Ecclesiæ ex Prælatorum negligentia oriuntur, *Dom. 1. Adv. ser. 1. n 11.*

Qui in hoc mundo non affligitur, in altera vita patietur, *Dom. 4. Adv. ser. 2. n. 4.*

Beatificant homines, *ib. num. 6.*

Deus prius dulcè donat, postea verò amatum, *ib n. 7.*

Sancti in tribulationibus gaudent, *ibid.*

Nolunt accipere tribulationum suarum remedium, *ibid. n. 11.*

Non sunt continuæ, *Dom. infr. oct. Nat. ser. 1 n. 6.*

Unde veniant afflictiones Sanctorum? *ibi. serm. 2. n. 1. & seq.*

Pro Christi nomine toleratæ glorioſæ sunt. *in Circ. Dom. ser. 3. n. 7.*

Qui virtuosos affligunt, non censentur Christiani, *Dom. infr. oct. Nat. ser. 2. n. 14.*

Humiliant hominem, *Dom. 3. post Epiph. serm. 2. num. 1.*

In tribulationibus ad Christum tantum confugiendum est. *Do. 4 post Epiph. ser. 1. n. 1*

Peccatum potiùs, quàm tribulatio affligere nos debet, *Dom. 5. post. Epi. ser. 1. n. 2.*

E peccatis exortæ, *ibid. n. 6.*

Dicuntur flagellum inundans & cur? *ibid. num. 13.*

A peccatoribus non verò à justis proveniunt, *ibid.*

A Dæmone causantur, *Dom. 5. post. Epip. ser. 2. n. 7.*

Ad Christum nos ire compellunt, *ib. n. 16.*

Sancti propter peccatores tribulantur, *Do. 3. post Epiph. ser. 3. num. 5.*

Quàm sint Sanctis utiles *ib. n. 14.*

Animam pulchram reddunt, *ib. n. 14. & 16*

A Sanctis desiderantur, *ibid.*

Dicuntur calcaria & cur? *ibi. n. 15.*

A purgatorii pœnis nos liberant, & cur? *ibid. num. 17.*

Sancti periclitantur nisi affligãtur, *ib. n. 18*

Stomachum novum exposcunt, *Dom. 6. post Epiph. ser. 1. n. 6.*

Sunt viæ ad exultationem perducentes, *ibid. serm. 3. n. 12.*

Omnium bonorum fontes sunt, *Dom. Septuag. ser. 2. n. 6.*

Ex Adami otio nascuntur, *ib. n. 7.*

Causæ ærumnarum quas Hebræi passi sunt in deserto, *ibid num. 13.*

Dicuntur Pædagogi, & cur? *ib ser. 3. n. 10.*
Luxuriosus majores habet afflictiones quàm voluptates. *Dom. Sexag. ser. 1. n. 13.*

V.

VENUS.

Vinum lac est armiger Veneris. *Dom. 3. post Epiph. ser. 1. n. 11.*
Veneris statua à Phidia formata, *Dom. 1. post Epiph serm. 1. n. 12.*
In pede vulnerata & cur? *ib n. 11.*

Verbum Dei.

Quantum bonum amittant, & in quæ mala incidant, qui illud audiunt, *Dom. 4. Adv. ser. 3. n. 1. & seq.*
Verba Dei superbos humiliant, *ibid. n. 3.*
Dulcia sunt & munda, *ib. n. 4.*
Lavant & mundant, *ib. n. 5.*
A quis assimilantur & cur? *Ibid.*
Beatificant hominem, *ib. n. 7.*
Immortalem ipsum faciunt, *ibid. n 8.*
Divitibus non sapiunt, & cur? *ib. n. 9.*
Spem certam salutis habet, qui libenter verbum Dei audit, *ib. n 10.*
Qui illud non audit, mortuus est, *ib. n. 11.*
Effectum à Deo intentum semper obtinent, *ibid. n. 12.*
Prosunt & obsunt, & quomodo, *ibid.*
Ut fructificent devotione opus habent. *Dom. Sexag. ser. 2. n. 1. & seq.*
Illud audire nolle malum signum est *ibid.*
Dulcissimum est, *Dom. Septuag. ser. 1. n. 3.*
Eandem in ore Prædicatoris, quam in ore Dei virtutem habent, *Dom. Sexag. Ser. 2. n. 2.*
Animam in cœlum convertunt, *ibid.*
Prius obediendum est, & postea verbum Dei auscultandum, *Ibid.*
Dicuntur aurum & cur? *Ibid. n. 4.*
Ignorantia eorum qui verba Dei audire nolunt, *ib. n. 5.*
Locupletant animas, *ib. n. 4. & 5.*
Parum in divitibus æstimantur, *ib. n. 6.*
Significantur per Aquas, *ibid. n 7.*
Sicca sunt peccatoribus, *ibid. n. 8.*
Cor mundum in auditore exposcunt, *ibid. num. 9.*
Speciebus aromaticis assimilantur, *ibidem num 12.*
A mortuis tantum intelliguntur & cur? *ib. num. 13.*
Sine devotione auscultata nihil proficiunt, *ibid. num 14.*

Verecundia.

Si homini desit, humanitas ei deesse videtur, *In nat. Dom. ser 1. n. 9.*
Est hominis proprietas, *Dom. 3. post Epi. serm. 1. n. 2.*
Multum Deo in confessione placet. *Dom. 4. post. Epiph. ser. 3. n. 17.*

Veritas.

Palatia non subintrat, *Dom. 4. Adv ser. 3. num. 2.*
Thesaurus quidam est, & ornamentum ingens, *Ibid.*

Vestes.

Superbæ paupertatem indicant animæ, *Dom. 2. Adv. ser. 1. n. 1. & seq.*
Sanguine tinctæ sunt & lachrymis pauperum, *ibid. n 2.*
Latrocinio acquisitæ, *ibid.*
Magnatum famem cau'ant pauperum, *ibid. num. 3.*
Ex humanis pellibus confectæ, *ibid. n. 4.*
Committuntur latrocinia ad habendas pomposas vestes, *ibid. num. 5.*
Christus Sanctorum hominum vestis est, *ibid. n. 6.*
Pomposæ superbiam indicant, *ib. n. 7*
Nihil à Deo impetrant, *ib. n 8.*
Homines deformes vestibus egent, *ib. n. 10*
Preriosæ mundum decipiunt, *Ibid.*
Mulieres inhonestas decent, non verò honestas, *ib. n. 12.*
Quisquis superbas vestes amat, Eleemosynam negligit, *ib. n. 13.*
Neque ad satietatem manducat, *Ibid.*
Similes sunt tales arboribus frondosis, *ib. num. 13.*
Deos se esse ostendunt, & quærunt à quibus adorentur, *ibid. n. 15.*

Veſtes Deæ floræ, *ibid.*
Colores in mulierum veſtibus quid ſignificent, *ibid.*
interciſæ luxuriam indicant, *ib. n. 17.*
Veſtes Adæ ex animalibus mortuis factæ fuerunt, & cur? *Dom. 4. Adv. ſer. 2. n. 5.*
Nemo veſtibus mollibus indutus cœlum ingredietur, *ib.*
Mundani locupletes ſunt in veſtitu, & pauperes in victu, *In nat. Dom. ſer. 2. n. 7.*
Veſtes leceræ & ſimplices ſignum fuêre Dei incarnati. *ib. ſer. 3. n. 10.*
Veſtis peccati ſignum eſt, *Dom. 2. poſt Epi. ſerm. 3. num. 4.*
Milites per veſtes mulibres fuêre puniti, *ibid. n. 4.*
Veſtes comptæ mulieres foras prodire compellunt, *Dom 1. poſt Epiph. ſer. 4. n. 10.*
Veſtes odoriferæ peccatorem indicant. *Dom. 2. poſt Epiph. ſer. 2. n. 7.*

Vicinus.

Qui bonum ſortitus eſt vicinum, omnia bona habet, *Dom. 5. poſt. Epiph. ſer. 3. n. 2.*

Vidua.

Alium maritum ſibi adſciſcere non debet, *Dom. infr. oct. Nat. ſer. 3. n. 1.*
Eſt altare Dei & cur? *ib. n. 2.*
Sublimitas ſtatus ſui, *ibid.*
Vitam ducit Angelicam, *ibid.*
Carnem ſuam mortificare debet, *ib. n. 3.*
Extra omnem vitii ſuſpicionem vivere debet, *ibid.*
Res ſacra eſt, & cur? *Ibid.*
Sponſa Chriſti eſt, *ib. n. 4.*
Quæ Chriſtum deſerit, ſtulta eſt, *ibid.*
Reginæ æqualis eſt, *ib. n. 5.*
Comparatur lunæ, *ib. n. 6.*
Veſtitur colore nigro & cur? *ib. n. 8.*
Sepelitur cum marito *ib.*
Omnes cogitationes ſuas in Deo defixas habere debet, *ib. n. 8.*
Symbolizatur per columbam nigram, *ib.*
Ex ſerva facta eſt libera, *ibid. n. 9.*
Vidua unde derivetur, *ib. n. 11.*
Vivit in pace, *ib. n. 11. & 12.*
Stulta eſt ſi virum alium ambiat, *ib. n. 12.*
Per viam cœli incedit, & cur? *ib. n. 50.*

Vinum.

Symbolum eſt ambitionis. *Dom 5. Adv. ſer. 3. n. 6.*
Maguam in animabus ſtragem facit. *Dom. 2. poſt Epi. ſer. 1. n. 10.*
Fel Dæmonum eſt, & cur? *ib.*
Eſt Dæmon, *ibi.*
Variis ex monſtris ſubnaſcitur, *ibid.*
Lac eſt & armiger Veneris, *ibid.*
Mentem in altum extollit. *ib. ſer. 2. n. 1.*

Vir. *Vide V. Maritus.*

Virga.

Symbolum eſt boni & mali, ſuperioris. *Dom. 1. Adv ſer. 1. n. 2.*

Virgo.

Dicitur Sacerdos Dei; *Dom. infr. oct. Nat. ſer. 3. n 2.*
Virginitas auro comparatur, *Dom. 2. poſt Epiph. ſer. 1. n. 5.*
Otium cavere debet, *Dom. Septuag. ſer. 2. num. 3.*

Viridis color.

In veſte vanæ mulieris quid ſignificet, *Dom. 2. Adv. ſer. 3. n. 15.*
Color eſt aulis conveniens, *Dom. 4. Adv. ſer. 3. n. 6.*

Virtus, Virtuoſus.

Deficiente virtute nobilitas quoque deficit, *Dom. 3. Adv. ſer. 1. n. 1.*
Omnis virtuoſus eſt nobilis, *ib. n. 12.*
Animus in cœlum evehit, *In Nat. Dom. ſer. 1. n. 14.*
Hominem in Deum transformat, *Ibid.*
Filiorum parentibus attribuitur, *In Circ. Dom. ſer. 1. num 2.*
Sola in matrimoniis curari debet. *Dom. 2. poſt Epiph. ſer. 2. n. 5.*
Mulier virtuoſa dives eſt, *ibid. n. 9.*
Vitium juxta virtutem poſitum deformius eſt, *Dom. 3. poſt Epiph. ſer. 1. n. 8.*

Ex familiaritate cum virtuosis addiscitur. *Dom. 5. post Epiph. ser. 3. n. 10.*

Erigit in Paradisum. *Dom. 6. post Epiph. ser. 2. n. 4.*

Virtuosum saturat, *ib. n. 1.*

Visio.

Animabus quadratis contingit. *Dom. 1. Adv. ser. 2. n. 7.*

Vita.

Fabula nominatur, & cur? *In Nat. Dom. serm. 2. n. 6.*

Sine pace non est vita, *Dom. infr. oct. Nat. ser. 1. n. 11.*

Longiotis vitæ desiderium noxium est. *Dom. 1. post Epiph. ser. 2. n. 11. & 12.*

Per stabulum significatur. *Dom. 3. post Ep. ser. 2. num. 4.*

Eleemosyna æternæ non verò temporalis vitæ remedium est, & cur?

Vita præsens Infernus est, *Dom. 4. post Ep. serm. 3. num. 6.*

Misera est ob corporis necessitates, *Dom. Sexag. ser. 3. n. 5.*

Divitis infelix, *ib. n. 1. & seq.*

Voluntas.

Non subjicitur stellis cœlestibus, *In Epi. serm. 1. n. 2. & seq.*

Ursus.

Ejus proprietates malæ mulieri applicantur, *Dom. 1. Adv. serm. 2. n. 3.*

Restituere debet injustè acquisita. *Dom. 3. post Epiph. ser. 1. n. 7.*

Non videtur esse Christianus, *Dom. 6. post Epiph. ser. 1. n. 13.*

Uxor.

Servitus quæ sub illius Domino sustinetur, admirabilis patitet & miserabilis est, *Dom. infr. oct. Nat. ser. 3. n. 9.*

Quæ dotis intuitu ducitur, malè tandem tractatur, *Dom. 2. post Epiph. ser. 2 n. 3.*

Opulenta communiter etiam est superba, *ib. n. 4.*

Obedire non verò imperare debet, *ib. n. 4.*

Opulenta non est uxor, sed Domina, *ib. n. 5*

Qui mulierem precatur, aliud quam ipsam precari non debet. *ib. n. 6*

Bene custodienda est, *ib. n. 7.*

Pulchritudo ejus malos habet effectus, *ib. num. 12.*

Uxor pulchra difficulter custoditur, *ibid. num. 13.*

Ob uxoris pulchritudinem matitus sæpè periclitatur, *ibid. n. 14.*

Opertâ, & tectâ facie semper esse debet, *ibid. num. 15.*

Certus quidam vir uxorem turpem & cœcam duxit, & cur? *ib. n. 15.*

Debet matito suo esse æqualis, *ib. n. 18.*

INDEX MATERIARUM APPLICABILIUM,

AD

EVANGELIA TOTIUS QUADRAGESIMÆ, PER SINGULAS FERIAS & Festa Resurrectionis.

FERIA IV. CINERUM.

THEMA

Exterminant enim facies suas, ut appareant hominibus jejunantes.

HYpocrita nihil aliud boni in se habet, nisi quod exterius apparet, cui proindè mundus aptè comparabitur, utpotè cujus bona in sola quadam boni superfice & exteriori apparentia consistunt, ac proindè stultè facit quisquis in illis delectatur, *vide in Nat. Dom. ser. 2. per tot.*

FERIA V. post Cineres.

THEMA.

Accessit ad eum Centurio, rogans eum, & dicens: Domine, puer meus jacet in domo Paralyticus, & malè torquetur.

Centurio hic Evangelicus sese erga servum suum adeò beneficum & pium exhibens, optimum se Dominum esse probavit, illorumque Dominorum crudelitatem condemnat, qui tametsi Christiani sint, attamen erga servos suos adeo se crudeles exhibent, ut eosdem in utroque bono spirituali scilicet & temporali totaliter perdant, *Vide Dom. 3. post Epiph. ser. 1. per totum.*

FERIA VI. post Cineres.

THEMA.

Ego autem dico vobis: Diligite inimicos vestros, benefacite his, qui oderunt vos

Quotquot boni & virtuosi sunt, amare & beneficiis prosequi tenentur illos, qui illos offendunt, dum enim malis & injuriis ab illis afficiuntur, bona ab illis non verò mala accipiunt. *Vide Dom. 5 post Epiph ser. 3. per totum.*

SABBATO post Cineres.

THEMA.

Ascendit ad illos in navim, & cessavit ventus.

Quoniam Apostoli in hac terribili tempestate fluctuantes, omnem suam spem, & fiduciam in Christo repositam habebant, prout Christus jusserat, ideò periculum in quo erant, optimum finem accepit, ipsius naufragium feliciter evaserunt. Qua in re prudenter actiones suas sunt moderati, & reipsa ostenderunt, quàm stulti & imprudentes sint hujus mundi homines, qui suis in necessitatibus in mundo & dæmone confidunt, qui proindè dum ad illorum subsidiū confugiunt, qui illos juvare non possunt, Dei prorsùs obliviscuntur, qui solus potens est è quacumque illos necessitate eripere, *Vide Dom. 4. post Epiph. fer. 1. per totum.*

DOMINICA I. QUADRAGESIMÆ.

THEMA

Non in solo pane vivit homo.

Tametsi hominl virtuoso panis deficiat, fame tamen nunquàm morietur, siquidem ad ejus vitam prolongandam omnia ei panis loco subserviunt: cujus contrarium peccatori accidit, qui ut plurimum famis flagellum sustinere cogitur, imò fame nonnunquam moritur, utpote quem commissum peccatū pane suo privat. *Dom. Quinquag. fer. 2. per totum.*

FERIA II.
Post Dominicam I. Quadragesimæ.

THEMA.

Cùm venerit filius hominis in majestate sua.

Quanta & quam admirabilis Christi Domini Majestas futura est in die illa, quando gloriosus & immortalis hujus mundi homines judicaturus adveniet, quando idem in cunis jacens & pauperculis fasciis obvolutus, mortalis quoque & possibilis existens tantā in se Majestatem ostendit, *In Epiph. Do. ser. 3. per totum. ser 3.*

FERIA III.

Post Dominicam I. Quadragesimæ.

Hic est Iesus à Nazareth.

Nomen Jesu illo die Hierosolymis probatum est esse nomen summè gloriosissimum, incredibili potentiā præditū, dignissimumque, quod ipsemet Deus veneraretur, si id ei possibile foret, *Vide in Circumcis. serm. 3. per totum.*

FERIA IV.

Post Dominicam I. Quadragesimæ.

THEMA.

Condemnabunt eam, quia pœnitentiam non fecerunt.

Ex quo nullus eorum, qui pœnitentiam peccatis suis condignam agere negligunt, salvandus est, sed omnes sunt condemnandi, valde utique peccatores illi decipiuntur, qui mundanas delitias consectantes, sine pœnitentia salvari se posse præsumunt. *Vide Do. 4. Adv. Ser. 2. per totum.*

FERIA V.

Post Dominicam I. Quadragesimæ.

THEMA

Filia mea male à Dæmonio vexatur.

Quoniam filia hæc mulieris Chananææ filia erat, ideò de canicula non verò è muliere quadam honesta nata & enutrita erat, ut proindè mirum non sit, eam Dæmoniacam, seu à Diabolo obsessam fuisse, unde colligitur, quàm infelix sit filia, quæ in perversæ cujusdam matris societate vivere cogi-

cogitur, *Vide Dominicam 1. Advent. ſer. 2. per totum.*

FERIA VI.

Poſt Dominicam I. Quadrageſimæ.

THEMA.

Hominem non habeo.

Tametſi multa ipſi præſto fuerint hominum millia, qui ad prodigioſum aquarum ab Angelo movendarum ſpectaculum, ex omnibus mundi partibus concurrebant, ſe tamen hominem non habere dicebat, eò quod omnes homines ibi præſentes inhumani, crudeles, omniſque pietatis & compaſſionis expertes, & conſequenter non virtuoſi, ſed & peccatores erant: homo autem peccator beſtia potiùs quàm homo cenſendus eſt, *Vide in Nat. Dom. Serm. 1. per totum.*

SABBATO.

Poſt Dominicam I. Quadrageſimæ.

THEMA.

Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi benè complacui, ipſum audite.

Magna nobis incumbit Chriſti doctrinam audiendi neceſſitas: nec mirum ſiquidem, qui illam audire volunt, ſicut ingens bonum amittunt, ita quoque in graviſſima mala collabuntur. *Vide Dominicam 1. Adv. ſerm. 3. per totum.*

DOMINICA II.

QUADRAGESIMÆ.

THEMA.

Aſſumpſit Ieſus Petrum & Iacobum, & Ioannem fratrem ejus, & duxit illos in montem excelſum.

Quoniam Apoſtoli prædicti in humilitate ſe continebant, ideò à Chriſto in altiſſimo gloriæ ſuæ monte ſublimari merebantur, unde liquidò apparet, quod niſi homo humilietur, à Deo nequaquam ſit exaltandus, *Vide Dominicam 6. poſt Epiph. Serm. 3. per totum.*

FERIA II.

Poſt Dominicam II. Quadrageſimæ.

THEMA.

Quæretis me & in peccato veſtro moriemini.

Non dicit *quæritis*, ſed *quæretis*, ut hoc loquendi modo nobis inſinuet, quod quiſquis pœnitentiam in futurum tempus, ſive in ſeros ſenectutis annos differt & reſervat, difficulter ad frugem ſit reducendus, *Vide Dom. Septuag. Ser. 3. per totum.*

FERIA III.

Poſt Dominicam II. Quadrageſimæ.

THEMA.

Alligant onera gravia & importabilia.

Scribæ & Phariſæi peſſimè faciebant, plebem cui tanquam moderatores præpoſiti erant gravibus & indiſcretis præceptis ultra vires gravando & onerando, quis enim eſt qui neſciat, quod ſicut quælibet mediocritas bona eſt, ita pariter malus & noxius ſit omnis exceſſus, *vide Dom. 1. poſt Epiph. Serm. 2. per totum.*

FERIA IV.

Poſt Dominicam II. Quadrageſimæ.

THEMA.

Dic ut ſedeant hi duo filii mei unus ad dexteram tuam, & unus ad ſiniſtram in regno tuo.

Chriſtus Dominus noſter petitionem horũ duorum diſcipulorũ meritò exaudire noluit, ut

utpotè qui manifestè se ambitiosos esse probabant, & tali vitio obnoxios, quo semel in cor hominis ingrediente, cum eo pariter omnia enormissima perversi cordis vitia irrepunt, quæ illud æternam in perditionē proturbant, *Vide Dom. 3. Adv. ser. 2. Per totum.*

FERIA V.

Post Dominicam II. Quadragesimæ.

THEMA.

Induebatur purpura, & bysso.

Tametsi dives hic epulo quoad exteriorem apparatum dives fuerit, utpotè qui purpurâ induebatur & byssō, interiùs tamē pauperē se esse probabat, superbæ enim & sumptuosæ vestes infallibiles sunt paupertatis animæ indices, *vide Do. 2. Adv. ser. 3. per totū.*

FERIA VI.

Post Dominicam II. Quadragesimæ.

THEMA.

Homo erat Paterfamilias, qui plantavit vineam.

Anima nostra, quæ per vineam intelligitur, ne in æternam perditionem abeat, ad instar vineæ sæpè cultivari debet; nimia verò corporis cura omninò intermittit. Quisquis autem contrarium fecerit, bestiam potiùs quàm hominem se esse probabit. *Vide Dom. Septuag. ser. 1. per totum.*

SABBATO.

Post Dominicam II. Quadragesimæ.

THEMA.

Dissipavit substantiam suam vivendo luxuriosè.

Miserabilis hic adolescens per luxuriam suam manifesto animam suam perdendi periculo se exponebat: siquidem luxuriæ dediti, nonnisi summa cum difficultate cœlum sunt ingressuri, *Dem. Sexag. ser. 1. per tot.*

DOMINICA III. QUADRAGESIMÆ.

THEMA.

Erat Iesus ejiciens Dæmonium.

Christus Dominus ab aliquibus, ut hic videre est, Dæmonium expulit, ab aliis verò, uti de Apostolo Paulo legitur, idem expellere noluit, ob ingens quod ab ipso quoque dæmone recipiunt bonum: crudelis namque inimicitia, quam dæmon adversum nos profitetur, non solùm magni mali, verùm etiam ingentis boni causa est, *Dom. 5. post Epiph. serm. 2. per totum.*

FERIA II.

Post Dominicam III. Quadragesimæ.

THEMA.

Multæ viduæ erant in diebus Eliæ, & ad nullam illarum missus est Elias nisi in Sarepta Sidonia ad mulierem viduam.

Existimo viduam hanc gratiam istam promeruisse, eò quod tanquam vera vidua, de suo viduitatis statu sibi maximoperè complacebat, seque sapientem & prudentem mulierem esse probabat, quales non sunt, quæ primo marito mortuo secundas nuptias meditantur. *Dom. infra oct. Nat. Dom. serm. 3. per totum.*

FERIA IV.

Post Dominicam II. Quadragesimæ.

THEMA.

Cæci sunt & duces cæcorum.

Regnum quod ab insipiente Rege gubernatur,

tur, qui ab alio ducitur, qui ab humanis passionibus est excœcatus, ruinæ & excidio proximum est, verè enim dici potest : Cæcus cæcum ducit & ambo in foveâ unà cum miseris subditis cadunt. *Dom. Quinquag. Serm. 3. per totum.*

FERIA V.

Post Dominicam III. Quadragesimæ.

THEMA.

Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus.

Nisi huic mulieri febris immissa à Deo fuisset, domi suæ fortasse non substitisset, sed febris eam domi continuit, unde Deus hanc illi immisit ut bona & virtuosa remaneret. Parum enim valent mulieres vagæ, quæ domi suæ se continere nequeunt, sed videre omnes atque ab omnibus videri cupiunt. *Dom. 1 post Epiph. serm. 1. per totum.*

FERIA VI.

Post Dominicam III. Quadragesimæ.

THEMA.

Quinque vires habuisti, & nunc quem habes non est vir tuus.

Vir ille quem lasciva mulier Samaritana tunc habebat, non vocatur à Christo vir sicut alii quinque priores, vir enim hominem fortem & robustum indicat, qualis hic non erat, utpote qui per lascivum quo illam deperibat amorem omnem virilitatem & animi robur perdiderat, huicque mulieri subjectus erat, unde miserabilem illum fuisse necessum est, cum nulla possit viro accidere miseria gravior, quam si perversæ mulieri alicui subjiciatur, *Dom. 2. Adv. serm. 1. per totum.*

SABBATHO

Post Dominicam III. Quadragesimæ.

THEMA.

Qui sine peccato est vestrum primus in illam lapidem mittat.

Hebræi Christum in causa mulieris hujus cognoscenda constituerunt judicem, & ecce ille se ejus exhibuit advocatum : eamque salvavit, unde meritò felicissima dici meretur, quæ advocatum adeo bonum invenit. In mali namque advocati manus incidere haud exiguum malum est, *Dom. 1. Adv. ser. 3. per totum.*

DOMINICA IV. Quadrag.

THEMA.

Iesus cùm cognovisset, quod venturi essent, ut raperent eum, & facerent eum Regem &c.

Visa Christi liberalitate & magnificentia, quam in miraculosa panum & piscium multiplicatione exhibuerat, Regem illum creare statuerant, sciebant enim, quod sicut infeliciores subditi esse nequeunt quam illi, quibus superior aliquis avarus imperat, ita felicissimos se fore, si Christi adeo liberalis & munifici Regis imperio subessent, *Dom. 4. Adv. serm. 1. per totum.*

FERIA II.

Post Dominicam IV. Quadragesimæ.

THEMA.

Cum feciſſet quasi flagellum de funiculis omnes ejecit de templo, oves quoque & boves, & nummularium æs effudit, & mensas subvertit.

Hi omnes à Christo Domino tanto cum rigore castigati fuêre, quia falsi & iniqui mercatores erant, qui emendo, vendendo,

fœnerando, publicè futabantur ? Qua in re simul nobis indicatur, illos Latrones pernitiosissimos esse, qui in plateis aliisque locis publicis prædantur, utpote longè deteriores illis, qui prædantur in sylvis. *Dom. 3. post Epiph. serm. 1. per totum.*

FERIA III.

Post Dominicam 4. Quadragesimæ.

THEMA.

Moyses dedit vobis Circumcisionem.

Sicut Hebræi subjecti fuere Circumcisioni legali, ita Christiani ad spiritualem Circumcisionem obligantur; ideoque omnibus parentibus incumbit, ut filios suos in suis imperfectionibus circumcidant, ne ipsis eorum defectus attribuantur. *In Circumcis. Dom serm. 1. per totum.*

FERIA IV.

Post Dominicam 4. Quadragesimæ.

THEMA.

Expuit in terram & fecit lutum ex sputo, & linivit lutum super oculos ejus.

Mirus profecto miraculorum artifex Christus fuit; nec mirum, siquidem dum adhuc infans esset, tenellis manibus suis inaudita prodigia patravit. *In Nativ. Dom. ser. 3 per totum.*

FERIA V.

Post Dominicam 4. Quadragesimæ.

THEMA.

Nolite flere.

Christus viduam hanc fieri prohibuit, ne filii sui amissionem deplorando imprudens videretur; Magna enim est hominum illorum stolidicas, qui de temporalium, non verò spiritualium æternorumque bonorum jactura dolenter lachrymas suas frustra effundunt. *Dom 1. post Epiph ser. 3. per totum.*

FERIA VI.

Post Dominicam 4. Quadragesimæ.

THEMA.

Domine jam fœtet, quatriduanus enim est.

Fœtens hic Lazarus Matthæ miseri peccatoris statum referebat, cujus fœtor adeò horrendus est, ut fœtor aliquis infernalis esse videatur, adeò molestus, ut ipsummet quoque Dæmonem offendat, adeò vehemens & gravis, ut ad cælum usque pertingens ipsimet Deo sit fastidiosus, *Dom. 3 post Epiph. ser. 2. per totum.*

SABBATHO.

Post Dominicam 4. Quadragesimæ.

THEMA.

Vbi est pater tuus.

Maligni homines illi Christum hisce verbis aggrediebantur, quoniam ipsum ignobilis alicujus & fabri lignarii filium esse credebant, ideoque ipsi generis sui obscuritatem probri loco in faciem ingerendo injuriam ipsum decreverant, nescientes, veram nobilitatem in virtutibus consistere, & hujus mundi nobiles tunc verè nobiles futuros, si virtuosi extiterint. *Dom. 3. Adv serm. 1. per totum.*

DOMINICA V.

Quadragesimæ.

THEMA.

Tulerunt lapides ut jacerent in eum.

Hebræi Christum tanto audacius & insolentius injuriabantur & offendebantur, quantò probius illis nota erat incredibilis ejus mansuetudo, unde nullam ab eo offensarum suarum vindictam metuebant. Hoc namque mundo valde solemne est, malè scilicet tractare probos & virtuosos homines, eosque omnibus probris & convitiis proscindere; scit enim quod se vindicare nec sciant nec velint; Neque tamen ideò offensæ illis irrogatæ inultæ remanent, quin potius Deus cum omni rigore easdem suo tempore ulciscitur. *Dom. infr. oct. Nativ. ser. 2. per totum.*

FERIA

FERIA 2.

Post Dominicam 5. Quadragesimæ.

THEMA.

Si quis sitit, veniat ad me & bibat.

Christus ad bibendam doctrinæ suæ aquam non invitat alios, præterquam eandem sitientes; Quia verbum Dei nullum prorsus fructum producit, nisi cum ardenti devotionis siti auscultetur. *Dom. Sexag. ser. 2. per totum.*

FERIA 3.

Post Dominicam 5. Quadragesimæ.

THEMA.

Ambulans Jesus in Galilæam.

Galilæus volubilis interpretatur; unde Jesus in Galilæam ambulans, significat, quod pedes suos genti cuidam instabili superimponat, ut illam stabiliat atque instabilitate sua curet. Homo enim instabilis ad nihilum valet, cum & sibi & aliis prorsus sit inutilis. *Dom. 2. Adv. ser. 2. per totum.*

FERIA 4.

Post Dominicam 5. Quadragesimæ.

THEMA.

Ego dixi: Dii estis. Illos dixit Deos ad quos sermo Dei factus est.

Deus Opt. Max. Christianos in Angelos transformare poterat, id tamen non fecit, sed eosdem in Deos transformavit, adeoque Angelis longè excellentiores creavit. Videmus igitur quam benignum Deum habeamus, qui nimirum nobis nonnisi magna confert, licet minima à nobis petens vox ea obtineat. *Dom. 4. post Epiph. serm. 3. per totum.*

FERIA 5.

Post Dominicam 5. Quadragesimæ.

THEMA.

Ecce mulier quæ erat in civitate peccatrix.

Non tunc quando Christum convenit, peccatrix erat, sed fuerat, quæ nunc severissima & rigidissima pœnitens erat. Etenim sicut peccatrix existens in Inferno erat, ita in pœnitentem conversa Paradisum est ingressa. *Dom. 6 post Epiph. serm. 2. per totum.*

FERIA 6.

Post Dominicam 5. Quadragesimæ.

THEMA.

Si dimittimus eum, omnes credent in eum, & venient Romani & tollent locum nostrum & gentem.

Hebræi ob maledictam rationem status Unigenitum Dei filium crucifigere & occidere decreverunt, ne scilicet gentis suæ amitterent imperium; Nec mirum: Quisquis enim maledicta hac ratione gubernatur, quodcunque scelus quantumvis magnum & enorme non veretur committere. Vide *In Epiph. Dom. serm. per totum.*

SABBATHO.

Post Dominicam 5. Quadragesimæ.

THEMA.

Hosanna! Benedictus qui venit in nomine Domini Rex Israel.

Hebræi in introitum Regis sui festiva gaudia solemnesque applausus instituerunt, eò quod eum optimum Rectorem esse cognovissent, ipsisque ab eo omnia bona proventura esse certò nossent, sicut econtra à malo Rectore omnia subnascuntur mala, imo totalis subjectarum gentium perditio. *Vide Dom. 1. Adv. serm. 1. per totum.*

DOMINICA PALMARUM.

THEMA.

Hosanna! Benedictus, qui venit in nomine Domini.

Hosanna, dicunt, id est salva nos. Non timent damnari, sed salutem suam tantum à Christo sperant, cum tamen Christus non solum salvet, hominesque in cœlum evehat, verum etiam eosdem perdat, & in Infernum deturbet. Christianus igitur contrarium facere incumbit, neque enim in Deum tantum operare debent, verum etiam eundem timere sunt obligati. Deus enim non minus est justus, quam misericors. Unde graviter errat, quisquis divinæ justitiæ oblitus, misericordiæ Dei nimium confidit. *Dom. infr. oct. Nat. serm. 1. per totum.*

FERIA 2.
Septimanæ Sanctæ.
THEMA.
Vt quid perditio hæc.

Judas attendebat ad perditionem unguenti à Maria Magdalena effusi, quod licet perditum fuisset, nullum illi damnum adferre poterat: ad animæ verò suæ perditionem minimè attendebat. Utinam homines non tam aliena quam propria facta sua considerarent, sic namque melius facerent. *Dom.3. Adv. ser. 2. per totum.*

FERIA 5.
In cœna Domini.
THEMA.
Vos vocatis me Magister & Domine: bene dicitis, sum etenim.

Quasi Apostolis suis dicere voluisset: Nomen Magistri & Domini ineptè mihi conveniret, nisi verè Magister & Dominus vester essem. Ex quo colligitur, nomen Christiani valde deturpare hominem, qui ipsis quoque operibus se Christianum esse non probat. Neque enim solum appellari, sed & verè esse Christiani debemus. *In Circumcis. D. serm. 1. per totum.*

DIE VENERIS SANCTO.
THEMA.
Milites ergo cum crucifixissent eum.

Non tam Carnifices, quam peccata nostra Deum incarnatum crucifixerunt, acerbissimamque ei mortem intulerunt; Unde cum peccatum non tantum Deum offendat, verum etiam omnia quæ sub Deo sunt, & vel maximè ipsummet committentem lædat, meritò peccatum homini cane & angue execrabilius esse deberet. *Dom. 5. post Epiph. ser. 1. per totum.*

DOMINICA RESURRECTIONIS.
THEMA.
Et valde mane una Sabbatorum veniunt ad monumentum.

Sanctæ hæ mulieres nequaquam pigræ & otiosæ erant; sine mora enim & valde diluculo sese ad inquirendum & inunqendum Magistrum suum receperunt; Atque ideo sanctæ & virtuosæ mulieres fuerint: Quodsi otiosæ fuissent, omnibus obnoxiæ fuissent humanis defectibus. Neque enim est vitium aliquod cui non immergatur otiosi hominis anima *Dom. Septuag. serm. 2. per totum.*

FERIA 2. PASCHATIS.
THEMA.
Nonne cor nostrum erat ardens?

Eo ipso quo corda amborum discipulorum amore ardebant, optimos se Christianos esse probabant. Cor enim hominis Christiani igne amoris Dei & proximi ardere debet; qui enim Deū & proximum non amat, Christianus esse minimè censetur. *Dom. 6. post Epiph. ser. 1. per totum.*

FERIA 3. PASCHATIS
THEMA.
Oportebat Christum pati.

Oportebat quidem Christum in cruce mori, non tamen ob rationem fati, vel operationis stellarum, humanas operationes, uti Astrologi falsè docent, determinantium, sed quia Deus pro humano genere redimendo ita determinaverat. Unde Astrologis similes doctrinas seminantibus nulla prorsùs est adhibenda fides, utpotè qui turpiter decepti, alios quoque decipiunt. *In Epiphan. Dom. Serm. 1. per totum.*

Sit Nomen Domini benedictum.

1164